8
8 F
15

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

28719.
28 28
A A
19 11

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTITAS

ECCLESIÆ ROMANÆ,

IN

S. ELIA PROPHETA

CARMELITARUM PROTOPARENTE

FIGURATA,

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTITAS

ECCLESIÆ ROMANÆ,

IN

S. ELIA PROPHETA

CARMELITARUM PROTOPARENTE FIGURATÆ.

SEU

EXPOSITIO

LITTERALIS, MYSTICA ET MORALIS;

Sparsim à Cap. 17. Libri 3. Regum, vsque ad Cap. 2. Lib. 4. Regum inclusivè, Sanctitatem Ecclesiæ Romanæ delineans.

SACRÆ SCRIPTVRÆ, HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ, Conciliorum, Theologiæ, Controversiarum, SS. Canonum, & Cultum Studiosis vtilissima.

AUCTORE

R.P. MATTHIA A CORONA LEODIENSI, CARMELITA, SACRÆ THEOLOGIÆ Doctore Parisiensi.

LEODII,

APUD GUILIELMUM HENRICUM STREEL, Serenissimæ Suæ Celsitudinis Typographum. M. DC. LXIII.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

SERENISSIMO PRINCIPI

MAXIMILIANO HENRICO,

ARCHIEPISCOPO COLONIENSI,
SACRI ROMANI IMPERII PER ITALIAM
ARCHICANCELLARIO,
ET PRINCIPI ELECTORI,
SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ LEGATO NATO,
EPISCOPO ET PRINCIPI LEODIENSI,
ET HILDESHEYMENSI,
ADMINISTRATORI BERGTESGADENSI, ET STABULENSI
LAND-GRAVIO LEUCHTENBERGENSI;
UTRIUSQUE BAVARIÆ, SUPERIORIS PALATINATUS,
WESTPHALIÆ, ANGARIÆ, ET BULLONII DUCI,
COMITI PALATINO RHENI,
MARCHIONI FRANCHIMONTANO, COMITI
LOSSENSI, LONGIENSI, HORNENSI, &c.

SERENISSIME PRINCEPS,

Ecclesiæ Romanæ Sanctitatem hoc opere adumbratam SER.^MÆ CELSITVDINIS vestræ Aris litare non dubitavi: si enim libri, qui Principibus dedicantur debitæ servitutis, ac grati animi tesseræ esse consueverunt, grave piaculum committerem, si in hoc officii genere alterum anteferrem. Quidquid enim nunc in lucem prodit, à me conceptum est, ac

elaboratum, dum V. S. C. ſtudioſiſsimè, ac totis velis & remis incumberet Regulari Diſciplinæ in Carmelo Leodienſi reſtaurãdæ. Deindè V. S. C. tot characteribus inſignitam, tot ſtemmatibus radiantem, expreſsiſſimas Romanæ Eccleſiæ, ac ſanctiſsimorum Pontificum dotes referentem conſpexi; ut quæ figurata, rudiorique penicillo, (pro eâ quæ in me eſt exiguitate) de eorum ſanctimoniâ delineata ſunt, in veſtrâ mẽte, ut in perfectâ effigie ac nitidiſsimo ſpeculo clariſsimè reſplendeant. Imò ſi ratio generationis exactam inter generans & genitum ſimilitudinem invehat; ſive virtutes veſtras, ſive proſapiam attentè ſpectemus, tanta eſt inter V. S. C. & Sanctam Matrem Eccleſiam affinitas, tanta conjunctio, ut utriuſque diſcrimen ab oculatiſsimo Philoſopho, diſertiſsimo Encomiaſte, ac eloquentiſsimo Oratore, vix diſcerni queat: Unicam dotem (quæ inſtar omnium erit) referam. Si Eccleſia Romana inter immanes perſecutionum voragines, infallibilis ac firma ſemper perſtitit: quæ à Legatis Apoſtolicis SS. Ruperto & Corbiniano, Bavaria fidei documenta accepit, ea in hanc ætatem ita illibata retinuit, ut nè minimum erroris præcipitium novèrit. Imò inter vicinarum Regionum procellas ac inundationes latè ſtagnantes ab anno 580. ſemper triumphalibus adoreis, ac lauris ornatior evaſerit: undè omnibus poſteris ſæculis magnifica templa erexit, Chriſtianæ doctrinæ Athenæa dotavit, arces munitiſsimas extruxit

truxit, ad orthodoxam fidem, ac Romanæ Eccleſiæ Religionem tuendam, avitámque libertatem Eccleſiaſticam propugnandam ac propagandam: quæ ſanè Bavaricæ conſtantiæ, ſinceritatis ac zeli pro Sanctâ Matre Eccleſiâ, certamina demonſtrant ac triumphos. Et cùm hoc ſæculo infame hæreſeos monſtrum vicinas Regiones devaſtaret, ac ferè abſumeret, plurimæque Germaniæ Regiones ſquallidæ ferè jacerent, itaut Apoſtolicæ Religionis vix ullum in iis appareat veſtigium, Bavaria illuſtrior ſemper evaſit, ac virtutibus ornatior: adeòut ortodoxæ fidei gaza, & inexpugnabile propugnaculum videatur.

In plura poſſem Domus Bavaricæ encomia prorumpere; ſed ut adulationis ſuſpicionem deflectam, ulteriùs non progrediar. Hoc unicum adjiciam: quod univerſi populi Bavariam mirentur, & hæreſes vereantur, ortodoxi omnes pari amore ac honore proſequantur, Monarchæ & Principes certatim ejus exemplo Religionem Romanam augere, & quod antiquatum erat reſtaurare contendant: ſicut ab avitâ fide, ita nec ab ejus ſollicitudine & Religionis zelo deflexit V. C. Princeps Sereniſsime: nam nec dùm inauguratus, pro Eccleſiæ Leodienſis ſalute, ſeu potiùs Eccleſiæ Romanæ fovendâ Religione, omnes lacertos virésque impendit: adeò ut Eccleſiaſtica libertas & auctoritas penè profligata, quaſi è pulvere nunc excitata, renovata, & condita videatur, ac Eccleſia Leodienſis,

dienſis, ſeu potius Summus Pontifex & Eccleſia Romana illud effari debeant, quod olim Cepheus & Caſsiope conjuges congratulabundi in laudem Perſei ob Andromedam filiam ſuam chariſsimam è faucibus beluæ marinæ liberatam cecinere: ut Ovidius lib. 4. Metamor. fabulatur.

Littora cum plauſu clamor ſuperasq; Deorum
Implevêre domos, gaudent, generumq; ſalutant,
Auxiliumq; domus, ſervatoremq; fatentur
Caſsiope, Cepheúsque pater. ——

Seu potiùs, (ut relictis commentis hiſtoriæ ſacræ locum demus) Legia V. C. (ut olim Roma, alterum Conſtantinum Magnum Chriſtianæ libertatis aſſertorem, Dominiiq; temporalis Mæcenatem magnificum, vel Leonem Magnum Pontificem Attilæ terrorem) ſuſpicere ac venerari debet. Nam profectò MAXIMILIANE magnus es, imò maximus; univerſa enim quæ aggrederis magna ſunt, quæ perficis ſumma. Piaculum foret aliquid in Te videri non maximum, à Te patrari mediocre; atque ab avitâ virtute, generoſitate & fide, Te vel minimum aberrare. Imò quamvis à Majoribus ingentem encomiorum cumulum trahas, tamen tua non minùs conſpicua ſunt, cùm univerſa virtutum genera quæ in illis ſparſim extiterunt, facto agmine in Te congregentur, & Tibi uni Heroicè adſint, quæ in Pro-avis claruerunt: etſi eos celebrent Cæſareæ hiſtoriæ, Regiáque reliquarum nationum Chronica. Quod ſi Solis Analogia arrideat,

Matth. c. 5 v. 14. arrideat, juxta Chriſti Salvatoris placitum: nemo niſi zelotypiâ perſitus inficiari poteſt V. C. tot virtutibus eſſe conſpicuam, quot ille radiis micat: ubi enim illarum virtutum ſplendorem in Legiam fudit, eámque illuſtravit, proximas errorum & turbarum nubes (nè eam offunderent) fugavit. Sed dum V. C. quaſi Phœbum, non tantùm Eccleſiæ Leodienſis, ſed etiam aliarum, (quibus pari juriſdictione dominatur & præeſt) intueor, ſanè ab incæpto hujus Operis voto recedendi animus eſt, illique umbras ac figuras offerre, ſeu objicere vereor. Unicum tamen me progredi movet, quod & experientiâ compertum eſt, ſcilicet Phœbum (dum his ſublunaribus irradiat) etiam umbras producere, quarum beneficio univerſorum obtutibus ſe objicit. Recordor etiam Lympham ambabus licet ruſticis manibus oblatam, non diſplicuiſſe Regibus. Memini Sancto noſtro Patri Eliæ modicum panis & aquæ placuiſſe, & calicem aquæ frigidæ egeno propinatum, Divino Numini gratum eſſe. Imò ipſimet Eliæ Prophetarum Apici, Divinam (a) Incarnationem Verbi (a) ac integerrimam Virginis Puritatem & Maternitatem (b) fuiſſe figuraliter per nubeculam cœlitus prænunciatam, docet Textus Sacer. (c)

S. Aug. ſer. 20. de tem.

(b) Ioann. 14. lib. de Inſt. Mon. c. 23. 24.

Cùm igitur SERENISSIME PRINCEPS Sacræ Romanæ Eccleſiæ effigiem V. C. ita expreſſam habeat; patiatur quæſo (cùm umbra corpus comitetur)

(c) 3. Reg. 17 v. 4.

tetur) ut hæc Sacræ Romanæ Eccleſiæ umbra, ſeu delineatio, vel potiùs noſtri obſequii & gratitudinis teſſera ſuis Altaribus litetur. Iterùm fateor Veſtræ Dignitati eam omninò imparem eſſe; at ſi à tanto culmine aliquid ſibi affine præſtolandum foret; nullus ſanè daretur litandi locus. Quod ſi quâ ſolet benevolentiâ noſtram Obſervantiam Regularem complectatur, & hoc Opuſculum excipiat: quidquid virium & ætatis ſupereſt, reliquis voluminibus dicaturus ſum Dei honori, Sanctæ Eccleſiæ encomio, ac publicæ utilitati.

Ita vovet

SERENISSIMÆ CELSITUDINIS VESTRÆ,

Humillimus & Obſequentiſsimus Servus ac Cliens,

Fr. MATTHIAS à CORONA.

LECTORI BENEVOLO.

CUM nonnulli eo animi delirio & errore laborent, ut existiment Ecclesiam Romanam non esse veram, seu à Christo fundatam; quia non est Sancta: nec esse Sanctam: quia in eâ mali cum bonis; & reprobi cum electis commixti sunt: quia bono semini (quod cœlestis Agricola terræ mandavit) inimicus homo superseminavit zizania. Contra quos licet adduci sufficeret sanctissimum Apostolorum Collegium (cui Christus immediatè & visibiliter præerat) in quo tamen Iudas proprii Magistri proditione impiè deliquit: & occurrat religiosissimus Prophetarũ Cœtus sub Elisei piissimo regimine; in quo turpem avaritiam Giesi perpetravit: ipso non consentiente, aut approbante, imò reprobante Eliseo; placet tamen, ampliùs respondere quod olim sanctus Isidorus Pelusiota scripsit Andromacho Comiti epist. 342. *Non possum non tuam vesaniam & stultitiam mirari, quod de divinâ nostrâ Religione, non juxta id quod ipsa in se est, sententiam ferat & opinetur, sed ob pravos ac perversos nonnullorum mores illam suggillet, & malè habeat. Quid enim ipsa deliquit, si Zozimus Maron, Eustatius, (uti tutè scribis) non audenda audentes, gloriantes? verò in iis, ob quæ pudore potiùs eos suffundi & erubescere par esset; omnesq; qui ob flagitia aliquando nobiles & celebres fuêre, suis flagitiis superantes, & qui nè in laicorum quidem multitudine numerari & censeri deberent, inter Clericos appareant? cur non potiùs à bonis & rectè viventibus illam deprædicas, quàm ob pravè & dedecorosè viventes calumniaris?* Aut cum Divo Hieronymo epistolâ ad Iulianum. *Noli respicere Judam negantem, sed Paulum respice confitentem.* Et productis Angelis in scalâ Iacob ascendentibus & descendentibus. *Non te terreant descendentes, sed provocent ascendentes.* At verò sæpenumero contingit (ut laudatus supra, Divus Isidorus Pelusiota) ejusmodi hominibus rectè improperat. *Certè speciosam quandam inveniſſe tibi socordiam & prætextum videris,*

quod propter illos impediri te dicas, quòminùs divinissimæ te Philosophiæ applices. Porrò si ob & juxta illustres ac præclaros viros, de eâ sententiam ferre nolis; saltem rem in se considera & pensa; & tantas & tot eam laudes videbis promereri, ut & disertissimos Oratores, mutos velut reddat, si illius velint laudes & encomia contexère. Et paulò post: *Ipsa est, quam ut verbis eam quis complectatur. At si nec ipsam in se explorare, nec ob illustres & probos cultores ejus pro eâ sententiam ferre velis, sed ob prævaricantes quosdam ei obtrectare præsumas, certè nec justè, nec convenienter feceris. Verùm si ipsam admittendo & approbando, eâ indebito modo & non rectè utentibus indigneris, & adversus illos insurgas; certè rectè sentientis, sapientis & prudentis viri nomen consequeris, quod ipsa prævaricantium peccata contra divinam, justámque rem minimè torqueas, nec ob illegitimè illam usurpantium insaniam, eam insurgas.* Nè tamen inermes contra ejusmodi oblocutores videamur; quam vis tota antiquitas plena sit Prophetarum & Canticorum oraculis, historiis ac figuris, Ecclesiæ sanctitatem non obscurè indigitantibus, dicente Apostolo 1. Cor cap. 10. v. 11. *Omnia in figuris contingebant illis.* Et ex ipsâ Theologiâ abundè suppetant rationes, & argumenta, quæ eandem Ecclesiæ sanctitatem commendent, celebrent ac probent: unicum tamen Eliam Synagogæ & Ecclesiæ propugnatorem acerrimum, ejusq; Discipulum & hæredem Elisæum hoc in Opere animus est proponere, ac quædam singulis ferè Capitibus ex fœcundissimo Elianæ historiæ promptuario, & florentissimo Carmeli viridario depromere: ut potè quæ Ecclesiæ sanctitatem meo quidem judicio meliùs adumbrent; imò sæpenumerò efficaciter probent. Sub his quippè umbris, seu novem-decim capitibus, quæ totam Eliæ & Elisei vitam complectuntur, præcipua, immò omnia Christianæ fidei mysteria, Sacramenta, virtutum documenta, & contra vitiorum illecebras munimenta: uno verbo quidquid in Ecclesiâ sanctitatis nomen gerit, quidquid ad bonum amplectendum & malum fugiendum præscribitur, deprehendet delineatum: quod si quædam à me prætermittentur; vel non satis explicabuntur, excusationis loco habebit Lector me ab incepto hoc Opere vix uno loco fixum constitisse; variis hinc indè negotiis tantùm nõ obrutum. Cùm verò vix aliquis ex professo de sanctitate Ecclesiæ antehàc dixerit, plurimùm gaudebo, si alii majori otio, & ingenio subtiliori præditi, illud argumentum sub aliis figuris attrectent, seu nostrum hoc institutum elaboratius prosequantur. De hâc siquidem Elianâ historiâ ac morali & mysticâ ejus explanatione dicendum occurrit illud S. Isidori Pelusiotæ citati. *Major námque ipsa est, quam ut verbis eam quis complectitur.* Unctio Spiritus Sancti in illâ recondita est quasi oleum miraculosum viduæ: (de quâ lib. 4. Reg. cap. 4.) quod unico vasculo intellectus nequit contineri; nec stabit, nisi quandò vasa intellectuum nostrorum

ſtrorum vacua non aderunt. *Fons enim* (inquit D. Chryſoſtomus tom. 1. explicans orationem Annæ) *eſt perenniter manans, divinarum virtus cogitationum nunquam deficiens, nunquam conſumpta.* Accipe igitur (Benevole Lector) quæ ad Chriſti gloriam, ejusque Sponſæ Sanctitatem adumbrandam rudi penicillo delineavi: non Hiſtoriæ Elianæ ſeriem chronologicè & capitatim ſequens; ſed eum ordinem quem ipſius Eccleſiæ ordo expoſtulat. Non enim corpus umbræ; ſed umbra corpori adhærere; ipſumque comitari debet. Hujus igitur Tomi ea erit diſpoſitio. Primò ab Eccleſiæ exiſtentiâ auſpicabimur. Deindè quomodò omnes Eccleſiæ notæ ad Eccleſiæ Romanę Sanctitatem probandam confluant, oſtendemus. Tertiò eandem Eccleſię Romanę Sanctitatem deducemus ex ejus origine & propagatione. Denique Romanę Eccleſię Sanctitatem, ejus Maternitas, ac Eccleſię particulares toto orbe diffuſę commendabunt. Quod argumentum non tam ſcholaſtico, quàm hiſtorico & interpretativo ſtylo, agitabimus.

Digitized by Google

FACVLTAS
REVERENDISSIMI PATRIS GENERALIS TOTIVS ORDINIS.

AVctoritate noſtrâ tenore præſentium concedimus admodùm R.^do P. Magiſtro MATTHIÆ à CORONA Sacræ Theologiæ Doctori Sorbonico, necnon Priori Conventus noſtri Leodii facultatem typis mandandi hunc Tomum operis, cui titulus eſt: *Sanctitas Eccleſiæ Romanæ in Sancto Eliâ Prophetâ Carmelitarum Protoparente figurata: ſeu Expoſitio litteralis, myſtica & moralis, ſparſim, à cap. 17. libr. 3. Regum, uſque ad cap. 13. lib. 4. Regum inclusivè Sanctitatem Eccleſiæ delineans.* Dummodò à duobus Theologis noſtri Ordinis probatus fuerit, & alia ſervanda ſerventur. Horum fide datum Romæ in noſtro Conventu S. Mariæ Tranſpontinæ die 24. Junii 1661.

F.^R *HIERONYMVS ARI Generalis Carmelitarum.*

FR. SEBASTIANUS FANTONUS CASTRUCCIUS, Provincialis Hiberniæ & Secretarius Ordinis.

APPRO-

APROBATIO THEOLOGORVM ORDINIS.

DIE quartâ Octobris 1659. Ex Commissione Reverendissimi Patris Generalis, totum hoc Opus attentè perlegi, nihil in eo sacræ fidei, aut bonis moribus reperi dissonum; sed dogmaticâ doctrinâ, orthodoxâ, ac eruditissimâ plenè refertum, dignum censeo ut lucem videat. Datum in nostro Conventu Transpontinæ ut suprà.

FR. ANDREAS LAO Provincialis Daciæ, Sacræ Congregat. Rituum Consultor.

INFRASCRIPTUS habitâ ejusdem Operis lecturâ idem censeo. Leodii vigesimâ-tertiâ Junii 1661.

FR. ALBERTUS A S. GERMANO Ordinis Carmelitarum, Provinciæ Franciæ Definitor, & q. Sacræ Theologiæ Professor.

LICENTIA ORDINARII.

HUNC Tomum de Sanctitate Romanæ Ecclesiæ à Reverendo P. MATTHIA A CORONA Carmelitâ Sacræ Theologiæ Doctore Sorbonico compositum, & à Theologis recognitum ac approbatum, in lucem prodire permittimus ad ejusdem Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ commendationem. Datum Leodii hâc octavâ Septembris 1662.

JO. ERNEST. DE SURLET Canonicus & Vicarius Generalis Leodiensis.

ELENCHUS TRACTATVVM, CAPITVM, ET PARAGRAPHORVM HUIUS TOMI.

TRACTATUS PRIMUS.

DE EXISTENTIA ECCLESIÆ MILITANTIS.

Cap. 1. Quadam Ecclesiæ cum Synagogâ seu Carmelo Analogia. 1
Cap. 2. An sit Ecclesia. 7
Cap. 3. Quid sit Ecclesia: quid Carmelus, quæ Ecclesiæ interpretatio ac definitio. 12
Cap. 4. Ecclesia visibilis & cognita nobis est. 20
Cap. 5. Vna est Ecclesia. 25
Cap. 6. Eiusdem argumenti prosecutio. 36

TRACTATUS SECUNDUS.

DE SIGNIS ECCLESIÆ MILITANTIS.

Prologus. Vera Ecclesiæ signa expenduntur. 58
Char. 1. Antiquitas. 61
Char. 2. Catholicismus. 63
Char. 3. Diuturnitas. 66
Char. 4. Amplitudo. 68
Char. 5. Ecclesia est Apostolica. 72
Char. 6. Successio Sedis Apostolicæ. 75
Char. 7. Vnio in doctrinâ fidei & morum. 76
Char. 8. Vnio membrorum inter se, & cum capite. 82
Char. 9. Diuinæ doctrinæ efficacia. 87
Char. 10. Doctrina salutaris & pura. 90
Char. 11. Miracula. 93
Char. 12. Mors ingloria persequentium Ecclesiam Dei. 98
Char. 13. Mors pia fidelium. 100
Char. 14. Testimonium Acatholicorum. 113

Char. 15.	*Prophetia Sacra.*	119
Char. 16.	*Eccleſiæ Militantis Sanctitas.*	120
Paragr. 1.	*Aliæ hujus characteris 16. explicationes.*	129
Paragr. 2.	*Eccleſia Sancta, quia nihil prophani habet.*	130
Paragr. 3.	*Vaticinium Chriſti de ſanctitate & firmitate Eccleſiæ completum.*	136
Paragr. 4.	*Oracula prophetica de ſanctitate & firmitate Eccleſiæ.*	138
Paragr. 5.	*Eccleſia Militans perſecutionibus ſancitur & firmatur.*	142
Paragr. 6.	*Eccleſiæ firmitas ab Euchariſtiâ.*	150
Paragr. 7.	*Eccleſiæ ſeu Sedis Apoſtolicæ perpetuitati ac firmitati plurimùm conducit pius zelus.*	161
Paragr. 8.	*Auxilium ſpeciale omnibus Ordinibus Religioſis ab Eliâ & ſequacibus ejus præſtitum, horum zelum denotant, ut Eccleſia Romana ſancta & firma ſit.*	175
Paragr. 9.	*Elias & ejus Alumni Eccleſiam Militantem univerſalem ſpecialiter ſanciunt ac firmant.*	178
Paragr. 10.	*Fortunati Principes quorum eximius zelus pro firmandâ & ſanciendâ fide Eccleſiæ Romanæ enituit.*	488
Paragr. 11.	*Eccleſia Romana firma & ſancta ex miraculis.*	191
Paragr. 12.	*Eccleſia Romana firma & ſancta per Concilia.*	120
Paragr. 13.	*Eccleſia Romana ſtat firma & ſancta per Romanum Pontificem.*	243
Paragr. 14.	*Eccleſiæ ſeu ſectæ Hæreticorum non ſunt firmæ ſeu ſanctæ.*	251
Paragr. 15.	*Ruina eorum, qui contra Eccleſiæ firmitatem quidpiam moliti ſunt.*	262

TRACTATUS TERTIUS.

DE ORIGINE, ET PROPAGATIONE SANCTÆ ECCLESIÆ

	Prologus	276
Cap. 1.	*Eccleſia ſancta, quia Deus ejus Auctor eſt.*	278
Cap. 2.	*Eccleſia ſancta, quia Chriſtus ejus Fundator & Caput eſt.*	280
Cap. 3.	*Ejuſdem Argumenti proſecutio.*	291
Cap. 4.	*Refellitur error Antonii de Dominis.*	301
Cap. 5.	*Origo ſanctæ Eccleſiæ per ſubſidium B. V. Mariæ.*	306
Paragr. 1.	*B. Virgo Eccleſiam lactat.*	313
Paragr. 2.	*Eccleſia per Mariam reſpirat.*	315
Pararg. 3.	*Eccleſia in ſinu Mariæ tuta quieſcit.*	317
Cap. 6.	*Eccleſia ſancta, quia per Apoſtolos edocta & propagata.*	320
Cap. 7.	*Beatæ Virginis Mariæ ad Eccleſiæ propagationem concurſus.*	327

TRACTATUS QUARTUS.

DE MATERNITATE SANCTÆ MATRIS ECCLESIÆ.

	Prologus.	333
Cap. 1.	*Ecclesia omnium Fidelium Mater est.*	334
Cap. 2.	*Ecclesia ideò Mater Fidelium dicitur; quia eos parit.*	335
Cap. 3.	*Ecclesia Mater est Fidelium ob legitimam Sacramentorum administrationem.*	338
Cap. 4.	*Ecclesia Mater est Fidelium, quia eos lactat.*	342
Cap. 5.	*Ecclesia maternam suam sanctitatem demonstrat, in eo quod soli salvantur illi, qui in ejus domo manent, & sinu foventur.*	344
Cap. 6.	*Ecclesia Romana omnium Ecclesiarum Mater est.*	356
Paragr. 1.	*Testimonium ex Psalmis.*	359
Paragr. 2.	*Testimonium ex Canticis Canticorum.*	360
Paragr. 3.	*Testimonium Romanorum Pontificum.*	363
Paragr. 4.	*Conciliorum Testimonium olim figuratum.*	369
Paragr. 5.	*Testimonium Conciliorum quæ in Oriente celebrata sunt.*	371
Paragr. 6.	*Testimonium Conciliorum quæ in Occidente celebrata sunt.*	372
Paragr. 7.	*Testimonium Patrum Ecclesiæ Orientalis.*	371
Paragr. 8.	*Testimonium Patrum Ecclesiæ Occidentalis.*	374
Paragr 9.	*Testimonium Imperatorum Orientalium obedientium Romanæ Ecclesiæ.*	377
Paragr. 10.	*Testimonium ab Imperatorum Occidentalium submissione erga Romanam Ecclesiam.*	378
Paragr. 11.	*Testimonium Imperatorum auctoritatem judicandi in Romano Pontifice agnoscentium.*	379
Paragr. 12.	*Testimonium Ecclesiæ Occidentalis.*	389
Paragr. 13.	*Testimonium Ecclesiæ Germanicæ.*	389
Paragr. 14.	*Testimonium Ecclesiæ Polonicæ.*	400
Paragr. 15.	*Testimonium Ecclesiæ Hungariæ.*	404
Paragr. 16.	*Testimonium Ecclesiæ Daniæ.*	405
Paragr. 17.	*Testimonium Ecclesiæ Bohemiæ.*	405
Paragr. 18.	*Testimonium Ecclesiæ Wandaliæ.*	405
Paragr. 19.	*Testimonium Ecclesiæ Gallicanæ.*	406
Paragr. 20.	*Testimonium Ecclesiæ Anglicanæ; Scotiæ, & Hiberniæ,*	429
Paragr. 21.	*Testimonium Ecclesiæ Hispanicæ.*	432
Paragr. 21.	*Testimonium Ecclesiæ Lusitanicæ.*	437
Paragr. 22.	*Testimonium Ecclesiæ Dalmaticæ.*	438

Paragr. 23.	*Teſtimonium Eccleſiæ Africanæ.*	439
Paragr. 24.	*Teſtimonium Eccleſiæ Aſiaticæ.*	445
Paragr. 25.	*Teſtimonium Eccleſiæ Modernæ Aſiaticæ in terris Principum Infidelium.*	474
Paragr. 26.	*Teſtimonium Modernæ Eccleſiæ Aſiaticæ in terris Principum Chriſtianorum.*	487
Paragr. 27.	*Teſtimonium Eccleſiæ Americanæ.*	494
Paragr. 28.	*Teſtimonium Eccleſiæ Italicæ.*	503
Paragr. 29.	*Teſtimonium ex jure Canonico.*	512
Cap. 7.	*Fœcunditas ſeu Maternitas Sanctæ Romanæ Eccleſiæ uſque in finem mundi duratura.*	514
Cap. 8.	*Eccleſia & Sedes Romana, Parentis munere fungitur, quia reliquarum Eccleſiarum & Fidelium exemplar eſt.*	526
Cap. 9.	*Ejuſdem argumenti proſecutio.*	545
Cap. 10.	*Eccleſia Romana eſt Mater Fidelium, quia verâ fidei doctrinâ eos paſcit.*	555
Cap. 11.	*Eccleſia Romana eſt Mater Fidelium, quia condit leges ſanctas.*	561
Cap. 12.	*Eccleſia & Sedes Romana Parentis munere gaudent, ratione Iuriſdictionis & Imperii.*	568

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS PRIMVS, DE EXISTENTIA ECCLESIÆ MILITANTIS.

CAPUT PRIMUM.

Quædam Ecclesiæ cum Synagogâ seu Carmelo analogiæ.

I. SYNAGOGAM fuisse olim Ecclesiæ typum testatur Apostolus passim, maximè 1. Corint. c. 10. v. 11. *Omnia* (inquit) *in figurâ cõtingebant illis.* Quæ omnia? scilicet à se enumerata. Primò transitus maris rubri figuravit Baptismum, v. 2. *Et omnes in Mose baptizati sunt in nube, & in mari.* Dionysius *Signum baptismatis receperunt: nubes quippe figuravit gratiam Spiritus Sancti; mare verò significavit baptismum.* Secundo Mãna typus fuit Eucharistiæ v. 3. *Omnes eandem escam spiritalem mãducaverunt.* Quomodo eandẽ? qua identitate? Cornelius *eandem analogicè: quia Hebræi in signo recipiunt, quod nos reipsâ,* vel ut Dionysius, *Omnes Hebræi tam boni quàm mali comederunt eandem escam, ideſt idem manna.* Manna dicitur esca spiritalis, ideſt mystica, sive typica: quia mãna erat Typus & figura Eucharistiæ, seu Christum in venerabili Sacramẽto significabat; ut patet Joannis cap. 6. v. 49. & 50. Tertiò Aqua petræ Sanguinem Christi figuravit, v. 4. *Et omnes eundem potum spiritualem biberunt: bibebant autem de spirituali consequente eos Petra.* Sed cur vocatur spiritualis, cùm aqua illa petræ esset aliquid corporeum & materiale, ejusdemque speciei ac aqua fluvialis vel fontana? dicitur spiritualis; quia erat miraculosa, seu producta non naturali virtute, sed divinâ, vel angelicâ. *Erat* (inquit Dionysius) *eâdem specie in ore bibentium, & dicitur potus spiritualis, quia divinâ virtute profluxerit de Petrâ.* vel potius aqua illa dicitur spiritualis quia etiam sanguinem Christi præfigurabat. Unde D. Chrysostomus homil. 23. in 1. Epist. ad Corinth. *Illis* (inquit) *Manna & aquam, & tibi Corpus præbuit & Sanguinem.* Quartò, Petra ex quâ fluxit aqua significat Christum v. 4. *Petra autem erat Christus.* Dionysius; *Quemadmodum enim de petrâ illa fluxit aqua, quâ potati sunt filii Israel in deserto: ita de latere Christi fluxit sanguis & aqua, quibus potantur corda fidelium in hoc sæculo.* Seu ut D. Anselmus *Profudit ex suo latere Sacramenta nostræ salutis.* Dionysius *De Christo* (inquit) *quoque emanat aqua sapientiæ salutaris & rivi gratiæ multiformis.* Vel Christus dicitur Petra *propter firmitatem* (inquit D. Anselmus) *quia scilicet* (inquit Cornelius) *quasi petra firmissima sustinet Ecclesiam.* De hâc analogiâ veteris & novi testamenti loquitur D. Gregorius in proœmio ad libros Regum, cùm ait res & historias in Scripturâ descriptas præter litteralem sensum spiritualem etiam significare, *Historia* (inquit) *Regum, quia eo spiritu condita, quo & cætera Scripturæ sanctæ volumina cognoscuntur, non debet credi*

1. Corinthior. 10 v. 11.

Dionys.

Cornel.

Chrysostomus.

Dionys.

Anselm.

S. Greg.

eis eſſe minor Sacramentis, quibus non eſt inferior titulo authoritatis. Nam omnes ſcriptores ejus Prophetæ fuiſſe referuntur, qui cùm hiſtorica narrant, ſpiritualia ſignant, exteriora loquuntur, & intima innuunt, terrena proponunt, ut cæleſtia exequantur. In fine docet quod ſacra volumina *tam ſanctæ Eccleſiæ Sacramenta continent, quàm mores electi hominis demonſtrant.* Audi
Hieron. Hieronymum Epiſt. 103. *Si hiſtorias* (inquit) *reſpicias, verba ſimplicia ſunt, ſi in litteris ſenſum latentem inſpexeris; Eccleſiæ paucitas & hæreticorum contra Eccleſiam bella narrantur.* Vetera ſacrificia Chriſti Paſſionem & noſtrum ſacrificium deſignaſſe docet D. Auguſtinus tom. 6.
Auguſt. lib. 1. contra adverſarium legis & Prophetarum cap. 18 *Quod totum* (inquit) *fideles in Eccleſiæ ſacrificio ſciunt, cuius umbra fuerunt omnia priorum genera Sacrificiorum*, & lib. 3. de Baptiſmo, tom. 7. *Ipſe Dominus quos mandavit miſit ad Sacerdotes, ut pro eis ſacrificium offerretur, quia nondum eis ſacrificium ſucceſſerat, quod ipſe poſtea in Eccleſia voluit celebrari pro illis omnibus: quia illis omnibus ipſe prænuntiabatur.* Idem lib. 20. cõtra Fauſtum, c. 18. tom. 6. *Hæbrei* (inquit) *in victimis pecorũ, quas offerebant Deo, multis & variis modis, ſicut re tantâ dignum erat, prophetiam celebrabant futuræ victimæ, quam Chriſtus obtulit: unde jam Chriſtiani peracti eiuſdem ſacrificii memoriam celebrant, ſacroſanctâ oblatione, & participatione Corporis & Sanguinis Chriſti.* Idem docet lib. 6. cap. 2.

II. Alias Analogias ad rem noſtram expendamus: ac primò ſicut Moyſes ſervus Dei ordinavit rem-publicam, ac Synagogam Judæorum: Ita Chriſtus Filius Dei Eccleſiam fundavit. Au-
Hebr. c. 3. v. 3. diamus Apoſtolum Hebr. c. 3. v. 3. *Amplioris gloriæ iſte præ Moſe dignus eſt habitus, quantò ampliorem honorem habet domus qui fabricavit illam.* Per ampliorem domum D. Chryſoſtomus, D. Anſelmus, Theophilactus, Theodoretus, Dionyſius, & alii intelligunt Eccleſiam. Analogiæ autem inter Moſem & Chriſtum hæ ſunt. 1.ª Sicut Moyſes natus eſt in terrâ alienâ ſcilicet in Ægypto, ita Chriſtus in Bethleem. 2.ª Sicut Moyſes poſitus eſt in ſiſcellâ, ita Chriſtus in præſepio. 3.ª Sicut rex Pharao perſecutus eſt Moyſem, & reliquos infantes Hebræorum in Ægypto, ita rex Herodes perſecutus eſt Chriſtum & reliquos infantes in Bethleem. 4.ª Sicut Moyſes eduxit populũ ex ſervitute Ægypti; ſic Chriſtus humanum genus ex tyrannide Diaboli. 5.ª Sicut Moyſes duxit populum per mare rubrum, ſic Chriſtus per Baptiſmum. 6.ª Moyſes fuit mediator veteris teſtamenti, Chriſtus fuit novi. 7.ª Accepit Moyſes ſponſam Æthiopiſſam, Chriſtus ſponſam Eccleſiam quæ Æthiopiſſa dicitur, juxta illud Cant. c. 1. v. 5. *Nigra ſum ſed formoſa.* Cant. c. 1. v. 5. 8.ª Moyſes per virgam ſuam fecit varia prodigia, Chriſtus majora per crucem perpetravit. 9.ª Moyſes duodecim exploratores miſit in Paleſtinam, Chriſtus duodecim Apoſtolos in orbem. 10.ª Moyſes inſtituit ſeptuaginta ſeniores, deſignavit Chriſtus ſeptuaginta Diſcipulos. 11.ª Moyſes antequam daret legem jejunavit quadraginta diebus, ſic & Chriſtus. 12.ª Moyſes dedit legem veterem, Chriſtus novam. Sicut Moyſes fuit primus Monarcha ſeu viſibile caput Synagogæ; ita Chriſtus Eccleſiæ. Denique poſt obitum Moyſis, ſicut Synagoga fuit ſemper gubernata ab uno viſibili capite, nempe à Pontifice, ſic Eccleſia poſt mortem Chriſti non democraticè, ſed monarchicè gubernata eſt.

III. Illud regimen clarè innuit Chriſtus Matthæi cap. 16. v. 18. *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus & ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiam meam.* His verbis Chriſtus Petro pollicetur ſe eum conſtituturum quaſi petram ac fundamentum ſecundarium ſuæ Eccleſiæ, ſeu futurum ſuæ Eccleſiæ caput viſibile, fore paſtorem ac rectorem univerſalem. Eleganter
Leo. D. Leo Serm. 30. in anniverſario aſſumptionis ſuæ Chriſtum ita Petro loquentem inducit. *Cùm ego ſim petra, ego lapis angularis, quia facio utraque unum, ego fundamentum, præter quod nemo poteſt aliud ponere: tamen tu quoque petra es, quia mea virtute ſolidaris: ut quæ mihi poteſtate ſunt propria, tua ſint mecum participatione communia: Et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: Super hanc* (inquit) *fortitudinem æternum extruam templum.* Dicit hanc petram, non has, non plures, vel æquales, vel coæquales. Cui ſubſcribens D. Ambroſius ſerm. 47. ubi de fide Petri, *Tanquã bonus paſtor* (inquit)

tuendum

Digitized by Google

tuendum gregem accepit, ut qui sibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum: & qui ipse interrogationis tentatione naufragerat cæteros fidei stabilitate fundaret. Denique pro soliditate devotionis Ecclesiarũ Petra dicitur, sicut ait Dominus. Tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, & tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem molemq; contineat. Plura de hoc regimine alibi.

Specialiter Ecclesiam per Carmelum præfiguratam testatur Eucherius lib. 4. in lib. Reg. *Carmelus mons qui interpretatur scientia Circumcisionis Christi figurabat Ecclesiam, in quâ non præputii Circumcisio, sed qualiter Circumcisio accipienda sit scire præcipimur. Per Circumcisionem enim Præputii carnis libidinem atque luxuriam sciendum est abscindendam. Per cordis verò circumcisionem immundæ cogitationes intelligendæ, sunt amputandæ.* Hujus Carmeli caput est Elias, qui in primatu Synagogæ Aaroni successit. Isidorus lib. de ortu & interitu Prophetarum, cap. 35. *Elias Sacerdos magnus, atque Prophata, &c.* Per Sacerdotem intellige Pontificem maximum. Sic Ecclesiasticus cap. 50. v. 1. *Simon Oniæ filius sacerdos magnus.* Vatablus. *Adde & Simonem Onia natum Pontificem maximum.* Et de illo Josephus lib. 12. Antiq. c. 2. *Oniâ Pontifice defuncto successit ei filius Simon justus.* Eum sequuntur Hebræi maximè Rabbi Salomon apud Galatinum lib. 6. de Arcanis Catholicæ fidei cap. 15. *Elias induit se tanquam summus Pontifex.* Et colligitur ex lib. 4. Reg. c. 2. v. 12. ubi dum Elias raperetur in cœlum, *Eliseus videbat, & clamabat: Pater mi, Pater mi, Currus Israel & auriga ejus.* Quasi diceret, sicut Pontifex, & Princeps vocatur Currus; quia sustinet quasi currus onera Reipublicę, populumque bajulat ac dirigit, juxta illud Isaiæ de Christo cap. 9. v. 6. *Et factus est principatus super humerum ejus.* Ita Elias sustentabat onera Israel sicut currus, & eum dirigebat sicut auriga dirigit equos jugales; quod breviter declarat D. Gregorius lib. 2. in Ezechielem homil. 1. *Quid est quod Elias Currus Israel, & auriga dicitur? nisi quia auriga agitat, Currus portat. Doctor ergo qui mores populi, & per patientiam sustinet & sacri Eloquii verbis docet; & currus dicitur & auriga: currus quia tolerando portat: auriga quia exhortando agitat: currus quia mala sustinet, auriga quia populũ bonis admonitionibus exercet.* Eidem successit Eliseus quem morientem Rex Joas visitans exclamat; *Pater mi, Pater mi, Currus Israel & auriga eius.* Quomodo vocat Patrem, & currum, seu aurigam Israel? nonne Joas Rex erat? Hic dominium temporale habebat, Eliæus spirituale, hic politiam temporalem, Eliseus spiritualẽ.

Sic S. Petro Pontifex Romanus in primatu succedit, ut patet ex variis Scripturis maximè Matthæi c. 16. ubi cùm Christus constitueret Petrum Caput & Pastorem Ecclesiæ perpetuò duraturæ, & adversus quam in tali petrâ ædificatâ inferorum portæ non possent prævalere, debuit necessariò Petrus accipere à Christo primatum, tam pro se, quàm pro successoribus, ejusque potestas instituta à Deo, debet esse perpetuò manens in Ecclesiâ. Idem constat ex illis verbis Joannis cap. 21. *Pasce oves meas, pasce agnos meos.* Per oves & agnos non tantùm intelliguntur fideles qui tunc erant, sed quicumque erant futuri. Quibus futuris cùm Petrus non posset in personâ suâ adesse, nec eas pascere sed tantùm in successoribus, debuit illis ovibus futuris Pastor visibilis præesse. Id innuere videtur D. Bernardus lib. 2. de Consider. ad Eugenium Pontificẽ. *Quis es? Sacerdos magnus, summus Pontifex, tu princeps Episcoporum, tu hæres Apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, Ordine Melchisedech, Dignitate Aaron, Auctoritate Moyses, Iudicatu Samuel, Potestate Petrus, Unctione Christus, Tu es cui claves traditæ sunt, cui oves creditæ sunt.* Et Innocentius III cap. solitæ de major. & obedientia. *Nobis in Beato Petro sunt oves Christi commissæ dicente Domino pasce oves meas, non distinguens inter has oves & alias.* Per has intellige eas quarum D. Petrus, dum viveret, curam habuit. Per alias accipiendę sunt ex quarum successores D. Petri regimen habuêre. Ratio hujus successionis in primatu Petri, est, quia nisi in primatu Petro succederetur, Ecclesia maneret sine capite visibili, quod tamẽ est omnino necessarium ad rectũ Ecclesiæ gubernaculum. Quia cùm sit una, debet

IV.

in illâ dari poteſtas univerſalis à quâ regatur. Alioquin nec fidei unitas cõſervari poſſet, nec ſchiſmata vitarentur, nec Eccleſiæ conſervationi, & propagationi ſatis conſuli poſſet. Quod autem hęc univerſalis poteſtas reſideat penes unũ aliquem, non autem penes totam Eccleſiam ſecundùm ſe, aut in concilio univerſali, patet: tum eò quod regimen monarchicũ optimum ſit teſte Ariſtotele lib. 8. Ethic. Tum ex impoſſibilitate convocandi concilia generalia, pro quibuſcumque Eccleſię neceſſitatibus, tum ex exemplo Hierarchiæ Cœleſtis, quæ præter Deum ſummum omnium regem habet unum, qui omnibus aliis præeſt: ab initio quidem habuit eum, qui nunc diabolus dicitur, ut teſtantur Tertullianus lib. 2. contra Marcionem, Gregorius homil. 34. in Evangelia, & lib. 32. moral. c. 34. Hieronymus in caput 40. Job. Iſidorus lib. 1. de ſummo bono c. 12. & deducitur ex ſcripturâ Job. c. 40. ubi Behemot, ideſt diabolus dicitur *Principium viarũ Domini*, & Iſaię c. 14. ubi comparatur Lucifero: ideſt ſtellarũ maximæ, & luciditſſimæ. Hunc autem Luciferum eſſe diabolum docet D. Auguſtinus lib. 11. de civitate Dei cap. 15. Gregorius lib. 32. moral. c. 25. ubi explicans illa verba Ezechielis c. 28. v. 13. *Omnis lapis pretioſus operimentũ tuum*, ait, novem lapides ibi memoratos eſſe novem choros Angelorum, qui Luciferũ quaſi ſuum Principem circumdabant.

Poſt lapſum Luciferi Michaël præfuit ut patet ex c. 12. Apoc. v. 7. ubi dicitur *Michael & Angeli eius*, ideſt exercitus ejus. Agitur enim de bello inter bonos & malos Angelos. Vide plura apud Bellarminum lib. 1. 2. 3. 4. & 5. de Romano Pontifice. Sanderum de viſibili monarchiâ Eccleſiæ, & alios.

V. Elias jure divino ad prophetandum ordinatus eſt. Patet 1.° ex lib. 3. Reg. c. 17. v. 1. ubi ipſemet ait: *Vivit Dominus in cujus conſpectu ſto*, ideſt cujus lumine cœleſti illuſtratus ſum. Undè Eucherius in libros Regum ponderans illa verba, exclamat. *Magna vis propheticæ dignitatis, humanus ſermo eſt, divinus effectus* non vocat humanum, ſed divinum effectum. Cui favet Eccleſiaſticus c. 48. v. 1. *Surrexit Elias quaſi ignis.* quaſi diceret (inquit Cornelius,) *Deus excitavit Eliam, qui zelo Dei veræq; religionis in corde ardebat.* v. 3. *Verbo Domini continuit cœlum.* Dionyſius; *Verbo quod protulit ex divino inſtinctu.* Suffragatur D. Thomas 2. 2. quæſt. 173. a. 2. ad 2. ubi oſtendit Prophetas divino lumine illuſtrari ad prophetiam. *Similitudo intelligibilis in revelatione propheticâ quandoq; immediatè à Deo imprimitur, quandoq; à formis imaginatis reſultat ſecundum adjutorium prophetici luminis: quia ex iiſdem formis imaginatis ſubtilior conſpicitur veritas ſecundum illuſtrationem altioris luminis.* Quibus verbis innuit, quod quamvis propheticum lumen magis vel minus aliis communicetur, tamen à Deo dependet. Quod repetit 2. 2. quæſt. 171. a. 4. *Principium eorum quæ divino lumine prophetitè manifeſtantur eſt ipſa veritas prima.* Per divinum lumen non intelligit lumen gloriæ, quod ſolis comprehenſoribus competit, ſed lumen aliquod ſupernaturale immediatè infuſum à Deo, medium inter lumen beatificum & lumen naturale; imò eſt excellentius illo lumine, quo veritas ſupernaturalis exhibetur per ſimilitudinẽ rerum corporalium. Audi eundem Doctorẽ Angelicum 2. 2. q. 174. a. 2. *Inde eſt quod prophetia, per quam aliqua ſupernaturalis veritas conſpicitur ſecundum veritatem intellectualem eſt dignior quàm illa, in quâ veritas ſupernaturalis manifeſtatur per ſimilitudinem corporalium rerum ſecundum imaginariam viſionem. Et ex hoc etiam mens Prophetæ ſublimior.* Ex quibus deducitur Eliæ ſpiritum nõ humano vel naturali, ſed divino ac ſupernaturali lumine fuiſſe immediatè illuſtratum: & hoc modò paſſim Deus allocutus Eliam dicitur.

VI. Eodem Jure divino dico Romanum Pontificem eſſe caput Eccleſiæ. Quod duobus modis poteſt intelligi. Primò ut ſenſus ſit dignitatẽ illam, quam habet Põtifex Romanus, ut ſucceſſor Petri, & quâ dicitur caput Eccleſię à Chriſto eſſe ortam & inſtitutam. 2.° Ut ſenſus ſit etiam juris divini eſſe quod Romanus Pontifex quà talis, ſit caput Eccleſię, ita ut cõjunctio hujus dignitatis cum Epiſcopatu Romano deſcendat ex Chriſti inſtitutione. In priore ſenſu concluſio eſt de fide; quia de fide eſt Chriſtum Petro ita contuliſſe primatum, ut tranſiret ad ejus ſucceſſores, & Petri ſucceſſores eſſe Romanos Pontifices. In altero ſenſu non ita certa eſt: videtur tamen tenenda contra paucos Theologos. Patet ex modis

3. Reg. c. 17. v. 1. Eucher. Eccleſ. 48. v. 1. Cornel. Dionyſ. S. Thom.

ex modis loquendi Conciliorū. Nam Lateranenſe ſub Innocentio III. ubi Græci & Latini comparuerunt c. 5. *Romana Eccleſia diſponente Domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, utpote mater univerſorum Chriſti fidelium & magiſtra.* Pondera illa verba. *Diſponente Domino.* Septima Synodus actione 2. non ad diſpoſitionem domini, ſed ad ejus præceptum hunc primatum refert. Ibi enim probat epiſtolam Adriani ad Tharaſium, quæ hæc ſcribit. *Cuius ſedes per totum terrarum orbem primatum obtinens lucet, omniumq; Eccleſiarum Dei caput exiſtit. Unde & ipſe Beatus Petrus Apoſtolus Dei iuſſu Eccleſiam paſcēs, nihil omnino prætermiſit, ſed ubiq; principatum obtinuit, & obtinet.* Ait, *Dei juſſu caput exiſtit.* Item *principatum obtinuit & obtinet.* Conciliū Florentinum non tantùm ad diſpoſitionem, & juſſionem divinā hunc primatum refert: ſed inſuper addit ab ipſo Chriſto ejuſmodi primariam & univerſalem poteſtatem traditam fuiſſe. Sic enim convenientibus Patribus Græcis & Latinis loquitur. *Definimus Sanctam & Apoſtolicā Sedem & Romanum Pontificem in univerſum orbem tenere primatū, & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe Beati Petri Principis Apoſtolorum, & verū Chriſti vicarium, totiusq; Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum Patrē ac Doctorem exiſtere, & ipſi in B. Petro paſcendi, regendi, & gubernandi univerſalem Eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe.* Idem fatetur Conciliū Chalcedonenſe epiſt. ad Leonem oſtendens Romanum Pontificem à Deo ipſo vineæ Eccleſiaſticæ eſſe præfectum, ejuſdem cuſtodiā illi eſſe cōmiſſam. *Poſt hæc omnia inſuper, & contra ipſum, cui vineæ cuſtodia à Salvatore cōmiſſa eſt extendit inſaniam: ideſt contra tuam quoque Apoſtolicam Sanctitatem.* S. Leo epiſt. 84. quæ eſt ad Anaſtaſium Epiſcopū Theſſalonicenſem, ſic de ſuâ jurisdictione loquitur. *Sicut* (inquit) *prædeceſſores mei prædeceſſoribus tuis: ita etiam ego dilectioni tuæ priorum ſecutus exemplum vices mei moderaminis delegavi, ut curam, quam univerſis Eccleſiis principaliter ex divinâ inſtitutione debemus imitator noſtræ manſuetudinis effectus adjuvares, & longinquis ab Apoſtolicā Sede provinciis præſentiam quodam modo noſtræ viſitationis impenderes.* Non humanæ vel creatæ, ſed divinæ inſtitutioni curā univerſalem Eccleſiæ aſcribit. Cui aſtipulatur Anaſtaſius II. in epiſt. ad Anaſtaſium Imperatorem. *Per miniſterium humanitatis meæ ſicut ſemper eſt ſedes Beati Petri in univerſalis Eccleſiā aſſumptum ſibi à Domino teneat principatū.* Et Pelagius II. in epiſt. 1. ad Epiſcopos Orientis. *Romana ſedes inſtituente Domino caput eſt omnium Eccleſiarum.* Expende illa verba: *inſtituente Domino.* Accedit D. Cyprianus lib. 1. epiſt. 8. ad plebem univerſam. *Deus unus eſt, Chriſtus unus, & una Eccleſia, & Cathedra una ſuper petram Domini voce fundata, aliud altare conſtitui, aut ſacerdotium novum fieri præter unum altare & unum ſacerdotium nō poteſt: quiſquis alibi collegerit, ſpargit.* Clarius D. Auguſtinus epiſt 92. ad Innocentium. *Quia te Dominus gratiæ ſuæ præcipuo munere in Sede Apoſtolicā collocavit, talemq; noſtrum temporibus præſtitit, ut nobis potius ad culpam negligentiæ valeat: ſi apud tuam veneratiōē quæ pro Eccleſiā ſuggerenda ſunt tacuerimus quam ea tu poſſis vel faſtidioſè, vel negligenter accipere, magnis periculis infirmorum membrorum Chriſti paſtoralem diligentiam quæ ſumus adhibere digneris.* Non dicit quia Populus Romanus, quia Cardinalium Collegium, &c. ſed *quia te Dominus gratiæ ſuæ, &c.* Quibus ſuffragatur in primis D. Anſelmus lib. de Incarnatione Verbi cap. 1. quem Urbano Papæ dedicat his verbis. *Domino & Patri univerſæ Eccleſiæ in terrâ peregrinantis ſummo Pontifici Urbano Frater Anſelmus vita peccator, habitu Monachus, ſive jubente, ſive permittente Deo Cantuariæ Metropolis vocatus Epiſcopus debitam ſubjectionem cum humili ſervitio, & devotis orationibus. Quoniam Divina Providentia veſtram elegit Sanctitatem, cui vitam & fidem Chriſtianam cuſtodiendam, & Eccleſiam ſuam regendam committeret ad nullum alium rectius refertur, ſi quid contra Catholicam fidem oritur in Eccleſia, ut eius auctoritate corrigatur.* Accedit D. Bernardus lib. 2. de Conſideratione cap. 8. *Nec modò ovium ſed & paſtorum, tu unus omnium Paſtor. Unde id probem, quæris? ex verbo Domini. Cui enim non dico Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum, ſic abſolutè & indiſcretè totæ commiſſæ ſunt oves? Ioannis cap. 21. Si me amas Petre paſce oves meas, quas? illius vel illius populos Civitatis, aut Regionis, aut certi Regni?*

Conciliū Lateranenſe.
Anaſtaſius II.
Pelagius
S. Cyprianus.
Auguſt.
Conciliū Florent.
Anſelm.
Bernardus.

Oves meas (inquit,) *Cui non planum non deſignaſſe aliquas, ſed aſſignaſſe omnes. Nihil excipitur, ubi diſtinguitur nihil.* Pende illa verba, *Ex verbo Domini.* Subdit, *Cui enim non dico Epiſcoporum ſed etiam apoſtolorum, ſit abſolutè & indiſcretè commiſſæ ſunt Eccleſiæ? &c.* Ex quibus concludo non tantùm Petrum, ſed etiam Petri Succeſſores Eugenium, aliosque Pontifices Romanos eſſe jure divino inſtitutos, & à Domino univerſali orbi eſſe commiſſos. Exindè etiam ſequitur Romanam Eccleſiam non poſſe humanâ auctoritate privari dignitate Pontificiâ; aut Eccleſiæ primatum in alium Epiſcopatum transferri, licet Epiſcopus Romanus poſſit ex causâ alibi reſidere ad tempus: prout multis annis reſedit Avenione. Nec contra hanc veritatem multùm urgent adverſarii aſſerentes Romanum Pontificem accepiſſe ſuam dignitatem à Concilio Nicæno, ad cujus decreta reſpiciens Concilium Chalcedonenſe Act. 16 ait Romanam Eccleſiam accepiſſe à Patribus ſua privilegia propter Imperium Civitatis illius. Undè etiam conſequenter conſtituit ut Imperio Conſtantinopolim tranſlato Roma iiſdem fruatur privilegiis quibus antiqua. Et Epiſcopus Conſtantinopolitanus ſit ſecundus poſt Romanum Pontificem. Quod & ſignificare videtur Concilium Romanum ſub Symmacho, & Juſtinianus Novella 13. ubi ſic loquitur: *Decrevimus ſecundum ſacrarum Synodorum decreta ſanctiſſimum veteris Epiſcopum primum eſſe omnium Sacerdotum.* Ad hæc enim facile reſponderi poteſt, Concilium Nicænum apertè ſupponere Eccleſiam Romanam jam antea habuiſſe primatum: proindeque non illam ei tribuit, ſed declarat & agnoſcit; & hoc ſenſu verum eſt Pontifici Romano ſecundum canones primatum competere. Decretum autem Chalcedonenſe nullius eſt ponderis: quia factum eſt abſentibus & poſtea reclamantibus Apoſtolicæ Sedis Legatis. Et S. Leo, cujus auctoritate Concilium Chalcedonenſe habitum eſt, decretum illud reprobavit, & Apoſtolicâ authoritate caſſavit: ut patet ex ejus Epiſtolis 53. 54. 55. Nec refert quod ſimile decretum videatur conſtitutum in ſextâ Synodo Can. 36. quia iſti Canones non ſunt revera ſextæ Synodi, ſed ſunt edicti poſt annos aliquot à Patribus in Trullo congregatis, neque habent authoritatem ſaltem Concilii generalis, licet eorum aliqui ſint poſtea ab Eccleſiâ ſpecialiter approbati. Quod ad Concilium Romanum ſub Symmacho: manifeſtè indicat dignitatem Pontificiam non eſſe per ſe primò attributam à Cõciliis, ſed eam ipſi jure divino competere. Undè Nicolaus I. ait iſta privilegia Eccleſiæ Romanæ à Chriſto eſſe donata, à Synodo autem non donata, ſed celebrata, & honorata.

VII. Nec etiam premit quod Hæretici aſſerunt primatum ab Imperatoribus, Conſtantino, & aliis eſſe conceſſum. Variis enim Epiſtolis oſtendi poteſt etiam ante Conſtantinum Romanos Epiſcopos primatum in Eccleſiâ exercuiſſe. Et ipſe Conſtantinus in edicto, quod ab hæreticis objicitur (quæcumque ſit illius auctoritas) fatetur in urbe Româ primatum Sacerdotum Chriſtianæ religionis caput ab Imperatore Cœleſti inſtitutum eſſe. Quod ſi dicat ſe Epiſcopo Romano primatum concedere, explicandum eſt quo ad liberam ejus executionem, non quoad ejus inſtitutionem. Patet etiam ex hiſtoriis, quod Phocas ad retundendam audaciam Patriarchæ Conſtantinopolitani declaravit titulum Epiſcopi univerſalis ſoli Epiſcopo Romano competere. Nec etiam hanc veritatem deſtruit quod refertur univerſalem poteſtatem acceptam eſſe à Chriſto & aliis Apoſtolis, ut etiam innuit Anacletus Epiſtola 21. Julius primus Epiſt. 1. Provenit enim ex Petro Dei juſſione, ut alii Pontifices teſtantur. Et quamvis conjunctio ſummi Pontificatus cum Romanâ Sede non ſit facta vi primæ inſtitutionis, ſeu priuſquam in cœlum aſcenderet; tamen poſtea facta eſt ex ipſius Chriſti voluntate. Parum etiam obeſt quod Summus Pontifex ab hominibus eligatur. Vi enim illius electionis tantùm deſignatur perſona, quæ poſita legitima electione & deſignatione à Deo immediatè poteſtatem accipit. Hanc & alias Pontificis maximi prærogativas ſequentibus fuſius expendemus.

Duas

Duas tantùm analogias Synagogæ & Ecclesiæ maximè primitivę producere sufficiat. Prima est ex lib. 3. Reg. c. 19. v. 1. Elias *Projecit se, & obdormivit in umbrâ Iuniperi.* Cur Elias dicitur se projecisse & obdormisse in umbrâ Juniperi, cur non sub umbrâ alterius plantæ, puta Oleæ, Palmæ, Cypressi, Platani, &c? quid per Juniperum intelligit? Ecclesiam primitivam, quæ in suâ origine inculta, agrestis omninò erat. Eucherius *Arbor Iuniperi agrestis atque inculta Ecclesiam præsignabat ex gentibus, quæ sacrarum Scripturarum nequaquam fuerat exculta præceptis, ad quam Israeliticum regnum transiturum dominum prædixisse Evangelista pronunciat Matthæi cap. 21. Auferetur à vobis regnum* (inquit) *Iudæis, & dabitur genti facienti voluntatem Dei.* Alteram figuram subministrat lib. 4. Regum c. 8. v. 1. *Elisæus locutus est ad mulierem, cuius vivere fecerat filium dicens: Surge & vade tu, & domus tua, & peregrinare ubicumque repereris: vocavit enim famem super terram, & veniet super terram septem annis: Quæ surrexit & fecit iuxta verbum hominis Dei, & vadens cum domo suâ peregrinata in terrâ Philisthiim diebus multis.* Quid per illam mulierem Sunamitidem designat? Ecclesiam. quid per transitum à terrâ Israel ad terram Philysthinorum, designatur: ejusdem Ecclesiæ transmutatio à Judaismo ad Gentilismum, seu à Judæis ad Gentiles. Idem Eucherius *Mulier Sunamitis quæ ob inopiam famis consultu Elisæi de Iudæâ ad terram Philisthiim transivit primitivam Ecclesiam, quæ per Apostolos ex Circumcisione Christo credidit præsignat: quæ Ecclesia ob infidelitatem Iudæorum, atque inopiam verbi Dei, quæ illos obtinuit revelante sibi divino spiritu ad populum gentium transmigravit.*

l. 3. Reg. c. 19. v. 1.

Eucher.

l. 4. Reg. c. 8. v. 1.

CAPUT SECUNDUM.

An sit Ecclesia?

1. QUAMVIS ex jam dictis videamur supponere esse Ecclesiam: tamen hic specialiter id discutiendum. Quemadmodum in omnibus disciplinis principia quædam præsupponenda sunt, vel explicanda, ut clarior & magis perspicua fiat totius operis demonstratio, sic sanè in præsenti opere quædam quæstiones analyticæ & elementares, seu subjectivæ tractandæ sunt, & præmittendæ; ut in iis quasi in tabulâ rasâ, colores applicare & exprimere possimus, & melius Ecclesiam delineare. Ac primò occurrit quæstio de Carmeli, vel Ecclesiæ existentiâ. Carmelum olim extitisse testatur sacer Textus lib. 1. Reg. c. 15. v. 12. *Nunciatum est Samuelı, eo quod venisset Saul in Carmelum.* cap. 25. v. 2. *Erat vir quispiam in solitudine Maon, & possessio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis, &c. Et accidit ut tonderetur grex eius in Carmelo, &c. Ascendite in Carmelum & venietis ad Nabal, &c. Nec aliquando defuit quidquam eis de grege omni tempore, quo fuerunt nobiscum in Carmelo.* lib. 3. Reg. c. 18. v. 19. *Congrega* (inquit Elias) *ad me universum Israel in monte Carmeli. Misit Achab ad omnes filios Israel, & congregavit Prophetas in monte Carmeli.* v. 42. *Elias autem ascendit in verticem Carmeli.* lib. 4. Reg. c. 1. fertur de quinquagenario primo. *Qui ascendit ad eum, sedentiq; in vertice montis ait homo Dei, &c.* Cantic. c. 7. v. 5. *Caput tuum ut Carmelus.* Isaiæ c. 16. v. 10. *Auferetur lætitia & exultatio de Carmelo.* Cap. 33. v. 10. *Concussa est Basan & Carmelus.* Cap. 35. v. 2. *Gloria Libani data est ei decor Carmeli & Saron.* Cap 37. v. 24. *Introibo altitudinem summitatis eius, saltum Carmeli eius.* Hieremias cap. 2. v. 7. *Induxi vos in terram Carmeli, ut comederetis fructum eius.* c. 4. v. 33. *Aspexi & ecce desertus Carmelus.* cap. 48. v. 33. *Ablata est lætitia, & exultatio de Carmelo, & de terrâ Moab.* cap. 50. v. 19. *Pascetur Carmelus & Basan.* Amos 1. v. 2. *Exsiccatus est vertex Carmeli.* Michææ c. 7. v. 14. *Pasce populum tuum in virga tua, & gregem hæreditatis tuæ habitantes solos in saltu, in medio Carmeli.* Naüm cap. 1. v. 4. *Infirmatus est Basan & Carmelus.* Ex quibus satis patet Carmeli existentia. Ecclesiæ existentia controverti seu negari non potest: alioqui frustra de eâ scripsissent D. Cyprianus librum ejusdem tituli. Optatus lib. sex contra Parmenianum. D. Augustinus lib de ejus unitate. Noster Thomas Waldensis in suo Doctrinali fidei tomo 1. lib. 2. cap. 8. 9. 10.

Libr. 1. Reg. 15

Libr. 3. Reg. 18 v. 19.

Isaiæ 35.

Joannes

Digitized by Google

Joannes de Turrecrematâ ſummâ de Eccleſiâ. Albertus Pighius controverſiâ 3. Driedo lib. 4. de dogmatibus Eccleſiaſticis c. 2. Cardinalis Hoſius in Confeſſione, in Explicatione Symboli, & libr. 5. contra Brologomena Brentii. Alphonſus à Caſtro lib. 6. contra hæreſes. Franciſcus Turrianus in libris duobus de Eccleſiâ, & ordinationibus miniſtrorum. Joannes Antonius Delphinus in libris tribus de Eccleſiâ. Joannes à Lovanio in Explicatione Symboli; aliique Symboli Expoſitores. Joannes à Daventriâ in confutatione ſeptimi articuli Confeſſionis Auguſtanæ. Joannes Cochlæus Philippicâ 4. & in libro de Scripturæ & Eccleſiæ Authoritate. Petrus à Soto 1. parte defenſionis ſuę contra Brentiũ. Gregorius de Valentia in Analyſi fidei Catholicæ parte 6. Becanus & Coſterus in tractatu de Eccleſiâ, & ſexcenti alii tum Controvertiſtæ, tum etiam Theologi: imò etiam ipſi Hæretici.

II. Horum omnium authoritas etſi ſufficiat, tamen alia teſtimonia proponemus ex Scripturæ Interpretibus, qui citata de Carmelo loca Eccleſiæ applicant. D. Thomas in Cantic. cap. 7. v. 5. Explicans illud Cant. *Caput tuum ut Carmelus*, ſubdit, *bene caput Eccleſiæ Carmelo comparatur. Carmelus enim, qui & Carmel, dicitur interpretatio, cogitatio, vel ſcientia circumciſionis. Ergo caput Eccleſiæ Carmelo aſſimilatur, qui notat circumciſionẽ aliquando corporaliter celebratam, nunc ſpiritualiter debere obſervari, juxta quod Propheta dicit Jeremiæ cap. 4. Circumcidimini Domino in cordibus veſtris. Hanc ſcientiam circumciſionis non habuerunt Judæi ideoq; reprehenduntur à Beato Stephano Protomartyre dicente Act. c. 7. Durâ ſervice, & incircumciſis cordibus & auribus: vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis: in lib. Regum legitur 3. cap. 18. quod Elias in monte Carmeli aſcenderit, & inclinando aridam terram cœleſtibus pluviis inebriaverit poſt longam trium annorum ſeminis ſiccitatem. Quæ hiſtoria pulchrè ſonat allegoriam. Nam Elias qui interpretatur Deus meus Dominus Chriſtum ſignificat, qui cùm ſit Deus, & Dominus totius creaturæ, ſpecialiter ſuus, ideſt proprius Deus, & Dominus eſt Eccleſiæ. Hic ergo in Carmelum aſcendit, & per eos orienti mundo gratiarum ſuarum pluvias tribuit, &c.* Hugo Card. illa verba Iſaiæ c. 16. explanans, *Auferetur lætitia & exultatio de Carmelo*, ſubdit, *ideſt abundantia temporalium de Eccleſiâ unde tota exultatio & lætitia eſt hodie.* D. Hieronymus ad illa verba c. 35. *Gloria Libani data eſt ei decor Carmeli*, vel ut 70. *Honor Carmeli*, reddit, *debemus accipere libanum templum, ſive Hieruſalem intelligere, dicente Zacharia c. 11. Aperi Libane portas tuas, & Ezechiel cap. 17. Aquila magnarum alarum plena unguibus, quæ habet ductum intrandi in Libanum & Carmelum priorem ſignificare populum, de quo ſupra dictum c. 32. & erit deſertum in Carmel, & Carmel in ſaltum reputabitur & Saron eandem habere intelligentiam, Scripturâ dicente. Factus eſt Saron ſicut deſertum. Omnis igitur candor cultus Dei, & circumciſionis ſcientia, & loca uberrima atque campeſtria, quæ appellantur Saron, dabuntur deſertæ quondam Eccleſiæ, & habitatores illius videbunt gloriam Domini, & decorem ſive altitudinem Dei noſtri.* Dionyſius ad illa verba Jeremiæ 12. *Induxi vos in terram Carmeli, &c.* Hanc explanationem profert, *ad regnum militantis Eccleſiæ in quâ eſt ſpiritualium divitiarum fertilitas, uberitas virtutum, gratia Sacramentorum, opulentia Scripturarum, de quâ terrâ cantamus Pſal. 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocavit. Carmelus interpretatur cognitio Circumciſionis, per quod ſacra Scriptura, vel ipſa deſignatur Eccleſia, in quâ eſt verè circumciſionis ſpiritalis ſcientia. De hac quoque inductione ait Apoſtolus Galat. c. 2. Deus Pater eripuit nos de preſenti ſæculo nequam, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ, ut comederetis fructus ejus & bona illius, ideſt præfatis Eccleſiæ ſpiritalibus atque internis divitiis animas veſtras reficeretis: quod de Sacramento altaris præcipuè accipi poteſt, nempè ut Sapientia ait proverb. c. 9. Sapientia ædificavit domum, miſcuit vinum & poſuit menſam. Sapientia iſta eſt Chriſtus, virtus & ſapientia Patris, qui utique Chriſtus de ſe ipſo in Evangelio profitetur. Juſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis; Lucæ cap. 7. Propterea (inquit) Sapientia Dei dixit: Ecce ego mitto ad vos Prophetas & Sapientes, Lucæ c. 11. Et egreſſi contaminaſtis terram meam in ipſa Eccleſiâ impiè converſando.*

III. Quod autem Carmelus qui tempore Eliæ exiſtebat, nunc etiam ſubſiſtat, & per-

D. Thomas. *Hugo Card.* *D. Hier.* *Dionyſ.*

& perſeveret, necullis temporum injuriis deſtrui vel hominum memoria excidere potuerit, patet ex modernis & veteribus hiſtoriis apud P. noſtrum Lezanam tom 1.2.3.& 4. annalium ordinis noſtri Romæ impreſſis, qui id conſtanter affirmant. Brocardus in itinerario terræ ſanctæ c.8. §.1.& 2. terram ſanctam inviſens, ait ſe etiam Carmelum viſitaſſe. *Illic* (inquit) *eſt fons ubi prophetarum filii habitabāt Fratres Ordinis Carmelitarum, ſuiq́ cum eis ibidem.* Palæonydorus lib. 3. cap. 10. refert templum B. Virg. ibi dicatum adhuc integrū perſeverare. *Manet Eccleſia noſtri Conventus in Carmelo uſque hodie incombuſta, Saracenis nec audentibus nec valentibus infringere, ut teſtatur Magiſter in Theologia Sobertus in ſuis additionibus, etiam magiſter Ioannes Duſeldorp Sacræ Theologiæ profeſſor, & P. Petrus Fabri Lector Conventus Schonomenſis, qui navigantes ad terram ſanctam Eccleſiam à longè viderunt. Sed Magiſter Wilelmus Civis Herlemenſis retulit mihi quod anno 1489. fuerit cum multis in monte Carmeli & in Eccleſiâ, cuius teſtudo interior opere Moſaico eſt depicta. Dixit inſuper non vidiſſe ſe maiorem.* Illis ſubſcribunt Petrus Lucius in compēdio c. 12. Didacus Coria in chronico Carmelit. lib. 10. c. 16. auctor libri cui titulus eſt funiculus triplex nodo 18. Munzius in propugnaculo Eliæ. Pondera illa Palæonydori verba. *Nec audentibus nec valentibus infringere, &c.* Unde tanta formido in Saracenis, ut non audeant? Unde tanta firmitas in Tuguriis & ſacellulo, ut non poſſint infrirgere: Ex ſpeciali Dei protectione, quæ Carmeli firmitas Eccleſię inconcuſſam exiſtentiam, ac ſoliditatē denotant. Unde ab Apoſtolo ad 1. Timotheum c 3. vocatur *Eccleſia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis.* Dionyſius aſſerit Eccleſiam ideo dici Columnam, & firmamentum, quia *veritatem Evangelicam fortiter portat, infirmoſq́ ſuſtinet, & vacillantes confirmat, tanquam firmamentum, ſeu fulcimentum nutantium in fide, aut in moribus.* Seu dicitur columna & firmamentum, quia *ſuper hanc petram*, inquit Chriſtus Mathæi c 16. v. 18. *Ædificabo Eccleſiam meam, & portæ Inferi nō prævalebunt adverſus eam.* Theophilactus, *Portæ inferi temporales, ſunt perſecutores, qui ad infernum mittere conantur Chriſtianos, & hæretici quoque portæ ſunt ad infernum ducentes, multis igitur perſecutoribus & multis hæreticis prævaluit Eccleſia.*

Brocard. Palæonydorus. 1. Thimoth. c. 3. Dionyſ. Matth. c. 16. v. 18. Theophilactus.

IV. Id prævidiſſe videtur Vates Regius Pſalmo 47. *Deus fundavit eam in æternum.* Divus Auguſtinus ibidem. *Si ergo Deus fundavit in æternum, quid times ne cadat firmamentum.* D. Chryſoſtomus in illum Pſalmum. *Gratia Dei reddit ciuitatem firmam, validam, & infractam. Hoc eſt enim ei fundamentum, hoc robur, hoc eam facit inexpugnabilem, non humanæ opes & auxilium, non vis armorum, nec turres & mœnia, ſed quid? Deus eam regit & continet.* Non refundit Eccleſiæ inexpugnabilitatem in vires humanas, nec in magnificentiam, & opulentiam ipſius Eccleſiæ Romanæ, ſed in auxilium, & præſidium divinum.

Pſal. 47. Auguſt. S. Chryſoſtom.

V. Varijs Ordo Carmeliticus fuit perſecutionibus impugnatus, maximè anno 1200. ut fusè probat noſter Lezana tom. 3. annalium. Unde Carthuſianus auctor libri cui titulus eſt faſciculus temporum, ait: *Deiferæ Mariæ in Carmelo Monaſterium ab eis* (ſcilicet Saracenis) *crematur, fratribus inventis in eo perfidorum gladijs trucidatis, & tunc* (*proh dolor!*) *Ordo Carmeliticus melliſluum locum ex toto perdidit, in quo à tempore Eliæ & Eliſæi prophetarum duobus millibus ducentis & vno annis perſiterant.* Unde non immeritò Abbas Trithemius de hac clade ſic exclamando effatur de laudibus Carmelitarum lib. 1. c. 8. *O miſeranda ſanctiſſimi Ordinis calamitas, qui penè infinitis pridem filiis exultabat, quem non etſi lapideus ſit, permolliat iſta Carmeli deſolatio quando non unius tantum montis, ſed multorum monaſteriorum per univerſam Iudæam religio deſtructa eſt.* Palmerius lib. 7. hiſtoriæ, & Odericus ſub anno 1291. numero 18. aſſerunt, quod *Deiparæ imago per dies complures lacrymauit.* Quomodo lachrymas contineret, cum videret illa prophetica oracula completa Iſaiæ. c. 26. *Auferetur lætitia & exultatio de Carmelo* c. 33. v. 9. *Concuſſa eſt Baſan & Carmelus.* Ieremiæ c. 4. v. 26. *Aſpexi & ecce Carmelus deſertus, & omnes urbes eius deſtructæ ſunt à facie Domini, & à facie iræ furoris eius* cap. 38. v. 35. *Ablata eſt lætitia & exultatio de Carmelo.* Naüm capite 1. verſu 4. *Infirmatus eſt Baſan*

Trithemius. Iſaiæ c. 26.

& Carmelus. Amos cap. 1. v. 2. *Exſiccatus eſt vertex Carmeli.* Sed hic ordo licet tunc graviſſimis perſecutionibus fuerit impugnatus, non tamen expugnatus & deſtructus, imò ex Oriente fugatus tantas in Europâ radices fecit, ut non antiquus, ſed quaſi novus ordo naſci videretur; non tantùm quo ad monaſteriorum multiplicationem, ſed etiam gratiarum ac priuilegiorum Apoſtolicorum conceſſionem, ſingularemque Beatæ Virginis protectionem; quæ omnia fuſiſſimè & doctiſſimè refert noſter Lezana tomo 3. Annalium ſæculo 1200. item tomo 1. quæſt. regul. & in mari magno Carmelitarum.

VI. Ita quamvis Eccleſia Tyrannorum perſecutionibus, hæreticorum & ſchiſmaticorum cavillis, imò etiam aliquorum Chriſtianorum armis non mediocriter infeſtata, tamen deficere, perire, nequivit. Audi ſponſam Cant. c. 3. v. 4. *tenui eum nec dimittam* &c. D. Bernardus ſerm. 79. in cantica. *Venerunt flumina, flaverunt venti, & impegerunt in eam, & non cecidit, eo quod fundata eſſet ſupra petram. Petra autem eſt Chriſtus. Itaque nec verboſitate philoſophorum, nec cavillationionibus hæreticorum, nec gladiis perſecutorum potuit iſta aut poterit aliquando ſeparari à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu, adeo fortiter tenet, quem diligit anima ſua, adeo illi adhærere Deo bonum eſt. Glutino bonum eſt, ait Iſaias. c. 41. quid hoc tenacius glutino? quod nec aquis diluitur, nec ventis diſſolvitur, nec ſcinditur gladio. Denique aquæ non poterunt extinguere charitatem. tenui nec dimittam. Et Sanctus Patriarcha. Non te* (inquit) *dimittam niſi benedixeris mihi, ita iſta non vult eum dimittere, & forte magis quam Patriarcha, id non vult, quia nec pro Benedictione quidem.* Oſtenditque Eccleſiã firmius & mirabilius Chriſto adhærere, quam Jacob tenuerit Angelum, cum quo luctabatur. *Siquidem benedictione accepta dimiſit eum, hæc autem non ſic. Nolo* (inquit) *benedictionem tuam, ſed te. Quid enim mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram, Pſalm. 72. non dimittam te niſi benedixeris mihi. tenui nec dimittam, nec minus ſortitan ille tenere vult, eum perhibeat diuinus prouerb. c. 8. Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum, quod & pollicens ait Matth. c. 28. v. 20. Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.* Deinde oſtendit quomodo illum teneat. *Quid hac copulâ fortius quæ vnâ duorum tam vehementi voluntate firmata eſt? Tenui eum* (inquit) *ſed nihilominus ipſa viciſſim tenetur ab eo quem tenet, qui alibi dicit Pſalm. 72. tenuiſti manum dexteram meam. Quæ tenetur & tenet, quomodo iam cadere poteſt? tenet fidei firmitate, tenet devotionis affectu vt nequaquam diu teneret ſi non teneretur. Tenetur autem potentiâ, & miſericordiâ domini. tenui eum nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Magna Eccleſiæ Charitas, quæ ne æmulæ quidem Synagogæ ſuas delicias inuidet. Quid benignius, quam vt quem diligit anima ſua ipſum communicare parata ſit inimicæ?*

Cantic. c. 3. v. 4. Bernardus

Matth. cap. 28. v. 20.

VII. De eiuſdem Eccleſiæ exiſtentia & indefectibilitate ita ſcribit Papa Agatho in Epiſt. 1. ad Imperatorem, quæ lecta fuit in 6. Synodo *hæc eſt veræ fidei regula, quam & in proſperis, & in aduerſis vivaciter tenuit, atq; defendit hæc ſpiritalis Mater noſtri tranquilliſſimi Imperij Apoſtolica Chriſti Eccleſia, quæ per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probabitur: nec hæreticis novitatibus depravata ſuccubuit, ſed vt ab exordio fidei Chriſtianæ percepit ab auctoribus ſuis Apoſtolorum Chriſti principibus illibata fine tenus permanet ſecundum ipſius Domini Salvatoris divinam pollicitationem, quam ſuorum diſcipulorum principi in ſacris Euangelijs factus eſt. Petre, Petre* (inquiens) *Ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Confideret itaque veſtra tranquilla clementia, quoniam Dominus & Salvator omnium, cuius fides eſt, qui fidem Petri non defectuam promiſit confirmare eum fratres ſuos admonuit; quod Apoſtolicos Pontifices meæ exiguitatis prædeceſſores feciſſe ſemper cunctis eſt agnitum.* Si ordo Carmeliticus Oriente expulſus, & in occidente tranſplantatus ita excrevit; vt de illo illud Aggæi c. 2. v. 10. effari liceat. *Magna erit gloria domus iſtius noviſſimæ pluſquam primæ.* Eccleſia ex perſecutionibus Judæorum, Paganorum, Schiſmaticorum, Hæreticorum potius incrementum, quam decrementũ accepit. Tertull. in Apologetico c. vltimo. *Sanguis martyrum Semen Chriſtianorũ eſt.* Quaſi diceret

Agatho.

quemad-

quemadmodum ſemen tertæ mandatum fructum ſexageſimum, imò centeſimum profert: ita poſtquam hoſtes Eccleſiæ unum Chriſtianum morte, & ultimo ſupplicio affecerunt, ſtatim Chriſto & cœlo centum alii generati

Leo. ſunt. S. Leo Serm. 1. de SS. Petro & Paulo *Non minuitur perſecutionibus Eccleſia: ſed augetur, & ſemper dominicus ager ſegete ditiore veſtitur dum grana, quæ ſingula cadunt multiplicata naſcuntur.* Expende illa verba. *Singula cadunt, &c.* Non dicit aliqua v.g. Imperatores, Reges, Principes, Magnates & Philoſophi; ut tempore S. Catharinę, &c. Nō dicit quando Pōtifices, Epiſcopi, Doctores, & ſimiles Eccleſiæ Heroes cadunt, ſed ſingula: id quando unus Chriſtianus ſuá conditione & origine vilis moritur multiplicatur, etiamſi ſit mulier, puella, puer multiplicatur, &c. Idem ſerm 6. de Epiphania. *Cruentá impietate ſæviebant quaſi ad maximam gloriam pertinere ducerent ſi de terris nomen Chriſtianum auferrēt, neſcientes Eccleſiam Dei per furorem ſuæ crudelitatis augeri, quando in ſupplicijs & mortibus Beatorum Martyrum qui putabantur minui numero, multiplicabantur exemplo.* Ideſt cùm infideles tantam in fidelibus animadverterent patientiam, conſtantiā, devotionem erga Deum, amorem erga proximos, & inimicos excitabantur ad Chriſtianam fidem amplectendam. Eidem arridet D. Hieron. in vitâ Malachiæ. *Perſecutionibus crevit Eccleſia, Martyriis coronata eſt.* Et D Hilarius 7 de Trinitate docet quod Eccleſia eſt Civitas,

Hilarius ſeu potius eſt athleta, dum impugnatur vincit, triumphat. *Eccleſiæ proprium eſt, ut tunc vincat cùm læditur, tunc obtineat cùm deſeritur.* Eleganter D. Chryſoſtomus tomo 3. ſerm. de Penthecoſte, ubi

Chryſoſtomus. poſtquam Apoſtolos comparavit luminaribus, piſcatoribus, vinitoribus, turribus, columnis medicis, ducibus, doctoribus, portibus, gubernatoribus, paſtoribus, athletis, & pugnatoribus, ſubdit. *Quanti ab initio impugnarunt Eccleſiam cùm fidei ſemina jacerentur, & arma contrà eam commota ſunt, ſed quantò magis impugnabatur, tantò clarior reddebatur.* Et infra eam muro inexpugnabili ſeu potius petræ adamantinæ comparat, quę tangi poteſt ſed non conteri *Petram vocavit Eccleſiam fluctus ſuſcipientem, & non titubantem. Etenim Eccleſia tot ſuſcipit tentationes, non tamen vincitur: quid eſt ſuper petram? hoc eſt ſuper confeſſionem, ſuper ſermones pietatis. Si forſitan interrogas utrum hæc ædificatio ſuſcipiat lapides, aut ligna, aut ferrum, non* (inquit) *nec enim eſt inſenſibilis ædificatio, quod ſi talis eſſet ſolveretur tempore. Confeſſionem autem pietatis neque dæmones, neque ulla creatura vincere poteſt. Teſtantur Martyres, quorum latera radebantur, ſed fides non frangebatur. O nova rerum materies! Paries effunditur, & theſaurus non auferetur, caro ſcinditur, & fides non rumpitur? talis quippe Martyrum virtus. Etenim ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Attendite diligentius verba, portas inferi pericula vocat, quæ mortem pariunt: quid ergo? in infernum intrabit quiſque quando periclitabitur? etiam. Sicut enim portæ introitus civitatum ſunt: ſic pericula introitus mortis ſunt. Et cur* (inquit) *non prohibet tentationes? ut oſtendat virtutem eius. Si nemo eam impugnare poſſet, dicere poterunt, quoniam ſi impugnaretur utique non vinceretur. Propterea permittit eam impugnari, non ut imbecillitas impugnantiū, ſed fides victoriæ imputetur. Et portæ inferi, non dixit, non appropiant ei, ſed non prævalebunt adverſus eam: quid ergo impugnabitur quidem, ſed non tamen vinci poterit, tempeſtates ſuſcipit Eccleſia, ſed non demergitur. Iacula in eam mittuntur, ſed non perforatur; machinamenta præparantur, ſed turris non eliditurr Et quid dico Eccleſiam? Virum ſermonem locutus eſt ad paſtorem, & ſicut turris immobilis perſeveravit. Quanti Tiranni hoc verbum delere conati ſunt, ſed non potuerunt. Supra petram enim fundatum erat. Conſidera Tyrannos, Reges, gladios acutos, beſtiarum dentes, mortem minantes, caminos, ſartagines, manus ferreas, & uncos, & omnia machinamenta parata, & pharetram quidem ſuam evacuavit diabolus, ſed nihil læſit Eccleſiam. Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Teſtatur res ipſa, teſtatur horum quæ fiunt adſtipulatio. Quanti impugnaverunt & nemo prævaluit? & impugnatores quidem taciturnitati & oblivioni dati ſunt: Eccleſia autem quotidie virtutibus augmentatur. Ubi nunc Claudius, ubi Auguſtus, ubi Nero, ubi Tiberius? Nomina ſunt nuda: horum nemo, nec ulla horum mentio. Et quia Eccleſiam impugnarunt ideo & memoriam perdiderunt,*

Eccleſia autem clarior reſplendet. Pondera illa verba. *Eccleſia quotidie virtutibus augmentatur.* Item, *Eccleſia clarior reſplendet* Ejuſdem D. Chryſoſtomi citati & omnium ferè interpretum in lib. 3. Reg. c. 21. in Pſalm. 79. in cap. 17. & 31. Jerem. in c. 19. Ezechiel. in c. 2. & 14. Oſeæ in cap. 1. Michææ, Abacuc cap. 3. Malach. c. 3 Lucæ c. 20. & Matthæi 21. Cant. c. 1. &c. Comparationem Eccleſiæ cum vineâ expendamus. *Vinitores erant, & illis abſentibus corpore vinea floreſcit, & botros affert* Quomodo vinea floreſcit & botros generat? quando putatur minimè potius mori deberet. Audi *S. Iuſtin.* S. Juſtinum Martyrē dialogo cum Tryphone. *Vineæ putatione ad ubertatē provocantur, ita Eccleſia perſecutionibus creſcit.* Similia habet de Juvencio & Maximo Martyribus. Cui aſtipulatur D. Bernardus Serm. 30. in Cantica explicans. *Poſuerunt me cuſtodem in vineis.* Cantic. c. 1. v. 6. quæ ſic explicat. *In tantum ſe profeciſſe ex iis, quæ ab æmulis paſſa eſt gloriatur, ut pro unâ vineâ, quam ſibi abſtuliſſe viſi ſunt, ſuper multas ſe gaudeat conſtituta. Hoc mihi* (inquit) *præſtitere pugnando, contra me, & contra vineam meam. Qui dicunt Pſalmo 136. Exinanite, exinanite uſque ad fundamentum in eâ, ut unam pluribus commutarim: hoc quippe eſt quod infert, vineam meam non cuſtodivi, tanquam cauſam ſubjungens, unde hoc illi contigerit non in una jam, ſed in pluribus cuſtos poſita ſum.* Ex unâ vineâ plures propagines, imò vineæ generatæ ſunt quoties perſecutionibus putare eam infideles, Hæretici & Tyranni voluerunt. Quod ſi miremur cur Deus ſe cuſtodi vineæ comparet, & Eccleſiam vocet vineam. Reſpondet non immeritò Eccleſiam vineæ, & Deum cuſtodi aſſimilari. *Nunquid de vineis cura eſt Deo? Si ſpirituali ſenſu, vineas Eccleſias, ideſt fideles interpretamur populos iuxta Prophetæ ſenſum dicentis Iſaiæ cap. 5. Vinea Domini Saboth domus Iſrael eſt, incipiet fortaſſis elucere nobis, quomodo ſponſæ minimè indignum ſit fieri cuſtodem in vineis. Puto quidem quod & non parva inſuper & in hoc ipſo apparebit prærogativa. Si quis diligentius curet advertere, quantum ubique per orbē in hujuſmodi vineas dilataverit terminos ſuos in die illa, qua Ieroſolymis à filiis matris ſuæ expugnata eſt & turbata, una cum primâ illâ ſuâ novellâ plantatione, multitudinem dico credentium quorum legitur fuiſſe cor unum & anima una. Nec enim ita evulſa in perſecutione fuit, ut non alibi plantaretur, atque aliis locaretur agricolis, qui reddant fructus ejus temporibus ſuis. Non prorſus non periit, ſed migravit, etiam crevit, & dilatata eſt, tanquam cui benedixit Dominus. Denique leva oculos tuos & vide ſi non operuit umbra eius, & arbuſta ejus cedros Dei, ſi non extendit palmites ſuos uſque ad mare, & uſque ad flumen propagines ejus, &c.* Expende illa verba. *Nec ita evulſa in perſecutione fuit, &c. Sed migravit, etiam crevit, & dilatata eſt, &c.* Quibus verbis innuit quomodo ſemper exiſtat Eccleſia, & quidem tam fortiter, & inexpugnabiliter, ut eam hoſtes impugnando non deſtruant, ſed aſtruant: eam perſequendo non radicitus & funditus evellant, ſed majoris incrementi materiam ſubminiſtrent. Divus Chryſoſtomus homil. 20. in cap. 7. Matthæi. *Chryſoſtomus.* *Eccleſiam ergo quam Chriſtus vir ſapiens ſuper petram ædificavit, neque pluvia mendacis doctrinæ corrumpit, neque diabolicus ventus impellit, neque violentorum fluminum impetus movet; nam etſi humiliatur Eccleſia propter tentationem; tamen perire non poteſt propter fidem Chriſti.* Imò potius creſcit ac fortior redditur. Si quis igitur ab adverſariorum inſidiis, & inſultibus liber eſſe ac ſalvari deſiderat, in ea maneat, quidquid garriant, oblatrent, minentur, quomodocumque ſeviant adverſarii. Ex quibus patet Eccleſiam non tantùm extitiſſe, ſed exiſtere, & indebiliter extituram.

CAPUT TERTIUM.

Quid ſit Eccleſia? Quid Carmelus? Quæ Eccleſiæ interpretatio ac definitio?

I. ECCLESIA (quæ idem eſt ac Conventus, Cœtus, Concio multorum hominum.) in bonam & malam partem accipitur. In malam Pſalm. 25. *Pſal. 25* v. 35. *Odivi Eccleſiam malignantium.* In *v. 35.* bonam lib. 3. Reg. c. 8. *Benedixit omni Eccleſiæ Iſrael.* Pſalm. 21. v. 23. *In medio Eccleſiæ laudabo te.* Nos hic loquimur de Eccleſiâ in bonam partē poſt Chriſti adventum exiſtentem, de quâ Chriſtus Matthæi

Matth. cap. 16. v. 18. Matthæi 16. v. 18. *Ædificabo Ecclesiam meam.* Ejus figura est Carmelus, seu Carmeli mons, qui significat præcipuos antiquæ legis ritus, ac novæ legis Sacramenta, & arcana præfigurat. Carmelus enim Hebraicè Carmel, vel Charmel, ideſt cognitio seu scientia Circumcisionis, ut passim Joannes 44. in suo libro de institut. Monachorum. S. Antonius de Padua, Albertus Magnus lib. 5. de laudibus B. M. c. 2. Dionysius Carthusianus, Cornelius. Secundum alios agnus circumcisus, vel coccinus. Circumcisionē autem & Agnum Paschalem Hebræi cum summâ veneratione & observantiâ colebant. Adventum Messiæ in carne mortali cum magnis desideriis, votis, suspiriis olim Patres expectabāt, & ad illum anhelabant. Incarnationis autem decretū Deus manifestans illud circumcisione signavit. *Signum accepit* (inquit) *Apostolus.*

Rom. 4. v. 11. Rom. c. 4. v. 11. *Circumcisionis signaculum Justitiæ fidei.* Rectè Rupertus lib 5 in Genesim, cap. 31. *Constat* (inquit) *quod fœdus ipsum, vel fides quæ Abrahæ ad Justitiam reputata est in promissione seminis, ideſt Christi extiterit, in quo benedicentur omnes gentes. Hoc nempè est quod credidit Abraham, & reputatum illi ad Justitiam. Quâ ergo in parte corporis fidei huius signaculum magis congruè daretur, quam in eâ per quam semen ipsum naturaliter trajicitur: illuc utique congruentius signaculum posuit sponsor, & promissi sui debitor Deus, ut & ipse promissionis, & homo expectationis suæ semper commoneretur.* Ut promisso Incarnationis mysterio in carne passibili fides firmior adhiberetur ab Abrahamo, Deus Circumcisionem præcepit, & impressit in eâ corporis parte, undè emanat semen, quia ex stirpe Abraham Mes-

Musso. sias erat procreandus. Oportunè Musso in Epist. ad Romanos. *Quod signum dari potuit dicite quæso melius & aptius, quàm Circumcisio, ut significaretur in primis ex ipsius fœnore nasciturum illum, qui ut Deum nobis conciliaret, proprium sanguinem funderet, quemadmodum ille cruorem ex mandato Dei non dubitavit effundere.*

II. Hanc passibilitatem seu sanguinis effusionem denotant aliæ Carmeli significationes, videlicet *Agnus circumcisus.* De hâc Circumcisione vaticina-

Isaiæ 53. v. 7. tus est Isaias cap. 53. *Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum, sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se mutus, sic non aperuit os suum.* D. Hieronymus subdit. *Hieron.* *Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrûm, sive tradidit eum pro peccatis nostris: ut quod propter imbecillitatem virium ferre non poteramus, pro nobis ille portaret, qui oblatus est, quia ipse voluit. Non enim necessitate Crucem, sed voluntate sustinuit, dicens Matthæi c. 16. Calicem quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum? & ad Petrum qui scandalizabatur ad Crucis nomen, quia non novit mysterium & humano pavore trepidabat. Marci c. 14. Vade retro me Satana, scandalum es mihi: quia non sapis ea, quæ Dei sunt: sed quæ hominum; alioqui si non propriâ voluntate esset oblatus, qui indicare & prædicere poterat proditorem. Et Apostolis loquebatur Ioannis cap. 18. Omnes vos in hac nocte in me scandalū sustinebitis, &c.* Quomodo intelligendum sit illud. *Et non aperuit os suum.* Et hoc. *Sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus. &c.* Ostendit, cum Pilato noluit respōdere: Sive juxta 70. *Afflictus non aperuit os.* Aut juxta Simmachum & Theodotionem. *Audiens non aperuit os suum.* Et paulò post. *Qui igitur oblatus est Pilato, quia ipse voluit, & non respondit, ut pro nobis damnatus patibulum ascenderet, ipse sicut ovis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente se obmutuit. Etenim 1. Corinth. c. 15. Pascha nostrum immolatus est Christus, quem Ioannes Baptista monstrabat dicens, Ioannis c. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Qui & in Apocal. Ioannis Evangelistæ c. 5. Agnus occisus sæpe memoratur. Qui de se ipso loquitur in Ieremiâ cap. 11. Ego autem sicut agnus innocens, & ductus ad victimam nesciebam. Cùm enim 2. Corinth. c. 5 nesciret peccatum: pro nobis peccatum factus est. Et sicut agnus cùm ducitur ad victimam non repugnat, Sic ille Hebr. c. 2. Passus est voluntate, ut destrueret eum, qui mortis habebat imperium, humilians se usque ad mortem, & mortem Crucis. Hic agnus est in cuius Typo Exodi c. 12. Immolabatur agnus, cuius cruor linitus in postibus exterminatorem fugabat Ægypti, &c.*

Hugo Cardinalis in illud Cap. Isaiæ varias Christi immolati pro salute hominum analogias cum agno occiso affert. *Sicut ovis innocens & mansuetus ad victimam ductus est, & quasi agnus coram* *Hugo Cardin.*

cedente ſcilicet flagellis obmuteſcet: quia cùm cæderetur à militibus obmutuit: Ioannis cap. 19. Vel tondente ideſt ſpoliante, quia ſpoliatus eſt & veſtibus & amicis: & non aperiet os ſuum. cap. 42. Non audietur vox ejus foris, Thren. c. 3. Ex ore altiſſimi non egredientur nec bona nec mala. Ioannis cap. 19. Mihi non loqueris. Chriſtus dicitur agnus vel ovis, quia innocens. 1. Petri c. 2. Qui peccatum non fecit. Item propter balatū pium quem emiſit in cruce. Cum ait Lucæ cap. 23. Pater ignoſce eis, quia neſciunt quid faciunt. Hæc eſt enim proprietas agni quod balatum emittit lacrymabilem. Item agnus ſimplex, & manſuetus, nec lædit alios agnos Ierem. cap. 11. Ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad victimam c. 24. Calamum quaſſatum non conteret. Item agnus dat ſe totum in uſus humanos. Sic Chriſtus dedit carnem ſuam in cibum: lanam ideſt converſationem in veſtimentum: pellem ideſt ſcripturam ſuam in documentum: ſumum ideſt temporalia in nutrimentum. Item agnus agnoſcit matrem, & tunc balatum emittit: ſic Chriſtus in cruce matrem agnoſcens pium balatum emiſit, dicit Ioannis c. 19. Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit Diſcipulo, Ecce mater tua. Item patrem agnoſcens, ait, Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Lucæ cap. 23. Item de agno fiebat jugis hoſtia. Numer. cap. 18. Sic Chriſtus jugis hoſtia eſt in cælo ſemper orans pro nobis. Hebr. cap. 7. Semper vivens ad interpellandum pro nobis. Item de agno fiebat Paſcha vetus. Exodi cap. 12. Et Apoſtolus dicit 1. Corint. cap. 5. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Item agnus habet forte caput 1. Corinth. cap. 11. Caput Chriſti Deus, Pſal 16 Emitte agnum Domine dominatorem terræ de petrâ deſerti ad montem filiæ Sion. Item agnus cornua habet, ſic Chriſtus in manſuetudine poteſtatem ſuam oſtendit, cùm fecit flagellum de funiculis, Ioannis cap. 2. & Matth. cap. 21. Item agnus tener eſt, & de facili læditur: ſic Chriſtus per peccatum de facili offenditur, niſi diligenter caveatur, vel tener eſt per lenitatem. Lib. 2. Reg. c. 23. Ipſe eſt quaſi tenerrimus ligni vermiculus. Item agnus utitur herbis & Chriſtus delectatur in Novitiis. Vel herbæ ſunt opera miſericordiæ. Proverb. c. 8. Deliciæ meæ eſſe cum filiis hominū. Item agnus ſurſum ſalit. Et Chriſtus omnes ſanctos tranſcendit. Cant. c. 2. Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. Vel ſalivit ſurſum in aſcenſione Pſalm. 18. A ſummo Cælo egreſſio eius. Item agnus caſtus eſt non petulans. 1. Petri c. 1. Redempti eſtis pretioſo ſanguine agni immaculati, & incontaminati Ieſu-Chriſti. Item agnus cum grege incedit, non ſingulariter. Sic Chriſtus licet Paſtor eſſet, ſe tamen quaſi agnū inter diſcipulos exhibuit. Eccleſ. c. 32. Rectorē te poſuerunt. Eſto in illis quaſi unus ex ipſis. Apoc. cap. 14. Vidi & ecce agnus ſtabat ſupra montem Sion, & cum eo centum quadraginta millia. Item agnus non habet dentes caninos, ſed maxillares. Sic Chriſtus verba detractionis non habuit, ſed correctionis. Iſta verba notantur per hos verſus.

Innocuus, balans, ſimplex ſe donat in uſum,
Forte caput, cornu parvum, tener utitur herbis,
Subtilit, eſt caſtus, in grege dentis inops.

III. Eandem Chriſti paſſibilitatem ſeu ſanguinis effuſionem confirmat altera ſignificatio Carmeli, ſcilicet cocus: qui ad purpuram tingendam adhibetur. Coccineus color eſt ferè idem cum purpureo. Veſtes enim tingebantur grano quodā purpureo. Videtur etiam idem cum oſtrei colore, qui & muricinus dictus eſt, à ſanguine oſtreorum quo veſtes tingebantur, vel cujus referebant ſimilitudinem. Vocatur etiam vermiculus. Per coccineum colorem repræſentari Paſſionem & Sanguinem Chriſti, Patet Geneſ 38. v. 28. Ex coccineo funę quo obſtetrix Zarę manum ligavit D. Cyrillus à Lyppomano citatus. *Coccinum ſanctiſſimum Chriſti Sanguinem ſignat.* Idem habent D. Ambroſius in cap. 3. Lucæ & alii.

IV. Figurat Denique Chriſti Paſſionem culter acutiſſimus lapideus, quo utebantur Judæi in Circumciſione, & cruentam ſanguinis effuſionem efficiebat adumbrans Chriſti Sanguine humani generis peccata deleri. S. Juſtinus dialogo contra Tryphonem, *Ieſus-Chriſtus omnes eos qui volunt circumcidit iuxta priſca præſagia cultris lapideis.* D. Hieronymus tomo 9. *Cultello itaque petrino Corporis noſtri circumcidenda eſt natura. Petra autem Chriſtus eſt: Cuius amor cultellus eſt, quo creſcente in nobis ſæculi deſideria decreſcent.* *S. Iuſtin.*

V. Carmelus ſeu Carmel dicitur ſcientia Circumciſionis quia ſicut per illam olim Hebræi à reliquis populis diſtinguebantur

gnebantur. ita homines ad Ecclesiam accedentes à reliquis distinguuntur. De hac distinctione per circumcisionē textus sacer Genes. 17. v. 10. *Hoc est pactū meum quod observabitis inter me & vos.* Tostatus in c. 17. Genes. *Ista* (inquit) *circūcisio erat in habentibus eam, quod ipsi erant de populo Dei. & cum vero Deo fœdus pepigerāt, ut eum speciali cultu honorarēt.* Id innuere videntur citata verba Apostoli Rom. c. 4. v. 11. *Signū accepit Abraham circumcisionis Signaculum Iustitiæ fidei, quæ est in præputio.* Theodoretus. *Non est* (inquit) *circumcisio Iustitia, sed testimonium Iustitiæ, & Signaculum, & signum fidei, quam ante Circumcisionem Abraham acceperat &c.* idem in cap. 3. Matthæi v. 46. *Circumcisio significabat & efficiebat: duo namq; faciebat, scilicet tollebat culpam originalem conferendo gratiam, & ostendebat hominem per Signum Corporale pertinere ad populum Dei, & distinguebat eum ab omnibus populis.* Idem in c. 12. Deuter. quæst. 1. *Circumcisio dabatur propter duo, scilicet propter causam præsentem, & propter significationem futurorum. Causa præsens erat distinctio istius populi à cæteris populis. Et hoc est causa litteralis. Causa significativa ad futurum erat, quia Circumcisio cum sit amputatio cuiusdam particulæ parvæ superfluæ significat abscissionem mortalitatis.* Illi astipulatur D. Irenæus Lib. 4. contra hæreses cap. 30. *Deus Circumcisionem in signo dedit, vt cognoscibile perseveret genus Abrahæ.* S. Chrysostomus homil. 40. in Genesim. *Ex Circumcisione hæc fuit utilitas, ut quod ex hoc signo essem Iudæi cognoscibiles, & ab aliis gentibus sequestrarentur,* & hom. 39. *Signū Circumcisionis Deus Iudæis quasi frænum quoddam imposuit ne gentibus miscerentur.* Fusius Damascenus lib. 4. de fide. c. 26. *Circumcisio Abrahæ data est tanquam signum, quod eum liberosq; eius & vernas à gentibus quibuscum degebat discerneret. argumento est, quod cum Israelitæ 40. annis in deserto facium ipsi seorsum versarentur, nec cum alia gente commercium haberent ex iis qui in deserto nati sunt nullus omnino circumcisus est.* Vide D. Thomam 3 p. q. 70. ar. 2. in corpore. Bellarminum lib. 2. de sacr. c. 15. & 17. Vasquez. 1. disput. 130. cap. 2.

Genes. 17. v. 10.

Theodoretus.

Irenæus.

S. Chrysostom.

S. Damascen.

V. Sic Ecclesia *est cœtus seu Congregatio in qua fideles ab infidelibus distinguuntur.* Seu ut vult Bellarminus lib. 3. c. 3. de Ecclesiâ militante. *Est cœtus hominum eiusdem Christianæ fidei professione, & eorundem sacramentorum communione coligatus, sub regimine legitimorū pastorum, ac præcipuè vnius Christi in terris Vicarii Romani Pontificis,* per illa verba, *professio veræ fidei,* excluduntur infideles, vt Iudæi, Turcæ, Pagani, qui numquam fuerunt in Ecclesia. Item Hæretici & Apostatæ, qui fuerunt & recesserunt ab illa. Per illa verba, *eorundem sacramentorum communione,* excluduntur Cathecumeni, quia hi non sunt admissi ad sacramentorum communionem: & excommunicati, quia hi sunt exclusi ab illa. Per hæc verba *Sub regimine, &c.* excluduntur Schismatici qui habent fidem & sacramenta, sed non subjiciuntur legitimo Pastori. Huius conditionis meminit D. Cyprianus Epist. 66. ad Florentium. *Ecclesia est plebs sacerdoti adunata & pastori suo grex adhærens.* Unde qui per Schismata desinunt cohærere. & se sacrilegè ab ista vnitate in capite uno separant, simul desinunt esse partes Ecclesiæ: quia *ad Romanam* (inquit) Irenæus lib. 3. c. 3. *Ecclesiam propter potentiorem principalitatem necesse omnem convenire Ecclesiam, idest eos, qui sunt undiq; fideles* De hac vnione membrorum cum capite sic olim scribebat Trapezuntius genere Græcus. *Cùm dicimus vnam Catholicam Ecclesiam scire oportet, quanam ex Ecclesiâ efficitur vna: siquidem omnis multitudo aliquo vno eiusdem speciei efficitur vna. Etsi igitur Catholica Ecclesia, vna vnius Ecclesiæ Romanæ coniunctione, quæ ipsa cum Pontifice vno vnitur, ita fit ut omnes Ecclesiæ Catholicæ cum Romanâ vniantur, & Romana cum Pontifice; ac proinde omnes cum Pontifice.* quasi diceret, ut aliquis fidelis censeatur, non sufficit professio fidei, eorundem sacramentorum Communio, sed insuper opus est, ut Pontifici Romano adhæreant: qui hunc negant ad Ecclesiam non pertinent. Non tamen necesse est, ut fideles illi sint omnes prædestinati, ita ut soli & omnes prædestinati sint de Ecclesia, ut voluerunt Wiclef. apud nostrū Thom. Waldensem tom. 1. lib. 2. c. 8 & 9. Ioannes Hus, ut habetur in Concilio Constantiensi sessione 15. item non est opus ut Ecclesia sit hominum perfectorum, sicut olim Pelagiani dixerunt apud

Cyprian.

Irenæus.

Trapezuntius.

Sanctum

Sanctum Auguſtinum lib. de hæreſibus cap. 88. vel ſit congregatio eorum, qui nunquam lapſi ſunt, vt olim Novatiani apud S Cyprianum lib 4. Epiſt. 2. & Donatiſtæ apud S. Auguſtinum lib. de hæreſibus cap. 69. vel eorum iuſtorum prædeſtinatorum; ut iuſtinet Calvinus lib. 3 inſtitut c. 2. §. 8. & 9.

VI. Carmelus dicitur ſpecialiter figura Eccleſiæ quia circumciſio (cuius Carmelus dicitur ſcientia) erat figura & ſignum Baptiſmi: quia *baptiſmus* (inquit)

Thomas D. Thomas 3. p. quæſt 70. a 1. in corpore, *dicitur ſacramentum fidei, in quantum ſcilicet in baptiſmo ſit quædam fidei profeſſio, & per baptiſmum aggregatur homo congregationi fidelium. Eadem autem eſt fides noſtra, & antiquorum Patrum, ſecundum illud Apoſtoli 2. Corinth. cap. 4. habentes eundem ſpiritum fidei, credimus. Circumciſio autem erat quædam proteſtatio fidei. unde dicitur Roman. c. 4. quod Abraham accepit circumciſionem tanquam ſignaculum fidei. unde & per circumciſionem antiqui aggregabantur collegio fidelium. unde manifeſtum eſt, quod circumciſio fuit præparatoria ad baptiſmum, & præfiguratiua ipſius ſecundum quod antiquis Patribus omnia in figuram futuri contingebant, ut dicitur 1. Corinth. c. 10. ſicut & eorũ fides erat de futuro.* Huic doctrinę

Auguſt. favet D. Auguſtinus lib. 1. contra Creſconium c. 31. ubi ſic hæreticos affatur. *Circumciſionem certè præputii in figurâ futuri baptiſmi Chriſti ab antiquis obſeruatam eſſe negare, ut arbitror non audetis*, & lib. 6. contra Iulianum cap. 3. *Sacramentum circumciſionis in figurâ præceſſiſſe baptiſmatis, quis vel mediocriter ſacris litteris eruditus ignorat? cum apertiſſimè de Chriſto dicat Apoſtolus, qui eſt caput omnis principatus, in quo & circumciſi eſtis circumciſione non manu facta in expoliatione corporis, carnis, ſed in circumciſione Chriſti conſepulti ei in baptiſmo.*

VII. Paulò attentius expendamus quomodo Carmelus ſeu ſcientia circumciſionis, ſit figura Eccleſiæ, quemadmodum per circumciſionem regenerabantur Iudæi, ita & per baptiſmum

Auguſt. Chriſtiani. Divus Auguſtinus lib. 16. de ciuitate c. 27. *Per hoc* (inquit) *quia circumciſio ſignum regenerationis fuit, non immerito parvulum propter originale peccatum, quo primùm Dei diſſipatum eſt teſtamentum, generatio diſperdet, niſi regeneratio liberet,* quod probat ex cap. 17. Geneſis. *ſed intelligenda ſunt hæc divina verba tanquam dictum ſit, qui non fuerit regeneratus interibit anima illa de genere ejus: quia teſtamentum meum diſſipavit, quando in Adam cum omnibus etiam ipſe peccavit: ſi enim dixiſſet, quia teſtamentum meum diſſipauit, nonniſi de iſtâ circumciſione intelligi cogeret. Nunc verò, quoniam non expreſſit cujuſmodi teſtamentum parvulus diſſipaverit, liberum eſt intellizere de illo teſtamento dictum, cujus diſſipatio pertinere potuit ad parvulum. Si autem quiſquam hoc nonniſi de iſtâ circumciſione dictum eſſe contendit, quod in eâ teſtamentum Dei qui non eſt circumciſus diſſipaverit parvulus, quærat locutionis aliquem modum, quo non abſurdè poſſit intelligi, ideò diſſipaſſe teſtamentum, quia licet non ab illo, tamen in illo eſt diſſipatum. verum ſic quoque animadvertendum eſt nullâ in ſe negligentiâ ſua iuſtè in terne circumciſi animam parvuli, niſi originalis obligatione peccati.* Quæ verba innuunt parvulum diſpergendum, id eſt amicitiam Dei ſibi non conciliaturum, ſed exilium paſſurum perpetuum, nec inter filios Dei adoptivos aſſumendum, niſi fuerit circumciſus Id confirmat ſanctus Doctor lib. 15. de ciuit cap. 16. *Terrena ciuitas generatione tantummodo, cœleſtis autem etiam regeneratione opus habet, ut noxam generationis evadat. Utrum autem aliquod fuerit, vel ſi fuit: quale fuerit corporale atque viſibile regenerationis ſignum ante diluvium ſicut Abrahæ circumciſio poſtea eſt imperata, ſacra hiſtoria tacet. Sacrificaſſe tamen Deo illos antiquiſſimos homines non tacet: quod & in duobus fratribus claruit*, &c. Quibus verbis docet noxam originalẽ ſeu generationis in conceptione contractã deleri per ſignum viſibile regenerationis, quod, oſt Abrahamum fuit circumciſio, nunc verò eſt baptiſmus. Eccleſia enim & ſynagoga, cum ſint ciuitates cœleſtes ex hominibus quidem coaleſcũt, ſed aliter quàm terrenæ ciuitates Hęc enim plenę ſunt tantummodò hominibus naturali generatione procreatis, ut patet in regnis & ciuitatibus, quas Mahumetani occupant. At ciuitates cœleſtes hominibus quidem etiam abundant, ſed generatione naturali & regeneratione, ſcilicet olim circumciſione, & nunc Baptiſmo editis.

Gregor. D. Gregorius ad illa verba Job. cap. 3.

Quare

Quare non in vulva mortuus ſum, &c. Idem habet. *Quod apud nos valet aqua baptiſmatis hoc egit apud veteres, vel pro parvulis ſola fides, vel pro majoribus, virtus ſacrificii, vel pro iis, qui ex Abrahæ ſtirpe prodierãt myſterium Circumciſionis.* Ideſt olim non alia clavis erat ad introducendos homines in Civitatem cœleſtem, & eos in filios Dei adoptandi, quàm Circumciſio, ſicut & nunc quàm Baptiſmus: ita ut in lege naturæ medium regenerationis ſpiritualis, ſeu adoptionis filiorũ Dei eſſet in adultis ſacrificium, in parvulis fides parentum, poſt Abrahamum eſſet circumciſio, poſt Chriſtum Baptiſmus.

VIII. *Bernardus.* Horum Synagogæ & Eccleſiæ remediorum meminit D. Bernardus ſerm. 2. de Aſſumptione Virginis. *Nunc in baptiſmate ſola originalem maculam lavat gratia, & ſola eam raſit petra Circumciſionis.* Et ſerm. 3. de Circumciſione. *Circumciſionem Deus prævidit Deus peccatoribus ob purgationem utique delictorum.* Quibus ſubſcribunt Innocentius III. & D. Cyprianus, illi cap. majores cauſæ de Baptiſmo & ejus effectu. *Originalis culpa remittebatur per circumciſionis myſterium, & damnationis periculum vitabatur.* Hic de Operibus Cardinalibus cap. de Circumciſione. *Peccatum Originale omni tempore aliquibus remediis oportuit expiari, &c.* ſcilicet in lege naturæ ſacrificiis, in lege ſcriptâ circumciſione, in lege gratiæ baptiſmo, per hanc præfigurato, ita ut illa operata ſit quod nunc baptiſmus, ut habet Divus Auguſtinus Epiſt. 57. ad Dardanum. *Quod ſi Circumciſio antiquis Sanctis pro Baptiſmo fuiſſe creditur.* Et epiſt. 203. idem cenſet

IX. Carmelus ſeu ſcientia circumciſionis figurat Eccleſiam, quia Circumciſio & auferebat peccatum, & gratiam conferebat membris ſynagogæ, ſicut Baptiſmus Eccleſiæ natis, ut docet Divus Thomas 3. part. q. 70. ar. 4. *Aliter tamen* (inquit) *quàm in Baptiſmo: nam in Baptiſmo confertur gratia ex virtute ipſius Baptiſmi, quam habet in quantum eſt inſtrumentum Paſſionis Chriſti jam perfectæ: In Circumciſione autem conferebatur gratia nõ ex virtute Circumciſionis, ſed ex virtute Paſſionis Chriſti, cujus ſignum erat Circumciſio: ita ſcilicet, quod homo, qui accipiebat circumciſionem profitebatur ſe ſuſcipere talem fidem, vel adultus pro ſe, vel alius pro parvulis. Unde & Apoſtolus dicit Rom. cap. 4. Quod Abraham accepit ſignum Circumciſionis ſignaculum juſtitiæ fidei. Quia ſcilicet Juſtitia erat ex fide ſignificata non ex circumciſione ſignificante.* An autem Circumciſio conferret gratiam ex opere operato, ſicut Baptiſmus, vel tantùm ex opere operantis. Vide Sotum in 4. Sent. diſt. 2. quæſt. 1. artic. 4. Melchiorem Canum in relect. de Sacramentis in genere, & alios.

X. *Toſtatus.* Carmelus eſt ſcientia Circumciſionis quia ex Toſtato in cap. 23. Exodi quæſt. 26. *Qui Circumciſus erat tenebatur ad omnes obſervantias legis. Nam ſicut baptiſmus apud nos eſt Janua Sacramentorum, & totius fidei: ut patet extra de Clerico non baptizato miniſtrante* cap. *Veniens: ita Circumciſio erat apud Judæos: ita ut eſſet ſignum populi Dei, ſcilicet quod quicumque deberet eſſe de populo Dei debebat habere illam: & quicumque illam haberet eſſet de populo Dei; ut patet Rom. cap. 4. ſcilicet per baptiſmum omnes baptiſati obligantur ad obſervantiam totius legis Evangelicæ &c.*

XI. Denique Carmelus eſt ſcientia Circumciſionis materialis, & ſpiritualis. quid ſit ſpiritalis & materialis, audi Toſtatum Comment. in prologom. 4. Matthæi. *Dicitur Circumciſio in carne ad differentiam aliarum Circumciſionum: quia vocatur aliquis incircumciſus corde, & aliquis incircumciſus carne. Ratio quia Circumciſio dicitur amputatio particulæ ſuperfluæ: Ideo quando quis habet aliquod ſuperfluum in ſeipſo, dicitur quantùm ad illud incircumciſus. Et quia præputium videtur eſſe particula ſuperflua, vel non neceſſaria, licet in veritate non ſit, habentes eam dicuntur incircumciſi carne. Et ſi quis habeat deſideria ſuperflua, vel nocua in corde quæ ſequebatur, dicitur incircumciſus corde. De utroque patet Ezechiel. cap. 44. Scilicet ſufficiant vobis ſcelera veſtra domus Iſrael, eo quod inducitis filios alienos incircumciſos corde, & incircumciſos carne, ut ſint in Sanctuario meo. Et iterum eodem capite dicitur. Omnis alienigena incircumciſus corde, & incircumciſus carne non ingredietur in Sanctuarium meum. Aliquando etiam dicitur,*

mens incircumciſa. Levit. c. 25. *Scilicet inducam eos in terram hoſtilem donec erubeſcat incircumciſa mens eorum.* Utriuſque hujus circumciſionis meminit D. Cyprianus, & quæ ſcribit D. Hieronymus in cap. 44. Ezechielis & alii.

XI. Quemadmodum Abraham habuit primò circumciſionem carnis, ita & Elias pręputium impudicitię à ſua carne, & carnem ſcivit circumcidere, non enim tantùm ſe ab illicito contagionis carnalis contactu per caſtitatem continuit: ſed etiam ab omni impudicæ voluptatis cogitatione & conſenſu per virginitatem liber fuit. Hanc igitur ſcientiam circumciſionis ſpiritalis primus Elias cum puero ſuo, ideſt cœtu Prophetarum attigit: primi enim virorum ſe ipſos per perpetuam virginitatem ſponte dedicantes, aliquali voto ſecundùm P. noſtrum Lezanam tom. 1. appar. c. 4. n. 11. caſtraverunt, mentesque ſuas à venereis voluptatibus immunes reddiderunt. Undè vocati ſunt Carmelitæ, ideſt ſcientes circumciſionem. Hunc Carmelum aſcendit, ſeu ad illam circumciſionis ſpiritalis ſcientiam prima inter fœminas pervenit B. Virgo voto perfecto. Undè Sponſus Cantic. 7. eam affatur, *Caput tuum ut Carmelus.* Quaſi diceret nõ tantùm caro à carnali ſocietate abhorruit, ſed etiam voto ſtricto mens ab omni venereâ cogitatione & cognitione fuit libera.

XII. *Joannes 144.* Audi Joannem Patriarcham Jeroſolymitanum lib. de Inſtitutione Monachorum c. 34. ubi rem totam fuſiſſimè exprimit, agens de viſione nubeculæ, lib. 3. Reg. c. 18. *In ſeptimâ vice ecce nubecula parva quaſi veſtigium hominis, &c.* Oſtenditque virginitatẽ in veteri lege ab Eliâ aliqualiter profeſſam, & obſervatam fuiſſe figuram & exemplar virginitatis in lege novâ cõſecrandę ſolemni & perfecto voto, & ſervandę à B. Virg. & ejus ſequacibus. *Quemadmodũ* (inquit) *hæc nubecula ſcilicet B. Maria in ſeptimâ generationum prædictarũ decade fuit nata: ita etiam in eadè ſeptimâ decade fuit à diſcipulis Eliæ viſa in Carmelũ ſpecialiter aſcendere. Nam ante quam decem generationes deſcendiſſent à Melchi, ſicut dictũ eſt, decas ſeptima incœpit, fuerunt docti Profeſſores hujus religionis in Ieruſalem à ſummo templi Pontifice, quod B. Maria virginitatem Deo ſervare propoſuerat ad exemplum Eliæ, ſicut præoſtenſum fuit in prædictâ viſione. In ſeptimâ* (inquit) *vice, ecce nubecula parva ſcilicet Beata Maria, quaſi veſtigium hominis aſcendebat in Carmelum. Quæ ideo viſa fuit quaſi veſtigium hominis aſcendere in Carmelũ, quia in hoc ſuo ſpirituali aſcenſu non fœminam, quam imitaretur, ſed hominem habuit in exemplum.* Pondera illa verba, *hominem habuit in exemplum.* Quod conſequenter probat. *Ante quidem quam illa nubecula aſcenderet in Carmelum, aſcenderat utique Elias & puer ſuus ad montem illum. Aſcendit* (inquit) *Elias in montem Carmeli. Interpretatur autem Carmelus ſcientia circumciſionis, ad quam ſcientiam ille præcipuè aſcendit, qui ita ſcit pręputium impudicitiæ à ſua carne & mente circumcidere, ut non ſolùm ſe ab illicito carnalis contagionis cœno alienum per caſtitatem reddat; verum etiam ab omni impudicæ voluptatis experimento ſe immunem per virginitatem Deo cuſtodiat. Propterea quippe data fuit circumciſio in veteri lege, ut facta in virili membro, in quo libido ſolet dominari caſtitatem mentis & corporis Deo ſervandam & impudicitiam reſcindendam judicaret. Nemo autem unquam ad hanc aſcendit circumciſionis ſcientiam priuſquam Elias, & puer ſuus, ideſt cœtus ſuorum Prophetarum diſcipulorum ejus. Ipſi namq; primi virorum ſeipſos caſtraverunt prorſus ab omnibus venereis voluptatibus mentes ſuas, & propterea appellati ſunt Carmelitæ, quod eſt interpretatum ſcientes circumciſionem. Quia hoc, quod circumciſio indicat, ſciverunt perfectè in ſe adimplere. Cupientes enim carnis, & mentis impudicitiam à ſe omninò reſcindere, elegerunt primi virorum in virginitate perpetuâ Deo ſponte vivere. Primò ergò aſcenderunt verè ipſi in montem Carmeli, ideſt in altitudinem ſcientiæ circumciſionis, quia altius cæteris præcedentibus hominibus inchoantes, ſciverunt præputium impudicitiæ ita penitus à ſe circumcidere, quod elegerint primi hominum propter Deum virgines permanere.* Quibus verbis ſignificat non tantùm S. Eliam, ſed & ſequaces ejus præcognoviſſe myſterium Incarnationis, propoſitum virginitatis à B. Virgine ſervandæ exemplo Eliæ, ipſoſque filios Prophetarum perpetuâ mentis & corporis caſtitate ante omnes vixiſſe, quod de B. Virg. fuſius proſequetur.

Ad

Digitized by Google

XIII. *Ad hunc quoque Carmelum, ideſt ad hanc altam ſcientiam nubecula illa, ſcilicet Beata Maria ideò quaſi veſtigium hominis aſcendebat, quia non fœmina, ſed homo, ideſt Elias aſcendebat, & exemplum præbebat: quem ipſa imitari ſatagebat. Nam ſicut Elias prius præputium impudicitiæ ſcivit à ſuâ carne, & mente prorſus circumcidere, dum primus inter homines ſtuduit Deo virginitatem perpetuam ſponte inchoare: ita poſtea B. Dei Genitrix præputium impudicitiæ ſcivit exemplo Eliæ à ſe penitus circumcidere, dum quaſi veſtigium hominis illius elegit prima fœminarum propter Deum in virginitate perpetuâ vivere,* ſcilicet prefecto voto ſe aſtringens. *Hinc Sponſus in Epithalamio illi dicit gratulabundus Cant. c. 7. Caput tuum ut Carmelus: ubi per caput intelligitur rectè mens animæ: quia ſicut in corporis membris caput præeminet, ita in viribus animæ mens eſt dignior: Et ſicut à capite membra, ita à mente cæteræ vires animæ reguntur. Carmelus verò cognoſcens circumciſionem interpretatur. Rectè igitur Sponſus huic virgini congratulans ait caput tuum, ideſt mens tua, ô Dei Genitrix eſt ut Carmelus, ideſt verè cognoſcens circumciſionem: quia prima fœminarum per ſpontaneam virginitatem ſcivisti à te prorſus circumcidere omnem veneream voluptatem.* Nihil clarius & explicatius dici poteſt ad oſtendendum quomodo Carmelus & nubecula verè fuerit figura & quaſi exemplar eorum, quæ in novâ lege facienda erant, tum à B. Virgine, tum etiam à Cœtu Eccleſiaſtico tam ſæculari, quàm regulari. Ejuſdem circumciſionis ſpiritalis in lege novâ à B. Virg. obſervandæ, Joannes 44. Patriarcha c. 35. ſequenti hujus rei mentionem facit, dum ſæpè ait quod ex hoc filii Prophetarum cognoverunt incarnationem proximè faciendam. *Mox ut puer Eliæ, ſcilicet ut cœtus diſcipulorum ejus vidit nubeculam, ideſt infantulam illam, quaſi veſtigium hominis aſcendere, dixit Elias puero ſuo. Aſcende & dic Achab junge currum tuum, & deſcende, ne occupet te pluvia. Signum quippe expreſſum incarnationis filii Dei fuit, quod puer, ſcilicet cœtus diſcipulorum Eliæ vidit nubeculâ, ideſt infantulam illam, quaſi veſtigium hominis aſcendere per modum prædictum in Carmelum, hoc eſt ad tantam circumciſionis ſcientiam, ut ſervare vellet virginalem continentiam. Unde cùm cœtus profeſſorum hujus religionis audiſſet in Hieruſalem juvenculam illam voviſſe Deo virginalem continentiam, confeſtim perpendit quod adventus filii Dei propè & in januis erat.*

XIV. Abſit ut Eccleſiam vocantes ſcientiam circumciſionis aſſeramus eam docere ex arte: docet enim potius authoritate & paſtorali poteſtate divinitùs acceptâ, quàm ratione; unde potius ſchola fidei, quàm ſcientiæ nuncupari debet. Elias enim in veteri; & Chriſtus in hac lege potius fidei quàm ſcientiæ ſcholã aperuerunt ac diſcipulos ſuos Chriſtus potius ad prædicandum, quàm ad probandũ miſit; præcepit illis ut potius docerẽt teſtificando, juxta illud Act. c. 1. *Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, &c.* Item. *Teſtem reſurrectionis ejus nobiſcum fieri.* Act. c. 2. *Cujus nos omnes teſtes ſumus.* Act. c. 10. *Teſtibus præordinatis à Deo.* Act. c. 13. *Uſque hodie ſunt teſtes ejus ad plebem.* 1. Petri cap. 5. *Ego teſtis Jeſu Chriſti Paſſionum.* Vel docerent prędicando Marc. c. 3. *Fecit ut eſſent duodecim cum illo, & ut mitteret eos prædicare.* Marci c. 16. *Prædicate Evangelium omni creaturæ.* Ibidem. *Prædicaverunt ubique Domino cooperante, & ſermone confirmante ſequentibus ſignis.* Lucæ c. 9. *Miſit illos prædicare regnum Dei, &c.* c. 24. *Prædicate in nomine ejus pœnitentiam.* Apoſtolus 1. Corinth. c. 1. *Prædicamus Chriſtum Crucifixum.* 1. Theſſal. c. 2. *Prædicavimus vocem Evangelii.* 1. Timoth. c. 2. *Ego Prædicator & Apoſtolus.* Utrumque comprehendit D. Petrus Act. c. 10. *Præcepit nobis prædicare & teſtificari, quia ipſe eſt, qui conſtitutus eſt à Deo Judex vivorum & mortuorum.* Non dicit, præcepit nobis, ut diſputaremus cum Philoſophis, ſed præcepit: quaſi diceret, miſit nos prædicare, ut Apoſtolos, & Nuncios, non ut Philoſophos. Philoſophi enim tunc perſuadent, cum firmâ vel probabili ratione probant, quod aſſerunt. At Princeps vel Legiſlator ſæcularis licet nõ jubeat, aut præcipiat aliquid præter rationem: tamen ſine cauſarũ examine, & diſcuſſione, ſine rationũ explicatione præſcribit & cõdit ſuas leges, eiq; præcipienti obtẽperatur, nõ petitis, nec explicatis probationibus. Sic licet in ſupernaturalibus Theologus doceat & ſuadeat, tamẽ ex arte & ſcientię ſuę Theologicę principiis id demonſtrat quod

Act. c. 1. *1. petri c. 5.* *Marci 16.* *1. Corinthior. c. 1* *Act. 10.*

quæritur. At Apoſtoli & Eccleſiæ Paſtores docent, ſed non probant, illis aliquid decernentibus creditur, non quia præcisè ſua decreta legitimè probant, ſed quia apertè ſtatuunt ſic eſſe credendum, credimus ſive ſuum decretum ex legitimis mediis probarint, ſive non. Undè cum fideles ſic captivèt intellectum ſuum in obſequium fidei, Eccleſia eſt potius ſchola fidei quàm doctrinæ. Ut patet in Conciliis ferè omnibus, quorum concluſiones & decreta videmus, licet probationes & argumenta non videamus: quia illæ concluſiones & decreta non conduntur & concluduntur ex firmitate argumentorum, ſed ex Spiritus ſancti ſuggeſtione. Aliter tamen philoſophandum eſt de Eccleſiæ decretis, ac legiſlatorũ & principum ſæcularium placitis. Hi enim leges condere poſſunt tyrannicè, ſpreta omni ratione; juxta illud,

Sic volo, ſic jubeo ſit pro ratione voluntas:

vel contemptâ conſultatione & rationibus (quę ſunt anima legum humanarum) in contrariũ adductis cœcutiunt: at Eccleſiæ (quæ nutum Spiritus ſancti ſequitur, & ſpeciali ejus providentiâ, & aſſiſtentiâ dirigitur) ſufficit decretum. Hinc ita infallibiliter decernit, ut nec erroneè, nec contra fidem quidquam decernere queat. Cùm agitur de fide non eſt neceſſaria demonſtratio ad videndum, ſed revelatione ad ejuſdem fidei decreta proponenda: non ratione opus eſt, ſed authoritate: Non argumenta, ſed teſtimonia neceſſaria ſunt.

Ipſa etiam Eccleſia poteſt vocari ſcientia ratione Theologiæ, quæ rerum divinarum ſcientia dicitur, & fide præſuppoſitâ de mediis & argumentis inquirit, quibus Eccleſiæ ſententia nititur, ut quod credimus intelligamus quantùm in hac vitâ poſſumus intelligere. Quod tantùm ſit ex parte & in ænigmate per ſpeculum, vel rationibus quibus ipſa fides defendatur ab adverſariorum argumentis, & oſtendatur, quod non ſit improbabilis: quod ad diſputationem Theologicam ſpectat, ut docet D. Thomas in proëmio lib. 1. & 4. contra gentes.

CAPUT QUARTUM.

Eccleſia viſibilis, & cognita nobis eſt.

FREDERICUS Stapilus in 1. Apologiâ ait Lutheranos docuiſſe Eccleſiam eſſe inviſibilem. Idem docuiſſe Calvinũ colligitur ex ejus lib. 4. inſtitut. cap. 8. 9. 13. & alibi. Eliæ hiſtoria videtur hæreticis ſubminiſtrare argumentum impugnandi viſibilitatem, & cognoſcibilitatem veræ Eccleſiæ, & conſtanter docendi eam eſſe nobis ignotã ac inviſibilem. Elias quippe cùm fugiens perſecutionem Jezabel occultaſſet ſe in ſpeluncâ montis Sinai, Deus miſit ad eum Angelum, potius ut ipſum conſolaretur, quam aliquid ab eo diſceret. *Dixit ei illi, quid hic agis Elia? at ille reſpondit*, ideſt attulit occaſionem & motivum, cur illuc perrexerit, quia ſcilicet propter zelum Dei cæſis prophetis ipſum etiam Jezabel interficere volebat, cujus tyrannidem timens & fugiens ibi latere cogebatur. *Zelo* (inquit) *zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum Domini filii Iſrael, altaria tua deſtruxerunt, Prophetas tuos occiderunt gladio, & ego relictus ſum ſolus, & quærunt animam meam ut auferant eam.* Dionyſius, *Ferventem habus affectionem, indignationem & iram contra idolatras ex Dei amore, cujus cultum & reverentiam opto affectu ardenti.* Quid per pactum intelligit? Toſtatus q. 13. in illud caput per pactum accipit legem. *Dereliquerunt legem ejus non colendo ipſum, ſed Baal & idola alia. Vocatur lex pactum, eo quod per modum pacti data eſt: Nam Deus promiſit Iſraelitis benefacere, ſi colerẽt eum: Et Iſraelitæ promiſerunt ſervare legem Dei. Exodi cap. 19. Et iſtud eſt pactum, & ibi etiam vocatur pactum: poſtea quoque in confirmatione legis facta eſt confirmatio per ſanguinem effuſum, ſicut in pactis humanis, vel fœderibus fit. Exodi c. 24. Et dicitur quod filii Iſrael dereliquerunt pactum, quia Iezabel commovit virum ſuum Achab, & ſic induxit totum populum ſub neceſſitate ad colendum Baal.* Quid per illa verba intelligit. *Altaria tua deſtruxerunt?* Lyranus ait non loqui de altaribus, quæ erant in Jeruſalem, ſcilicet de altari incenſi & holocau-

1. l. 3. Regi c. 19. v. 14. Dionyſ. Toſtatus Exod. c. 24.

holocauſtorum, quia illa manebant: *de altaribus factis in excelſis, eo tempore quando in templo nondum ædificato licuit immolari in illis.* Ei ſubſcribit Toſtatus ſupra q. 14. & confirmat ex cap. præcedenti ubi dicitur quod Elias, *Curavit altare Domini, quod deſtructum fuerat*, ſcilicet in monte Carmeli, quod cum aliis multis Aris idololatræ deſtruxerant. Sed Rabbi Paulus cum Dionyſio probabilius exiſtimant Eliam loqui de altaribus quæ erant in Jeruſalem, ſcilicet de altari Holocauſtorum & Thymiamatum, quæ quamvis non eſſent realiter deſtructa, tamen Idololatræ deſtruxiſſe dicebantur, quia eorum uſum & exercitium impediebant. Hanc explicationem confirmant ex ſequentibus: *Prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam, ut auferant eam.* Toſtatus ſupra. *Solus ego manſi de cultoribus Domini, vel ſolus ego manſi de prophetis.* Juxta illud capitis præcedentis 18. *Ego remanſi ſolus Prophetæ Domini, & volunt me interficere ex præfatis, ſcilicet induxit totum populum ſub neceſſitate ad colendum Baal.* Item. *Derelictus ſum ego ſolus, &c. ideſt ſolus ego manſi de cultoribus Domini, &c.* Ex quâ hiſtoriâ Philippus Mornæus in ſuo libro cui titulus eſt Myſteriũ iniquitatis, cum aliis infert Eliæ tempore Eccleſiam fuiſſe ignotam. Sed fallitur turpiter. Quamvis enim Elias exiſtimaret omnes in regno Iſrael ſub tyrannide Jezabel, & perſecutione Achab à verâ fide & Eccleſiâ ad cultũ Baal defeciſſe, tamen ſciebat eam eſſe veram Dei Eccleſiam quæ erat antiqua, & quæ tunc in tribu Juda & Benjamin ſub regibus Asâ & Joſaphat veris Dei cultoribus adhuc vigebat, & florebat. Sciebat in illis tribubus obſervari ritus ſacros à Deo per Moyſem inſtitutos, ſciebat quod ibi à ſacerdotibus religioni invigilabatur, quod Sacerdotes ac Levitæ ſua munia in templo per vices obibant. Quamvis ſæviente perſecutione ignoraret quot in Iſrael Dei cultores ſupereſſent, ſicut poſtea Deus ipſi revelavit: tamen ſciebat eos omnes ad Eccleſiam Dei ſpectare, & eſſe ejus alumnos, qui obſervabant ſacros ritus Circumciſionis, Paſchatis ac reliqua veteris legis inſtituta. Præterea nõ eſt dubitandum quin adhuc multi in Iſrael ſtarent conſtantes in fide majorum, & legis obſervantiâ inſtar Tobiæ, qui non pergebat ad vitulos aureos quos fecerat Jeroboam, ſed proficiſcebatur in Jeruſalẽ ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Iſrael, omnia primitiva ſua, & decimas fideliter offerens.

Toſtatus l. 3. Reg. q. 18.

Sic quamvis non certò conſtent mihi nomina eorum qui in Angliâ, Hollandiâ, in Sueciâ, & aliis regionibus, ubi vera religio Catholica perſecutionem patitur, certò tamen ſcio eos omnes veræ illius religionis & Eccleſiæ à Deo fundatæ membra eſſe, qui primatum Romani Pontificis agnoſcunt, ac Sacramenta à Chriſto inſtituta, aliaque myſteria profitentur. Licet ignorem qui ſalvandi ſint, & electi ante mundi conſtitutionem; quos *Deus prædeſtinavit conformes fieri imagini filii ſui*, qui ſint *vaſa in honorem*: Sicque cum *timore, & tremore ſalutem* noſtram operari debeamus. Tamen ſcio quæ ſit Dei Eccleſia, & nemini extrà eam dari acceſſum ad Deum. Alii denique apud Dionyſium aſſerunt, quod Elias dicat ſe ſolum eſſe relictum, quia reſpectivè loquendo pauciſſimi ſupererant perſecutioni Jezabel. Juxta hunc modum Chriſtus ait Pſal. 68. v. 26. *Suſtinui qui ſimul contriſtaretur & non fuit.* Ibi Dionyſius. *Hoc Chriſtus aſſerit non quod ſibi nemo condoluit, aut conſolationem ſibi impendere concupivit, præſertim cum ſcriptum ſit Lucæ c. 23. Sequebatur illum multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant & lamentabantur eum. Et Apoſtolus dixit in paſſione inſtante Ioannis cap. 16. Et nunc quidem triſtitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum: ſed quia pauci contriſtabantur reſpectu aliorum, & quod modicum eſt pro nihilo reputatur: Idcirco aſſerit non fuiſſe qui conſolaretur. Simili modo per alium Prophetam ait Iſaiæ c. 63. Circumſpexi & non erat auxiliator: ad minus enim Petrus adjuvit, qui Malcho aurem abſcidit.* Sic licet (ut Dominus reſpondit Eliæ lib. 3. Reg. c. 19.) præter illum eſſent adhuc ſeptem millia virorum in Iſrael qui non curvaſſent genua ante Baal, id eſt in verâ religione perſiſterent, tamen pauci erant reſpectu aliorum.

II.

Pſal. 68. v. 26. *Ioan. 16* *Iſaiæ 36.*

Ex quibus omnibus non ſequitur Eccleſiam defeciſſe, fuiſſe inviſibilem,

III.

BIBLIOTECA P.C.M.A. VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ſeu occultam, alioqui quomodo ſtaret illorum verborum veritas Pſalm. 88. v. 36. *Et Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta, in æternum, & teſtis in cælis fidelis.* Bellarminus in illum Pſalmum. *Juravi & non mentiar Davidi, quod filius eius Chriſtus in æternum vivet, & regnum quoque eius ſempiternum erit. Illuſtrat autem hanc juratam promiſſionem tribus ſimilitudinibus, ſolis, lunæ plenæ, & arcus cæleſtis. Thronus* (inquit) *eius in conſpectu meo in æternum manebit ſicut ſol, ſicut luna plena, & ſicut teſtis in cælo fidelis. Quæ ſignificat Regnum Chriſti: ac per hoc Eccleſiam eius fore ſemper illuſtrem & perſpicuam, non obſcuram ſeu inviſibilem ut Hæretici ſomniant. Nihil item clarius & pulchrius ſole interdiu, nihil enim clarius & pulchrius lunâ plenâ nocturno tempore. Denique nihil clarius & pulchrius in nubibus arcu cæleſti qui teſtis eſt fidelis à Deo datus hominibus nunquam fore diluvium aquarum. &c.* De hac claritudine iſtius Throni intelligendus eſt Origenes Homil. 30. in Matth. *Eccleſia plena eſt fulgore ab oriente uſque ad occidentem*, ideſt ſicut ſol non tantùm unam mundi regionem illuminat, ſed totum mundum: ſic Eccleſia ita claret, ut ubique viſibilis ſit. Cyprianus lib. de unitate Eccleſiæ. *Eccleſia Domini luce perfuſâ radios ſuos per orbem terrarum ſpargit.* Imò D. Chryſoſtomus homil. 4. in cap. 6. Iſaiæ addit: *Facilius ſolem extingui, quàm Eccleſiam obſcurari*, ideſt ſicut ſol obſcurari nequit, minùs Eccleſia poteſt, vel ſicut Elias, ideſt ſol ab eclypſi mortis liber erit usque ad adventum Judicis, ſeu uſque ad conſummationē ſæculi, ſic à fortiori, Eccleſia quæ per illum propugnari debet nullis tenebris obſcurari poteſt. Alioqui quomodo illud ejuſdē Davidis oraculum verum erit? eodem Pſal. v. 29. *Et ponam in ſæculum ſæculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies cæli.* Titelmannus. *Semen eius juxta promiſſum meum faciam in ſempiternum permanere ſtabile, & indeficiens, & thronum regni eius firmabo & ſtabiliam ut perduret in perpetuum juxta dies cæli, ſecundum durationem cælorum, quam ſane promiſſionem in typico Davide implebo. Primum quidem ſecundùm partem aliquam in filiis poſt ipſum aliquamdiu regnantibus, ſed pleniſſimè in filio meo, qui de eius ſemine ſecundùm carnem naſcetur, regnabitq; in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Meſſiæ autem meo ſemen dabo ſempiternum electos fideles, quos ſibi & mihi ex aquâ & Spiritu ſancto regenerabit filios Dei, quibus uſque ad conſummationem ſæculi, ut non ipſe deficiet, ita nec ego deero: nunquâ enim ab Electis ablaturus directionem ſpiritus mei, nec ſuper eis clauſurus miſericordiæ viſcera.* Quæ verba non tantùm de duratione, ſed etiam de viſibilitate intelligenda ſunt: ſicut enim regnum David non erat inviſibile, ſic nec regnum Meſſiæ. Sicut ſemen David non erat occultum; ſic ſemen Chriſti cùm ex aquâ quæ eſt ſignum viſibile generetur. Unde D. Auguſtinus lib. 19. contra Fauſtum cap. 12. *In nullum nomen religionis ſeu verum, ſeu falſum coagulari homines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorum vel ſacramentorum viſibilium conſortio colligentur.* Si ſignacula vel ſacramenta quibus in unitatem Eccleſiæ conveniunt viſibilia ſunt, ergò Eccleſia occulta & inviſibilis dici nequit. Idem Vates Regius non tantùm ait Thronum & Semen Meſſiæ eſſe ad inſtar ſolis, ſed in ipſo ſole eſſe collocatum, ita ut nequeat ſol conſpici, niſi & ejus thronus videatur. Pſal. 18. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum.* D. Auguſtinus ibidem in enarratione. *In manifeſtatione poſuit Sanctam Eccleſiam ſuam, non in occulto: non quæ lateat, non velut operta, ne fortè fiat operta ſuper greges hæreticorum, quid tu Hæretice fugis in latebras? quid latitare conaris?* Quaſi diceret dum Eccleſiam latitantem inducis illam negas, quia in tenebris obſcurare non poteſt, ſed ſemper patere debet, ſplendet ſicut ſol.

Quare rectè Eccleſiæ eminentia & conſpicuitas per montem ſignificatur: quomodo per montem, quid Eccleſia cum monte commune habet? primò quod Eccleſia monti aſſimiletur, patet Pſal. 2. ubi Chriſtus: *Ego conſtitutus ſum ab eo ſuper Sion montem Sanctum eius.* Divus Hieronymus. *Ab eo, ideſt à Deo Patre ſuper Sion, ſuper Eccleſiam Sion ſpecula vitæ interpretatur: mons eſt Eccleſia.* Clarius D. Auguſtinus. *Ex perſonâ* (inquit) *Domini Teſu-Chriſti ita manifeſta ſunt, Sion autem ſi ſpeculationem, ut quidam interpretantur ſignificat, nihil magis quàm Eccleſiā debemus accipere, ubi quotidie intentio erigitur*

IV.

Pſal. 88. v. 36.

Cyprian.

Chryſoſtomus.

Pſal. 18.

Auguſt.

Pſal. 2.

Hieron.

Auguſt.

Digitized by Google

erigitur ſpeculandæ claritatis Dei. Sicut Apoſtolus dicit 2. Corinth. c. 3, Nos autem revelatâ facie gloriam Domini ſpeculantes: ergo iſte ſenſus eſt. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Eccleſiam ſanctâ eius, quam montem appellat propter eminentiam & firmitatem. ideſt conſtitutus ſum Rex & Caput Eccleſiæ, non omnis, non Lutheranæ, non Calvinianæ, non Melanchthonis, non Mornæi: ſed illius, quæ ſanctitatem habet, & eminentiam.

Pſal. 47. Idem Vates Regius Pſalm. 47. *Magnus Dominus & laudabilis nimis in civitate Dei noſtri in monte ſancto eius.* Titelmannus ſic elucidat. *Quemadmodum in omnibus præcellenter magnus eſt, ita & in omnibus valdè laudabilis: præcipuè autem & ſingulari quodam modo in civitate ſua, & in monte ſancto, nempè fidelium Eccleſia, quæ per ipſum ut architectum eſt conſtructa & ædificata in compaginatione Spiritus Sancti ex fidelibus hominibus, qui cives ſunt, & domeſtici civitatis huius: quæ etiam quaſi mons per fidem, atque claritatem altus eſt, firmus, & immobilis.* Idem innuit Pſalm. 73. v. 2. *Memor eſto congregationis tuæ quam poſſedi-ſti ab initio.* D. Hieronymus. *Eccleſiaſticæ utique congregationis quam Patriarcharum, ſive Prophetarum vel vocationibus, vel ſacrificiis figuraſti.* Nam ſicut Eliſæus vocatus eſt ab Eliâ, ita Apoſtoli, à Chriſto. Sicut Elias in Carmelo ſacrificavit, & veram religionem ac fidem manifeſtavit: ita in Eccleſiâ ſacrificium offertur, & vera Chriſti fides viget, extra quam nulla fides, nulla ſalus eſt. Quod autem illa Congregatio ſit mons, patet ex v. 3. ejuſdem Pſalmi. *Redemiſti virgam hæreditatis tuæ, mons Sion, in quo habitaſti in eo.* Titelmannus hunc verſum & precedentem ſic elucidat. *Tu rector & paſtor, defenſorq; & propugnator Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, ut eam ita in hoſtium manibus non derelinquas, ſed tuâ potentiâ liberes, quam ex antiquis diebus poſſediſti, quam in patribus, primùm in Ægypto in manu potenti eduxiſti, ut eſſes dux eius: ac deinde tui etiam ſanguinis pretio tibi emiſti, & redemiſti in poſſeſſionem ſempiternam. Redemiſti primum quidem in brachio valido de manu Pharaonis & Ægypto. Deinde ſanguinis tui maximo pretio, de poteſtate diaboli & damnationis mortis funiculum hæreditatis, ideſt populum tuum quem in hæreditariam poſſeſſionem tibi elegiſti, ipſe eſt mons Eccleſia tua fidei contemplatione exaltata, atque firmata, in quo habitationem tibi conſtituiſti & & confirmaſti in ſæculum, quam elegiſti, ut habitares in eâ, tanquam in domo & familiâ tuâ.* Idem Pſalm 77. v. 19. *Et induxit illos in montem ſanctificationis ſuæ, montem, quem acquiſivit dextera eius.* D. Auguſtinus ibi. *Quantò melius in ſanctam Eccleſiam montem quem acquiſivit, quantò eſt Eccleſiâ ſublimior quam acquiſivit dextera eius, de quo dictum eſt. Et brachium Domini cui revelatum eſt, &c.* Brevius D. Hieronymus. *Induxit eos in ipſam Eccleſiam, quam virtute glorioſæ reſurrectionis ſuæ acquiſivit.* De eâdem Eccleſiâ intelligunt iidē Patres, item S. Bruno, Hugo Card. & alii hæc verba v. 74. *Elegit tribum Iuda montem Sion, quem dilexit.* Pſalm. 98. v. 10. *Exaltate Dominum Deum noſtrum, & adorate in monte ſancto eius, quoniam ſanctus Deus noſter.* Divus Auguſtinus per illum montem intelligit Eccleſiam, unde ſubjicit: *In ipſo monte magno adoremus, ſi exaudiri volumus. Hæretici non adorant in iſto monte, quia mons iſte implevit univerſam faciem terræ, hæſerant in parte & totum amiſerunt. Si agnoſcant Eccleſiam Catholicam adorabunt in iſto monte nobiſcum. Etenim lapis ille, qui præciſus eſt de monte ſine manibus, iam videmus quantum crevit, & quantas regiones terræ occupaverit, & uſque ad quas gentes pervenerit: Quid eſt mons unde præciſus eſt lapis? Regnum Iudæorū. Primò quod colebant unum Deum inde præciſus lapis Dominus noſter Ieſus-Chriſtus; ipſe dictus eſt lapis, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. Lapis iſte præciſus de monte ſine manibus confregit omnia regna terrarū. Videmus confracta ab illo lapide omnia regna terræ. Quæ erant omnia regna terræ? regna idolorum; regna dæmoniorum fracta ſunt ſunt. Regnabat Saturnus in multis hominibus, ubi eſt regnum eius? Regnabat Mercurius in multis hominibus, ubi eſt regnum eius? fractum eſt, redacti ſunt in regnum Chriſti in quibus ille regnabat. Regnum Veneris quale erat Carthagini, ubi nunc eſt regnū Cœleſte? lapis fregit omnia regna terrarum: lapis ille præciſus de monte ſine manibus. Quid eſt præciſus de monte ſine manibus? natus de gente Iudæorum ſine opere hominum. Omnes enim qui naſcuntur de opere maritali, naſcuntur. Ille de Virgine natus eſt, ſine manibus, natus eſt. Per manus*

Titelmannus. *Pſal. 37 v. 2.* *Hieron.* *l. 3. Reg. c. 19.* *l. 3 Reg. c. 18.* *Titelm.* *Pſal. 77. v. 10.* *Auguſt.* *Hieron.* *Pſal. 98. v. 10.*

Digitized by Google

Per manus enim opus humanum ſignificatur, quo manus humanæ non acceſſerunt, ubi maritalis amplexus non fuit fœtus, tamen fuit: Natus eſt ergò de Monte ſine manibus, lapis ille crevit, & creſcendo fregit omnia regna terrarum. Factus eſt autem mons magnus & implevit univerſam faciem terræ: hæc eſt Eccleſia Catholica cui vos communicare gaudete. Quomodo mons magnus poteſt implere terram niſi videatur. De Eccleſiâ & ejus claritate explicanda ſunt ea, quæ canit idem Pſalmiſta Pſal. 124. quæ refert Moyſes Exod. c. 19. & 24. quæ Iſaias vaticinatur cap. 11. c. 14. c. 16. c. 25. cap. 65. quæ Ezechiel c. 17. Ioel c. 2. Sophon. c. 3. Micheas cap. 3. & 4. Zachar. c. 8 Apocal. c. 6. ut videre eſt apud interpretes. Sed paulò attentiùs Ioannem audiamus. Quomodo Eccleſia ſpecialiter monti comparatur? quia ita conſpicua eſt, ut abſcõdi & latere nequeat D. Auguſtinus *Auguſt.* lib. 3. contra litteras Parmeniani c. 5. *Nulla ſecuritas unitatis, niſi ex promiſſis Dei, Eccleſia declarata, quæ ſupra montem, ut dictum eſt, conſtituta abſcindi non poteſt.* Et tract. 2 in epiſt Joannis. *Quid amplius dicturus ſum, quàm cæcos, qui tam magnum montem non vident? qui contra lucernam in candelabro poſitam oculos claudunt.* Idem tract. 1. in eandem epiſtolam Joannis, eandem Eccleſiæ conſpicuitatem probat per Matth. c. 5. & Iſaiam c. 2. *Ecce mons implens univerſam faciem terræ: Ecce Civitas de qua dictum eſt. Non poteſt Civitas abſcondi ſupra montẽ poſita, &c. Iſaias heſternâ die lectus eſt. Erit in noviſſimis diebus manifeſtus mons Domini paratus in cacumine montium. Quid tam manifeſtum, quàm mons? ſed ſunt & montes ignoti, qui in una parte terrarum poſiti ſunt. Quis veſtrûm novit Olympum montem? quomodo ibi qui habitant giddabam noſtrum non noverunt? In partibus ſunt iſti montes: ille autem mons non ſic; quia implevit univerſam faciem terræ, & de illo dicit paratus in cacumine montium. Mons eſt ſuper cacumina omnium montium. Et congregabuntur* (inquit) *ad eum omnes gentes. Quis erat in hoc monte? quis frangit faciem offendendo in illum: quis ignorat civitatem ſuper montẽ conſtitutam. Sed nolite mirari, quia ignoratur ab iſtis qui oderunt fratres: quia in tenebris ambulant, & neſciunt quo eunt, quia tenebræ excæcaverũt oculos eorum, montẽ non vident: nolo mireris, oculos non habent. Unde oculos non habent? quia tenebræ excæcaverũt eos.* Quibus verbis innuit quod quamvis Eccleſia ſit mons ſupra verticem montium, quamvis ſit Civitas ſupra montem fabricata, omnibus obtutibus expoſita; tamen ab adverſariis non conſpicitur; quia oculis capti ſunt. Eandem Eccleſiæ eminentiam, & claritatem confirmat idem D. Auguſtinus explicans illa verba Ieremiæ c. 17. v. 12. *Sedes gloriæ exaltata eſt Sanctificatio noſtra*, per ſedem gloriæ intelligit Eccleſiam. *Docet* (inquit) *illam Eccleſiam prædictam eſſe, quæ omnibus eminet & apparet.*

Sed quorſum huc plures ſcripturas congerere, cùm in ſolo Carmelo hujus capitis veritas manifeſtè pateat; Carmelus non eſt planicies, non vallis, ſed mons, qui præter altitudinem, etiam conſpicuitatem habet. Quid enim Carmelus niſi mons eminens? niſi ſcientia? quid ſcientia, niſi claritas? quid mons Eliæ, niſi mons ſolis: Elias enim ſecundùm D. Chryſoſtomum idem ac ſol: ſol autem totum mundum irradiat, ſuoq; ſplendore recreat. Vel Elias, ex D. Athanaſio de fuga ſua; ex B. Hieronymo de nominibus Hebra. Malach. c. 4. Iſidor. in lib de Patribus veteris teſtam.) *Dominus Deus.* Vel ſecundùm Pagninuũ *Deus Domini.* Præpoſitio autem illa. Deus eſt, eſt per ſe nota omninò. atque adeò ſecundùm ſe & ſecundùm nos, ex Anſelmo in Proſologio cap. 3. & 4. Alberto Magno 1. parte tract. 4. membr. 2. Toſtato. quæſt. 2. in cap. 5. Exodi & aliis. Igitur & Eliæ mons, ſeu Chriſti Eccleſia eſt notiſſima, ac viſibilis: ita ut de hac dicendum ſit cum D. Auguſtino *Auguſt.* epiſt. 166. ad Donatiſtas hortante illos ad unitatem Eccleſiæ. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum; ipſa eſt Eccleſia in ſole poſita, hoc eſt in manifeſtatione omnibus nota, uſque ad terminos terræ.* Et tract. 2. in Epiſt. Joannis. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum; ideſt in manifeſto. Tabernaculum ejus, caro ejus: Tabernaculum ejus, Eccleſia ejus in ſole poſita eſt. Non in nocte, ſed in die. In Pſal.* 18. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum, ideſt in manifeſtatione poſuit Eccleſiam ſuã, non in occulto, non quæ lateat, vel ut operta; nè fortè fiat ſicut operta ſuper greges hæreticorum: quid tu Hæretice fugis in tenebras? quid latitare conaris?* Idem lib. 2. contra litteras

V.

litteras Petiliani explicans illa verba Psalmistæ. *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines terræ verba eorum.* Subdit. *Hinc fit, ut Ecclesia vera neminem lateat, unde est illud quod in Evangelio ipse dicit: Non potest Civitas abscondi super montem constituta, ideoq; in eodem Psalmo connectitur. In sole posuit tabernaculum suum, idest in manifestatione. In Regum libris legimus dictum. Quod tu in occulto fecisti, patieris in sole* Eidem astipulatur Origenes Homil. 30. in Matthæum. *Ecclesia plena est fulgore ab oriente usque ad occidentem.* Cyprianus lib. de unitate Ecclesiæ. *Ecclesia Domini luce perfusa radios suos per orbem terrarum porrigit.* D. Chrysostomus in cap. 4. Isaiæ, ait Ecclesiam esse minus capacem tenebrarum quàm solem. *Facilius est solem extingui, quàm Ecclesiam obscurari,* Quæ omnia Ecclesiæ visibilitatem denotant.

Cyprian.

Chrysostomus.

CAPUT QUINTUM.

Una est Ecclesia.

1. NOVISSIME Hæretici, maximè Magdeburgenses propter bonos & malos duplicem constituunt Ecclesiam; alteram quam in Symbolo profitemur: alteram quæ in hoc mundo externam habet societatē. Ante illos Ticonius Donatista idem docuit, sed illum refutat S. Augustinus libr. 3. de Doctrinâ Christianâ cap. 32. Licet enim Christus discernat justitiam credentium à fermento Pharisæorum: non tamen constituit duas Ecclesias; sed vult in eâdem Ecclesiâ esse credentes & hypocritas: nec in duabus sunt Ecclesiis qui ambulant per viam latam & intrant per angustam portam. Juxta illud Apostoli 1. Thessal. cap. 3. v. 6. *Alii ambulant inordinatè, alii secundùm traditionem*, sed in unâ eâdemque Ecclesiâ. Hanc unitatem Ecclesiæ sanctæ probat S Petrus Damianus Opusculo 11. cap. 5. Primò per Jacob qui solus Patri Isaac unicè dilectus erat. Sic, *Ecclesia Christi tanta charitatis invicem inter se compage connectitur; ut & in pluribus una, & in singulis sit per mysterium tota: adeo ut omnis universalis Ecclesia non immeritò una Christi perhibeatur singulariter sponsa, & unaquæq; anima per Sacramenti mysterium plena esse credatur Ecclesia. Nam & propheticis Isaac redolebat naribus tota præsens redolebat Ecclesia cùm super unius filii sui persona dicebat Genes. cap. 27. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni.* Secundam figuram desumit ex libr. 4. Reg. cap. 4 vers. 1. *Mulier quædam Prophetarum.* Pagninus, septuaginta ex ex Græco, Chaldaica Paraphrasis, Cajetanus, *Mulier unc, &c.* Quid illa mulier denotat, & cur dicitur una? illa mulier Ecclesiam significat, una ejus unitatem figurat. S. Petrus Damian. proximè citatus. *Debitrix illa mulier, quæ ex præcepto Elisæi parum olei, quasi semen sparsit, & uberes mox fruges eodem per vascula redundante permessuit Ecclesiam utique figuravit. Quod si per sacræ Scripturæ campos diligenter inquiritur, unius viri vel mulieris persona designari Ecclesiam crebrius invenitur: licet enim multiplex videatur Ecclesia propter numerositatem gentium, una tamen & simplex est, unius fidei, & divinæ regenerationis confœderata mysterio. Et quamquam septem mulieres acceperint virū unum Isaiæ c. 4. Virgo tamen & una cœlesti illi viro dicitur desponsata, de quâ Apostolus 1. Corinth. c 11. Despondi* (inquit) *uni viro virginem castam exhibere Christo. Ex his ergò manifestè colligitur, sicut superius dictum est, quia cum ex unâ hominis personâ tota designetur Ecclesia, & ipsa consequenter Ecclesia una dicatur virgo, sancta Ecclesia, & in omnibus sit una, & in singulis tota, nimirùm in pluribus per fidei unitatem simplex, & in singulis per charitatis glutinum, diversaq; dona charismatum multiplex: quia enim ex uno omnes.* Idem S. Petrus lib. 7. Epistolarum, Epist. 10. ad Gotfridum Ducem & Marchionem Tusciæ nomen Sponsæ Christi eidē Ecclesiæ attribuit, & Serm. 1. in dedicatione Ecclesiæ. *Illa utique quam acceptavit altissimus, quæ vulneravit cor sponsi sui: Cui Sponsus idem in Canticis cap. 4. dicit: Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, in uno crine colli tui, in uno oculorum tuorum.* Nomine singulari utitur, non plurali; quia unica est, non plures sponsæ. Hinc subdit: *Quam speciosa sponsa ista, quæ in uno capillulo, & ocelluli scintillatione vulnerat Cœlorum Regem, Angelorum Dominum, Filium Dei Patris, hæc est illa quæ posita est in superbiam*

Petrus Damianus.

Gen. 27.

l. 4. Reg. c. 4. v. 1.

1. Corin. c. 11.

ſæculorum, cujus gloria à mari uſque ad mare, cui Reges & Principes famulantur, quam circumvolat cœleſtium legionum multitudo, in quâ fons ſapientiæ repoſitus eſt, hortus concluſus, fons ſignatus, hortus ubi clara roſaria pulchriori colore refulgurant, &c.

II. De hâc ſponſæ ſuæ unitate ita arroſè canit Sponſus Cantic. cap. 6. v. 8. *Una eſt columba mea, perfecta mea, una eſt matris ſuæ, electa genitricis ſuæ. Viderunt eam filiæ & beatiſſimam prædicaverunt, reginæ, & concubinæ laudaverunt eam.* Quid per reginas & concubinas intelligit? Sexaginta reginæ illæ ſunt Eccleſiæ Patriarchales, Metropolitanæ, & Primates, quæ multæ ſunt. 80 Concubinæ ſunt Eccleſiæ Epiſcopales, quæ etiam plures ſunt, quàm Metropolitanæ. Per adoleſcentulas intelligit Eccleſias Parochiales, & alias, quæ licet innumerabiles ſint, tamen ex illis omnibus perfecta eſt Eccleſia Romana ſecundùm S. Damianum & Cornelium, quæ Regina reginarum eſt, totiusque Eccleſiæ militantis Caput & Princeps, cæteras regens, moderans, illis imperans, illis proſpiciens nè à fide orthodoxâ, & pietate deflectãt, & ut aberrantes corrigat, ac reformet. Hæc igitur una Columba, una amica, & ſponſa Chriſti ab eo unicè diligitur. Vocatur perfecta, quia in fide errare nõ poteſt. Dicitur una genitrici ſuę matri ſcilicet gratiæ: vel electa Jeruſalem cœleſti, genitrici ſcilicet Eccleſiæ Jeroſolymitanæ à quâ Petrus diſceſſit, & Romam venit, ut ibi totius Eccleſiæ ſedem cõſtitueret. Hugo Card. *Una columba mea: una licet plures perſonæ, una ante legem, ſub lege, & ſub gratiâ: una quia una fides, unum baptiſma, unus Deus, & unum corpus: hoc eſt Domini tunica quæ ſciſſa non fuit. Joannis cap. 19. Una eſt ad unum ſolum creata, de quâ Lucæ cap. 10. unum eſt neceſſarium. Unde Pſaltes 26. Unam petii à Domino. Columba propter ſimplicitatem, manſuetudinem, fœcunditatem, amoris inſeparabilitatem, perfecta per charitatem, quæ plenitudo eſt legis, conſummata, vel perfecta numero membrorum, & plenitudine donorũ, vel perfecta capiti Chriſto unita, una eſt matris ſuæ. Hæc mater gratia eſt Dei, quæ filios vel filias facit unius patris. Et bis dicitur una unitate fidei contra hæreticos, vel per matrem ſuperna Ieruſalê accipitur, quia eam generat, nutrit, amat, cuſtodit: quia omne donum deſurſum quæ eſt mater noſtra. Galat. cap. 4. Cum quâ una eſt militans Eccleſia, virtute amoris & gratiæ. Genitrix verò dicitur primitiva Eccleſia de Iudæis, cujus electa dicitur moderna Eccleſia inter multas ſpurias, quam ſimul cum ipſa produxit; ut verè una, quia non plures veræ imitationis filias genitrix genuit, vel mater peperit. Electa autem eſt, quia laus eſt matris & genitricis.* Lyranus ſubſcribens Hugoni licet cum eodem & S. Gregorio in Cantica alio ſenſu explicet reginas & concubinas, quam nos ſupra; tamen illi per unam columbam intelligunt ſanctam Eccleſiam. *Una eſt ſponſa mea jugiter ſancta, à columbinâ ſimplicitate nunquam deficiens, & ſanctitatem in ſe ac perfectionem inviolabiliter continens, quæ errare non valet, nec tota deficere, quia à Spiritu ſancto gubernatur ac conſervatur, utpotè univerſalis Eccleſia militans, quæ una eſt unitate fidei, ſpei, & charitatis, unione veræ concordiæ, & per eadem media ad eundem finem ſalvificum tendens, de quâ ait Apoſtolus Epheſ. cap. 6. Elegit ſibi gloriosam Eccleſiam non habentem maculam neque rugam, &c. Una eſt matri ſuæ electa genitrici ſuæ. Mater totius Eccleſiæ poteſt vocari primitiva illa Eccleſia ſub Apoſtolorum regimine in Ieruſalem inchoata, à quâ tota Eccleſia exorta, juxta illud Iſaiæ c. 2. De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem, juxta illius primitivæ Eccleſiæ inſtitutionem, regulam ac doctrinam, ſubſiſtit ac converſatur univerſalis Eccleſia, quod etiam ad primitivæ Eccleſiæ magnum cedit præconium, & honorem, & ad gloriæ ejus augmentum. Rurſus per matrem & genitricem Eccleſiæ militantis intelligitur triumphans Eccleſia, quæ militantem meritis precibuſq; tuetur. Nam Lucæ cap. 15. Et gaudium eſt Angelis Deo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.* Brevius Sanctus Gregorius. *Ex multis membris unum corpus efficiunt: omnesq; in unitatis ſimplicitate, & unitate viventes una columba exiſtunt. Quæ ſola perfecta & electa genitrici ſuæ dicitur, quia extra hanc, quam dicimus Eccleſiam nemo ad perfectionem, nemo ad vitam niſi per hanc ſolam gratiâ fovente nutritur. Viderunt eam filiæ Sion, &c. Filiæ ſunt Eccleſiæ, quæ dum vitam æternam in hac*

Cant. 6. v. 8.

Hugo Cardin.

Lyran.

Gregor.

hac carne contemplantur à peregrinante Eccleſiâ ad regnantem Eccleſiam erigun-tur, &c.

III. De eâdem unicâ Matre Eccleſiâ loquitur Apoſtolus 2. Corinth. c. 11. v. 2. *Deſpondi enim vos uni viro virginem caſtã exhibere Chriſto.* Cur dicit, *vos virginem caſtam, &c.* & non virgines caſtas? quandoquidem eſſent plures. Audi S. Thomam ibi lectione 1. *Deſponſavi (vos) in plurali, & (exhibere virginẽ) in ſingulari, volens oſtendere quod ex omnibus fidelibus fit unum corpus, & una Eccleſia: quæ debet eſſe virgo in omnibus membris ſuis. Et ideò dicit virginem caſtam. In omnibus enim accipitur virginitas pro integritate corporis, caſtitas pro integritate mentis. Nam aliquando aliqua eſt virgo corpore, quæ non eſt caſta mente. Sic Eccleſia exhibet ſe Chriſto virginem, quando perſeverat in fide, &c. Caſtã exhibet ſe, quando exiſtens infra Sacramenta & in fide Chriſto exhibet puritatem mentis & corporis. Epheſ. cap 5, Ut exhiberet ſibi gloriosam Eccleſiam non habentem maculam neque rugam, &c.* Præclarè Sanctus Joannes hanc Eccleſiæ unitatem exprimit etiam ſub nomine ſponſæ Apocalip. cap. 21. verſ. 2. *Ego Ioannes vidi ſanctam Civitatem Ieruſalem novam deſcendentem de cælo, à Deo paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.* Quid per Civitatem illam Jeruſalem ſive Sponſam intelligit Evangeliſta? ſcio plurimorum interpretum mentẽ eſſe quod intelligatur Eccleſia triumphans, vel anima fidelis Chriſto deſponſata per gratiam, quæ de ſurſum eſt: tamen exiſtimo cum Primaſio, Bedâ & aliis, poſſe intelligi militantem, ſeu Romanam quæ matri ſuæ Synagogæ ſucceſſit, quaſi hæreditario jure cæteras omnes excellentiâ, dignitate, juriſdictione, puritate præcedens: dicitur nova & parata. *Novam* (inquit Pannonius in Apoc.) *vocat ut diſcernatur ab antiquâ illâ & carnali Ieruſalẽ, quæ ſpiritualiter ſordida erat peccatis; hæc autem nova quia ſpiritualis fide in baptiſmo regenerata;* dicitur *deſcendens de cælo*, quia è cœlo originem ducit. S. Auguſtinus lib. 20. de Civit. c. 17. *Gratiâ Dei ſuperveniente.* Pannonius ſupra. *Quæ ortum haberet de cælo per verbum Dei: eo ergò facto deſcendens eſt, quò de ſupernis eſt, ex Deo videlicet genita. Scimus enim quoniam omnis, qui naſcitur deſcendens ab eo dicitur à quo eſt.* Dicitur à Deo parata, quia profitetur ſe habere à Deo omnia bona ſua. Rupertus, *Non enim ſibi arrogat, id quod eſt illa Civitas ſancta, ſed à Deo ſe accepiſſe meminit.* Vel ut Pannonius. *Parata charitate & operibus bonis, ac virtutum varietate, ſicut ſcriptum eſt Pſalm. 44. Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circumdata varietate, cujus omnis gloria ab intus in fimbriis aureis ineſſe probatur, ideſt non in carne, ſed in ſpiritu. Quæ ſicut per ſe ipſum à Deo eſt, ita & ornatus ejus, atque adeò omnis apparatus figurata olim in admirabili illo tabernaculo primùm, deinde in templo Salomonis; quorum utrumque erat admirabili apparatu atque exornata auri, & pretioſarum rerum, de quibus docetur Exodi c. 25. & ſeq. duobus capitibus, item 36. & ſeq. Porrò lib. 3. Reg. cap. 6. & ſeq. item lib 2. Paralip. cap. 3. & 4. Cujus pulchritudo quantum placeat Deo in prædicto Pſalmo exponitur, cùm dicit. Et concupiſcet Rex decorem tuum quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt eum. Iam quâ ratione ſit apparata, atque exornata Eccleſia, hæc Regina pulchra & dilecta, niſi ut digna fieret ejus ſponſo Chriſto perinde ac ſponſa viro ſuo, ſolemni ornatu copulatur, ut in nuptiis fieri ſolet.* Quare verò dicatur ſponſa, Ansbertus hanc cauſam affert. *Propter præcipuam dilectionem,* Pannonius. *Quod verò Chriſtus ſit ſponſus ille, & Eccleſia illa ſponſa palam fit Ioannis cap. 1. Ubi Baptiſta S. Ioannes de Chriſto loquens ait, qui habet ſponſam ſponſus eſt. Hoc & Salomonis Cantica teſtantur quæ de ſponſo & ſponsâ texuntur in omni troporum admiratione.* Quare dicitur parata ſicut ſponſa ornata non auro, argento, gemmis, monilibus, &c. ſed viro ſuo? Haymo. *Paratam dicit, ideſt fide, cæteriſq; virtutibus ornatam.* Sanctus Chryſoſtomus Homil. 22. *Ex quo ad deſponſandam ſuam Eccleſiam Chriſtus advenit thalamus ornatus ſponſæ & ornatur auro fidei, argento ſapientiæ, virtutum gemmis, ſanctitatis velis, verecundiæ roſis, liliis caſtitatis, pudoris violis,* ſcilicet propter Chriſtum unicum ſponſum ſuum. Pannonius ſupra opponit hanc Eccleſiam congregationibus peccatorum, cujuſmodi ſunt Hæretici, Schiſmatici, Politici, Infideles. *Non perinde ſponſa hæc, ſponſa* (inquam) *multum amabilis & decora,*

2. Corin. 11. v. 2.
S. Thom.
Apocal. 21. v. 2.
Pannon.
Auguſt.
Rupert.
Pſal. 44.
Haymo.
Chryſoſtomus.

cui omnis decor ab intùs, quæ Civitas Sancta & Ieruſalem, ipſo nomine videlicet conſignans, quanta ab illâ diſcrepet illa Babylon, hæc Ieruſalem. Scimus Babylonem interpretari confuſionẽ; Ieruſalem autem pacis viſionem: quatenus certò certius teneremus omnes in confuſionem abituros, quicumque Carni ſerviunt; ad pacis autem ſupernæ viſionem perventuros omnes, quicumque legi ſpiritus ſe ſubdunt. Illa meretrix ſuper beſtiam colitur, in iſtâ Deus adoratur: meretrix non dicit niſi abominationes ſpurcitiæ ſuæ, quas viſa eſt porrigere in aureo calice, quo potat univerſam terram & inebriat eam: Eccleſia Chariſmatum dona diſtribuit, & ornamenta virtutũ: Nova hæc, vetus illa & ſtrigioſa quæ florem Iuventutis ſuæ profligavit cum amatoribus ſuis: ſpecioſa virgo eſt Eccleſia, ſponſa pudica à Deo de cœlis deſcendens in omni ornatu virtutum ſpiritualium decora, ideoq; parata; cujus odor inæſtimabilis nemis in veſtitu ejus, quam circumdant flores roſarum, & Lilia convallium: de quâ ſummæ admirationis illa vox cantici. Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ, & thuris & univerſi pulveris pigmentarii? Cantic. cap. 3. de cujus pulchritudine in eãdem ſcripturâ loquitur Sponſus Chriſtus. Quam pulchra es amica mea, quam pulchra; oculi tui columbarum abſque eo quod intrinſecus latet cap. 4. Et iterum tota pulchra es amica mea & macula non eſt in te. Ubi eadem hortus concluſus ob varietatem fructuum bonorum & fons ſignatus ob vbertatem gratiarum deſcribitur. Cujus emiſſiones paradiſus ſunt & ſummæ voluptates malorum punicorum. Babylon autem nullo decore, nullâ honeſtate, nullâ commendatione, utpote ſuarum libidinum ſpurcitiis abominabiles, & opprobriis, & confuſione flagitiorum plena. Et concludit, *multum ergo intereſt inter hanc tot vocibus commendatam, & puram adhuc pro dignitate commendatam Chriſti Regu regum ſponſam, civitatem ſanctam Ieruſalem novam deſcendentem de cœlo à Deo paratam ſicut ſponſam, ornatam viro ſuo, & illam tot titulis prodigioſis infamem, vetuſtate marcidam, ab inferis dirarum furore erutam, libidinibus totius mundi conſpurcatam, blaſphemiis notatam, cum quâ ſcortati ſunt Reges terræ, hoc eſt impii potentes, cupiditate terreni, perinde ac è terrâ orti, gloriam nonniſi in terrâ habentes, & in terrâ potentiæ ſpem ſtatuentes quibus omnibus par exitus cum meretrice fiet.* Sed cùm in mundo ſint tòt Eccleſiæ Patriarchales, Metropolitanæ, Epiſcopales, Parochiales, Monaſticæ &c. quæ ſanctæ ſunt, quæ deſcendunt de cœlo (ideſt à Deo originẽ habent: nam Eccleſiæ immediatè ab Apoſtolis & diſcipulis Domini de cœlo deſcendiſſe dicuntur; omnes ferè religioſi ordines ſpeciali Dei revelatione inſtituti ſunt, ut patet percurrenti eorum hiſtorias. Præterea ſponſæ ſunt: imò quot animæ fideles tot Deo deſponſatæ ſunt: ſunt etiam paratæ ſcilicet fide ac cæteris virtutibus ornatę) Ideo dicitur ſponſa, non ſponſæ, quia una eſt omnium Mater & Regina, ſcilicet Romana, quæ ſola omnibus præeſt, omnes alias ſibi coadunatas tenet, in qua ſolâ electi reperiuntur.

Hujus rei figuram ſubminiſtrat facer textus lib. 1. Reg. cap. 18. ubi fertur Davidi non Merob ſed Michol datam fuiſſe in ſponſam. Quid per Merob & Michol ſignificatur? audi Sanctum Petrum Damianum lib. 8. epiſt. ad viros illuſtres & alias privatas perſonas: *Patrus Damianus.* *Pactus quidem eſt Saul majorem filiam ſuam Merob David dare uxorem: ſed cùm tempus adveniſſet, quo dari ſibi debuiſſet, non ei data eſt, ſed alii conjuncta eſt viro. Dilexit autem Michol filiam Saul alteram David, eamq; ſibi uxorem conjunxit. Merob quippe interpretatur de multitudine, Michol autem à quâ, vel ex omnibus. Et quid per Merob niſi illa dumtaxat infidelium turba ſignatur? quæ eſt de multitudine quæ repellitur: multi enim ſunt vocati, pauci verò electi. Quid autem per Michol niſi ſancta figuratur Eccleſia, à quâ videlicet oriuntur electi, vel quæ ex omnibus conſtat electis, quæ licet filium non genuerit, hunc tamen intelligentiæ eius ſterilitas non obſtitit? Aliud quippe myſterium eſt, quia Regi David eſt in coniugalitate coniuncta, aliud quia perſiſtit infœcunda, aliud quia Chriſti Domini eſt ſortita coniugium, aliud quia fœcunditatis non meruit donum, ſed pertulit in Iſrael ſterilitatis opprobrium. Hanc ſane David ſuperbi Regis Saul ſibi filiam iunxit, dum ſortis manu Ieſus ac meritò deſiderabilis, eam de ſuperbi huius mundi principis obſequio ſuſtulit, ſibiq; confœderationis intimæ glutino connixit, quam videlicet Michol (quæ ſancta electorum eſt Eccleſia) ſuperbus ille Saul, hoc eſt* IV. *l. 1. Reg. c. 18.*

malignus

malignus ſpiritus eam Merob auferre minimè valet, quia fidelis cuſtos irrevocabiliter eam ſuæ dilectionis obſtruxit amplexibus, qui in Evangelio clamat Ioannis 10. *Et non rapiet eas quiſquam de manu meâ.*

V. *Optatus* Optatus lib. 2. contra Parmenianum loquens de Eccleſiis particularibus vocat Eccleſiæ Romanæ dotes. *Eccleſiæ dotes ita ſibi connexas, & indivíduas eſſe conſtat, ut intelligatur una ab alterâ ſeparari non poſſe. Et enim numerantur in nomine ſub uno intellectu ſuo (ideſt in unâ fide.) Iunguntur in corpore, ut in manu digiti, quos intervallis ſingulis videmus eſſe diſtinctos. Unde qui tenet unum totos tenetur neceſſe eſt: cùm unuſquiſque à partibus ſeparari non poſſit, itaque non unum ſolum, ſed omnes propriè poſſidemus.* quaſi diceret, licet Eccleſiæ ſint plures in mundo, tamen una eademque eſt ſub labaro Eccleſiæ Romanæ militans, ſicut omnes digiti in unam manum & volam conveniunt. S. Cyprianus lib. de ſimplicitate Prælatorum, ſeu de unitate Eccleſiæ aliis exemplis naturalibus illuſtrat. *Quomodo Solis multi radii, ſed lumen unum, & rami arboris multi, ſed robur unum tenaci radice firmatum. Et cùm de fonte uno rivi plurimi defluunt, numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate, unitas tamen ſervatur in origine. Sic & Eccleſia Domini luce perfuſa per orbem terrarum radios ſuos porrigit, unum tamen lumen eſt, quod ubique diffunditur. Ramos ſuos in univerſam terrā copiâ ubertatis extendit, profluentes largitate rivos latius expandit. Unum tamē caput eſt, & origo una, & una mater fœcunditatis ſucceſſibus copioſa.* Quæ verba demonſtrant amplitudinem Eccleſiæ unitate collectam & colligatam. Quod ſi quælibet Eccleſia ab aliis ſeparata foret, non una, ſed variæ & diſtinctæ Eccleſiæ nominarentur. Et verum eſſet illud, ecce hic Chriſtus, ecce illic. Nec refert quod hæc Eccleſia vocetur Gallicana, illa Africana, illa Anglicana, illa Antiochena &c. in unā tamen Eccleſiam conveniunt, ut rectè notat S. Chryſoſtomus in 1. & 2 epiſt. ad Corinth. maximè homil. 1. in 1. ad Corinth. ad illa verba *Eccleſia Dei, quæ eſt Corinthi*, notat non vocari Eccleſiam ſimpliciter, ſed Eccleſiam Dei. *Eccleſiam Dei appellat, ut non Corinthi ſolum, ſed univerſi orbis Eccleſia. Nomen enim Eccleſiæ non ſeparationem, ſed unitatem & collectionem ſignificat.* Et animadvertit optimè Apoſtolum dixiſſe. *Cum omnibus qui invocant nomen Domini in omni loco ipſorum, & noſtro; ut oſtenderet in univerſo orbe unam oportere eſſe Eccleſiam, quamquam locis diviſam pluribus: Deus enim eam conjungit qui omnibus eſt communis.* Quaſi diceret ſicut ab uno Deo ducit originem, ita una eſſe debet.

Cyprianus.

1. Corin. c. 1. v. 2. Chryſoſtomus.

IV. Hujus unitatis figuram Deus in ipſis mundi incunabulis propoſuiſſe videtur, ubi de creatione mulieris fit mentio Geneſ. cap. 2. v. 21. *immiſit ergò Dominus Deus ſoporem in Adam, cumque obdormiſſet tulit unam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificavit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in Mulierem &c.* Quid per Adam, ſoporem ejus, unam de coſtis ejus, mulierem ex eâ formatam figurare voluit? S. Paulus ait per Adam Chriſtum, per ſomnum ejus mortē, per coſtam latus in cruce apertū, per Evam ex coſtâ formatam Eccleſiam, productam de carne & oſſibus Chriſti, ita ut ſicut Adam dixit de Euâ Geneſ. cap. 2. v. 23. *hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne meâ*, ita Apoſtolus ad Epheſ. cap. 5. v. 30. ait de Eccleſiâ, *quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius*, ideſt ſicut mulier Eva formata eſt de carne & oſſibus Adæ, ita Eccleſia formata eſt de carne & oſſibus Chriſti, & conſequenter eſt quaſi caro, oſſa, & membra Chriſti. Quomodo ex carne & oſſibus dicatur formata Eccleſia vide varias explicationes apud Sanctum Anſelmum & alios interpretes. Apoſtolo ſubſcribit Sanctus Thomas 1 parte quæſt. 92. art. 2. *figuratur per hoc quod Eccleſia, ſumit principium, unde Apoſtolus dicit ad Epheſ. cap. 5. Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in Eccleſiâ.* Et Sanctus Hieronymus in epiſt. ad Epheſios, *primus vates Adam de Chriſto hoc prophetavit, quod ſcilicet Chriſtus reliquerit Patrem ſuum Deum, & Matrem ſuam Cœleſtem Ieruſalem, & venerit ad terras propter corpus ſuum, & de ſuo eam latere fabricatus ſit, & propter illam verbum caro factum ſit.* Fuſius & paulò aliter Sanctus Auguſtinus tractatu 9. in Ioannem, & *erunt duo in carne unâ Sacramentum hoc magnum eſt.*

Geneſ. 2. v. 21.

Epheſ. 5. v. 30.

S. Thom.

Hieron.

Auguſt.

Et ne quis iſtam magnitudinem Sacramenti in ſingulis quibuſq; hominibus uxores habentibus intelligeret; Ego autem (inquit) *dico in Chriſto & in Eccleſia, quod eſt Sacramentum magnum, erunt duo in carne unâ? Cùm de Adam & Eva Scriptura Geneſeos loqueretur, unde ventum eſt ad hæc verba; Propterea relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne unâ: ſi ergo Chriſtus adhæſit Eccleſiæ, ut eſſent duo in carne unâ, quomodo reliquit patrem? quomodo matrem? Patrem quia cùm in formâ Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens. Hoc eſt enim reliquit patrem, non quia deſeruit, & receſſit à patre, ſed quia non in eâ formâ apparuit hominibus, in quâ æqualis eſt patri.* Quomodo reliquit matrem? relinquendo Synagogam Judæorum, de quâ ſecundùm carnem natus, & inhærendo Eccleſiæ, quam ex omnibus gentibus congregavit. Sicut ex latere & coſtâ Adæ dormientis formata eſt Eva, ita ex carne, & oſſibus Chriſti in Cruce immolati, & dormientis ſeu morientis formata eſt Eccleſia. S. Auguſtinus jam citatus. *Dormit Adam ut fiat Eva, moritur Chriſtus, ut fiat Eccleſia. Dormienti Adæ fit Eva de latere: Mortuo Chriſto lanceâ percutitur latus ut profluant Sacramenta, quibus formetur Eccleſia.* Vel ut S. Gregorius Nyſſenus ad illa verba. *Exivit ſanguis & aqua*, ſubdit, *paucæ* (inquit) *guttæ Sanguinis Chriſti totum mundum reſtaurantes fiunt hominibus quaſi coagulum lactis illos cogentes & conjungentes in unum.* Alludit ad caſeum, qui per lac coagulatum formatur: ſic merito Sanguinis Chriſti cogimur & conjungimur in unam Eccleſiam. S. Petrus Damianus Sermone de Columbâ Virgine & Martyre utrumque locũ Geneſis c. 2. & Epheſ. c. 5. explicans Eccleſiæ originem productioni Evæ aſſimilat. *Per Adam liquidem Chriſtus, per Evam deſignatur Eccleſia. Quid eſt autem quod prius Adam Dominus ſeparavit, deinde coſtam ex ejus latere, unde mulier formaretur eduxit: niſi quia prius Redemptor in morte dormivit ſicq; de latere ejus in Eccleſiæ Sacramentum ſanguis & aqua profluxit, tranſlata eſt Eva de viri latere dormientis: exivit Eccleſia de latere Salvatoris in cruce pendentis?*

Auguſt. *Gregor. Nyſſen.* *Petrus Damianus.*

VII. *Auguſt.* Quærit S. Auguſtinus citatus cur Eva potius de Adam dormiente, quàm vigili ſit formata: & reſpondet. *Cui non appareat, quia in illis tunc factis futura figurata ſunt, quandoquidem dicit Apoſtolus ipſum Adam formam futuri eſſe? qui eſt* (inquit) *forma futuri, præfigurabantur omnia myſticè, neque enim verè non poterat Deus vigilanti coſtam educere, fœminamq; formare? an fortè ne doleret latus, quando coſta detracta eſt, propter hoc oportebat, ut ille dormiret? quis eſt qui ſic dormiat, ut ei oſſa nõ evigilanti evellantur? an quia Deus evellebat, propterea homo non ſentiebat? Poterat ergo, & vigilanti ſine dolore evellere, qui poterat dormienti.* Ut perfectior ergò eſſet analogia ſeu allegoria, illum in formandâ Evâ ritum ſervare voluit. Idẽ S. Auguſtinus in ſententiis, ſenten. 328. *Dormit ut fiat Eva: moritur Chriſtus ut fiat Eccleſia. Dormiente Adam fit Eva de latere: Mortuo Chriſto lanceâ perforatur latus, ut ſupereffluant ſacramenta, quibus formetur Eccleſia.* Sed cur Textus ait, *Tulit unam de coſtis ejus*, non verò tulit duas, tres, quatuor, &c. de coſtis ejus? nec formatæ ſunt plures, ſed unica Eva? Albertinus Epiſcopus Pactenſis de agnoſcendis affert. Cathol. q. 25. n. 14. reſpondet. *Ad ſignificandum quod debet eſſe unus illius, &c. juxta cap. Gaudemus, §. Quia verò divortiis. Vbi* (inquit) *Textus. Nec ulli unquam licuit in ſimul plures uxores habere, niſi fuit divinâ revelatione conceſſum, qui mos, quandoq; interdum etiam fas cenſetur, per quem morem ſicut Iacob à mendacio, Iſraelitæ à furto, & Samſon ab homicidio, ſic & Patriarchæ & alii Iuſti veri* (qui plures leguntur ſimul habuiſſe uxores) *ab adulterio excuſantur.* Sed allegoricè dicam non tuliſſe plures coſtas, nec plures mulieres ex iis formaſſe, ut innueret futuram Chriſti unam tantùm ſponſam, & non plures. Dionyſius. *Quia per formationem Evæ ex Adam voluit Deus præfigurare formationem Eccleſiæ ex Chriſto.* Quaſi diceret ideò unam coſtam, & non plures tulit, ut innueret futurã tantùm unam Eccleſiam ſponſam Chriſti, quæ omnium fidelium eſſet futura mater. Sanctus Cyprianus ſupra, *Vnum caput eſt, & origo una, & una mater fœcunditatis.*

Albertinus. *Dionyſ.*

Quomodo poteſt eſſe una coſta, una ſponſa myſtici Adam, quæ per totum VIII.

totum orbem diffusa est? S. Petrus Damianus opusc. 11. cap. 6. respondet. *Sancta namq; Ecclesia licet personarum se multiplicitate diversa, in unum tamen est Sancti Spiritus igne conflata, atque ideo etiamsi per corporalem situm partibus videatur dividi, unitatis tamen intimæ Sacramentum nullatenus à suâ valet integritate corrumpi. Rom. cap. 5. Charitas enim Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Iste itaque Spiritus, qui est procul dubio unus & multiplex, unus in majestatis essentiâ, multiplex per diversa charismatum dona dat Ecclesiæ sanctæ, quam replet, ut & in universitate sit una, & in suis partibus tota. Quod nimirum individuæ unitatis arcanum veritas commendabat, cùm patri de suis discipulis diceret Ioannis cap. 17. Non (inquit) pro his rogo tantùm, sed pro & eis, qui credituri sunt in me per verbum ipsorum, ut omnes unum sint, ut mundus credat, quia tu me misisti, & ego claritatem quam dedisti mihi dedi eis, ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Sic ergò credentes in Christum unum sunt, ubicunque videatur esse per corporalem speciem membrum, ibi etiam per Sacramenti mysterium totum est corpus. Et quidquid, quod competit toti, quodam modo congruere videtur & parti, quatenus conventus Ecclesiæ communiter sonat non absurdum sit si unus homo singulariter dicat: & quod ab uno rectè depromitur à pluribus etiam irreprehensibiliter proferatur. Hanc unitatem cœtus seu Ecclesiæ probat quod in Ecclesiâ multi pro uno accipiantur, ita ut quod multi efficiant ab uno fieri censeatur. Hinc est quod in conventu positi rectè omnes dicimus. Inclina Domine aurem tuam & exaudi me, quoniam egenus & pauper sum ego. Custodi animam meam quoniam sanctus sum. Eandem unitatem deinde ostendit ex eo quod soli existentes, tamen quasi plures essemus, ageremus, loqueremur, id per pluralem numerum exprimimus. Et singulariter cõstituti non incongruè decantamus. Psal. 80. Exultate Deo adjutori nostro, Iubilate Deo Iacob. Nec absre quod multi simul dicimus. Psalm 33. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Et soli sæpe plurali voce proferimus, Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius invicem, & multa id genus. Quia nimirum neque hic pluralibus verbis solitudo præiudicat, neque illic multitudo fidelium a singularitate discordat, quia per virtutem sancti Spiritus qui & singulis inest, & omnes replet, & hic solitudo pluralis, & hic multitudo intelligitur singularis.*

Petrus Damianus.

Psal. 80.

Alteram difficultatem contra hunc ritum cantandi in plurali ab uno solitario optimè proponit idem S. Petrus Damianus. *Iam verò qui dicunt, nunquid lapidibus aut tabulis cellæ petenda est benedictio? aut illis dicendum est ut Dominus sit cum eis? respondeant mihi, & dicant: Cur singulares in eisdem celluiis positi dicunt Psal. 94. Venite exultemus Domino, vel illud. Regem martyrum Dominum venite adoremus. Invitatorium namq; hoc dicitur, & ob id procul dubio, quia per hoc ad Dei laudes fidelium populus invitatur. Si autem vos à nullo prorsus audimini, quos ad exultandum Domino exhortatoriis vocibus excitatis: Agite (inquam) fratres, dicite adhuc mihi si non ad sacramentũ recipitis Ecclesiasticæ unitatis, sed ad numerũ potius præsentiæ corporalis, quibus dicitis: Nocte surgentes vigilemus omnes? quibus & illud somno refectis artibus, surgamus omnes ocius? Certè non omnes hymnos, omnes denique orationes, quæ nimirùm à Doctoribus plurali sunt stylo compositæ, vel silentio prætereuntes omittitis, vel ad singularem violenter numerum revocatis. Iam verò cùm ad lectiones venitis, quia nefas ducitis, nullis astantibus benedictionem petere vel dare Cur Patrum homilias, & Concionatorum sermones legitis, quibus nimirùm cogente lectionis modo populum alloqui videmini; & velut ad secundam personam scilicet auditorum omnia vestra verba dirigitis, atque ut ipsa homiliarum verba ponamus, quibus quæso dicitis audite fratres charissimi, & cætera quæ sequuntur, cùm ibi fratres nulli sint quæ videlicet, si vultis ad vestram singularitatem stylo reclamante violenter inflectere? Quia id prorsus impossibile est, his omissis necesse erit iam vobis nova dictare. Cur etiam cùm ad orationes perventum fuerit, dicitis, oremus, cùm nemo illic sit qui orare nobiscum deleat? quem ad communionem orationis invitatis, qui nullum adesse conspicitis? cur etiam in expleti officii clausula ex more subiungitis, benedicamus Domino? cùm præsto nullus assistat, qui nobiscum Dominum benedicat.* IX.

Psal. 94.

Qui de unitate Ecclesiæ sermonem fecerunt X.

fecerunt, vix hujus Sancti Cardinalis authoritatem protulerunt, quare non pigebit ejus ſolutionem & doctrinam huic argumento & propoſito oportunam licet prolixâ audire: illa enim non erit tædioſa doctis nec indoctis. *Hæc igitur & alia multa, quæ longum eſt enumerare perpendite, & Eccleſiaſticæ traditionis regulâ ſive ſoli, ſive cum pluribus uniformiter obſervare. Si enim Doctores Eccleſiæ id expedire decernerent in Eccleſiaſticis officiis alium ſingulis, alium multis ordinem tradidiſſent. Sed unum cõtenti remotâ diverſitate componere, unum nos docuerũt ordinem inviolabili ſemper obſervatione tenere. Providerunt enim, quia quidquid in divinis obſequiis à quolibet Eccleſiæ membro reverenter offertur, id etiã fide & devotione cunctorum univerſaliter exhibetur. Unus eſt enim Eccleſiæ ſpiritus quo vivificatur unum corpus, quod à Chriſto videlicet ſuo capite præſidetur; Tota quidem Eccleſia diverſorum conſtat quidem compage membrorum: ſed unum procul dubio corpus uniuſfidei ſoliditate fundatũ, una vivificantis ſpiritus virtute perfuſum. Unde & Apoſtolus ait Epheſ. c. 4. Unum corpus, unus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in unâ ſpe vocationis veſtræ. Dignum ergò eſt ut quidquid in ſacris officiis à quibuſcumque fideliter particulariter agitur hoc ipſa Eccleſia per unitatem fidei, & charitatis amorem unanimiter agere videatur.* Quibus verbis docet, quod licet ſint multi fideles in Eccleſiâ, multi Religioſorum ordines, multæ Parochiæ, multæ Diœceſes, multæ Metropolitanæ, & Patriarchales Eccleſiæ, tamen ſunt unius corporis membra, unius fidei ſoliditate fundati, una vivificantis ſpiritûs virtute perfuſi. Undè inquit *dignum eſt quidquid in ſacris officiis à quibuſcumque fidelibus particulariter agitur, hoc ipſa Eccleſia per unitatem fidei, & charitatis amorem unanimiter agere videatur.*

XI. Hanc doctrinam cap. 8. ſequenti optimè corroborat ex ſacrificio Miſſæ, & corpore reali Chriſti in Euchariſtiâ, & myſtico fidelium. *Hinc eſt enim, quod in ipſâ celebratione Miſſarum, cùm dicitur, Memento Domine famulorum, famularumq; tuarum. Paulò poſt ſubditur. Pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis. In quibus verbis patenter oſtendit, quod à cunctis fidelibus non ſolùm viris, ſed & mulieribus ſacrificium illud laudis offertur, licet ab uno ſpecialiter offerri ſacerdote videatur: quia quod ille Deo offerendo manibus tractat, hoc multitudo fidelium intentâ mentium devotione commendat. Quod illic quoque declaratur, ubi dicitur, hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quæſumus ut placatus accipias. Quibus verbis luce clarius conſtat, quia ſacrificium quod à ſacerdote ſacris altaribus ſuperponitur, à cunctâ Dei familiâ generaliter offeratur.* Ecce quomodo in ſacroſancto Miſſæ ſacrificio unitas Eccleſiæ oſtendatur. Idem probat ex Euchariſtiæ ſacramento. *Hanc autem Eccleſiæ unitatem Apoſtolus manifeſtè declarat, cùm dicit. Unum corpus, unus panis multi ſumus. Tanta eſt Eccleſiæ unitas in Chriſto, ut unus ubique in toto orbe terrarum ſit panis Corporis Chriſti, & unus calix Sanguinis eius: quoniam ſicut divinitas verbi una eſt quæ totum implet mundum: ità licet multis locis, multis q; diebus illud corpus conſecretur, non ſunt tamen multa corpora, ſed unum corpus Chriſti, & ſicut ille panis & vinum in corpus Chriſti veraciter tranſierunt; ita omnes qui illud in Eccleſiâ dignè percipiunt, unum abſque dubio Chriſti corpus fiunt, ipſo teſtante, cum ait Ioannis cap. 6.* Ioan. 6. *Qui manducat meam carnẽ, & bibit meum ſanguinem in me manet & ego in eo.* Denique oſtendit quomodo omnes fideles ſint unum corpus & una Eccleſia, non unitate carnis, ſed ſpiritus. *Si ergò omnes Chriſti corpus ſumus, licet per corporalem ſpeciem videamur abjungi, ſpiritu tamen ab invicem ſeparari non poſſumus, qui in eo manemus. Quid noceat, ego non video. Si communem Eccleſiæ conſuetudinem & ſinguli teneamus, qui per unitatis individuæ ſacramentum ab eâ nunquam receſſimus. Cùm enim omnia Eccleſiæ verba profero: cum eâ me eſſe unum, ac per præſentiam ſpiritus in eâ me veraciter manere demonſtro. Et ſi ejus ſum veraciter membrum, non inconvenienter adimpleo univerſalitatis officium.*

XII. Hanc eandem unitatem urget per analogiam ad corpus humanum, cujus licet quælibet membra ſpeciali munere fungantur, tamen quidquid operantur, in totum corpus refunditur. *Porrò* (inquit *cap. 9.*) *in humano corpore aliud oculi, aliud lingua, aliud pedes, aliud manus habent naturaliter proprium: ſed neque manus ſola ſibimet tangunt, nec ſibi pedes incedunt, aut lingua loquitur, vel ſibimet*

ſibimet oculi contemplantur: ſed quidquid poteſt unaquæque pars corporis ſpecialiter agere, hoc probatur omnibus in commune conferre. Et quod unicuique membro ſingulari jure naturæ cõceditur, hoc ab ipſo corpore (quod eſt totum ejus) fieri judicatur: ut non incongruè, & pars totius, & totum ſuæ partis exhibere dicatur officium. Hinc eſt enim quod & lingua Pauli veraciter dicat 2. Timoth. c. 2. Laboro in Evangelio uſque ad vincula, cùm lingua ejus ligata non ſit. Nam (ut illic ſequitur.) Verbum Dei non eſt alligatum. Et Petrus ad ſepulchrum Chriſti cùm Ioanne cucurrerit. Ioannis cap. 20. Cùm ſoli pedes currendi ſubeant miniſterium. Et Stephanus Act. c. 7. viderit cœlos apertos, cùm videre proprium ſit oculorum. Et Iſaac Geneſ. c 27. Filium ſuum Iacob palpando tetigerit, cùm tangendi vel palpandi facultas manibus ſit ſpecialiter attributa. Quod ergò membrũ quodlibet agere cernitur, hoc ab ipſo corpore fieri irreprehenſibiliter perhibetur: & è diverſo quod corpus facit, multitudo partium cooperando conſenſit. Ulterius proſequitur ſuæ propoſitionis de unitate Eccleſiæ veritatem, oſtendens ideò ſacerdotem totius Eccleſiæ uti verbis, quia per unitatem fidei eſt pars Eccleſiaſtici corporis, ſeu (ut ſacerdos) totius Eccleſiæ vicem gerit. *Quid ergò mirum ſi ſacerdos, qui ſine dubio Eccleſiaſtici corporis pars eſt, vicem ſalutantis, ac reſalutantis Eccleſiæ ſolus expleat. Dicens Dominus vobiſcum: ſubindéque reſpondens, & cum ſpiritu tuo: rurſúmque benedictionem ſolus petat, & reddat, cùm per unitatis intima ſacramentum tota ſpiritualiter ſit Eccleſia, ubi ejuſdem fidei, ac fraternæ devotionis una fuerit perſona. Vbi nimirum unitas fidei, nec in uno ſolitudinem recepit, nec in pluribus ſciſſuram diverſitatis admittit. Enimverò quid præjudicat ſi ex uno ore vocum diverſitas prodeat, quas etſi per plures linguas una tamen fides alternat. Totamquè Eccleſia (ſicut jam dictum eſt) unum procul dubio corpus eſt, & nos Eccleſiæ membra ſumus, nempè ſi multi unũ ſumus in Chriſto, totum noſtrum ſinguli poſſidemus in ipſo: atque ideò licet remoti procul dubio corpus eſt: nam teſte Apoſtolo 1. Corinth. cap. 12. Sicut enim unum corpus eſt, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm ſint multa unum corpus ſunt: Ita & Chriſtus. Etenim in uno ſpiritu omnes vos unum corpus baptizati ſumus. Et alibi Coloſſ. cap. 1. Cum corpore (inquit) ſuo, quod eſt Eccleſia. Si ergò tota Eccleſia unum Chriſti corpus eſt, & nos Eccleſiæ membra ſumus, quid obeſt ſi corporis noſtri, ideſt Eccleſiæ ſinguli quique verbis utamur, qui cum ea veraciter ſumus?*

2. Timoth. 2.

De quâ Eccleſiâ loquitur ſanctus ille Cardinalis? Non de Eccleſiâ Antiochenâ, Jeroſolymitanâ, Conſtantinopolitanâ, Calvinianâ, Lutheranâ, &c. Sed de illâ cujus Roma eſt caput, quæ in alia membra, in alias Eccleſias, in alios fideles veræ religionis, fidei, & doctrinæ dogmata influit, & communicat. Vel ut idem S. Petrus Damianus Sermone de S. Barbatiano Præsbytero & Confeſſore, *Romæ quæ abſque dubio caput eſt & principalis ſedes totius ſanctæ Eccleſiæ commorantur. Nimirùm, ut in ſcholâ Petri primitus diſcant, quod te poſtmodum de doctrinæ magiſterio velut eructando transfundant.* Et Serm. 1. in Nativitate S. Joannis Baptiſtæ. *Illa mater & magiſtra omnium Eccleſiarum Eccleſia Romana. Cui dictum eſt Lucæ cap. 22. Ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua.* Et ſi membra ſint à capite corporaliter ſeparata, tamen ſpiritu ſunt ei conjunctiſſima: quia unam fidem, unum baptiſma, &c. profitentur, ejus doctrinam ſequuntur. Unde concludit S. Petrus Damianus. *Si ergò tota Eccleſia unum Chriſti corpus eſt, & nos Eccleſiæ membra ſumus, quid obeſt ſi corporis noſtri ideſt Eccleſiæ ſinguli quique verbis utamur, qui cum eâ unum veraciter ſumus? nempe ſi multi unum ſumus in Chriſto, totum noſtrum ſinguli poſſidemus in ipſo: atque ideò licet remoti procul ab Eccleſiâ videamur per ſolitudinem corporum, in eâ tamen præſentiſſimi ſemper aſſiſtimus per unitatis inviolabile ſacramentum. Sicque fit, ut quod eſt omniũ, ſit etiam ſingulorum, & quod quibuſdam ſingulariter ſpeciale, omnibus quoque ſit in fidei, & charitatis integritate commune. Vt populus rectè clamet Pſalmo 50. Miſerere mei Deus, miſerere mei, & Pſal. 69. Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandũ me feſtina: atque unus bona pronunciet Pſalm. 66.*

XIII.

Petrus Damianus.

Luc. 22.

Deus miſereatur noſtri, & benedicat nos. Quam videlicet fidelium Chriſti neceſſitudinem & communionem Sancti Patres noſtri tantæ certitudinis eſſe decrevêre: ut hanc ſymbolo Catholicæ profeſſionis apponerent, & frequentandam nobis inter ipſa Chriſtianæ fidei rudimenta mandarent. Nam mox ut dicimus Credo in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam, protinus addimus Sanctorum Communionem: ut ubi Deo fidei noſtræ teſtimonium reddimus, ibi etiam communionem Eccleſiæ, quæ cum eo unum eſt, cõſequenter aſtruamus. Sanctorum ſiquidem hæc eſt in fidei unitate communio, ut in unum æternam ſint per gratiam adoptionis aſciti. Quomodo unus fidelis ut membrum unius Eccleſiæ merito perſonam & vices totius Eccleſiæ gerat, oſtendit à ſimilitudine naturali ipſius hominis. *Sicut autem homo Græco eloquio dicitur microcroſmus, hoc eſt minor mundus, quoniam per materialem eſſentiam eiſdem quatuor elementis homo conſtat, quibus & univerſus hic mundus: ita etiam unusquiſque fidelium quaſi quædã minor videatur eſſe Eccleſia, dum ſalvo unitatis arcano myſterio, etiam cuncta redemptionis humanæ unus homo ſuſcipit ſacramenta, quæ ipſi univerſali Eccleſiæ ſunt divinitùs attributa: Si ergò unus homo non ambigitur communia totius Eccleſiæ Sacramenta ſuſcipere, cur non prohibeatur cõmunia Eccleſiæ ſalus verba proferre, cùm videlicet multo majoris momenti ſint ſacramenta quàm verba.*

XIV. Et ne fortè quis exiſtimet illud argumentum percurriſſe, probat in ſignum iſtius unitatis olim extructum fuiſſe altare à filiis Iſrael, ſeu filiis Ruben & Gad. *Quod ſi quis* (inquit c. 11.) *adhuc etiam his noſtris diſputationibus calumniator extiterit, dicens utique non debere à ſingulis uſurpari, quæ communia fidelium ſunt inſtituta conventu, ut non tam verbis, quàm rationibus acquieſcat: exemplum damus, quod ex ſacri eloquii authoritate didicimus. Notum namque*
Joſue 22. *eſt ſicut Joſue cap. 22. lib. teſtante narratur, quod filii Ruben & Gad, dimidia tribus Manaſſe redeuntes à filiis Iſrael de Silo ut intrarent Galaad terram promiſſionis ſuæ, ædificaverunt altare infinitæ magnitudinis in terram Chanaam, cúmque iratus graviter populus Iſrael adverſus eos arma corriperet, interrogati cur altare cõſtruere prater altare Domini præſumpſiſſent, reſponderunt, non hoc prævaricationis causâ, ſed pro futuri teſtimonii feciſſe cautelâ. Nequando, inquiunt, dicerẽt filii veſtri, filiis noſtris, quid vobis & Domino Iſrael? Terminum poſuit Dominus inter nos & vos: Iordanem fluvium, & idcirco partem non habetis in Domino: & per hanc occaſionem averterẽt filii veſtri filios noſtros à timore Domini. Cur autem hiſtoriæ hujus articulum ad medium deduxerimus, ſi cui fortaſſe non pateat, breviter aperimus. Paterat nempè quorundam ſimplicitas fratrum tentari, ut quodammodo ſegregatos ſe à ſocietate fidelium ducerent, ſi in conſuetudine poſiti etiam communia Eccleſiæ verba depromere in ſuis orationibus non auderent. Vtuntur ergò communibus verbis Eccleſiæ, ut in Eccleſiaſticâ communione doceant permanere, atque ipſa verba animo ſatisfaciant fluctuanti, quæ teſtimoniũ perhibent præſentiæ fidelium ſpirituali. Rorrò autem altare ædificaverunt non ad ullum libaminũ ſed ad victimæ cum Iſraelitica plẽe ſocietatis indicium: ſicut & ipſi quaſi Iam ex perſonâ filiorum ſuorum dicunt. Ecce altare Domini, quod fecerunt Patres noſtri, non in holocauſta, neque ſacrificium, ſed in teſtimoniũ noſtrum ac veſtrum. Illi nimirum id fecerunt ad teſtimonium Iſraelitica ſocietatis: Nos ita dicimus ob Eccleſiaſticæ veritatis, unitatem. Illi nè deſpicerentur à fratribus ſuis: Nos nè remordemur à cogitationibus noſtris: id illi terreni altaris extruxêre ſimilitudinem: nos ſpiritualis concordiæ oſtendimus veritatem. Illi ad oſtendendum ſui generis teſtimonium: Nos ad tenendum novæ generationis, & fraternæ communionis inviolabile ſacramentum.* Hac figura declarat à filiis Gad & Ruben ædificatum fuiſſe altare, ut cum aliis filiis Iſrael cenſerentur uniti: ſicut omnes fideles licet corporibus & locis diverſi; fide tamen & religione ſunt cum aliis uniti, faciúntque cum illis unam Chriſti Eccleſiam, non duas vel plures. Fuſiùs illam unitatem confirmat, primo exemplo Bigamorũ, & Fornicariorum qui à ſacris altaribus arcentur, cap. 12. Item repetit quomodo in Miſſis privatis dicitur, *Dominus vobiſcum*, & non *Dominus*

tecum

tecum. cap. 13. *Non enim hic dignè numerus personarum, sed Ecclesiasticæ potius unitatis attenditur sacramentum, ubi scilicet nec unitas excludit multitudinem, nec multitudo violat unitatem: quia & unum corpus per multa membra dividitur, & ex diversis membris unum corpus impletur. Nec in unitate corporis membrorum multitudo confunditur, nec in pluritate membrorum unius corporis integritas violatur.*

XV. Idem Sanctus cap. 14. variis figuris ex veteri testamento depromptis hanc unitatem in multitudine observatam ostendit. *Et quid mirum si de sanctâ Ecclesiâ dicitur quod & multiplex in unitate, & una credatur in multitudine; Cùm & ille carnalis Israel, quia socius erat genere, jam tunc hujus unitatis videatur inter se regulam tenuisse? Nam numer. cap. 20. Et regi Edom nuncios*
Numer. 20. *dirigit qui dicant: hæc mandat frater tuus Israel. Et alibi numer. cap. 21. Cùm Chananæus rex Arath pugnaret adversus Israel, atque sublata ex eo prædâ victor existeret, testante Scripturâ, Israel voto se Domino obligans, ait: Si tradideris (inquit) populum istum in manũ meam, delebo Vrbes ejus, quod nimirùm & in libro Reg. manifestè declaratur cùm ab Israelitico populo ad viros Iuda redeunte David in regnum dicitur. Decem (inquit) partibus major sum apud regem, & primogenitus ego sum, magisque ad me pertinet David, quàm ad te, cur mihi feciſti injuriam? & non mihi nunciatum est priori, ut ego reducerem populũ meum? Si ergò populus ille pro eo quod ex unâ stirpe originem duceret, vel ob id potiùs, quàm ut unus Dei cultum teneret, tanquam una persona singulariter loquitur, ut in multis se unum esse testetur: quid mirùm si sancta Ecclesia quæ uno Dei spiritu sanctificatur & regitur, unius fidei & baptismi sacramentis imbuitur, ad eandem hæreditatem capessendam per adoptionis gratiam convocatur, tantam inter se habeat communionem, ut & singuli verbis omnium, & omnes verbis uti valeant singulorum. Hinc est etiam quod divinis insistentes officiis sæpe in unius Sancti veneratione cantamus, quod toti simul Ecclesiæ convenire cognoscimus, quod videlicet, qui cantus Beatæ Dei Genitricis, aliorumq; Sanctorum diligenter inspicit, diligenter agnoscit.* Quibus verbis innuit non incongruè applicari uni sancto particulari, quod toti Ecclesiæ convenit propter unionem membrorum cum corpore. Quod iterum docet c. 16. *Igitur quid mirum si sancta Ecclesia, cui tanta potestas divinitùs est concessa, verba sibi famulantia ita ad suum convertat arbitrium, ut vel singuli plurium, vel plures eloquia proferant singulorum? aut quid obest, si ea, quæ aliis specialiter congruunt, ab aliis proferuntur? certè nõ ignoramus, quia cùm pueri catechizantur sacerdos interrogat, quid petis? ubi non puer, sed alius reddit ejus vice responsum dicens, fidem & cætera, quæ propriè ad puerum pertinent, alius in ejus personâ respondet. Si ergò in ipso regenerationis nostræ mysterio, ubi scilicet totius humanæ salutis constat origo, rectè alius verba reddit alterius, quid prohibet, si & in illis Ecclesiasticis salutationibus, vel petendis benedictionibus alter respõdendo suppleat locum illius qui vacat? nam ut alter pro altero respondere in Ecclesiâ valeat, non moderna temeritas reperit, sed ab Apostolicâ potiùs authoritate descendit. Vnde Paulus 1. Corinth. c. 14. ad Corinthios, Cæterum (inquit) si benedixeris spiritu,* 1. Corin. 14. *quis supplet locum idiotæ? Huc accedit quod si propter absentiam personarum timet dicere, Dominus vobiscum: veletiã respondere, & cum spiritu tuo: timeat quoque necesse est, nè dicat, oremus: sed potius orem, nè videlicet illos ad orationem videatur invitare qui desunt, & qui sacrilegium ducit nullis astantibus benedictionem petere, vel dare, caveat etiam in fine lectionis dicere: Tu autem miserere nostri, sed potiùs dicat miserere mihi. Quod si omninò præposterum, omninò videatur absurdum, non vereatur Ecclesiæ verba solus edere, qui ab eâ se mente, & spiritu nusquam decrevit abesse, & cujus se profitetur specialiter membrum, non se à suo corpore divisum asserat prolatione verborũ: sed cum Christi Ecclesiâ est veraciter unum, confidenter expleat suæ universalitatis officium, magisque in his Ecclesiastici sacramenti servare virtutem studeat, quàm congruentiam domesticæ confabulationis attendat.* Quibus patenter ostendit qualiter Ecclesia sit una familia, sit unũ corpus cum & quodlibet membrum corporis illius mysticæ &

ſanctiſſimæ familiæ nomine totius corporis & familiæ: & unum membrum pro alio ſtipulari poſſit, cum quo conjunctum eſt; alioqui ſi ab eo diviſum ſit, ejuſmodi ſtipulatio fieri nequit: ut præfatum eſt.

CAPUT SEXTUM.

Ejuſdem Argumenti proſecutio.

1. HUius unionis factæ à Chriſto in thalamo crucis meminit S. Laurentius Juſtinianus de caſto connubio verbi & animæ. *Cùm homo Chriſtus in carne adhuc teneretur paſsibili, eſſetque ſanctitate incomparabilis, meritis ditiſſimus, gratiâ pleniſſimus, & ſapientiâ præ cunctis præclarus mortalibus, ſolus ſuas noluit poſsidere divitias, quin potiùs velut unitatis & charitatis zelator Dei filios, qui erant diſperſi, voluit in unum congregare, & tanquam verus paſtor per infidelitatis devia, & vitiorum abrupta errantes colligere oves, atque ſicut legitimus animarum ſponſus electos quoſque ad unitatis gremium ſummo cum ſtudio coadunare curavit. Poſt etenim ſacra rudimẽta infantiæ, poſt paternæ vocis ſuper ripã Iordanis auditionẽ oraculi, poſt verbi Dei & cæleſtis prædicationis propagatum ſemen, poſt laborioſam caſtrorũ, urbiumq; circuitionẽ, poſt duros adverſantium hominum cõflictus, poſt pœnales famis, ſitis, laſſitudinisq; agones, poſt acerrimos innocentiſſimæ paſsionis ilitius cruciatus, tandem ſuper crucis lectulũ veraciter obdormivit: in quâ ſeparatione ſanctam ſibi caſtiſſimo myſticoq; connubio copulavit Eccleſiam.* Ecce quomodo Chriſtus Eccleſiam nõ in ſervam & ancillam, ſed in ſponſam chariſſimam ſuſceperit. Quæ ſponſalia explicat, oſtendens ſe nõ plures, ſed unicã adamaſſe. *Quieſcente nempe illo dum miles crudelis lanceâ latus ejus aperiret, continuò ſacramenta regenerationis, ac redemptionis humanæ profluxerũt, veneranda. Aqua quidem pro abolitione originalis delicti, ſanguis verò pro ſatisfactione actualis peccati. Hæc namque ſunt Sacramenta cæleſtia, hæc ſunt divina myſteria, per quæ in toto orbe ſancta mater aggregatur Eccleſia, immaculata ſponſa, corpus Chriſti. Mater quippè propter ſpiritualem prolis fidelium fœcunditatem: immaculata ſponſa, propter fidei integritatem, & caſtimoniæ puritatem. Corpus Chriſti, propter ſpiritus unitatẽ, & membrorum cõnexionem.* Et infra confirmat illud unicũ connubium verbi cum Eccleſiâ per Analogiam ad Adę & Evę cõjugium. *Verumtamẽ prout corporis membra humani non vivificantur à ſuo ſpiritu, niſi in membrorum vivâ unitate perſiſtant. Sic nec quis à ſpiritu vivificatur Chriſti, niſi in verâ perſeveret unitate Eccleſiæ, quæ eſt columna & firmamentũ veritatis. Hanc utique Eccleſiam Dei filius homo Chriſtus adamavit ſuſcepit, & copulavit: pro hâc patrem reliquit & matrem, ut fierent duo in ſpiritu uno. Sacramentum hoc in Evâ & Adam à mundi exordio figuratum eſt: non enim gratis illam dilexit. Reliquit patrẽ pro eâ, cùm ſemetipſum exinanivit: reliquit matrem cùm omnem priſcæ legis ritũ, ſynagogamq; deſtruxit, ut huic ſuæ caſtiſſimæ adhæreret uxori. Tanti enim ſuum æſtimavit amorem, ut nè periret ipſa ſe morti tradere non dubitaverit. De hujuſmodi tam ſancto & ignito amore Apoſtolus ait, Coloſſ. c. 3. Viri diligite uxores veſtras ſicut & Chriſtus Eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro eâ, ut illam ſanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ; ut exhiberet ipſe ſibi Eccleſiam glorioſam non habentẽ maculam, neque rugam, aut aliquid ejuſmodi; ſed ut ſit ſancta & immaculata. Huic quidem ſpirituali ſponſæ quam de errore ad veritatem, de inimicitiâ ad pacẽ, de diſperſione ad unitatem, de tenebris revocavit ad lucem, ut ad ſui arctius devinciret amorem plurima & pretioſa erogavit donaria.* Et poſt aliqua premens illud Apoſtoli 1. Corinth. Sicut corpus unum, &c. Docet quomodo corpus illud Eccleſiæ non ſit homogeneum, ſed diverſa ſint membra diverſis officiis fungentia; quæ tamen in perfectam unitatẽ conſpirant. *Etenim uno in ſpiritu omnes nos in unum corpus baptizati ſumus ſive Iudæi, ſive Gentiles, ſive ſervi, ſive liberi, & omnes uno ſpiritu potati ſumus. Hoc itaque Eccleſiæ corpus Dominus diverſis ornavit virtutibus, tanquam membris, & cuique proprium contulit donum. Quamvis autem varia ſint ſpiritualia ornamenta gratiarum, in uno tamen conveniunt charitatis, ac unitatis vinculo ad utilitatem cujuſque membri, &c. qui humilis eſt, & qui unitatis amator eſt,*

Coloſſ. 3.

neſcit

Digitized by Google

neſcit extollere ſe, confert aliis, quod accepit, abſque diſceptatione congaudet animadvertiſſe in altero quod non videt in ſe, omnia aliorum ſua putat eſſe dona, ſicut & ſua aliorum. Expende hæc ultima verba, *omnia aliorum, &c.* quaſi diceret licet ſit homo ſingularis, tamen quaſi univerſalis eſt, in quantum omnia aliorum dona putat eſſe ſua, ita ut poſſit ipſe ſolus in eadem verba prorumpere, quæ à totâ Eccleſiâ pronunciantur. Dicere poteſt ſolus, oremus, miſerere noſtri, &c. Unde meritò ſubdit, *hæc eſt Eccleſiæ unitas, hoc eſt charitatis vinculum per quod corporis Chriſti membra cõpoſita ſunt, quæ quamvis diverſa ſint miniſterio, ordinatiſſimè tamen in uno ſunt inſtituta Eccleſiæ corpore, &c.*

II. Sed cùm tot ſint in uno corpore membra, eſt nè acephalum corpus? minimè, ſed illi caput & quidem vivum viſibile, ſicut Eccleſia una & viſibilis eſt. Quod eſt illud caput? Petrus, non verò duo ſcilicet Petrus & Paulus. Undè falſus eſt quidam anonymus liber gallico idiomate conſcriptus, & impreſſus anno 1645. cui titulus eſt *Les Grandeurs de l'Egliſe Romaine établie ſur l'authorité de S. Pierre & S. Paul.* Quaſi SS. Petrus & Paulus eſſent duo capita Eccleſiæ. Quam falſam doctrinã aliàs propoſuerat Antonius de Dominis lib. 1. de Republicâ Eccleſiaſticâ, cap. 2. n. 18. & lib. 4. c. 6. quam meritò Facultas Theologica Pariſienſis declaravit Schiſmaticam: cui declarationi favent Simancas Cath. inſtitut. tit. 54. n. 14. Ricaulius de jure perſonarũ extra Eccleſiæ gremium lib. 5. c. 8. n. 18. Ludovicus à Paramo de Orig. S. Inquiſit. lib. 4. q. 3. n. 111. Carena de officio S. Inquiſitionis part. 2. tit. 16. q. 3. n. 9. Molfeſſius in ſumma tom. 1. tract. 11. cap. 2. n. 62. Item duo capita ſcilicet Petrum & Paulum aſſerere, eſt ſingularem doctrinam introducere. Nam antehac nullus hæreticus id auſus eſt profiteri: imò Calvinus docet Paulum Petro ſubjacuiſſe. Wiclephus quidem apud noſtrum Waldenſem voluit omnes Apoſtolos eſſe æquales Paulo, ſed de Pauli ſpeciali æqualitate cum Petro nullam mentionem fecit.

III. Solus iſte liber Anonymus Gallicus poſt Antonium de Dominis citatum, & Raynaldum Anglum in colloquio id auſus eſt propalare. Quod dogma non tantùm Schiſmaticum ſingulare, ſed etiam blaſphemum ſecundùm mentẽ Matthæi Caryophilonis Archiepiſcopi Iconienſis in refutatione Pſeudo Chriſtianæ Cathec. juxta illud Apoſtoli 1. Corinth. cap. 4. *Blaſphemamur & obſecramus*: & ad Titum cap. 3. *Admone illos neminem blaſphemare*, ideſt maledicere ſeu convitiari, ut vult S. Hieronymus. Vocatur blaſphema talis opinio: quia talis Sanctorum contumelia redundat in Deum, ſicque habet aliquam rationem blaſphemiæ; Ex Leſſio de Juſtitiâ & jure lib. 2. c. 45. dubio 5. n. 23. poſt Navarrum. Noſter P. Lezana conſulto ultimo cum Univerſitate Pariſienſi vocat hæreticam: quia cùm ſecundum Bannez. 2.ª 2.æ q. 1. art. 10. ub. 4. conc. 1. Azorium parte 2. lib. 4. c. 21. ex Gloſſa in can. Si autem 7. q. 1. Paulum Gryſaldum in Deciſ. Fid. Cathol. v. Petrus, Eccleſia ſit una, debet ejus regimen eſſe monarchicum. Imò Sotus in 4. diſt. 24. q. 2. a. 5. poſt Gerſonem ait pugnare cum Jure Divino & Chriſti ſententiâ dicentis Matthæi cap. 16. v. 18. *Tu es Petrus & ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiam meam, &c.* *Matth. 16. v. 18*
ideſt tu es Caput unicum, tu es Princeps unicus, tu es Petra unica, & fundamentum unicum totius Eccleſiæ. Cur unicum, & non plura capita, fundamenta? S. Hieronymus lib 1. contra Jovinianum. *Propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite conſtituto ſchiſmatis tolleretur occaſio.* ut ſic non aſtruerentur duæ, ſed una Eccleſia: non duo capita, ſed unum. Quare idem Sanctus epiſt. 57. ſcribens ad Damſaum Papã. *Hieron.*
Cum ſucceſſore Piſcatoris, & diſcipulo Crucis loquor. Ego nullum primum niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ, hoc eſt Cathedræ Petri cõmunione conſocior, ſuper illam petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Quaſi diceret, non poſſet eſſe vera Eccleſiæ unitas ſi forent duo capita. S. Auguſtinus Serm. 16. de Sanctis in feſto Cathedræ Petri ſerm. 2. *Petra dicitur, eo quod primus nationibus fidei fundamenta poſuerit, & tanquam ſaxum immobile totius operis Chriſtiani compagem, molemq; contineat.* S. Ambroſius *Auguſt.* *Ambroſ.*
ſerm. 4. *Petra dicitur Petrus, eo quod*

tanquam ſaxum immobile totius operis Chriſtiani compagem, molemq; ſuſtineat. Quibus ſubſcribens id clariſſimè docet S. Cyprianus de unitate Eccleſiæ. *Primatus Petro datur, ut Chriſti Eccleſia, & Cathedra una monſtretur.* Quaſi diceret; ideò uni Petro & ſucceſſori totius Eccleſiæ regimen contulit, ut oſtenderet unicam eſſe Eccleſiam, & nō duas. Eandem illationē facit S. Leo: ideſt ex hoc titulo Petro à Chriſto conceſſo can. *Ita Dominus*, diſt. 19. dicens ipſum in cōſortium individuæ unitatis fuiſſe aſſumptum: ideſt ideo Petrū fuiſſe unum ex Apoſtolis ad totius Eccleſiæ regimē aſſumptum, ut oſtenderet non plures, ſed unam eſſe Eccleſiam. Idem S. Leo ſerm. 3. de ſuâ aſſumptione ad Pontificatum, ait non tantùm de cœtu Apoſtolorum, ſed de toto mundo ſe fuiſſe electum, ut toti & unicæ Eccleſiæ præeſſet. *De toto mundo unus Petrus eligitur, qui & univerſarum gentium vocationi, & omnibus Apoſtolis, cunctiſq; Eccleſiæ Patribus præponatur.* Nō dicit Eccleſiarū Patribus, ſed *Eccleſiæ*. Idem epiſt. 89. *Hujus muneris ſacramentum ita Dñus ad omniū Apoſtolorū officium pertinere voluit, ut in B. Petro Apoſtolorū omnium sūmo principaliter collocaret, ut ab ipſo, quaſi quodā capite dona ſua velut in corpus omne diffunderet.* Nō ait in corpora multa, ſed *in corpus omne diffunderet*. Cui Pacianus epiſt. 3. ad Simproniū arridet. *Ad Petrum locutus eſt Dominus ad unum ideò, ut unitatem fundaret ex uno*, quaſi non eſſet unitas corporis, niſi foret unum caput, ſeu unitas capitis. Quod probat ex illis verbis. *Et ſuper hanc petrā ædificabo Eccleſiā meam.* Quæ eſt illa Eccleſia à quâ Petrus dicitur Paſtor univerſalis? cui reliquę uniri debēt? eſt nè Antiochena, Alexandrina, Jeroſolymitana, &c. minimè, ſed Romana.

Cyprian. *S. Leo.* *Pacian.*

IV. *Luitprandus.* Audi Luitprandū Papienſem Hiſtoricum lib. 6. c 8. ubi poſtquam vocavit Petrum *Apoſtolorum Principem*, lib. 4. c 3. ſubdit. *Petrus dimiſſâ Antiochenâ Eccleſiâ, ad Romanam urbē, quæ potentiâ & magnitudine cunctis tunc nationibus imperabat, poſtmodùm tranſvolavit, ubi cùm diſponente Deo ſanctam toto orbe venerandam fundaret Eccleſiam, &c.* Quomodo ais *toto orbe, &c?* quomodo Romæ exiſtens poteſt toto orbe fundare Eccleſiam? quæ eſt illa Eccleſia? Romana, cui cœteręſubjiciuntur & uniuntur tanquam matri, tanquā capiti. S. Laurentius Juſtinianus lib. de caſto connubio verbi & animæ c. 10. *Quæ clave auctoritatis cœlorū januas claudit, reſeratq;, potentum elationē ligat, per longa terrarum ſpatia ſe dilatat, compede peccatorū obligatus liberat animos, energumenos ab immundis eripit inimicis. Clave autem ſcientiæ arcana myſteriorū pandit, ſcripturarum obſcura penetrat, errorū convincit argumenta, hæreticorū fallacias detegit, gentilium ſuperſtitiones rationabili caſtigatione eliminat, mores inſtruit, vitia deteſtatur, attollit virtutes, omnemq; inſtruit regulā ſanctitatis. Ex authoritate Sacramenta Euchariſtiæ, Ordinis, cæterorumq; cōficit, & miniſtrat, ſed ex ſcientiâ futuræ fælicitatis, extremi judicii, tormentorum inferni, Angelorum naturæ, operumq; mirâ perſpicuitate ſacramenta diſcernit, habet quoque pro ſingulari privilegio charitatis ſancta Eccleſia, ut ſit ſancti capitis corpus myſticū.* Et ſermone de reſurrectione Dñi oſtendit, quomodo & ſponſa ſit Chriſti, & mater unica ſit omnium fideliū & Eccleſiarū, corpus myſticū Chriſti. *Ipſa eſt immaculata atque perfecta, quoniā viro ſuo Chriſto per ſpirituale connubium copulata effecta eſt nupta, mater & virgo. Virgo quidē propter excellentē ſanctitatis ſuæ immunditiam: mater autē ob ſpiritualem fœcunditatem prolis, nupta verò ex ſingulari vinculo charitatis didicit planè in mēbris capiti cōformari ſuo: ita ut in eâ ſit cor unū, anima una, eadē voluntas, dona communia, & invicē ſentiēdi æqualis intentio: Facta eſt omnia omnibus & unico ſuo unicè dilecto lucrifaceret univerſos, & eſſet corpus myſticū perfectū in membris, ac capiti ſuo copulatū, atque connexum.* Nō dicit plures virgines, ſed virgo: nam in nullâ Eccleſiâ, nec Antiochenâ, nec Alexandrinâ, nec Gallicanâ, nec Africanâ, &c. tanta eſt ſanctitatis munditia, tanta fidei puritas, quanta in Romanâ. Mater dicitur, nō matres, quia reliquarū Eccleſiarū, & omnium fideliū eſt mater. Nupta verò, non nuptę, quia tā eximiâ charitate flagrat, ut omnes ſuperet, imò ad ſui imitationē provocet. Caput verò eſt nō capita, quia influit ſola reliquis membris quin credendū & ea membra quæ non illi copulantur mortua eſſe, quia (ut canit Proſper lib. de ingratis.)

Laurentius Juſtinianus

Proſper.

Roma

Roma sedet Petri quæ Pastoralis honoris
Facta Caput mundo, quidquid non possidet armis,
Religione tenet.

Quibus verbis alludit ad veterem Romam, quæ sicut ab uno Imperatore regebatur, & toti universo vi armorum dominabatur sola, leges præscribebat: ita hæc Ecclesia una est, quæ Romana dicitur, latius diffusa religione sub uno capite visibili, scilicet Pontifice, quam olim S. Gregorius Nazianzenus in carmine de vitâ suâ, ante medium. *Vetus Roma ab antiquis temporibus, habet rectam fidem, & semper eam retinet, sicut decet urbem quæ toti orbi præsidet semper de Deo integram fidem habere.* Non dicit quæ totius orbis civitatibus major & amplior est, sed præsidet sicut mater filiis, sicut caput membris. Sic S. Cyprianus lib. 1. Epist. 3. *Navigare audent ad Petri Cathedram, & Ecclesiam principalem, &c. nec cogitare eos esse Romanos ad quos perfidia habere non possit accessum.* Cur conjungit *Cathedrã Petri*, cum his verbis *Ecclesiam principalem?* nisi ut ostendat Ecclesiam esse unam, quia illius una sedes & una fides est, quia una Ecclesia: ita ut Ecclesia sit corpus, sedes sit, caput.

Gregor. Nazian.

Cyprian.

V. Id innuisse & figurasse videtur Christus in sua Nativitate. Cur ille nasci voluit dum universus orbis ab uno Augusto Cæsare regeretur, nemine imperium ejus palam ambiente, sed universo orbe suum nomen & subjectionem profitente, Lucæ cap. 2. v. 1. *Factum est autem in diebus illis exiit Edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis.* Syriacus. *Ut describeretur universus populus professionis ejus.* Græcus. *Exiit placitum à Cæsare ut numeraretur universus orbis.* Pagninus. *Ut describeretur totus orbis.* Vatablus. *Evenit autem ut exiret decretum à Cæsare Augusto ut censeretur totus orbis.* S. Ambrosius in c. 2. Lucæ, & sermone de Nativitate. *Exiit edictum ut censum profiteretur universus orbis.* Arias Montanus. *Decretum describi omnem habitatam.* Dionysius *Hoc est nomina regionũ, & urbium, villarum, vicorum, & habitatorum omnium horum redigerentur in scriptis, & deferrentur ad Romam, sibiq; insinuarentur.* Cur hæc descriptio facta est? Cur permisit Deus descriptionem fieri, & nasci voluit illius descriptionis tempore? an fortè ut parentes dicerent se Messiæ esse gestatores, & ejus nomen Cæsari per illam descriptionem innotesceret? Non.

Lucæ 2. v. 1.

Primam affert rationem Maldonatus; Christũ natum dum describeretur orbis; & Lucã de hac descriptione mentionẽ feciſſe, ut major fides adhiberetur historiæ dum omnes temporis circumstantias & rerum cõditiones, ac Imperatoris & præsidis Civitatis nomina recensentur. Secundâ ratione ait id divinitus factum, scilicet, ut oracula Prophetarũ de Christo nascituro in Bethleem completa esse innueret. Tertia est Cornelii, facta est non tam ad numerum hominum Romano Imperio subjectum, quàm ad vectigal colligendum, quod in ærarium Romanum bellis exhaustum inferretur. Singuli enim capitis censum dabant. Quarta ferè eadem est quam affert Dionysius, *Ut etiã* (inquit) *magnitudinem & valorem tributi, quod sibi in singulis suæ ditionis provinciis solvebatur, & qualiter provincias conservaret in pace, providendo singulis de præsidibus, judicibus seu dominatoribus.* Quinta est Toleti annot. 1. ut innotesceret Christum nascicturum quando Judæa nõ amplius Principi naturali, sed extraneo & gentili, ut Genesis c. 49. promissum fuerat. Ut ad propositũ nostrũ magis accedamus, alias rationes proferamus. Sexta ratio, Deo disponente Christus natus est quando Romani dominabantur, eorumque fit memoria, non autem Regum Judææ, ut quando olim Prophetæ nati sunt. Mystice innuẽs quod sicut destructo regno Judaico Romani illis, & reliquis orbis partibus dominabantur sub uno Imperio & Imperatore, sic extinctâ & sepultâ Synagogâ Deus deinceps transferret Ecclesiam Romam, ibique sedem totius Imperii Christiani figeret. Id innuere videtur Joannes Geometra in Catenâ Græcâ S. Lucæ. *In prophetica sermone solis Judæis prædicatio, regnum solum Judæorum describitur. Visio* (inquit) *quam vidit Isaias in diebus Oziæ, & Ioathan & Achaz, qui regnaverunt in Judæa. In mysterio autem Evangelii per.*

VI. 1. RATIO. 2. RATIO. 3. RATIO. 4. RATIO. 5. RATIO. 6. RATIO.

per totum orbem prædicandi Imperium Cæſaris, qui univerſo orbe imperare videbatur. Quaſi diceret, ſit mentio Imperatoris Romani, ut ſicut ille toti dominabatur orbi, & à ſolâ & unicâ Romanâ urbe totius orbis regimen quaſi ab oraculo pendebat, ſic etiam à Romanâ Eccleſiâ & ſede (quę fidei dogmata ab univerſo orbe credenda eſſent) procederent. Audi S. Leonem Serm. 1. de Natali Sanctorum Petri & Pauli. *Nam* (inquit) *cùm duodecim Apoſtoli acceptâ per Spiritum ſanctum omnium locutione linguarum imbuendum Evangelio mundum diſtributis ſibi terrarum partibus ſuſcepiſſent, Beatiſſimus Petrus Princeps Apoſtolici Ordinis ad arcem Romani deſtinatur Imperii, ut lex veritatis, quæ in omnium gentium revelabatur ſalutem, efficacius ſe ab ipſo capite per totum mundi corpus effunderet.* *S. Leo.*

II. Pondera illa verba: ab ipſo capite, ideſt à Romanâ Sede ſeu Eccleſiâ, non ait ab ipſis Capitibus ſcilicet Petro & Paulo tunc Romæ commorantibus, vel ab Antiochenâ Eccleſiâ à Petro fundatâ, & aliis à Paulo ordinatis, ut innuit idem S. Leo citatus. *Cujus autem nationis homines in hâc tunc urbe non eſſent, aut quæ uſquam gentes ignorarent quod Roma didiciſſet. Hic conculcandæ Philoſophiæ opiniones, hic diſſolvendæ erant terrenæ ſapientiæ vanitates, hic confutandi dæmonum cultus, hic omnium ſacrilegiorum impietas deſtruenda, ubi diligentiſſimâ ſuperſtitione habebatur collectum quidquid uſquam fuerat vanis erroribus inſtitutum. Ad hanc ergo urbem tu Beatiſſime Petre venire non metuis, & conſorte gloriæ tuæ aliarũ Eccleſiarum ordinationibus occupato ſilvam iſtâ frementium beſtiarum, & turbulentiſſimæ profunditatis oceanum conſtantior, quàm cùm ſupra mare gradereris, ingrederis. Iam populos, qui ex circumciſione erant erudieras. Iam Antiochenam Eccleſiam, ubi primùm Chriſtiani nominis dignitas eſt orta, fundaveras.* Non (inquam) Paulum gloriæ Petri conſortem vocat caput: ſeu non nominat Antiochenam Eccleſiam prius à Petro pertranſeunte fundatam, & innumeras ab Apoſtolo Paulo ordinatas capita: ſed ſolùm Eccleſiam Romanã. Unde ſicut mare ſuper quod Petrus gradiebatur Eccleſiæ univerſali aſſimilatur à S. Bernardo, ſic idem S. Leo Romanam Eccleſiam eidem oceano cõparat: *& turbulentiſſimæ profunditatis oceanum conſtantior, quam cùm ſupra mare gradereris, ingrederis:* quia ſcilicet caput eſt Eccleſiarũ totius orbis: adeò ut ſicut à capite reliquum corpus, & ejuſdem membra dependent, ad oceanum omnia flumina confluunt, ſic unicæ Eccleſiæ Romanæ reliquæ Eccleſiæ ſubjiciuntur. Ita intelligendus S. Maximus Serm. 1. de Natali Sanctorũ Petri & Pauli qui eandẽ capitis analogiam ei tribuit. *Vbi mundus caput habebat imperii, ibi regni ſui principes collocavit.* Expende illud (*Vbi.*) At imperium non erat apud Medos, Perſas, vel Græcos, ſed apud Romanos: ibi igitur ſui imperii Eccleſiaſtici fundamenta jecit. *Maximus.*

VIII. Id prænunciaſſe videtur Daniel c. 2. v. 44. *In diebus autem regnorum illorũ ſuſcitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non diſſipabitur, & regnum ejus alteri populo non tradetur, comminuet autem & conſumet univerſa regna hæc, & ipſum ſtabit in æternum.* Quod eſt illud regnum, quod Deus ſuſcitabit? eſt regnum Chriſti, ſeu Eccleſia: Per alia regna intelligit Romanum Imperium, & alia regna illi ſubjecta. Hugo Cardinalis *Quamvis enim dominaretur Romanum Imperium, adhuc tamen erant illa regna quando venit Chriſtus, ſed ſubjecta Romano Imperio, vel in fine regnorum, ideſt unius ex illis, Deus Pater ſuſcitabit regnum Chriſti vel Eccleſiæ.* Quomodo ſubjecit ſibi ea regna? Idem Hugo. *Quia honores & poteſtates unius eſſe oſtendit, & quaſi pulverem ſterilia & inſtabilia & oculos excæcantia: quando ſcilicet pauper fieri voluit, & paupertatẽ prædicavit, & pauperes ſibi ſociavit, &c. Comminuet autem ſicut Moyſes comminuit vitulam, Exodi cap. 32: Per quod pœnitentia deſignatur, ut hic vult Gloſſa. Alia Gloſſa. Regnum mundi ideò Chriſtus conterit, ut ſuum ibidem ædificet.* Cui favere videtur Hugo Victorinus lib. 4. de Vanitate mundi, ubi de Romano Imperio, ſeu ſuperbia per humilitatem Chriſti ſeparata, ſic loquitur. *Cùm Roma victrix ſuper regna omnia ſuperbo faſtu caput extuliſſet, tunc ergò dominante ſuperbiâ humilis venit, ut de* *Daniel. 2. v. 44.* *Hugo.* *Hugo Victorinus.*

ſuâ

suâ humilitate celsitudinem mundi sterneret, manifestè demonstrans, quantus in suâ majestate foret, qui in nostrâ infirmitate positus universa subjecit. Quibus patenter innuit Romanam potentiam toti orbi dominantem: Christi humilitate & paupertate fuisse superatam, Cæsarumque magnificentiam non Angelico exercitu, sed Christi exinanitione jugo Ecclesiæ subjectâ. Sed meo judicio illa Christi victoria, & de Romano Imperio triumphus maximè intelligi debet secundùm mentem S. Leonis proximè citati de idololatriæ, sacrilegiorum, superstitionis & cultus dæmonii destructione, & de Romanis sedibus expulsione. Rectè Pererius lib. 2. in Daniel. *Pererius.* *Destructa sunt omnia regna à Christo: nõ eversâ temporali eorũ dominatione: sed sublatâ idololatriâ, quæ in omnibus illis regnabat, excisoq; dæmonis imperio, cui illa erant subjecta. Nec putandum est hoc esse factũ in omnibus regnis simul, & uno tempore, sed paulatim, & per varia temporum intervalla. Nunc his, nunc illis regnis ad fidem Christi conversis, & dominationi Christi, potestatiq; Ecclesiæ, in his, quæ ad spiritualem eorum gubernationem faciebant omninò subjectis. Ex hoc factum est, ut post conversionem Magni Constantini, Imperatoris Romani, & alii Reges, se suaq; regna Christo Domino, & ipsius Ecclesiæ subderent, summũq; Pontificem totius Ecclesiæ Pastorẽ, Christiq; Vicarium in terris, tanquam suum Patrem, Principem, & Monarcham in his, quæ ad Deum, & salutẽ animæ pertinent, humiliter adorarent, religiosè venerarentur, & libenter atque obedienter ejus salutaria jussa & decreta amplecterentur, &c.* Quæ verba maximè de Romanâ Sede totius Imperii capite intelligenda sunt, ut dictum est ex S. Leone: ibi enim eversio & abolitio Gentilismi & aliorum errorum, ac superstitionum viguit & viget. Alibi enim, vel Gentilismus aliquo modo, vel superstitio, vel hæresis adhuc subsistit: At Romæ hæc omnia exterminata sunt. Rectè S. Hieronymus epist. 7. ad lætam paulò post initium. *Hieron.* *Solitudinem patitur & in urbe Gentilitas. Dii quondam nationum cum Bubonibus & Noctuis in solis culminibus remanserunt. Vexilla militum, Crucis insignia sunt regum, purpuras, & ardentes diadematum gemmas patibuli salutaris pictura condecorat.* In Ecclesiæ Romanæ laudem seu propagationem. *Iam (inquit) & Ægyptius Serapis Christianus factus est: Marnas gazæ luget inclusus, & eversionem templi jugiter pertremiscit. De Indiâ, Perside, Æthiopiâ Monachorum quotidie turmas suscipimus. Depositi pharetras Armenus. Hunni discũt Psalterium, Scythiæ frigora fervent calore fidei, Getharum rutilus & flavus exercitus Ecclesiæ circũfert tentoria.*

Septima Ratio præcedentem confirmat, Christum voluisse in hâc descriptione Cæsareâ annumerari & census solvere, ut ostenderet se esse civem Romanum, & tacitè innueret Christianos omnes uni Romano Pontifici subjiciendos, & omnia regna, omnes Provincias, idest omnes Ecclesias Patriarchales, Archiepiscopales, Episcopales, Parochiales, Monasticas Ecclesiæ Romanæ subordinari. Orosius lib. 6. cap. ultimo. *Orosius.* *Dominus Iesus hanc urbem nutu suo auctam, defensamq; in hunc rerum apicem provexit, cujus potissimum voluit esse cum venit, dicendusq; utique civis Romanus, census professione Romani.* Ecce quomodo civibus Romanis annumerari voluit. Quod verò nasci voluit dum Roma esset una Respublica, aliarum Domina unicæ Romanæ Ecclesiæ præsagio, audi Procopium Sophistam Christianum in c. 12. Isaiæ. *Procop.* *Deus cum Apostolis, quos universum orbis stadium decurrere jubebat, viâ libertatem aperire statuisset, direptis omnibus sigillatim regnis, rerumq; summa ad Romanos delata, magni dæmonum labentis imperii significationem dedit, unicamq; reipublicæ formam, & monarchiam, ut & Ecclesiam unam, unamq; fidem fore demonstravit. Quo nimirùm tempore Cæsar Augustus Ægypto potitus est, &c.* Quasi diceret Christus tunc nasci voluit, quando totus orbis sub unâ Romanâ republicâ coadunatus est, præsagiens per hoc expulsis idolorum simulachris, & dæmonum tyrannide superatâ, tandem omnia regna totius universi, omnia templa, omnes cœtus uni Romanæ Ecclesiæ subjicienda. IX. 7. RATIO.

Octava Ratio confundit Schismaticos, & Hæreticos, qui Romanæ Ecclesiæ obedientiam detrectant; Christus X. 8. RATIO

non naſci voluit ante, nec poſt: ſed quando omnes totius orbis Provinciæ ſub unius Romanę reipublicę poteſtatem redactæ erant, nè ulla Eccleſia ſive Patriarchalis, Archiepiſcopalis, &c. vel ullus Rex, ullus Princeps, &c. Eccleſiæ Romanę obedientiâ jugum durũ exiſtimet. Paulus Oroſius lib. 6. c. 17. *Longè aliud vivendi genus homines ſubeunt, ut omnes humiliter placere ſtudeant, non inſolenter offendere, ſed ad tam ſalubrem humilitatis doctrinam magiſtro opus eſt. Itaque oportunè Auguſti Cæſaris temporibus natus eſt Dominus Ieſus-Chriſtus.* Quare dicit *oportunè?* ut ſcilicet Schiſmatici, qui altare contra altare, templũ contra templum, Eccleſiam contra Eccleſiam erigunt, ſe independentes ab Imperio Spirituali Eccleſiaſtico Romano aſtruunt, ei *humiliter placere ſtudeant, non inſolenter offendere, ſed ad tam ſalubrem humilitatis doctrinam magiſtri Chriſti aures arrigere, & oculos cõvertere, Hic enim licet eſſet Rex regum, & Dominus dominantium, licet ei data eſſet poteſtas in cælo & in terrâ, tamen Imperio Romano ſe ſubjectum eſſe teſtari voluit, & ſe Romanum civem profiteri: Schiſmatici verò Rom. Eccleſiæ filii nuncupari nolunt, nec eam ut Matrẽ venerari, ac obedire, & reliquarum caput agnoſcere.*

Paulus Oroſius.

XI. 9. RATIO. Nona Ratio docet Chriſtum ortum dum univerſus orbis ſub unius Cæſaris, & Reipublicæ Romanæ Imperio pace fruebatur, ut poſt Suetonium docet Oroſius lib. 6. cap. 10. & Zacharias Epiſcopus Chryſopolitanus in ſuo uno ex quatuor lib. 1. *Iuxta fidem Hiſtoriarum tantâ pace regnavit Auguſtus annis duodecim circa tempus Dominicæ Nativitatis, ut tam forinſecis, quàm civilibus bellis toto orbe ſopitis, etiam ad litteram completum videatur illud propheticum Iſaiæ cap. 2. Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces, non levabit gens contra gentem gladium. Placatiſſimo autem tempore congruè naſcitur Chriſtus quia Deus erat in Chriſto mundũ reconcilians ſibi. Hac itaque pax quam fecit Auguſtus ſignificabat pacem, quam Mediator noſter facturus erat per ſe, & Diſcipulos ſuos inter Deum & hominem.* De hâc pace univerſali quando ortus eſt Chriſtus ita Hugo Cardinalis. *Voluit Dominus tempore pacatiſſimo naſci triplici ratione.* 1.° *Ad figurandum quod ipſe erat, qui pacem reformaturus erat, inter Deum & hominem, inter homines & homines, inter Iudæum & Gentilẽ, inter hominem & Angelũ. Fecerat quidem pacem in cœlo, & venit facere eam in terrâ. Vnde Iob c. 25. Qui facit concordiã ſuam in ſublimibus ſuis.* 2.° *Ad oſtendendũ quod ipſe erat amator pacis, quam ſummoperè exercuit parcens ea, quæ ſunt etiam ad ſanguinis effuſionem. Vnde in pace factus eſt locus ejus. Vnde in Natali Domini nullus debet odium in corde tenere.* 3.° *Vt Diſcipuli quos ad prædicandum miſſurus erat, quocumque vellẽt ſecurè tranſire poſſent. Iſaiæ cap. 19. Erit in die illâ via de Ægypto in Aſſyrios, & intrabit Aſſyrius in Ægyptum, &c. Licet autem tempore prædicationis Apoſtolorũ tanta pax non erat, tamen aliqua illius veſtigia ſupererant. Cùm autem tanta pax eſſet, potuit iſta deſcriptio fieri.* Addam ego duabus primis rationem conformiorem. Ideò ſub imperio Romano pacifico deſcriptionem factam & Chriſtum veniſſe, ut innueret Chriſtum non poſſe venire ad aliquem, nec ei ſuam gratiam communicare & inſcribere eum in libro vitę niſi ſubſit Eccleſiæ Romanæ, & Imperio Eccleſiaſtico & ſpirituali Sedis Apoſtolicæ. Sicut enim differũt Hiſtorici prophani & aiunt tunc jam templũ clauſum fuiſſe, in quo pax cõcluſa erat, ſic in ſolâ Eccleſiâ Romanâ vera pax eſſe poteſt, &. viri pacifici veræ Romanæ Eccleſiæ filii ſunt.

Iſaiæ 2.

Hugo Cardin.

Iob 25.

XII. *Iſaiæ 32. v. 1.* Inter cætera mundi oracula audi vaticinium Iſaiæ cap. 32. v. 1. *Ecce in juſtitiâ regnabit Rex, &c. v. 16. Et habitabit in ſolitudine judicium, & juſtitia in Charmel ſedebit, & erit opus juſtitiæ pax.* Quæ verba S. Cyrillus, Procopius, Adamus, & Dionyſius de Chriſto Eccleſiæ ſponſo interpretantur. Cui cõſonat cantus ille Angelicus Lucæ c. 2. *Et in terrâ pax hominibus.* Cur Zacharias ait Chriſtum facturum ſeu daturũ pacem per ſe & ſuos Diſcipulos? per ſe dediſſe patet ex Joannis cap. 14. *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.* Addit verò per ſuos Apoſtolos, ut innuat quod quemadmodum Apoſtoli poſt Chriſti Aſcenſionem unam habuerunt Eccleſiam ſub uno capite Petro, non verò plures ſub diverſis capitibus,

ſicut

ſicut pacem habeamus cum Deo; & ſimus uniti illi per gratiam, debemus uniri inter nos ſub uno capite, ſcilicet Romano Pontifice, alioqui qui Eccleſias diuidunt Chriſti præſentiâ gaudere non poſſunt. Id prænuntiaſſe videtur Iſaias ſuprà, poſtquã enim v.16. dixit: *Et habitabit in ſolitudine judicium & juſtitia in Charmel ſedebit*, ideſt *in Eccleſiâ.* (inquit Dionyſius) ſubdit v.17. & 18. *Et erit opus juſtitiæ pax, & cultus juſtitiæ ſilentiũ & ſecuritas uſque in ſempiternum; & ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & requie opulentâ.* Dionyſius. *Tranquillitas mentis conſequetur actum juſtitiæ, & erit effectus gratiæ, ſeu effectus juſtitiæ pax interna: proprie tamen pax eſt effectus charitatis quæ facit concordiam & unionem & pacem, quemadmodum ſcriptum eſt Pſal.* 118. *Pax diligentibus legem tuam. Dicitur verò pax effectus juſtitiæ, in quantum juſtitia diſponit ad pacem, & removet impedimenta ipſius: & erit quieta vocatio Dei, ſeparatio cordis à tumultu, & refrænatio oris à verbis inanibus, & erit ſecuritas, namque & libertas Eccleſiæ, quæ nihil timet niſi Deum: in præſentì vitâ inchoatur, & in futurâ perficitur, ſicut & charitas, nec unquam corrumpitur. Et ſedebit Eccleſia, nunc quidem in pace Chriſti, quæ omnem ſenſum exſuperat, requieſcit, quemadmodũ Angeli Chriſto nato cecinerunt. Sedebit quoque in tabernaculis fiduciæ, ideſt in locis tutis, in congregationibus ſanctis, in Eccleſiæ domibus, dicens cum Prophetâ Iſaiæ cap.* 12. *Fiducialiter agam & non timebo,* Expende illa ultima verba *Eccleſiæ domibus*, non dicit *Eccleſiarum*, ſed *Eccleſiæ*, quia unica eſt: illi qui in domibus Eccleſiæ, in Diœceſibus, Parochiis, Monaſteriis, &c. ſunt, Eccleſiæ Romanæ ut matri, ut capiti ſubjecti ſunt, illi fiducialiter agunt, & non timent. Illi ſunt in congregationibus ſanctis, in tabernaculis juſtorum & fiduciæ, in locis tutis, in pace Chriſti, &c.

Dionyſ.

Pſalm. 118.

XIII. 10. Ratio.

Decima Ratio cur Chriſtus natus ſit cùm deſcriberetur orbis, & ſolverentur tributa Cæſari, eſt, ut idem Chriſtus innueret ſe principum bonis temporalibus non ſtudere, ſed benè illis utentibus favere velle, juxta illud Sedulii. *Non eripit mortalia, qui regna dat cæleſtia:* Et Eccleſiam quam Romæ plantare meditabatur dominio temporali Regum & Principum non adverſari, imò potius fovere eos, qui ad ſalutem, & fidem conſervandam ſua dominia dirigunt, & protegere per leges Eccleſiaſticas, & cenſuras quas contra refractarios & rebelles ferre meditaretur. Ideò in parvulo Tugurio naſci voluit, & ſuos parentes inſcribi juxta edictum Cæſaris. Quare falsè & ſeditiosè imponit Philippus Mornæus in præfatione ſui myſterii iniquitatis, quod Pontifices Romani ſibi titulum vel jura Imperatorum uſurparint: cùm diſtinc. 96. cap. *Cùm ad verum* ſic ſtatuitur. *Ventum eſt, ultra ſibi nec Imperator jura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorum uſurpavit? quoniam idem mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus ſic actibus propriis, & dignitatibus diſtinctis, officia poteſtatis utriuſque diſcrevit in propriâ volens medicinali humilitate ſurſum efferri, non humana ſuperbia rurſus infernum demergi, ut & Chriſtiani Imperatores pro æternâ vitâ Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu temporalium tantummodo rerum Imperialibus legibus uterentur.* Utramque poteſtatem agnoſcit Innocentius III. ſcribens ad Imperatorem Cõſtantinopolitanum; ita tamen ut una ſpiritualibus, altera temporalibus invigilet, non verò in aliam meſſem falcem ſuam immittat. *Ad fundamentum, hoc eſt univerſalis Eccleſiæ fecit duo luminaria magna, hoc eſt duas inſtituit dignitates, quæ ſunt Pontificalis authoritas, & regalis poteſtas: ſed illa, quæ præeſt diebus, ideſt ſpiritualibus major eſt, quæ verò carnalibus minor, ut quanta eſt inter ſolem & lunam, tanta inter Pontifices & Reges differentia cognoſcatur.* Ex quibus clarè patet nec à Pontifice Cæſaris, nec ab Eccleſiâ imperii nomen vel jura uſurpari, ſed ſolum Eccleſiam Romanã Imperio Romano, & Pontificem Cæſare tantò excellentiorem eſſe, quantò bona ſpiritualia temporalibus nobiliora ſunt, & anima corpus ſuperat: Et dignitas ſupernaturalis, & ſpiritualis excellentior eſt naturali, & temporali. Unde Pii & Chriſtiani Imperatores ac Reges nunquam dubitarũt de poteſtate Eccleſiæ & Pontificis in ſe tanquam

Paſtoris in oves, nec judicarunt illâ juriſdictionē Majeſtati ſui imperii, & regni officere. Imò nonobſtante illâ ſubjectione Imperatores, orbis domini, mūdi monarchię ſe inculpatè inſcripſerūt Eccleſię filii. L. deprecatio, ff. ad L. Rhodiam de jactu L. benè à Zenone. ff. de quadriennali præſcripti, L. ſed Divus, 6. §. ſed autem ff. de excuſat. tut. novella 105. cap. 2. in fine. Imò ipſi Pontifices nomine Imperatoris illos inſignivêrunt, eosque cum tali titulo coronarunt. Unum referam, Sigonius lib. 4. de regno Italiæ narrat, quod anno 801. in die natalis Domini ante confeſſionem S. Petri, cùm Carolus Magnus ab oratione ſurgeret, Leo Papa coronam capiti ejus impoſuit, & à cuncto Romanorum populo coram Pontifice acclamatum eſt. *Carolo Auguſto à Deo coronato, magno & piiſſimo Imperatori Romanorum vita & victoria.* Et poſt varia encomia more veterū Principum adoratus eſt, abjecto Patricii nomine Imperator & Auguſtus eſt appellatus, atque ita titulum Imperatoriæ dignitatis, cùm in Auguſtulo ultimo Imperatore Occidentis ante trecentos ferè annos regnantibus Gothis in Italiâ defeciſſet, idem Pontifex in Occidente renovavit, ut adverſus Infideles, Hæreticos & ſeditioſos Eccleſia Romana haberet tutorem, quam tutelam Imperator Orientis jam pridem deſeruiſſet. Quod colligitur ex formulâ jusjurandi, quo Pontifex Imperatorem coronans obſtringit; quæ habetur in Ordine Romano. *In nomine Chriſti promitto, ſpondeo, atque polliceor ego N. Imperator coram Deo & Beato Petro Apoſtolo, me protectorem ac defenſorem fore hujus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in omnibus utilitatibus, in quantum divino fultus fuero adjutorio, ſecundum ſcire meum, ac poſſe.* Non dicit Eccleſiæ Antiochenæ, Alexandrinæ, &c. ſed *hujus ſanctæ Eccleſiæ Romanæ.*

XIV. 11. RATIO. *Origenes*

Undecimam Rationem ſubminiſtrat Origenes homil. 11. in Lucam, dicens Chriſtum venientem ad nos ſtatim in Imperatoris Romani tabulis fuiſſe inſcriptum, innuens nemini ſe cōmunicaturum, & ſua beneficia collaturum, ac à tyrannide diabolicâ ac cenſu liberaturum, Sanctorumque albo inſcripturū niſi eos qui non tam Romano Imperio, quàm Eccleſiæ ſe ſubjicerent. *In totius orbis profeſſione deſcribi oportuit & Chriſtum, ut cum omnibus ſcriptus ſanctificaret omnes, & cum orbe relatus in cenſum, communionem ſui præberet orbi: ut per hanc deſcriptionem deſcriberet quoque ex orbe ſecum in libro viventium ut quicumque crederent in eum, poſtea cum ſanctis ſcriberentur in cœlis.* Ubi crederent in eum? in Eccleſiâ Orthodoxâ Romanâ, quæ eſt templum, domus, ſedes ſpiritualis Chriſti; ubi tantùm Chriſtus habitat ac reſidet, & non alibi. S. Cyprianus lib. de unitate Eccleſiæ: *Cyprian.* *Quiſquis ab Eccleſiâ ſegregatus adulteræ jungitur, à promiſſis Eccleſiæ ſeparatur, habere jam non poteſt Deum Patrem, qui Eccleſiam non habet matrem.* Unde Sanctus Auguſtinus in Enchiridio cap. 56, *Auguſt.* explicans Symbolum ait: *Rectus ordo Confeſſionis poſcebat, ut Trinitati ſubjungeretur Eccleſia tanquam habitatori domus ſua, & Deo templum ſuum, & conditori civitas ſua*, quia (ut Apoſtolus Epheſ. cap. 4. v. 32.) *Sacramentum hoc eſt magnum, ego autem dico in Chriſto, in Eccleſiâ*, ideſt conjunctio Chriſti & Eccleſiæ intima eſt. *Quia* (inquit Cornelius) *Verbum Divinum, naturam humanam, & conſequenter homines, hominumq; Eccleſiam ſibi univit, & maritavit, hæc enim arctiſſima eſt unio & origo cæterarum.* Tam individua eſt hæc unio, hic nexus, tam reciprocus, ut ubi terrarum Chriſtus eſt, ibi debeat eſſe Eccleſia & vice verſa. S. Iræneus lib. *Ephes. 4. v. 32.* *Irenæus* 3. cap. 40. *Vbi Eccleſia, ibi & Spiritus: & ubi Spiritus Dei, illic Eccleſia.* Quam conjunctionem S. Auguſtinus epiſt. 50, *Auguſt.* probat hoc argumento, Rom. cap. 4. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum: Non eſt autem divinæ charitatis, qui eſt hoſtis unitatis. Non habent ergo Spiritum qui ſunt extra Eccleſiam.* Idem ſerm. 11. de verbis Domini explicans illa verba Judæ. *Qui ſeipſos ſegregant animales ſpiritum non habentes*, ſubdit, *unde ipſa Eccleſia etiam illos, qui per nomina hominum quamvis in unitate ejus conſtitutorum quædam ſchiſmata moliebantur. Paulus Apoſtolus arguens inter cætera ait: Animalis autem homo non percipit, quæ ſunt ſpiritus Dei, &c. Hoc utique nullo modo dicere[t]*

diceret ab Eccleſiâ ſegregatis, qui dicti ſunt ſpiritum non habentes: Sic nec ille dicendus eſt eſſe in Eccleſiâ, & ad iſtam ſocietatem ſpiritus pertinere qui ovibus Chriſti corporali tantum commixtione ficto corde miſcetur. Et lib. 3. de Baptiſmo contra Donatiſtas c. 16. Spiritus Sanctus, qui in ſolâ Catholicâ per manus impoſitionem dari dicitur, nimirùm hoc intelligi majores noſtri voluerunt quod Apoſtolus Rom. cap. 5. ait: Quoniam charitas diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Ipſa eſt enim charitas, quam non habent qui ab Eccleſiæ Catholicæ communione præciſi ſunt, ac per hoc etiam ſi linguis hominum loquantur & Angelorum, Si ſciant omnia Sacramenta, & omnem ſcientiam, & omnem habeant prophetiam, & omnem fidem, &c. Non autem habet Dei charitatem, qui Eccleſiæ non diligit unitatem, ac per hoc rectè intelligitur dici non accipi niſi in Catholicâ Spiritus Sanctus, & infra. *Charitas quæ operit multitudinem peccatorum proprium donum eſt Catholicæ unitatis, & pacis, nec ejus in omnibus, quia nec ejus ſunt omnes.* Plura ibi, oſtendens in Eccleſiâ Dei animales, carnales, & parvulos habere quidem ſpiritum Dei, licet non ſapiant, quæ ſunt ſpiritus Dei, ſicut multi habent animam, qui tamen officia, aut vires animæ vel non intelligunt, vel non exequuntur, Hæreticos autem, Schiſmaticos, & Infideles ait Spiritu Dei omninò carere, quia extra Corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia: non poteſt eſſe Spiritus Chriſti. Quare tract. 27. in Joannem concludit. *Nihil ſic debet formidare Chriſtianus quàm ſeparari à corpore Chriſti: ſi enim ſeparatur à corpore Chriſti, jam non eſt membrum ejus, ſi non eſt membrum ejus, non vegetatur ſpiritu ejus, quiquis autem ſpiritu Chriſti non habet, Rom. cap. 8. hic non eſt ejus.* Et Serm. ſuper geſtis Emeriti tom. 7. *Extra Eccleſiam Catholicam totum habere poteſt Hæreticus præter ſalutem. Poteſt habere honorem ſecundum Eccleſiaſticum ordinem, poteſt habere ſacramentum, poteſt cantare Alleluia, poteſt reſpondere Amen, poteſt Evangelium tenere, poteſt in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti fidem habere, & prædicare: ſed nuſquam niſi in Eccleſiâ Catholicâ ſalutem invenire.* Et paſſim alibi, maximè tractatu 6. in Joannem, Sermone 11. & in Pſalm. 54. maximè libr. 6. de fide & ſymbolo cap. 10. *Credimus & ſanctam Eccleſiam utique Catholicam, nam & Hæretici & Schiſmatici congregationes ſuas Eccleſias vocant: ſed Hæretici falsè ſentiendo ipſam fidem violant. Schiſmatici autem diſſenſionibus iniquis in fraternâ charitate diſiliunt, quamvis ea credant quæ credimus. Quapropter nec hæreticus pertinet ad Eccleſiam Catholicam, quoniam diligit Deum, nec Schiſmaticus, quoniam diligit proximum.* Quod verò per Eccleſiam Catholicâ accipiat Romanam id paſſim docet, maximè contra Pelagium. *Non ſolùm Epiſcopalia Concilia, & Apoſtolicam ſedem, ſed etiam univerſam Romanam Eccleſiam, Romanumq; Imperium fuiſſe commotum.* Quibus verbis per univerſam Romanam Eccleſiam totius orbis, ſeu Catholicâ intelligit Romanam.

XV. 12. RATIO.

Duodecimam Rationem accipio ex S. Paſchaſio, ſcilicet Chriſtum voluiſſe deſcribi & cenſum ſolvere ſpecialiter in Bethleem, ut innueret neminem pani vitæ, qui de cœlo deſcendit fructuosè paſci poſſe, niſi in Bethleem, ubi Rachel ſepulta eſt. Quid per Rachel & Bethleem intelligis? Rachel figuraliter Eccleſiam ſignificat: Bethleem idem eſt ac domus panis. *Rachel* (inquit Paſchaſius lib. 2. in Matthæum cap. 2. n. 5.) *figuram gerens Eccleſiæ ibidem ſepulta legitur, ut in eodem loco plena requies ejus ſignetur, ubi Chriſtus panis vivus de cœlo deſcendit quotidie ex ortu novo ſine defectu verſatur.* Quaſi diceret in Eccleſiâ fideles fructuosè ad vitam & requiem æternam conſequendam veſcuntur pane, qui de cœlo deſcendit, juxta promiſſionem Chriſti, Joannis cap. 6. v. 55. *Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam*, v. 59. *Qui manducat hunc panem vivet in æternum.* S. Gregorius homil. 8. in Evangelia. *Qui bene in Bethleem naſcitur, Bethleem quippe domus panis interpretatur. Ipſe namq; eſt qui ait: Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi. Locus ergò in quo Dominus naſcitur, panis antea vocatus eſt: quia futurum profectò erat, ut ille; ubi per*

Paſchaſ. *Ioan. 6. v. 55.* *Gregor.*

Digitized by Google

materiam carnis appareret, qui electorum mentes æternâ ſatietate reficeret. Extra Bethleem ideſt Eccleſiam, qui manducat panem qui de cœlo deſcendit, judi-
Cyprian. cium ſibi manducat & bibit. S. Cyprianus lib. de unitate Eccleſiæ. *Adulterari non poteſt ſponſa Chriſti, incorrupta eſt & pudica: unam domum novit, unius cubiculi ſanctitatem caſto pudore cuſtodit. Hæc nos Deo ſervat, hæc filios regno quos generavit aſſignat. Quiſquis ab Eccleſiâ ſegregatus adulteræ jungitur à promiſſis Eccleſiæ ſeparatur. Nec perveniet ad Chriſti præmia, qui relinquit Eccleſiam Chriſti.* ideſt Chriſtus promiſit vitam æternam ritè comedentibus Corpus ſuum, ſed in Eccleſiâ: *Non pervient ad Chriſti præmia qui relinquit Eccleſiam Chriſti.* Quare non perveniet? reſpondet, quia *Alienus eſt, prophanus eſt, hoſtis eſt. Habere jam non poteſt Deum Patrem qui Eccleſiam non habet Matrem.* Non dicit Eccleſias, ſed Eccleſiam. Hęc ſola Corpus & Sanguinem fructuosè ſumendum præbere poteſt. Quod probat figura Arcæ Noe. *Si potuit evadere quiſquam qui extra Arcam Noe fuit, & qui extra Eccleſiam foris fuerit evadit. Monet Dominus, & dicit: Qui non eſt mecum adverſus me eſt, & qui non mecum colligit, ſpargit. Qui pacem Chriſti, & concordiam rumpit, adverſus Chriſtum facit. Qui alibi præter Eccleſiam colligit, Chriſti Eccleſiam ſpargit. Dicit Dominus Ioannis cap. 10. Ego & Pater unum ſumus: Et iterùm de Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, Ioannis cap. 5. ſcriptum eſt. Et hi tres unum ſunt, & quiſquam credit hanc unitatem de divinâ firmitate venientem, Sacramentis cœleſtibus cohærentem ſcindi in Eccleſiâ poſſe, & voluntatum collidentium divortio ſeparari? hanc unitatem, qui non tenet, Dei legem non tenet, non tenet Patris & Filii fidem, vitam non tenet & ſalutem.* Etſi non credens Spiritum Sanctum eſſe Deum & conſubſtantialem Patri & Filio, vel alium articulum fidei neget, ut paſſim Hæretici, ſi communicent fructuosè nè communicabunt? minimè, quia foris ſunt, extra Eccleſiam ſunt, extra Eccleſiam colligunt, Chriſti Eccleſiam ſpargunt ſeu dividunt, & ideò Antiochenæ, vel Conſtantinopolitanæ, &c. alumni, (qui Eccleſiam Romanam ut unicam non agnoſcunt, ſed dividunt quantumvis cõmunicent,) *Vitam non tenent & ſalutem, quia non ſunt in Arcâ Noe, non in Bethleem Chriſtum adorant: recipiunt, non à verâ Matre.*

Decima-tertia ratio ob quam Chriſtus naſci voluit dum deſcriberetur orbis, eſt, quia ejuſmodi ſupputatio erat res difficilis, quæ abſque Chriſti interventu ritè fieri nõ poterat. Audi S. Gregorium Nazianz. Orat. 9. *Cum Chriſto deſcribis, cum Chriſto tributum expendis, cum capite cenſuram facis, cum verbo rationem ſubducis. Quid autem ſibi vult hæc oratio? ſane niſi me ſententia fallit, eos, quibus hujuſmodi munera commiſſa ſunt admonet Deum ſemper maximis rerum adminiſtrationibus intereſſe.* Quod ſi ſub unici Romani Imperatoris dominio debitè regi & ſupputari non poterat orbis abſque ſpeciali divinæ opis adminiculo, & ex hoc concludit S. Gregorius Nazianzen. *Deum ſemper maximis rerum adminiſtrationibus intereſſe;* Infero ſanctam Eccleſiam Romanam eſſe maximam, quia ſecundùm S. Leonem Sermone 1. de SS. Petro & Paulo. *Minus eſt, quod tibi bellicus labor ſubdit, quam quod pax Chriſtiana ſubjecit.* Et ita ſpecialiſſimâ Dei protectione adjuta fuerit neceſſe eſt, quæ jam ferè per ſeptemdecim ſæcula inter tot adverſariorum viſibilium & inviſibilium tela ſemper in ſuâ unitate, puritate, & ſanctitate permanſit. Et illi hoc Chriſti promiſſum factum eſſe Matth. cap. 28. v. 20. *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi.* At verò Infidelium, Hæreticorum, Schiſmaticorum ſectę in principio quidem fervere viſæ ſunt, ſed paulatim defecerũt, & extinctæ ſunt, juxta illud Apoſtoli 2. Timoth. cap. 3. v. 8. *Quemadmodum Iannes, & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & hi reſiſtunt veritati homines corrupti mente, reprobi circa fidem, ſed ultra non proficiunt.* S. Thomas lect. 2. *Poteſtas nocendi eſt à Deo permittente, & Deus non permittit ut noceat quantum vult malus, ſed imponit terminum. Iob c. 38. Et hic confringes tumentes fluctus tuos. Sic & Diabolus non leſit Iob, niſi ſecundùm quod permiſſus fuit à Deo. Sic Arius non nocuit in Eccleſiâ, niſi quantum Dominus permiſit. Apocal. cap. 7. Dicit Angelus*

XVI. 13. Ratio.

Gregor. Nazian.

S. Leo.

Matth. 28 v. 20

2. Timot 3. v. 8.

Thomas.

Angelus nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusque ſignemus ſervos Dei noſtri in frontibus eorum. Sed mihi magis arridet explicatio Dionyſii. *Non diu alios fallent.* Hugo Car-
Pſal. 36. dinalis. *Omnibus modis deficient. Pſal. 36. Vidi impium ſuperexaltatum & elevatũ ſicut cedros libani, tranſivi, & ecce non erat.* Quos ſequuntur Gorran. *Dicit ultra, ideſt diu poſt præſentia tempora non proficient ſeducendo: quia deficient ſuperati à Catholicis, & maximè à Ioanne Evangeliſta extirpati ſunt de Eccleſiâ, per quem prædicit hic Apoſtolus hæreticos in Aſiâ deſtruendos.* Theodoretus lib. 1. dè Hæreticis fabulis, narrat uſque ad ſua tempora ſeptuaginta ſex diverſas hæreſes exortas. Et lib. 3. extinctas
Auguſt. ferè fuiſſe ait. S. Auguſtinus in lib. de hæreſibus numerat 88. hæreſes, dicitque in Pſal. 57. ad v. 8. ex iis plurimas periiſſe. *Ad nihilum devenient tanquam aqua decurrens,* ſubdit: *Non vos terreant fratres quidam fluvii, qui dicuntur torrentes hyemalibus aquis implentur: Nolite timere, poſt paululùm tranſit, decurrit aqua, ad tempus perſtrepit, mox ceſſabit, diu ſtare non poſſunt. Multæ hæreſes jam emortuæ ſunt, cucurrerunt in rivis ſuis, quantum potuerunt decurrerunt, ſiccati ſunt rivi, vix eorum memoria reperitur, vel quia fuerunt.* Et Remigius Altiſiodorenſis. *Hæretici antequam in utero illius matris formati, & eruditi eſſent, exeuntes ab eâ, & prædicare præſumentes, quod non didicerunt, abortivum fecerunt, &c. Comparabiles ſunt hyemalibus aquis, quæ ad tempus tument, mox defuturæ.* Tempore Cardinalis Bellarmini tom. 2. lib. 4. de Eccleſiâ cap. 6. uſque ad tempora Lutheri numerabantur 200. Hæreticorum diverſæ ſectæ, ex quibus tantùm reſtabant quædam reliquiæ Neſtorianorum & Eutychianorũ in Oriente, & Huſſitarum in Bohemiâ, ita ut reliquæ penitus interiiſſent, licet earum fabricatores fuerint ut plurimùm Epiſcopi multas Eccleſias regentes; potentiſſimorum Imperatorũ, Principum & Regum patrocinium habentes, multoſque libros ſcripſerint ad intoxicandos poſteros: Et tamen nec eorum libri, nec dogmata, nec ulla veſtigia ſuperſunt, niſi quę in libris Catholicorũ eos refellentiũ reperiuntur. *Quid Arianâ hæreſi inſolentius, & univerſalius, quid fortius Albigenſium ſectâ, quæ militaribus copiis protegebatur.* Cucurrerunt in rivis ſuis quantùm potuerunt, decurrerũt, ſiccati ſunt rivi, vix eorum memoria reperitur, vel quod fuerint vix apparet. Calviniana hæreſis Regis & Prælatorum ſtudio quotidie deficit. Lutherani vix exorti ſcilicet anno 1517. poſt ſeptennium areſcere cœperunt ſupervenientibus Zuinglianis anno 1525. His adhuc in cunis agentibus ſupervenerunt biennio poſt Anabaptiſtæ, qui majorem partem Lutheranorum in ſuam ſententiam pertraxerunt: ita ut Illyricus in præfatione omnium centuriarum conqueratur doctrinam Lutheranam non purè jam edoceri. Zuinglianam hæreſim, quæ apud Helvetios prævalebat Calviniânâ ſuperveniens deſtruxit. Calviniſmus reſtans in Galliâ in ſectam libertinorum degeneravit. In Angliâ in hæreſim Puritanorum, in Poloniâ in Trinitariorum conciliabulum, in Tranſilvaniâ in Samoſatenorum, in Hollandiâ in Gommariſtarum, Independentium, &c. dogma deflexit. Quod ipſemet Calvinus prævidit in præfatione Catechiſmi Gevenenſis directi ad Miniſtros in Friſiâ Orientali, Centuriatores in præfatione ſecundę Centuriæ idem pronuntiant de Lutheraniſmo, idem repetunt Centuriâ 5.

At Eccleſia Romana unica per tot XVII. ſæcula innumeris agitata procellis ſubſiſtit ſpeciali Dei providentiâ. Vates Regius Pſalm. 44, v. 4. *Fluminis impe-* Pſal. 44. *tus lætificat civitatem Dei, ſanctificavit tabernaculũ ſuum Altiſſimus: Deus in medio ejus non cõmovebitur, adjuvabit eam Deus mane diluculo.* Hugo Cardinalis. *Eccleſia fundatur in Chriſto ad quam cõfugientes poſſunt in eo ſalvari, & jucundari: quoniam Eccleſiam lætificat inundatio chariſmatum à fonte Sancti Spiritus emanantium, firmavit Eccleſiam militantem Chriſtus altus ſuper omnem creaturã. De firmatione in Pſal. 32. Verbo Domini cæli firmati ſunt, ideſt Apoſtoli, qui ſunt fundamenta hujus civitatis. 86. Fundamenta ejus in montibus ſanctis, ideſt Eccleſia in ſanctis Apoſtolis. Eccleſia autem militans benè dicitur tabernaculum, quia in eâ quaſi in caſtris militant fideles. Iob*

cap. 7.

cap. 7. Militia eſt vita hominis ſuper terram: item non tantùm firmata eſt, ſed & munita. Vnde ſequitur. Deus in medio
Matth. 18: *ejus, ideſt Eccleſiæ ejus. Matth. c. 18. Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ſum in medio eorum, in medio ejus, in humanitate communi ſibi, & Eccleſiæ, non cōmovebitur de medio ejus. Matth. cap. ultimo. Vobiſcum ſum uſque ad conſummationem vitæ. Non commovebitur Eccleſia à centro ſuo, ideſt Deo, qui eſt in medio ejus, ne commoveatur.* Sanctus Athanaſius, Origenes, Euſebius,
Athanaſius. Nicephorus per civitatem & tabernaculum etiam intelligunt Eccleſiam militantem. *Sanctificatum Dei tabernaculum Eccleſia eſt, in cujus medio Chriſtus eſt, quia ipſam immunem ſervat à perverſione tentationum.* Unde ſubdit, *Deus in medio ejus non commovebitur.* Apol-
Apollin. linarius. *Inexterminabilem civitatem fore dicit, quamdiu Deus in eâ fuerit.*
Baſilius. S. Baſilius. *Et cùm Deus in medio ſit Civitatis, facit ut immota ſit, auxilium ſibi à primis exortibus ferens, ſive ergò ſuperna Ieruſalem, ſive inferna Eccleſia nomẽ civitatis conveniat, in eâ ſuum Altiſſimus ſanctificavit tabernaculũ.* Pſaltes de ejus protectione ſpeciali proſequitur. *Adjuvabit eam Deus mane diluculo.*
Theodor. Theodoretus. *Celerem & velocem Deus ſuæ civitati Dominus univerſorum opem feret.* Seu (ut S. Cyrillus) *Adjuvabit eam*
Cyrillus *Dominus vultu ſuo:* Quaſi diceret, *intactam eam & incorruptam illi pulchritudinem ſervat.* Ulterius pergit Vates Regius. *Conturbata ſunt gentes, & inclinata ſunt regna.* Didymus. *Gentes appellat dæmonum agmina Eccleſiam oppugnantium, quæ cùm Salvatoris adventum in carne viderent adverſus Eccleſiã commovebantur.* S. Athanaſius explicat de ipſis gentibus *Pugnaverunt gentes adverſus Eccleſiam, ſed tamẽ earum reges inclinati ſunt, hoc eſt victi ſunt, & aufugerunt, & demum quoque ipſæ cervicem Chriſto ſubjecerunt. Dicit enim Eccleſiã celeriter conſtructam iri ab iis à quibus everſa eſt: nam pulcherrimis eam donis auctam in ſublime tulerunt.* Unde Eccleſia Romana meritò dicit. *Dominus virtutum nobiſcum.* Nicephorus. *Eccleſia hæc dicit, ſe ipſam cohortans, ac conſidere jubens.* Sicut non dixit civitates, tabernacula: ſed civitatem, tabernaculum, ita non vocat Eccleſias, ſed Eccleſiam, quia ſcilicet non plures, ſed unica eſt. Vel (ut Heſychius.) *Niſi verò ſuiſſet nobiſcum virtutum Dominus, nunquam res adeò admirandæ peractæ fuiſſent, & niſi nos non ſuſcepiſſet non divitias, non ſanctitatem, non puram ſpiritus communicationẽ effudiſſet.* Deinde omnes creaturas invitans ad videndam illam unicam Eccleſiam, quæ inter tot perſecutionũ procellas exorta, eſt & crevit. *Venite* (inquit) *& videte opera Dei.* S. Baſilius. *Baſilius*
Venite hoc eſt accedite primùm, deinde dixit videte opera Domini portantis ſimilia, & ſupra hominum opinionem admiranda, à quibus putrefactæ quondã hoſtiles & ſeditioſæ gentes ad quietem & pacem converſæ ſunt, &c. Paterna vox eſt expanſis ulnis ad ſe vocantis eos, qui hactenus rebelles extiterunt, qui ergò vocavit vocationem audivit, & propius acceſſit, & præcipienti adhæſit, videbit eum, qui omnia per crucem pacavit quæ in terris, & quæ in cælis.

Eundem Patrem introducit Theo- XVIII.
doretus. *Hanc ergò virtutem, hoc robur* Theodor.
meum cùm videritis, ô Mortales, & frequentem rerum mutationem perſpexeritis, jamq; ab ingentibus fluxibus & tempeſtatibus tranquillitatem & quietem illis & pacis donum, diſcite jam ab ipſis rebus me dominum eſſe univerſorum, & omnium opificem, non Iudæis tantùm, ſed omnibus quoque gentibus potentiæ meæ celſitudinẽ oſtendentem. In quo celſitudinẽ ſuę potentię patefecit in eo quod omnes nationes totius univerſi ſub unum Imperium Eccleſiaſticum redegit, in unam Eccleſiã cõgregavit. Euſebius. *Si quis tranſacta tempora diligenter animo repetat. Hæc omnia ad verbũ impleta eſſe perſpiciet, nam ante Salvatoris noſtri adventum, regiones & civitates à multis Principibus regebantur, & in ſingulis terræ angulis bella gerebantur, ut & agricolæ ipſi ſcutis, gladiis, & omni ad bellum gerendum armorum apparatu ſe exercuerunt. Verùm poſt divinam Salvatoris manifeſtationem Romanorum Principatus, qui unius imperio ceſſit, pluribus gentibus cæpit dominari: namq; ſalutare Evangelium, quod cum ipſo principium habuit in omnes gentes percurrit, &c.* illis verbis *qui unius imperio ceſſit pluribus, &c.* innuit Eccleſiam Romanam omnibus

omnibus aliis Eccleſiis, ubicumque terrarum ſint cœpiſſe dominari & dominaturam per ſingularē Dei aſſiſtentiam. Quod ſanè inter prodigia numerat. *Venite & videte prodigia quæ poſuit ſuper ram.* Hugo. *Mirabilia inaſſueta.* Quæ ſunt illa prodigia, illa mirabilia, illa inaſſueta? *auferens bella uſque ad finem terræ.* Idem Hugo Cardin. *Bellum inter homines & homines pacificavit, quia omnes in unam Eccleſiam, & unitatem fidei convocavit. Ioannis cap. 10. Alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili, & illas oportet me adducere, & fiet unum ovile, & unus paſtor. Epheſ. cap. 2. Ipſe eſt pax noſtra qui fecit utraque unum, ſecundum hoc dicitur lapis angularis. Iſaiæ cap, 28. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem. Item bellum quod eſt inter ſpiritum & carnem pacificavit in ſe ipſo, utrumque concorditer in ſe aſſumens & pacificè gerens. Vnde in Pſalmo 48. Simul in unum dives & pauper, ideſt ſpiritus & caro in Chriſto concordes, &c.* Tandem Vates Regius concludit. *Dominus virtutum nobiſcum.* Idem Hugo. *In quo ſignificatur quod Dominus erit nobiſcum uſque in finem ſæculi, ſicut dicit Matthæi ultimo. Vobiſcum ſum in omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi. Ioſue cap. 1. Non te deſeram neque derelinquam.* Eodem modo explicant alii apud Lorinum.

Hugo. Epheſ. 2.

XVI. Dionyſ. 13. Ratio.

Dionyſius tuâ explicatione nobis viam pandit ad decimam-tertiam Rationem, ſcilitet deſcriptionē factam à Cæſare Auguſto intelligendam juxta illud. *Exaltabor in terrâ*, cui ſubdit, *in populo Iudæorū, in fine ſæculi, cùm enim plenitudo gentiū intraverit, tunc omnis Iſrael ſalvus fiet, nam uſque ad finem mundi durabit Iudæorum cæcitas, atque captivitas, Iuxta illud Danielis cap. 9. finis ejus vaſtitas, & uſque ad finem perſeverabit deſolatio. Circa finem autem ſæculi cōvertentur adveniente Eliâ, quemadmodum Malachiæ cap. 4. Dominus ait: Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini magnus & horribilis, & convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, &c.* Quaſi diceret; ideò Chriſtus naſci voluit, & Judæi cenſum Imperio Romano ſolverunt, ut innueret ſe imperium Eccleſiæ Romæ ſuſcitaturum, ſub quo omnes gentes, etiam Judaica cenſum pendere tenerenrur, ſi ſalutem conſequi ſpiritualem, & Apoſtoli fructuosè illis fidem Chriſti annunciare vellent: Zacharias Epiſcopus Chryſopolitanus. *Opportunum quoque fuit ut tremendâ Romani Imperii umbrâ protegerentur. Diſcipuli quocumque ad prædicandum tranſirent. Nam ſicut à Cæſare exigebatur profeſſio, cenſus ab univerſo orbe, ſic à Chriſto exigenda erat fidei profeſſio in toto mundo. Vnde illud Marci cap. 16. Euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ* Per illa verba, *ut tremendâ Romani Nominis umbrâ protegerentur Diſcipuli.* Non intelligendum Imperium Romanum ſub Auguſto Cæſare, vel aliis Imperatoribus, quos potius Chriſtiani nominis & religionis hoſtes, & perſecutores habuerunt, quàm amicos & protectores: ſed intelligenda eſt Eccleſia Romana, in quâ S. Petrus & Succeſſores ejus ſederunt. Sub cujus umbrâ quotquot fuerunt viri Apoſtolici fidem per totum orbem dilataverunt, non autem ſub Antiochenę, Alexandrinę, &c. nominis umbrâ. Ita ut quicumque ſub Eccleſiæ & Sedis Romanę umbrâ & auſpiciis Evangelium diſſeminare tentarunt; non Apoſtoli, ſed Pſeudo-apoſtoli, ſed Pſeudo-prophetæ, ſed Hæretici & Schiſmatici reputati ſunt, nec ullas animas Chriſto lucrifecerunt. Non incongruè S. Gregorius Papa homil. 8. in Evangelia. *Quid eſt quod naſcituro Domino mundus deſcribitur, niſi hoc quod apertè monſtratur, quod ille apparebat in carne, qui electos ſuos aſcriberet in æternitate.* ideſt ideò naſcitur Chriſtus quando Romano Imperio ſubjectus orbis deſcribitur: & ſolvit cenſum, ut doceret neminē à ſe deſcribendum in libro vitæ, & electorū albo inſerendum niſi Romanę Eccleſię ſubjiceretur, & navi Petri debitū obedientiæ naulum penderet. Audiamus ſanctum Ambroſium lib. 2. in Lucam ad caput ſecundum. *Quid profeſſio ſæcularium ad generationē Domini pertineret, niſi ut advertamus hoc quoque divinum eſſe myſterium, quia dum profeſſio ſæculariū oſtenditur, ſpirtualis impletur, non terrarum regi dicanda, ſed cœli profeſſio iſta fidei cenſus animorum eſt. Abolitio*

Zachar. Gregor. Ambroſ.

enim cenſu Synagoga vetuſto novus cenſus Eccleſiæ parabatur, qui tormenta non exigeret, ſed auferret, & ſpiritaliter in typo plebs ſua jam Chriſto nomina conferebat. Non hic ſpatia terrarum, ſed mentium, animorumq; cenſentur: nec deſcribuntur limites, ſed proferuntur: nec ætas ulla diſtinguitur, ſed omnis aſcribitur: Nullus enim ab hoc immunis eſt cenſu: quia omnis ætas numiſma Chriſto eſt, quem vagientes pueri martyrio cõfitentur: quem intra uterum poſiti exultatione teſtantur, &c. Nota illa verba *Novus cenſus Eccleſiæ parabatur.* Non dicit Eccleſijs, ſed Eccleſiæ, quæ ſcilicet unica eſt. Sed cur dicit novus cenſus? Quia antehac ſoli Judæi cenſebantur fideles, ſolus vocabatur populus Dei. Jam verò fit novus cenſus, quia ex omnibus gentibus quarum Chriſtus erat Dominus congregari debebat Eccleſia.

XX. Hujus rei figuram S Lucas oportunè ſcribit cap. 2. v. 2. *Hæc deſcriptio prima facta eſt à Præſide Syriæ Cyrino*, ideſt tunc facta eſt prima generalis in toto orbe, aliæ enim in certis Provinciis particulares, vel minùs univerſales antea factæ fuerunt, ut notant Franciſcus Lucas Toletus, Maldonatus, Hugo Cardinalis, Tertullianus lib. contra Marcionem lib. 7. 10. & 36. Cornelius, Janſenius, Paulus Oroſius, Sanctus Juſtinus Oratione ad Antonium Pium, Sanctus Cyrillus libr. 4. contra Julianum, Beda hic. *Signat* (inquit) *hanc deſcriptionem vel primam eſſe earum quæ totum orbem concluſerint, quia pleraque jam partes terrarum ſæpè leguntur fuiſſe deſcriptæ. Hâc deſcriptione Cæſar ſignificans Chriſtum ſuo adventu omnes gentes in unam Eccleſiam collecturũ.* Paulus Oroſius lib. 6. cap. ultim. *Eodem quoque anno idem Cæſar, quem his tantis myſteriis prædeſtinaverat Deus, cenſum agi ſingularum ubique Provinciarum, & cenſeri omnes homines, quando & Deus homo videri & eſſe dignatus eſt.* Myſteria in hâc deſcriptione recondita ſunt. *Vt* (inquit Hugo Cardinalis) *Per generale Imperium Auguſti præfiguraretur generale Imperium Chriſti. Nulla enim natio eſt, in quâ aliquis non profiteatur Chriſtum.* Conſequenter oſtendit hanc deſcriptionem generalem potius verificari de Chriſto, quàm de Auguſto. *Nec de Auguſto ita fuit verum ad litteram.* Quia Romanum Imperium non dominabatur toti orbi. Unde cùm vulgata verſio habeat. *Vt deſcriberetur univerſus orbis.* Syriaca vertit. *Populus poſſeſſionis ejus*, ideſt in eâ parte mundi quæ Romano Imperio ſubjiciebatur. Dicitur tamen univerſus orbis, ſicut Matth. cap. 21. v. 10. *Et commota eſt univerſa Civitas.* Et cap. 27. v. 45. *Et tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram.* Act. c. 11. v. 28. Rom. c. 1. v. 8. & alibi. Vel dicitur univerſus orbis, quia *Auguſtus* (inquit Cajetanus) *ad gloriam ſui Imperii ſcripſit abſolutè univerſum orbem, tanquam eſſet Dominus univerſi, cujus tamen nullus unquam fuit Imperator.* Et Beda. *Nullum fuit tantum pacis indicium, ut unâ deſcriptione totus orbis concluderetur.* At Chriſtus non per Synecdochen quâ major pars pro toto accipitur, nec ad oſtentationem veniebat totum orbem conſcribere. S. Ambroſius lib. 2. in Lucam ad c. 2. *Vt ſcias cenſum non Auguſti eſſe, ſed Chriſti totus orbis jubetur profiteri. Quando naſcitur Chriſtus omnes profitentur, quando mundus concluditur, omnes periclitantur. Quis ergò poterat poſſeſſionem totius orbis exigere, niſi qui totius orbis habebat imperium? Non enim Auguſti, ſed Domini eſt terra & plenitudo ejus, orbis terrarum & univerſi qui habitant in eâ. Gothis non imperabat Auguſtus, non imperabat Armenis, imperabat Chriſtus.* Maldonatus quærit an omnes utriuſque ſexus & tam adulti, quàm parvuli deſcriberentur, an verò ſoli Patres familias: aitque nonnullos Authores affirmare ſolos viros, eoſque Patresfamilias deſcriptos fuiſſe. Sed probabilius putat omnium factam eſſe, quia illa deſcriptio & capitulatio fiebat ad augendum vectigal, unde in ſingula capita fieri debebat: alioquin fruſtrà Beata Virgo cum Joſepho in Bethleem Civitatem ſuam veniſſet, ſi ſoli viri cenſerentur. Hæc fides ſit penes Auctores. At certiſſimum eſt non ſolos Patresfamilias, ſed omnes utriuſque ſexus tam adultos quàm parvulos, cujuſcumque nationis, ſtatus, & conditionis exiſtant fuiſſe à Chriſto vocatos, ut in unâ Eccleſiâ Romanâ convenirent. Eleganter S. Ambroſius ſuprà.

Luc. 2. v. 2. *Paulus Oroſius.* *Matth. 21. v. 10* *Beda.* *Ambroſ.*

Non

Ambroſ. *Non hic ſpatia terrarum, ſed mentium, animorũq; cenſentur: nec deſcribuntur limites, ſed proferuntur: nec ætas ulla diſtinguitur, ſed omnis aſcribitur: Nullus enim ab hoc immunis eſt cenſu: quia omnis ætas munifica Chriſto eſt, quem vagientes pueri martyrio confitentur: quem intra uterum poſiti exultatione teſtantur.* Et infra. *Hæc eſt ergò profeßio prima non terrarum, ſed mentium, cui omnes profitemur, quia nullus excipitur, non preconis evocatione, ſed vatis, qui multò ante prædixit Pſalm. 46. Omnes gentes plaudite manibus, jubilate Deo in voce exultationis: quoniam Deus ſummus terribilis, Rex magnus ſuper omnem terram.*

XXI. Euthymius, Strabus, Beda, & alii apud Maldonatum exiſtimant cauſam hujus deſcriptionis fuiſſe tributum, ut pro ſingulorum facultatibus penderetur vectigal. Quę opinio firmatur ex eo quod Joſephus refert lib. 18. c. 1. Judam Gaulonitẽ eâ de causâ populum commonuiſſe, quaſi Judæis non liceret profanis regibus ſolvere tributa. Tributũ autem Judæis impoſitũ tantùm fuiſſe ait Maldonatus, quantùm templo ſolvere ſolebant, ſcilicet mediam partem ſicli, quæ duas drachmas continebat, ideſt (inquit Cornelius) duos regales ſive duos Julios. De quo idem Maldonatus ad cap. 17. v. 24. Matthæi. Cõjici non poteſt quantum aliæ gentes pendere tenerentur. Hugo Cardinalis ait hunc cenſum datum Cæſari fuiſſe tantùm patrimoniorum, & allodiorũ. *Non enim exigebatur niſi de allodiis, ut ſi quis haberet terram ſuam ſub feudo, vel ſub cenſu definito reſponderet ei, à quo haberet. Si autem haberet in allodio cogebatur reſpondere Præſidi Romano, & ſic tantùm erat cenſus, ideſt index patrimoniorum vel allodiorũ, ut indicaret quantum tributi ſinguli Judæorum deberent ſolvere ſecundum quantitatem patrimoniorum. Et eſt intelligendum de ſpeciali patrimonio Judæa: quia Judæa ſpecialiter tunc conſtituta eſt tributaria. Quod enim generaliter exigebatur ab omnibus ſcilicet. Nummus argenteus novæ monetæ, exigebatur per profeßionem, non pro tributo. Scilicet ut profiterentur ſe ſubditos Romano Imperio. Auguſtus enim mittens præſides ad deſcribendum orbem primum miſit Cyrinum in Syriam, in qua eſt Judæa, &c.* Sic Chriſtus ſuam deſcriptionem cenſualem incœpit à Judeâ, non pecuniarum, nummorum, ſed mentium & animarum. Hanc autem Chriſti deſcriptionẽ ait eſſe quadruplicem. *Prima per prædeſtinationem de quâ Luca cap. 10. Gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Iſaiæ cap. 4. Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion, & reſiduus in Ieruſalem ſanctus vocabitur omnis qui ſcriptus eſt in vitâ in Ieruſalẽ. Secunda eſt per gratiæ infuſionem de quâ 2. Corinth. cap. 3. Epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata à nobis, & ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei vivi. Tertia per prædicationem, Matthæi cap. 13. Omnis Scriba doctus in regno Cœlorum ſimilis eſt Patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo nova & vetera. Quarta erit per glorificationem, Apocal. cap. 14. Vidi ſupra montem Sion agnum ſtantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen ejus, & nomen Patris ejus ſcriptum in frontibus ſuis. De his quatuor dicitur Roman. cap. 8. Quos prædeſtinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & juſtificavit; & quos juſtificavit, hos & glorificavit.*

Luc. 10. 2. Cor. 3. Matth. 13. Apoc. 14.

XXII Quod verò hæc deſcriptio non ubique, ſed in ſolâ Eccleſiâ Romanâ fiat, audi eundem. *Hanc autem quadruplicẽ deſcriptionem facit Cyrinus Præſes Syriæ, ideſt Chriſtus rector, & judex Eccleſiæ. Cyrinus enim interpretatur hæres, unde ſignificat Chriſtum, de quo Matth. cap. 21. Hic eſt hæres, venite occidamus eum. Roman. cap. 8. Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Ieſu Chriſti. Syria interpretatur ſublimis, & ſignificat Eccleſiam, quæ in ſublimitate virtutum poſita. Denarius qui pro ſenſu redditur ſignificat Decalogum legis, in quo vultus regis, ideſt aquitio Dei invenitur. Unde Pſalmo 118. A mandatis tuis intellexi. Ab hoc cenſu nullus excipitur, quia ſine obſervantiâ Decalogi nullus ſalvatur. Matthæi cap. 19. Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.* Quod ejuſmodi cenſus ſolutio debeat fieri in Eccleſiâ innuunt hæc verba. *Et ibant omnes ut profiterentur ſinguli in ſuam civitatem*, ſcilicet, *in quâ oriundus*

erat, inquit Hugo. Quid per civitatem intelligit? idem Hugo. *Myſticè in ſuam Eccleſiam, in quâ debet quilibet profiteri, ideſt confiteri laudes & peccata*: Extra quam nulla ſalus, confeſſio, & uſus Sacramentorum prodeſt, nunquam veram cum Deo amicitiam per gratiam habere poſſunt homines. Qui vult ergò in libro vitæ deſcribi, nec de eo deleri, maneat in Eccleſiâ unâ: alioqui vereatur non tantùm Dei, ſed etiam Eccleſiæ anathema. De quo Trapezuntius genere Græcus olim ſcribebat. *Omnes Synodi anathema fecerunt eos, qui non credunt unam ſanctam Eccleſiam Oriſmenos, non autem Ariſteos, ideſt unam finitè & non infinitè, quod eſt blaſphemum. Quomodo enim unam credes, ſi neſcis quam? an dices univerſum totius mundi? Erit ergò tibi ortodoxus Armenus, Æthiops, Indianus, Sergianus, Monothelita, ac Theopaſchita, quare cùm dicimus unam Catholicã Eccleſiam ſcire oportet quænam ex Eccleſiâ efficitur una: ſiquidem omnis multitudo aliquo uno ejuſdem ſpeciei efficitur una. Eſt igitur Catholica Eccleſia una, unius Eccleſiæ Romanæ cõjunctione, quæ ipſa cum Pontifice uno unitur: ita ſit ut omnes Eccleſiæ Catholicæ cum Romanâ uniantur, & Romanâ cum Põtifice, ac proinde omnes cum Pontifice, &c.* Ex quibus patet Eccleſias illas quæ Romanæ Eccleſiæ, & Sedi non adhærent, à Chriſto non poſſe in libro æternitatis cum electis deſcribi, neque eſſe in Eccleſiâ, quę cum eâ, quæ toto orbe diffuſa eſt, non ſociatur: non eſſe ſponſæ Chriſti alumnus, ſed adulteræ. Quia rectè (ut S. Irenæus lib. 3. c. 3.) *Ad Romanam Eccleſiam propter potentiorem principalitatem neceſſe eſt omnes convenire Eccleſiam, ideſt eos, qui ſunt undique fideles.* Dicit *neceſſe*, ut oſtendat non in qualibet Eccleſiâ, ſed in hâc ſolâ poſſe ſalvari, & conſequenter hæreſiarchas, & eorum ſectatores ſe ab illâ ſeparantes illud anathema incurrere, quod antea Apoſtolus prænunciaverat. *Et ſi Angelus de cælo evangelizaverit vobis, præterquam quod accepiſtis, anathema ſit.* Scio Sectarios hoc loco Apoſtoli abuti, ſicut & multis aliis ad ſuam damnationem: ut ſic traditiones non ſcriptas, quaſi commenta Chriſtianã doctrinam adulterantia rejiciant. Cùm clarum ſit non damnare traditiones Eccleſiæ per illa verba: *Præterquam quod, &c.* Nec Decreta Pontificum, Conciliorum generalium, & provincialium ad pleniorẽ legis Evangelicæ obſervantiam: ſed tantùm damnare, quæ repugnant Doctrinæ Evangelicæ à ſe prædicatæ, ut optimè notat S. Auguſtinus tract. 98. in Joannẽ. *Non dixit Apoſtolus, ſi quis vobis Evangelizaverit pluſquam accepiſtis, ſed præterquam quod accepiſtis. Nam ſi illud diceret ſibi ipſe præjudicaret, qui cupiebat ad Theſſalonicenſes, ut ſuppleret quæ illorum fidei defuerãt. Sed qui ſupplet quod minus erat addit, non quod inerat tollit.* in eos enim inſurgit, qui Galatis perſuadebãt ſimul cum Evangelio legẽ veterem illi contrariam debere obſervari, contra quos anathema pronunciat, ut potè adverſantes doctrinæ à ſe traditæ, ita ut *præterquam* idem ſit ac *contra Evangelium*: quod Apoſtolus confidenter ſcribebat, quia noverat ſe à Deo vocatum, & inſtructum. *Notum* (inquit) *vobis facio Evangelium, quod evangelizatũ eſt à me, quia non eſt ſecundùm hominem: neque enim ab homine recipi illud, aut didici, ſed per revelationem Jeſu-Chriſti.* Non igitur Apoſtolus anathematizat qui obſervant Traditiones Eccleſiaſticas, & placita Patrum, qui Eccleſiam Romanam ut veram & unicam matrem colunt, & audiunt: ſed Symmiſtas & Sectarios, qui multa doctrinæ Evangelicæ oppoſita ſcribunt & docent, qui Eccleſiam Romanam ſedem Antichriſti nuncupant: quod nec in doctrinâ Pauli, nec in Evangelio continetur. Sed in Evangelio ſcriptum eſt, ut ab ejuſmodi Novatoribus abſtineamus. *Attendite* (inquit Chriſtus Matth. cap. 7. v. 15.) *à falſis Prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* Quem locum Tertullianus libr. de præſcript. cap. 4. ſic exponit. *Quæ ſunt iſtæ ovium veſtes, niſi nominis Chriſtiani extrinſecus ſuperficies? qui lupi rapaces? niſi ſenſus & ſpiritus ſubdoli ad infeſtandum gregem Chriſti intrinſecus deliteſcentes? qui Pſeudoprophetæ ſunt, niſi falſi Prædicatores? qui Pſeudo-apoſtoli, niſi adulteri evangelizantes?* Magis graphicè & ad vivum exprimit ingenium & induſtriam diabolicam hæreticorum

Trapezuntius.

Irenæus

Auguſt.

Matt. 7.

Vincent. Lirinen. ticorum Vincentius Lirinenſis cap. 36. *Quid eſt veſtitus ovium? niſi Prophetarũ & Apoſtolorum præloquia, quæ quidem ovili quadam ſinceritate agno illi immaculato, qui tollit peccata mundi tanquam vellera quædam texuerunt. Qui ſunt lupi rapaces? niſi ſenſus hæreticorum feri & rabidi, qui caulas Eccleſiæ ſemper infeſtant, & gregem Chriſti quaquà poſſunt dilacerant.* Dicit *caulas Eccleſiæ*, non Eccleſiarum. Eccleſias enim plures introducere non Apoſtolorum, ſed Pſeudo-Apoſtolorum eſt, non eſt notum facere Evangelium Pauli, ſed novum Evangelium introducere: nam ſe-

Rom. 23 v. 5. cundum Apoſtolum Rom. cap. 12. v. 5. *Multi unum corpus ſumus in Chriſto ſinguli, autem alter alterius membra*, ideſt una Eccleſia, quæ unitas corporis & Eccleſiæ præcipuè conſiſtit in conjun-

Cyprian. ctione membrorum cum capite. S. Cyprianus Epiſt. 66. ad Florentinum de Eccleſiâ differens. *Plebs eſt ſacerdoti adunata, & grex paſtori ſuo adhærens.* Item *Eccleſia Catholica una eſt non ſciſſa, & diviſa; ſed utique connexa, & coherentium ſibi invicem ſacerdotum glutine copulata.* Licet enim Apoſtoli eſſent à Chriſto conſtituti Divini Verbi Præcones, tamen non in plures, ſed unam Eccleſiam coaleſcebant.

XXIII. Sanctus Leo Epiſt. 87. ad Epiſcopos

S. Leo. Provinciæ Viennenſis. *Prædicationis Evangelii Sacramentum, ita Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit; ut in Beatiſſimo Petro Apoſtolorum omnium ſummo principaliter collocaret, ut ab ipſo quodam capite dona ſua velut in corpus omne diffunderet; ut exortem ſe myſterii intelligeret eſſe divini, qui auſus fuiſſet à Petri ſoliditate recedere.* Quibus verbis unum eſſe tantùm corpus, & unum caput innuit. Quod autem illud corpus non ſit Eccleſia Antiochena, Alexandrina, Lutherana, Calviniana, &c. ſed Romana. Audi S. Auguſtinum epiſt. 162. loquentẽ de

Auguſt. Cæciliano Epiſcopo. *Qui poſſet non curare conſpirantem multitudinem inimicorum, cùm ſe videret Romana Eccleſia in quâ Apoſtolica Cathedra viguit principatus per communicatorias litteras eſſe conjunctum.* Per illa verba: *Cùm ſe videret Romanæ Eccleſia eſſe conjunctum.* Docet Romanam Eccleſiam eſſe unum corpus, eosque qui in Eccleſiâ cenſeri volunt debere illi uniri. Hujus unionis meminit S. Ambroſius in Oratione de de obitu Satyri. *Rogavit ſi cum Epiſcopis Catholicis, ideſt ſi cum Eccleſiâ Romanâ conſentiret.* Ad illam conjunctionẽ cunctos hortatur S. Auguſtinus in Pſal. *Ambroſ.* contra partem Donati. *Venite Fratres, ſi vultis ut inſeramini in vite. Dolor eſt cùm vos videamus præciſos ita jacere. Numerate Sacerdotes, vel ab ipsâ Petri Sede in ordine illo Patrum, quis cui ſucceſſerit, videte.* Quaſi diceret; nolite tranſire ad cœtus Melandrianorũ, Baſilidianorum, Saturnianorum, &c. qui ſecundùm Irenęum lib. 1. cap. 21. & ſeq. inter ſe nullo modo uniti erant. Nec ad Valentianos quorũ apud eundem libr. 1. cap. 5. vix duo, vel tres inter ſe cõveniebant in omnibus dogmatibus; nec ad Donatiſtarum ſectam quæ ſecundùm S. Auguſtinum lib. 1. de Baptiſmo cap. 6. conciſa erat in multas alias; nec ad Marcionitas, Lucianos, Apellianos, & Severianos, qui teſte Epiphanio lib. 1. tom. 3. contra hæreſes ſtatim ac prodierunt in varia membra diviſi ſunt. Nec ad Montaniſtas qui illicò produxerunt Pepuzianos, Artotyritas, Phrygaſtas, &c. Ex eodem Epiphanio lib. 2. tom. 1. Nec ad Manichæum qui quaſi hydra, non tantùm diverſa capita, ſed etiam corpora generavit apud S. Auguſtinum libr. de hæreſi cap. 46. Nec ad Meſſalianos, ex quibus nati ſunt Martyriani, Sathurniani, Entuſiaſtæ. Ex Epiphanio hæreſi 80. Nec ad Arianos, ex quibus ſecundùm Ruffinum lib. 10. cap. 25. pullularunt Acaciani, Macedoniani, Eunomiani: imò teſte Hylario in utroque libro ad Conſtantium ferè ſingulis annis fidem mutarunt. Nec ad Eutychianos qui qui poſt Damaſcenum lib. de centum hæreſibus (ut ſcribit Evagrius lib. 3. & 4) ita diviſi ſunt, ut ferè omnes ſectæ Orientales ſint eorum fœtus. Nec ad Lutheranos qui (ut ſcribit Fredericus Staphylus in libello de Concordiâ diſcipulorum Lutheri) ſuo tempore pepererunt Anabaptiſtas, Cõfeſſioniſtas, Sacramentarios, & alias ſectas uſque ad 134. ita ut Confeſſio Auguſtana, quam ſacroſanctam arroganter vocãt, ita ſit immutata & diverſimodè edita,

ut vix pateat quę ſit vera Cõfeſſio Auguſtana ſecundùm Andream Fabritiñ Leodienſem. Illius enim Confeſſionis editio anno 1540. eſt duplo major editione 1630. Nec ad Calviniſtas, qui in tot corpora ſunt diviſi, ut vix umbra prioris Calviniſmi appareat.

XXIV. Nec eſt quod Calvinus in præfatione inſtitut. reſpondeat, non eſſe mirum ſi ex ſuâ religione tot diviſiones & ſectæ illicò naſcantur, cùm id etiam acciderit Eccleſię tempore Apoſtolorum, ex quâ orti ſunt Simoniani, Nicolaitæ, &c. Et lib. 4. inſtitut. cap. 13. §. 14. aſſerat, ex hoc convinci apud nos non eſſe unàm & veram Eccleſiam: quot enim ſunt monaſteria, tot ſunt Schiſmaticorum conciliabula, quæ tolerantur, imò approbantur ab eâ. Deindè inter Theologos alii ſunt Thomiſtæ, Scotiſtæ, &c. Ad primum enim dicendum eſt, diſſenſionem non oriri ex doctrinâ Eccleſiæ, ſed ex ſolâ diaboli malitiâ, Eccleſia Catholica ex ſententiâ Pontificis, vel Concilii Plenarii componit controverſias, damnat & rejicit Hæreticos, impeditque nè ulterius ſerpat. Hæretici autem nunquam terminant controverſias, quia nullus vult eſſe judex alterius. Unde Eccleſia eſt una, & mater unitatis, hæreſis origo diviſionis, & ſchiſmatis. Ad ſecundum ſicut Epiſcopi, & Parochi non ſunt Schiſmatici ob pluralitatẽ altariũ in eâdem Provinciâ & Civitate: Sic Monachi. Licet enim varios auctores ſuæ diſciplinæ monaſticæ habeant, tamen eandem Eccleſiam Romanam venerantur, & Romano Pontifici ſubjiciuntur. Nec tertiò Thomiſtæ, & Scotiſtæ in rebus fidei inter ſe diſſentiunt, ſed Eccleſiæ Romanæ ſe ſubjiciunt, idemque ſe credere profitentur, quod illa credendum & profitendum judicat: ſed Hæretici in rebus fidei diſſentiunt, ut patet de Cœnâ Domini. Undè de illis Iſaias hæc vaticinatus eſt cap. 19. *Iſaiæ 19. v. 2.* v. 2. *Et concurrere faciam Ægyptios adverſus Ægyptios, & pugnabit vir contra fratrem ſuum, & vir contra amicum ſuum, &c.* Dionyſius ibi in expoſitione *Dionyſ.* morali. *Multa habuerunt adverſarii fidei Chriſtianæ qualiter eam extinguerent, & videmus quia nihil profecerunt, ſed defecerunt ſcrutantes ſcrutinia, diſſipatumq́, eſt eorum concilium: ſicut & Chriſtus Lucæ cap. 21. ſuis promiſit electis.* *Luc. 21* *Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterũt reſiſtere adverſarii veſtri.* Tantùm abeſt ut Hæretici Eccleſiam deſtruant, quin ſeipſos deſtruunt & conſumunt, nam non tantùm in eâdem Provinciâ in eâdem urbe, in eodem oppido, in eâdem familiâ, ſed etiam in eâdem domo herus eſt unius religionis, alter alterius: maritus eſt Lutheranus, uxor Calviniſta, pater Anabaptiſta, filius Puritanus, &c. Sic Deus permittit obcœcatos illos Ægyptios adverſus Ægyptios concurrere.

XXV Id egregiè figurativè exprimit Textus Sacer Geneſis cap. 11. contra inſanam Babyloniorum machinationẽ volentium fabricare, & celebrare ſuum nomen, & quaſi ſe opponere Decretis Dei, qui terram unius labii condiderat v. 1. *Erat terra labii unius & ſermonum eorundem.* Hugo Cardinalis. *Terra ideſt* *Hug.* *Eccleſia erat unius labii, ideſt unius fidei, unius̃q́ profeſſionis antequam per hæreſes divideretur.* De hoc labio Sophoniæ *Soph.* cap. 3. *Reddam populis meis labium electum: ut invocent omnes in nomine Domini, & ſerviant ei humero uno.* Act. *Act. c. 4.* cap. 4. *Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una. Corde ſcimus, anima afficimur, Idem ergò ſentiebant, & in eodẽ conſentiebãt. Diſſonantia in affectu ſchiſmaticũ facit, & diſſonantia intellectus hæreticum. Vtrobique non ſervatur vinculũ charitatis* 1. *Corinth. c. 1. Obſecro vos per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut idipſum dicatis omnes, Ecce unitas intellectus: Et non ſint in vobis ſchiſmata, Ecce unitas affectus: & hoc eſt, quod dicitur, erat terra labii unius & ſermonum eorundem. Per unitatem labii unitas, intellectus: per identitatem ſermonis, identitas affectus intelligitur.* Sed quando Hæretici eò inſolentiæ & arrogantiæ venerunt ut contra Eccleſiam turrim Babel erigere cœperint, & eam inſolenter aggredi, opponentes Civitatem & Eccleſiam ſuam Babylonicam ſeu diabolicam Eccleſiæ ſponſæ Chriſti, ac myſticæ Jeruſalem; Confudit Deus linguas eorum. Dionyſius in cap. 11. Geneſis differens de turri Babel, ſeu Civitate Babylonicâ. *Hæc* (inquit) *Civitas eſt impiorum ſocietas,* *Eccleſia*

Geneſis c. 11.

Ecclesia malignorum, congregatio infructuosorum, improborumq; hominum, qui sunt corpus Diaboli & spiritu elationis, magis autem privato sui ipsius amore nectuntur, moventur ac agitantur ad opera mala ac pessima. Sic autem congregatos Deus permittit dividi, & in varios errores labi, ita ut alter alteri subscribere nolit. Id optasse videtur Vates Regius Psalmo 5. *Decidant à cogitationibus suis.* Theodoretus. *Adducantur in judicium tuum ô Domine & aberrent ab iis quæ machinantur, atque per experientiam discant quod aranea telam contexant, & pœnam suis nisibus dignam pendant.* S. Chrysostomus. *Fac Domine ut sint irrita eorum consilia, & non ultra progrediatur eorum improbitas.* S. Hieronymus sic hæreticis applicat, qui superbas errorum moles fabricant. *Egregiè dicitur à cogitationibus suis. Quotidie enim Hæretici immutant dogmata sua.* Clarius idem David Psalm. 54. v. 10. id precatur. *Præcipita Domine, divide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in civitate.* Quasi diceret, sicut unum labium, unam linguam dedisti humilibus, & daturus es Apostolis, quia unam fidem, unam religionem profitebantur, in unâ Ecclesiâ persistebant. Juxta illud S. Gregorii homil. 30. in Evangelia, explanantis historiam descensus Spiritus sancti in Apostolos, quam refert S. Lucas: scilicet in linguis igneis omnium linguarum scientiam singulis dans, & eodem Spiritu replens, quia in unam Ecclesiam coalescebant. Econtra in iis, qui contra Deum, contra ejus Ecclesiã turrim Babel & confusionis ædificare contendunt, & unitatem Ecclesiæ destruere, divide linguas eorum. Dionysius ibi in morali. *Dejice & divide ab invicem, separa, nè sibi in malo consentiant, sermones & studia prædictorum Ecclesiam perturbantium, seu detractorum, & innocentes opprimentium, &c. quoniã vidi perversitatem, perfidiam, schisma, & fidei impugnationem in civitate, ideſt in militante Ecclesiâ, in quâ semper mali cum bonis miscentur, &c.* ideſt permitte ad confusionem & condemnationem eorum ut in malo non cõsentiant, sed unus sequatur prava dogmata Calvini, alius Lutheri, &c. alius studeat libris institutionum Calvini, alius mysterio iniquitatis Mornæi, alius captivitati Babylonicæ Lutheri, &c. Divide linguas eorum, permitte ut sibi invicẽ cõtradicant. De ipsorummet hæresiarcharum maximè, Lutheri contradictionibus quibus contra semetipsos prœliantur, videndus Cochlæus in Septipite. At Ecclesia Romana in nullas sectas dividitur, sed eandẽ fidei, & Evangelicæ doctrinæ unitatem, & puritatẽ servat. Quemadmodum olim licet filii Prophetarum, Nazarei & Rechab ita victu, vestitu, habitatione, & legibus à populo Judaico discreparent, non ideò Ecclesiam seu Synagogam separatam habebant: vel plures erant Synagogæ, Judęorum una, Rechabitarũ altera, &c.

Psal. 5. Hieron. Chrysost. Psal. 54. v. 10. Greg.

Hanc unitatẽ Ecclesię delineasse videtur Christus Luc. c. 4. v. 24. *Multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cælum annis tribus & mensibus sex, cùm facta esset fames magna in omni terrâ; & ad nullam illarum missus est Elias nisi in Sareptâ Sydoniæ ad mulierem viduam: quæ historia narratur lib. 3. Reg. cap. 17. v. 8. Factus est sermo Domini ad Eliam dicens: Surge & vade in Sarepta Sydoniorum, & manebis ibi; præcepi enim mulieri viduæ, ut pascat te: surrexit, & abiit in Sareptam, cumq; venisset ad portam civitatis, apparuit ei mulier vidua.* Cur Christus relictâ Judęâ pergit in Capharnæum, & Elias in Sarepta, ubi Gentilismus incipiebat? Cur ambo relictâ patriâ in regiones illas exteras divertunt, ibique insigniora miracula patrant. Quid vidua illa Sareptana denotat? Ecclesiam. Audi sanctum Ambrosium lib. 4. in c. 4. Lucæ. *Vidua illa ad quam Elias directus est typus Ecclesiæ, populus Ecclesiam congregabit, populus Ecclesiam congregavit, ut sequatur populus ille ex alienigenis congregatus.* Hanc fidei seu Ecclesię migrationem ad gentes, seu potius Ecclesiæ ex gentibus formationem innuit Apostolus Act. c. 13. v. 46. *Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis æterna vita: ecce cõvertimur ad gentem, sic enim præcepit Dominus, posui te in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terræ.* Dionysius. *Judæorũ infidelitas, obstinatio rebelliũ fuit occasio instructio-*

XXVI. Luc. 4. v. 24. l. 3. Reg. cap. 17. v. 8. Ambros. Act. c. 13. v. 46 Dionys.

inſtructionis, illuminationis, ſalvationis, Gentium. Propter quod ad Rom. cap. 11. ſcribit Apoſtolus. Delictum eorum ſalus eſt gentibus: quod ſi delictum eorum ſint mundi divitiæ, & diminutio eorum divitiæ gentium: quantò magis plenitudo eorum: ſic enim præcepit Dominus ut Iudæis obſtinatis relictis procedamus ad gentes, &c. Quaſi diceret ſicut erat una Synagoga & non plures, ſic ejus migratio facta eſt non ad plures, ſed ad unam Eccleſiam. S. Auguſtinus Serm. 2. de tempore arridens quærit. *Quid fuit, quod nulla Iudæorum vidua beato Eliæ cibum meruit miniſtrare, ſed ad viduam Gentilem mittitur, ut ab ipsâ paſcatur? Vidua enim iſta ad quam Prophetam mittitur typum Eccleſiæ gerebat, ſicut & Corvi illi qui Eliæ miniſtraverunt figuram gentium habuerunt: venit ergo Elias ad viduam, quia Chriſtus venturus erat ad Eccleſiam.* Expende illas particulas, Eccleſiæ, Eccleſiam in ſingulari, quia unitatem, non pluralitatem denotant. Eucherius illi ſubſcribens, ait: *Mulier, quæ fuiſſe ſcribitur in Sarepta, Eccleſiæ typum geſtabat, quæ à ſuo diutius cõditore deſerta populum rectæ fidei neſcivit, egena ſtipe nutriebat, ideſt verbum fructus expertè docebat, donec adveniret ſermo propheticus, qui exſiccato vellere Iſraelis, utpotè clausâ januâ cæli fame periclitabatur in Iudæâ: quæ ob hoc dicta eſt, quia, ut potè Gentilis necdum fuerat divino cultui municipata, nec ſacram legis habebat notitiam.*

Auguſt. Eucher.

XXVII. Cur Chriſtus mentionẽ facit unius dumtaxat mulieris viduæ? ad mulierem viduam Lucæ cap. 4. cur Deus ait: *Præcepi viduæ mulieri ut paſcat te.* Cur Chriſtus non ait ad mulieres viduas? Et Deus in hiſtoriâ Regum præcepi mulieribus viduis ut paſcant te? Item cur Textus ſacer non ſubdit apparuerunt ei mulieres viduæ? ut denotent Eccleſiæ unitatem: ſeu verã Eccleſiam eſſe unam, & non plures, ſeu diviſam. Quænam una illa eſt Eccleſia? Romana, non Lutherana, non Calviniſtica, &c. Ratio eſt quia illa vera eſt Eccleſia, quæ colligit duo ligna, quę panem ſubcinericium coquit, ut moriatur: quæ aquâ purgat. S. Auguſtinus citatus. *Videamus Fratres dilectiſſimi ubi B. Elias viduam illam invenit: exierat enim ut aqua ſe lavaret & ligna colligeret. Quid enim aqua, & quid ligna ſignificent videamus. Satis enim iſta duo Eccleſiæ & amica & neceſſaria eſſe cognoſcemus, ideſt lignum & aquam. Denique ſic ſcriptum eſt: Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt, ſecus decurſus aquarum, nam in ligno crucis myſterium, in aquâ oſtenditur baptiſmatis ſacramentum.* Et paulò poſt ſubdit. *Veniente ergo Eliâ exiit vidua colligere duo ligna. Videte fratres quia non dixit tria, nec quatuor, nec unum tantummodò lignum, ſed duo ligna colligere voluit. Ideò duo ligna colligebat, quia in typo Eliæ Chriſtum excipiebat. Duo ligna volebat colligere, quia crucis myſterium deſiderabat agnoſcere. Crux enim Domini Salvatoris duobus lignis aptata eſt, ideo duo ligna colligebat vidua illa, quia illum qui in duobus lignis pependit creditura erat Eccleſia.* Non ait credituræ erant Eccleſiæ, ſed creditura erat Eccleſia: quia ſcilicet una eſt, & non plures, eaque vera cenſenda eſſe, quæ colligit duo ligna, ideſt credit in Chriſtum crucifixum, illum colit, & ejus crucem adorat, quam adorationem Hæretici improbant, detrectant, &c.

Auguſt.

Eucherius paulò aliter hanc viduæ Sareptanæ hiſtoriam myſticè elucidat. *Aqua in vaſe fides accipiendæ eſt cordis, qua creditur ad juſtitiam: buccella verò panis in manu miſericordiæ intelligendũ eſt opus: fides quoque & opera vinculo ſibi quodam indiſſolubili connectuntur. Vbi enim una defuerit, altera penitus ſtabit. Quia (ut Iacobus Apoſtolus ait cap. 2.) Fides ſine operibus mortua eſt, & opera ſine fide inania redduntur & frivola.* Quibus verbis docet fidem ad ſalutem conſequendam debere operibus conjungi, ita ut una abſque alterâ nõ ſufficiat. Hanc autẽ unionem operum cum fide admittit Eccleſia Romana, & novatores rejiciunt. Et infra idẽ Eucherius. *Per panẽ ſubcinericium, quem ſibi verus Elias Dominus noſter, nationum Eccleſiam præcipit exhibere, quid aliud accipiendũ eſt, niſi pœnitentiũ ſatisfactiones.* Non dicit nationum Eccleſias, ſed Eccleſiam, ſcilicet Romanã quæ unica eſt. Eandem de duobus lignis interpretationem habet Hugo Cardinalis. *Duo ligna ſignificant crucem Chriſti, quia ex duobus*

XXVIII.

Hugo.

duobus lignis ſit principaliter. Vndè Ioſue c. 7. Legitur ſecundùm 70. quod rex Hay ſuſpenſus eſt in ligno gemino: ideſt diabolus in cruce. Ligna ergò colligere eſt Paſſionis Domini circumſtantias animo pertractare. Vnde Sponſa canit: Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter ubera
Dionyſ. *mea commorabitur, &c.* Et Dionyſius. *Ceſſante* (inquit) *& extinctâ Paſſione miſſus ipſe per Apoſtolorum prædicationē ad viduam in Sareptam, ideſt ad gentilitatem ubique terrarum: quæ duo ligna colligit, dum Crucis myſterium didicit, ex cujus conſideratione in ſe ignē amoris accendit, quo ſibi & filiis ſpiritualia fercula præparavit.* Expende illud *Vidua, &c.* Non dicit viduæ quarum quælibet filios habeat. Quæ eſt illa vidua? eſt Eccleſia, eſt fidelium congregatio. Quæ eſt illa Eccleſia? quæ Baptiſmū à Chriſto inſtitutum ritè adminiſtrat, quia Chriſtum in cruce pro nobis paſſum, ejusque crucem colit & adorat: quæ ſub ſpeciebus panis & vini verum Chriſti Corpus & Sanguinem credit & ſumit: ſatisfactionem pœnitentialem facit, fidem & opera admittit. Romana inquam Eccleſia eſt, non autem Waldenſium & Albigenſium, qui inter cæteros errores docebant Baptiſmum eſſe inutilē & ſuperfluum: non Manicheorum & Donatiſtarum qui ex S. Auguſtino lib. 28. contra Fauſtum cap. 2. & lib. 4. contra Donatiſtas c. 24. ex Origene in caput 6. ad Romanos docuerūt Baptiſmum parvulorum ad nos perveniſſe per Traditionem Apoſtolicam: non Cataphirigarum aſſerentiū Sacramenta ab Hæreticis vel Schiſmaticis collata eſſe, ſuſcipientibus reiteranda quādo ad Eccleſię gremiū revertentur. Non Calviniſtarū ſuſtinentium Chriſtum non eſſe mortuum pro omnibus & ſingulis, quibus ſubſcribunt Synodus Dordracena, Boquinus, Pincerius, & Clebitius apud Cocciū theſauri Catholici tom. 1. lib. 2. art. 7. Beza in Theſibus de ſacrificio apud Malderum in antiſynodicis cap. 7. Hieronymus Zanchius in miſcellaneâ doctrinâ ad 1. Joannis cap. 4. Mareſius in ſynopſi c. 4. Janſenius tom. 3. col. 379. & 380. tomo 3. de gratiâ Salvatoris lib. 3. cap. 21. col. 280. & alibi. Et ante eos Calvinus in 1. Joannis cap. 2. v. 2. & in caput 17. Joannis. Non item eorundem docentium crucem vel imaginem Chriſti non eſſe adorandā: contra quos Eccleſia Romana reclamans crucem ita ſalutat. *O Crux ave ſpes unica, &c. Crucem tuam adoramus Domine.* Non Lutheranorum, Chriſtum impanatū adſtruentium, ſeu ejus corpus cum fruſtro panis in Sacramento Euchariſtiæ admittit. Non item Calviniſtarum qui corpus Chriſti omninò excludunt ab Euchariſtiâ, & opera bona ad ſalutem neceſſaria inficiantur; ſolamque fidem ad ſalutem ſufficere dogmatiſant. Sola igitur vidua illa, Sponſa Chriſti eſt Eccleſia Romana, quæ omnia illa myſteria ſemper docuit, coluit, ut alibi fuſiùs oſtendetur. Undè meritò dicitur vidua ideſt antiqua; hæreſis verò juvenis, & Hæretici novatores. Quos Tertullianus lib. de præſcript. ſic interrogat. *Tertull.* *Qui eſtis vos? undè? & quando venistis; ubi tam diu latuiſtis?* Et S. Hieronymus *Hieron.* epiſtola ad Pammachium. *Quiſquis aſſertor es novorum dogmatum, quaſo te, ut parcas Romanis auribus, parcas fidei, quæ Apoſtolico ore laudata eſt. Cur poſt quadringentos annos docere nos niteris, quod ante neſcivimus? uſque in hanc diē ſine veſtrâ illâ doctrinâ Chriſtianus mundus fuit.* Idem argumentum à fortiori cōtra modernos hęreticos urgere poſſumus, cur poſt mille quingentos annos nova docere nitimini. Tandemque contra illos concludere poſſumus, quod præfatus Doctor contra Luciferianos in fine. *Ex hoc ipſo quod poſterius inſtituti ſunt eos ſe eſſe judicant quos futuros Apoſtolus prænunciavit.*

TRACTATVS SECVNDVS, DE SIGNIS ECCLESIÆ MILITANTIS.

PROLOGUS.

Veræ Eccleſiæ ſigna expenduntur.

I. CUM Eccleſia ſit una & viſibilis, & aliqui contendant ſe eſſe in verâ Eccleſiâ, alii negent. Nobis videndum eſt contra Novatores, & Hæreticos modernos quænam ſit vera Eccleſia, quam Chriſtus ædificavit, in quâ ſe uſque ad cõſummationem ſæculi manſurum pollicitus eſt; in quâ homines ſalvari poſſunt, & extra quam nulla ſalus. Quod ut facilius aſſequamur veræ Eccleſię notas expẽdamus per Carmeli noſtri analogiam. Quamvis enim univerſæ rerum naturæ principiis eſſentialibus conſtituantur, quibus ab aliis diſcrepent & à priori demonſtrentur. Tamen plerumque per illa principia perfectam & exquiſitã notitiam aſſequi vix poſſumus, ſed ad ſigna quędã externa recurrere neceſſum eſt: quibus perſpectis à reliquis diſcernantur. Sic licet Deum eſſe ſit per ſe notum, & ipſe à rebus creatis ſit planè diverſus; tamen Moyſes in Exodo varia ſigna edere debuit, quibus ab Idolis per Magos introductis & propugnatis diſcerneretur. Sic lib. 3. Reg. c. 18. S. Elias populum Iſraeliticum ad veri Dei notitiã & cultum reducturus quædam ſigna propoſuit, v. 24. *Et Deus qui exaudierit per ignem ipſe ſit Deus.* Dionyſius. *Ille habeatur & colatur pro vero Deo, qui fecerit ignem deſcendere de cælo, & holocauſtum ſibi oblatum conſumpſerit igne illo.* Quare populus viſo ignis deſcenſu in victimam, & illam devorantis, exclamavit, v. 39. *Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus.* Sic etſi Chriſtus ſit ſol Juſtitiæ & lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; tamen ſe ipſum per ſigna externa & miracula manifeſtare voluit: ut patet Matthæi c. 11. v. 4. Ubi diſcipulis Joannis Baptiſtæ quærentibus an foret verus Meſſias, reſpondit. *Euntes renunciate Ioanni quæ audiſtis & vidiſtis: cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, &c.* Cornelius. *Hæc miracula quæ vidiſtis eum facientem, ſunt indices veri Meſſiæ aſſignati ab Iſaiâ c. 35. v. 5. cap. 61. v. 1.* Illi arridens S. Cyrillus lib. 2. theſauri, cap. 4. *Chriſtus* (inquit) *miraculorum magnitudine ſimul & multitudine oſtendit ſe eſſe Meſſiam.* Ipſimet Judæi Matthæi cap. 12. v. 18. Urgent Chriſtum ut miraculis cœleſtibus inſtar Eliæ teſtetur ſe eſſe Chriſtum à Deo miſſum. Sic Lucæ c. 11. v. 16. *Volumus* (inquiunt) *à te ſignum de cælo videre.* & Joannis c. 2, v. 16. Cùm Chriſtus aſſereret ſe eſſe filium Dei. *Nolite facere domum Patris domum negotiationis.* v. 18. *Reſponderunt Iudæi, & dixerunt ei, quod ſignum oſtendis nobis, quia hæc facis.* Cornelius poſt Rupertum. *Petunt ut ipſe miraculo probet ſe eſſe Dei Patris Filium & Meſſiam, ſicut Moyſes ſigna & prodigia de cælo oſtendit, quibus Pharaoni & Ægyptiis demonſtravit ſe à Deo miſſi ad educendum Hebræos.*

1. Reg. 3. c. 18. v. 24.

Matth. c. 11. v. 4.

Quamvis

II. Quamvis ex dictis Eccleſia ſponſa Chriſti ſit viſibilis nihilominus tanta eſt noſtræ mentis imbecillitas, ut pagani, Judæi, Hæretici adulteram pro legitimâ & verâ matre colant & agnoſcãt. Hinc ab ipſis mũdi incunabulis tot ſectæ & hæreſes ex ipſis inferorũ faucibus ac viſceribus prodierunt. Antequã veram Eccleſiam à falsâ diſcernamus, primùm inquiramus quis ſit ille Carmelus: Ex cujus notitiâ poſſint veræ Eccleſiæ ſitum deducere, ſicut rem ex ſuâ figurâ. Joſephus lib. 3. belli cap. 2. Egeſippus lib. 3. Excid. c. 6. Arias Montanus in deſcriptione Terræ ſanctæ, Cammartus de rebus geſtis Eliæ Prophetæ cap. 4. & alii variè de ſitu noſtri Carmeli philoſophati ſunt: nos hic quæ probabiliora ſunt cum P. Lezanâ anno mundi 3236. referemus. Ac primùm prænotare oportet, quod ſicut ſunt plures Eccleſiæ, quæ veræ Eccleſiæ ſibi nomen vendicant, ita plures Carmeli, qui ſe Eliæ habitaculo gloriantur. Nam D. Hieronymus in cap. 1. Amos cum aliis interpretibus ait eſſe duplicẽ Carmeli montem, alium in tribu Judæ ad plagam auſtralem in deſerto Maon propè urbem ejuſdem nominis, à quo maritus Abigaelis Nabal Carmeli dictus eſt lib. 1. Reg. c. 25. ubi Rex Saul *Arcem triumphalem ſibi erexit.* Et lib. 1. Reg. c. 15. v. 12. poſtquam idẽ percuſſit Amalech. Eſt alius Carmelus in regno Iſraelis inter Phœnicem & Paleſtinam circa mare mediterraneum, ratione cujus Joſue c. 19. v. 26. vocatur Carmelus maris verſus tribum Aſer, ut patet ex citato loco Joſue & Toſtato ibidem. Vel verſus Iſachar, ut arbitratur Adriconnius. Vel ſecundùm alios verſus Zabulon. Vel (ut exiſtimat Joſephus lib. 1. Antiquit. c. 1.) verſus omnes præfatas tribus juxta diverſas montis partes. Cui ſubſcribit Wolfangus Werſemburgius in deſcriptione Terræ ſanctæ, ubi hæc de Carmelo refert. *Verſus ortum extenſus tantùm, ut campum magnum quem Eſdrelon vocant ab uno latere claudat, ideoq; à Joſepho tribui Iſachar adſcriptus, finis q; Zabulonitarum ad mare Galileæ ſicut Aſſeritarum ad magnum.* Huic Carmelo ad oram maris verſus Aquilonem vicina eſt urbs Ptolemaidis, ſive Accaius quondam nobiliſſima, ab ipsâ diſtans quatuor milliaribus ſeu leucis: inter Aquilonem & Orientem, reſpicit Damaſcum ad ſedecim leucas, Libanum verò ad triginta circiter: Ad Auſtrum verò in eâdem maris orâ habet urbem Cæſaream ſex leucis procul: ab Orientali plagâ ſanctam Civitatẽ Jeruſalem itinere trium dierum, ſicut & in proſpectu Civitatem Nazareth tribus milliaribus: vel ſecundos alios quatuor. Habet interjectam quandam vallem, quæ Carmelon nuncupatur. Figura iſtius montis ferè triangularis eſt: uno angulo Nazareth, aliis duobus mare occiduum, & auſtrum reſpiciens, habens latitudinẽ octodecim milliarium. Et hic eſt verus Carmelus Elianus. Hic mons abundat ſaltibus, eremis, & ſolitudinibus, ſeu cavernis ac ſpeluncis, & ad radices habet profluentem fluvium vulgò Belum nuncupatum, tendentem verſus Aconem. Eſt valdè fertilis paſcuis, herbis, fructibus, oleis, arbuſtis, ac vineis. Ad illius frugiferam ubertatem, ac rerum copiam alludit Jeremias c. 2. v. 7. *Induxi vos in terram Carmeli, ut comederetis fructus ejus.* Dionyſius. *In terram Iſrael opulentam nimis ac fertilem in quâ locus eſt, qui Carmelus vocatur, qui locus fructuoſus & amœnus eſt, ut naſcentia terræ iſtius bona, videlicet pecora & reliqua humano uſui apta comederetis.* Omnes Hiſtorici teſtantur hunc montem Carmeli fuiſſe Eliæ, Eliſæi, & diſcipulorum ſolitum domicilium, & in eo præcipuè miracula fuiſſe ab illis patrata. Audi quid cenſeat de hujus Carmeli ſitu quidam ex noſtris qui aliam Carmeli montis deſcriptionem ſuggerit: ſcilicet quidam Diſcalceatus noſtri Ordinis, qui totam Syriam navigavit, & ſatis ſtudiosè ſitum Carmeli perluſtravit. *Sanctus* (inquit apud P. Lezanam) *Mons Carmeli eſt principium terræ ſanctæ; à parte ſeptemtrionali maritimâ, eſt diviſus in plures colles & valles ſibi invicem cohærentes. Pars Orientalis & Septentrionalis eſt eminentior: Meridionalis verò & Occidentalis demiſſior: habet circiter tredecim leucas in circuitu: eſt quaſi in inſulâ: ſeparatus eſt enim ab aliis montibus: eſt valdè amœnus, totus viridis, plenus in vertice arboribus, ut pinis, quercubus; ad radices verò olivis, lauris, &c. Abundat*

I. 1. Reg. 15. v. 12.

Ierem. 2. v. 7.

aquis. In monte ſeu ad radices ſunt pluſquam 40. oppida majora, & minora: diſtat ab Ieruſalem circiter 15. leucis: à mare Galilææ & Iordane ſeptem, à monte Thabor quatuor: à Nazareth duabus: totidem à Ptolemaidâ, & Cæſareâ. Angulus occidentalis, qui reſpicit Septentrionem dicitur promontorium Carmeli, eſt valde eminens & præminet mari, eſtq; ſanctior pars ipſius montis: quia fuit ibi habitatio P. N. Eliæ: ibi prævidit B. Virginem ſub typo nubeculæ: ibi attraxit ignē de cœlo ad cōburendos duos quinquagenarios, & alia mirabilia operatus eſt. Ibi eſt ejus caverna longa circiter viginti paſſus; lata & alta decem, quæ eſt maximæ devotionis tum apad Chriſtianos, tum Iudæos, tum Turcas. Dicitur El Kader, & habitatur à Mahumetanis ſolitariis. Intus ad lævā ingredientium eſt altera caverna ſex paſſus longa & alta: ibi traditur fuiſſe multoties B. Virgo, & fuit cella S.P.N. Eliæ (nam in majori congregabantur Filii Prophetarum: tanquam in Oratorio. In hâc cavernâ eſt altare cum imagine B.M.Virginis de Monte Carmelo cum lampade ardente: & eſt jurisdictionis Carmelitarū Diſcalceatorum. In ſummitate promontorii ſunt ruinæ Conventus in tempore quo S. Ludovicus attulit in Europam noſtros Patres: vocatur ab incolis Turcis S. Elias. Adhuc extant aulæ & cellæ integræ ex lapide quadrato. Retro ad Orientem eſt ædicula prima in toto orbe ædificata in honorem B.V. Mariæ, diſtans circiter ducentos paſſus à dicto Conventu: eſt figuræ quadrangularis perfectæ, fuit cooperta fornice, innixa ſuper quatuor arcus, quorum duo adhuc extant. Subtus eſt ciſterna, à parte ejus orientali eſt parva caverna ſubterranea in qua dicitur delituiſſe S.P.N. Elias, in quâ Patres Diſcalceati erexerunt altare, ibiq; aliquando celebrant. Idem hæc ſubdit. *Locus ſacrificii vulgò dictus Korban. S.P. N. Eliæ, coram rege, Achab, & toto populo, eſt maximæ venerationis apud Iudæos. Ibi adhuc viſuntur 12. lapides magni, in memoriam illorum, quos poſuit S.P.N, Elias: Oppidum Effra, oppidum Nanab, ubi cernuntur habitationes Religioſorum: Damon magna civitas deſtructa. Turtura olim portus, fons magnus, cujus aquæ per arcus pontis diviſæ ſufficiunt ad decem rotas molendini. Præter dicta oppida ſunt alia ſupra montem, ſcilicet Curriturial, Dubel, Aaimgaul, Aimbal: duo alia deſtructa Karaq, Monſura, prope fontem Moenta. Ad radices verò ſunt plurima incipiendo à promontorio verſus Nazareth, ſic ſe conſequuntur Caſſer, Saudi, Naſeus Beraderq, Iajoris, Navaſſi, Nacinmatæ, Sceloq, Karcubi, Elia ut, Saude, Telamon, & prope Schif. Et alia maxima caverna penetrās unum collē: intra quam ſunt aliæ cavernæ minores ſufficientes pro centū Religioſis. Raſoma & Labri oppida. Celeberrimus fons S. P. N. Eliæ erumpens à monte in quâdam valle peramœnâ in parte dextrâ, nunc duplici canali, olim multiplici, ut apparet. Ejus aquæ cryſtallinæ ac dulciſſimæ ad magnitudinem brachii exilientes ad ſex paſſus, in concham in ipſo monte exciſam recipiuntur; undè iterum effluentes plurimam vallis partem percurrunt, plures arbores, & herbas irrigantes. Ruinæ Conventus S. Brocardi ex aliâ parte vallis ad ducentos circiter paſſus ſupra montem, adhuc eſt ibi aula integra, Conventus fuit valde magnus. Nam ruinæ ſunt diffuſæ ad centum quinquaginta paſſus longitudinis. Non fuit valdè latus, quia erat in declivio montis. In cujus ſummitate eſt campus plenus peponibus lapideis qui miraculo S. Eliæ adſcribuntur ex traditione, facto ob deriſionem ruſtici S. Prophetæ Peponem petenti, reſpondentis ſe nō habere niſi lapides. E regione Conventus eſt ſtabulum exciſum in ipſo monte, ubi ſunt etiam exciſa præſepia pro duodecim animalibus. Supra eſt alia caverna ad fœnum & paleas. Eſt mirabilis locus, quem hactenus Naturales vocant Schifel Dureban, ideſt Cavernæ Religioſorum. Diſtat circiter quatuor milliaribus à fonte Sancti Eliæ. Continet vallē multùm diffuſam, cui ex utraque parte excelſæ prominent rupes, quadringentis ferè perforatæ cavernis: ubi letti & feneſtræ exciſæ in rupe, ubi fontes guttis jugiter manantibus pleni. Licet in S. Monte pluſquam millæ cavernæ ſint habitatæ à SS. Religioſis olim; Nullibi tamen tot unitæ videntur. Oppidum nomine Tyr caſtrum peregrinorum, ubi eſt portus, ad quem veniebant Peregrini qui tendebant Ieruſalem. Oppidum Burtan, in quo eſt magna copia aquarum. Oppidum Dali, inter hoc oppidum & Buram crēdunt eſſe ſaltum Carmeli: Nam eſt locus pluribus irriguus fontibus*

Digitized by Google

fontibus nemoribusq́; plenus, ubi ſunt 24. cavernæ ita diſpoſitæ, ut Eccleſiæ appareant: nam ex utroque latere duæ ſunt quaſi capellæ collaterales, & alia quaſi major capella: Hæc ille.

III. Lactantius lib. 4 divinarum inſtitut. cap. ultimo. *Singuli* (inquit) *quique hæreticorum cœtus ſe potiſſimum Chriſtianos, & ſuam Eccleſiam eſſe Catholicã putant.* Qui cùm ab aliis variè & ſolidiſſimis argumentis refutentur. Nos figura, tanquam argumento utemur ſumpto à Carmelo noſtro. Nam hic Carmelus, ſeu potius Ordo Propheticus plurimas veræ Eccleſiæ notas exprimit, & delineat, eamque dicimus non remanſiſſe in Africâ (ut olim Donatiſtæ contendebant & nunc Calviniſtæ in ſuâ ſectâ eſſe aſſerunt) ſed eſſe in Romanâ congregatione.

CHARACTER PRIMUS.

Antiquitas.

I. PRimus Carmeli Character petitur ab ejus antiquitate: quæ probatur ab auctore ejus: à tempore, quo cœpit: à loco ubi cœpit. Noſter P. Lezana ad annum mundi 3124. ante Chriſtum 929. ait tempore perſecutionis Achab pios aliquot viros timore Dei, & idololatriæ abominatione excitatos acceſſiſſe ad Eliam; ut ſub ejus doctrinâ in veri Dei cultu perſiſtere poſſent, & coacti ab Achab & Jezabele, conſtantiores in fide redderentur. Elias verò non tantùm eos hortatus eſt ad propugnandam fidem, ſed etiam in vitâ eremiticâ, & monaſticâ juxta formam vitæ religioſæ inſtruxit. Rectè Joannes Nepos Sylvanus Hieroſol. Epiſc. 44. lib. de inſtitutione primorum monachorum ad Capraſium monachum c. 1. Hæc de avitâ Religionis Carmelitanæ origine habet, oſtendens quanti momenti ſit ejus antiquitatem ſcire. *Ut ordine debito procedamus de ſupremo hujus religionis fundatore, & primis ejus diſcipulis, cæteriſq́; hujus religionis priſcis profeſſoribus ſuccinctè ediſſeremus: ſicut hæc omnia antiqui hujus noſtræ converſationis ſectatores ante nos intellexerunt, & nobis tam in veteri, quàm in novâ lege doctrinis & exemplis philoſophati ſunt: ut per hæc diſcas quantâ ſanctorũ præcipuorum auctoritate hæc noſtræ vitæ religio confirmetur. Et cum quantâ mentis ſecuritate formam hujus converſationis ſequentes non per novitates præſumptas, neque per inanes fabulas, ſed per approbata totius vitæ monaſticæ primaria exemplaria viam ad corda noſtra. Ioannis cap. 1, Domino dirigimus & ſemitas Domino veniendi ad nos Deo noſtro rectas facimus, ut cùm venerit & pulſaverit cõfeſtim ei aperiamus, &c.* Undè cap. 10. ſic auſpicatur ejus antiquitatem probans. *Denique Elias in monaſticâ vitâ eremitica quam primus hominum à propoſito inchoaverat ſucceſſores poſt ſe in perpetuum relinquere diſpoſuit. Qui ut Pater primus Monachorum fieret, in ſuos Diſcipulos elegit quoſdam viros, qui idcircò ad eum in ſolitudine torrentis Carith tunc latentem confugiebant, nè per regem Achab & reginam Iezabel cogerentur ſicut & cæteri populares adorare Baal. Viri quippe illi, timore Dei repleti cernentes Eliam in verbo Domini tunc continere cælum, quod pluviam non dabat ſuper terram; ad eum tanquam ad magnum veri Dei cultorem accedebant occultè in ſolitudine Carith, ut ſub ejus doctrinâ in cultu veri Dei perſiſtere poſſent, & idololatriam vitarent. Hos itaque Domini devotos viros Elias ſecundùm formam à Deo ei traditam habuit ſuæ monaſticæ vitæ primos diſcipulos, & imitatores veros: quos etiam docuit prophetare, ideſt ad laudem Dei Pſalmos & Hymnos cum inſtrumentis muſicis canere.*

II. Quæ autem fuerit vitæ forma à Deo tradita, quam ſuis primis diſcipulis præſcripſit innuit cap. 4. & 5. ejuſdem libri, aitque eſſe paupertatem, caſtitatem, obedientiam, & ſilentium ſeu ſolitudinem. Quam vitæ methodum tantùm inchoatè illis dedit Elias in Carith (inquit noſter Lezana) delineando, & adumbrando, quam poſtea in loco commodiori, Carmelo ſcilicet expreſſius inſtructurus erat, prout fecit poſt duos annos. Undè ejus Diſcipuli non Carithæ, ſed Carmelitæ vocantur, ut aiunt Joannes Jeroſol. dicto lib. c. 17. & alii Hiſtorici; & verba ex capite primo citati libri deprompta rectè Eccleſiæ Romanæ applicari poſſunt paucis mutatis. Ut ordine debito procedamus de antiquitate ſeu ſupremo hujus Eccleſiæ

fundatore, & primis ejus discipulis, cæterisque priscis Professoribus succinctè disseremus. Sicut hæc omnia antiqui hujus nostræ Religionis & Ecclesiæ sectatores ante nos intellexerũt, & nobis tam in veteri, quàm in novâ lege doctrinis & exemplis philosophati sunt, ut per hæc discas, quantá sanctorum præcipuorum auctoritate, hæc nostræ Romanæ Ecclesiæ religio confirmetur, & cum quantâ mentis securitate formam hujus Ecclesiæ sequentes, non per novitates præsumptas, neque per inanes fabulas Lutheri, Calvini, & similium, sed per approbata totius Ecclesiæ primaria exempla viam ad corda nostra Domino dirigamus, & semitas Domino veniendi ad nos Deo nostro rectas faciamus. Hoc suppositio dico eam Ecclesiam esse veram, quæ à Christo, & Apostolis suam originem
Tertull. trahit, ita ut sectariis meritò illud Tertulliani lib. de præscript. cap. 32. objicere possimus. *Edant origines Ecclesiarum suarum, evolvant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, ut primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis Viris, qui tamen cum Apostolis perseveraverit, habuerit auctorem & antecessorem.* Ostendant Calvinus, Lutherus quos viros Apostolicos sui prædecessores habeant, nullos sanè. At Romana ipsos Apostolos ut prędecessores agnoscit. Idem Tertullianus lib. de præscript. cap. 20. *Ecclesias* (inquit) *Apostoli apud unamquemque civitatem condiderunt, à quibus radicem fidei & semina doctrinæ caterę deinde Ecclesiæ mutuatæ sunt, & quotidie mutuantur, ut Ecclesiæ fiant, ac per hoc & ipsæ Apostolicæ reputantur, ut soboles Apostolicarum Ecclesiarum omne genus ad originẽ suam censeatur necesse est. Itaque tot ac tantæ Ecclesiæ una est illa ab Apostolis prima, ex quâ omnes.* Quæ est illa prima scilicet proprietate dignitatis, & antiquitatis Lutherana, Calviniana, &c? Non, sed Romana.

III. Optatus Milevitanus lib. 2. contra Parmen. *Cathedra una est, & negare non audes scire te Petro primùm in urbe Româ cathedram esse collocatam, ubi sederit omnium Apostolorum caput Petrus indè Cephas appellatus, in quo uno Cathedræ unitas ab omnibus servaretur, nec cæteri Apostoli singulas sibi quisque defenderẽt, ut jam Schismaticus & peccator esset, qui contra singularem Cathedram alteram collocaret. Ergò Cathedra una est, quæ est prima de dotibus, in eâ sedit primus Petrus, succedit Linus, Lino Clemens, &c.* Ex hoc liquet eos omnes qui Luthęro, Calvino, &c. adhærent, nec Romanæ Ecclesiæ (quam singularẽ cathedram, ideſt nobiliorem & antiquiorem vocat, fidem non amplectuntur) peccatores ac Schismaticos esse. Ei favet D. Cyprianus lib. 1. Epist. 3. ad Cornelium. *Navigare* (inquit) *audent ad Petri Cathedram, atque ad Ecclesiam principalem, undè unitas sacerdotalis exorta est à Schismaticis & profanis litteras ferre, nec cogitare eos esse Romanos ad quos perfidia habere non posit accessum.* Vocat Cathedram & Pontificẽ Romanum Cathedram Petri, Matricem ex quâ, & in quâ omnes Sacerdotes, omnes Episcopi conveniunt & uniuntur, & quæ errare, & deficere nequit. Idem lib. 4. Epist 2. ad Antonianum. *Factus est Cornelius Episcopus, cùm Fabiani locus, ideſt cùm Petri, & gradus Cathedræ Sacerdotalis vacaret.* Quasi diceret succedit in Cathedrâ Romanâ: quia Cornelius & Fabianus non Antiochiæ, vel alibi sederunt quàm Romæ, quæ Roma locus Petri dicitur. Epiphanius Hæresi 27. quæ est *Epiph.* Carpocratis. *Episcoporum* (inquit) *in Roma successio hanc consequentiam habuit Linus, Cletus, Clemens, Evaristus, Alexander, &c.* Non dicit in Hierosolymâ, in Antiochiâ, &c. S. Ambrosius lib. 3. de Sacramentis cap. 1. *Vtique ipse auctor est nobis hujus assertionis Petrus Apostolus, qui Sacerdos fuit Ecclesiæ Romanæ?* Cur eum vocas Sacerdotem Romanæ Ecclesiæ: cùm initiatus fuerit in Jerusalem? cùm officio sacerdotali seu Pontificio Antiochiæ functus fuerit? quia Romæ sedit, & Ecclesiam Romanã aliis & ubique pręesse voluit. Undè idem sic Damasum Papam affatur in 1. Epistolá ad Damasum. *Cum successore piscatoris & discipulo Crucis loquor, ego beatitudini tuæ, ideſt Cathedræ Petri communione consocior.* Vocat Cathedrã Romanam Cathedram Petri quæ omnium prima non tantùm dignitate & authoritate,

authoritate, sed etiam antiquitate.
Auguſt. Idem innuere videtur D. Augustinus lib. 2. contra litteras Petiliani cap. 51. *Cathedra tibi quid fecit Ecclesiæ Romanæ, in quâ Petrus sedit, in quâ nunc Anastasius sedet.* S. Petrus Chrysologus in
Petrus Chryſol. epistolâ ad Eutychen, quę est inter præambulares Concili Chalcedonensis. *Hortamur te* (inquit) *Frater honorabilis, ut his quæ à Beatissimo Papâ Romanæ civitatis scripta sunt, obedienter attendas. Quoniam B. Petrus, qui in propriâ sede, & vivit & præsidet, præstat quærentibus fidei veritatem.* Vocat Romanæ Civitatis Præsulem Papam: vocat sedem Romanam propriam sedem Petri, in quâ adhuc vivit, adhuc præsidet, præstat quærentibus fidei veritatem. Illis
Sozom. subscribens Sozomenus. lib. 4. cap. 14. *Non sine divinâ providentiâ factum est, ut mortuo Fœlice solus liberius Romanæ Ecclesiæ præesset, nè Petri sedes ulla infamiæ maculâ aspergeretur.* Vocat Romanam sedem Petri sedem. Constat autem Petrum non tantùm omnes alios præcessisse dignitate, sed etiam Episcopatus antiquitate.

CHARACTER SECUNDUS.

Catholicismus.

I. SECUNDUS Character seu nota veræ Ecclesię est quod Catholica dicatur: vel quod Christiani Romanæ Ecclesiæ filii, seu Catholici nuncupantur. Sicut enim (ut præfatum est) filii Prophetarum & Eliæ ac Elisæi successores, non Carithæ sed Carmelitę vocantur,
Ioannes 44. ut innuit Joannes Jerosol. lib. de instit. Monach. cap. 17. *Sciscitaris dilecte Caprasi, quâ ratione Monachi in hâc religiosâ disciplinâ conversantes appellantur Carmelitæ: Cùm namq; Elias conversationem hanc non in Carmelo, sed in Carith jussu divino inchoaverit, videtur nonnullis, ut asseris, quod deberent potius Carithæ appellari, quàm Carmelitæ. Verùm si diligenter advertas, perpendes voluisse Deũ, quod Elias conversationẽ, quam ab eo acceperat observandã, ideò in solitudine Carith inciperet, & ibi ad tempus à facie Regis Achab & Reginæ Iezabel lateret, ut ad eum haberent facilem, licet occultum accessum quidam viri timorati, quorum ipse in vitâ monasticâ Pater fieret. Tunc enim (ut jam prædiximus) viri quidam Deum timentes cõfugerunt illuc ad Eliam nè per Achab & Iezabel compellerentur sicut cæteri populares adorare Baal. Hi pauco tempore in Carith cum Eliâ monasticè conversantes didicerunt ab eo illius loci significationem mysticam conversationi Monachali necessariam: Deus autem non jussit, quod Elias idèo inchoaret hanc conversationem monasticam in Carith, ut illic eam plantaret, hoc est ut diuturnam mansionẽ ipse & ejus discipuli in loco illo id facerent, quoniam locus ille erat ineptus habitationi monasticæ propter carentiam aquæ.* Et paulò post. *Elias in nullâ Eremo poterat tunc securè religiosam vitam monasticam assiduè colere, sed vagus & profugus eam excolebat modò in Eremo torrentis Carith, modò in domo mulieris Sareptanæ, modò autem in deserto montis Bersabee, modò verò in spelunca montis Oreb.* Et in fine capitis. *Quamobrem cùm tunc in Carith, vel alibi jugiter non manserint, nõ potuerunt à Carith dici Carithæ, neque ab alio loco potuerunt denominari congruè, quoniam propter persecutiones, quas patiebantur, nullius loci fuerunt tunc incolæ, qui teste Apostolo cõpellebantur hinc & indè vagari ac fugere.* Vocantur verò Carmelitæ quia ibi sedem suam fixit Elias, locaque Eremitis apta cõstruxit, ut patet ex supra dictis post Lezanã. *Angulus Occidẽtalis est sanctior pars ipsius montis, quia fuit ibi habitatio S. P. N. Eliæ, &c.* Et infra de magnâ cavernâ El Kader loquens & de parvâ ait hanc fuisse P. N. Eliæ. In majori autem congregabantur Filii Prophetarum tanquam in Oratorio. Undè Elias vocatur passim à Patribus habitator, incola Carmeli, &c. ut in officio ejus canit Ecclesia. *Carmeli habitans antra virentia.* Sic ideò veræ religionis & fidei alumni vocantur Catholici, Christiani, filii Ecclesiæ Romanæ; quia in fide Christi, in Ecclesiâ Romanâ, quæ fixa Petri sedes est, & omnibus aliis præest ubique cõstanter perseverant. Athanasius serm. 2. contra Arianos. *Nunquam populus ab Episcopis suis, sed à Domino in quem creditum fuit nomen accepit certè à Beatis Apostolis præceptoribus nostris appellationes adepti nõ sumus, sed à Christo Christiani sumus*
Athanaſ.

&

& nuncupamur : Illi verò qui aliundè originem ſuæ fidei deducunt, meritò auctorum ſuorum cognomenta gerè ſe ferunt. Quapropter cùm à Chriſto omnes Chriſtiani eſſemus, & diceremur, expulſus eſt Marcion inventor hæreſeos; reliqui autẽ, qui remanſerunt Chriſtiani titulum retinuerunt: qui verò Marcionem ſecuti ſunt, non jam indè Chriſtiani, ſed Marcioniſtæ appellati ſunt. Ita quoque Valentinus, Baſilides, Manichæus & cæteri ſectatoribus ſuis nomina impertierunt. D. Hieronymus cõtra Luciferianos in fine. *Sic ubi audietis eos, qui dicuntur Chriſtiani, non à Domino Ieſu Chriſto, ſed à quoquo alio nuncupari, ut Marcioniſtas, Valentinianos, ſcito non Eccleſiam Chriſti, ſed Antichriſti eſſe Synagogã.* Lactantius lib. 4. Divin. Inſtit. cap. 30. *Cùm Marcionitæ aut Ariani nominantur, Chriſtiani eſſe deſierunt, qui Chriſti nomine amiſſo humana & externa vocabula induerunt.* Ecce cur dicamur Chriſtiani. Jam de nomine Catholico aliquid dicamus. D. Cyprianus lib. de unitate Eccleſiæ. *Eccleſia Catholica eſt quæ Domini luce perfuſa, per totum orbem radios ſuos porrigit. Vnum tamẽ lumen eſt, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis ſeparatur, ramos ſuos in univerſam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter rivos largius expandit: unum tamen caput eſt, & origo una, una mater fœcunditatis ſucceſſibus copioſa.* Vocat Catholicam Eccleſiam, & ejus alumnos Catholicos, quia lumen ſuæ fidei diffundit non in unâ parte mundi, ſed in toto mundo. Idem habet D. Auguſtinus lib. de unitate Eccleſiæ cap. 2. *Quæſtio certè inter nos verſatur ubi ſit Eccleſia, utrum apud nos, an apud illos? quæ utique una eſt, quam majores noſtri Catholicam nominarunt, ut ex ipſo nomine oſtenderent, quia per totũ eſt. Secundùm enim totum catholicon Græcè dicitur. Hæc autẽ Eccleſia corpus Chriſti eſt, ſicut Apoſtolus dicit pro corpore ejus quæ eſt Eccleſia.* Idẽ D. Auguſtinus lib. contra epiſt. fundamenti c. 4. *Tenet poſtremò ipſum Catholicæ nomen, quod non ſine cauſa inter tam multas hæreſes, ſic iſta Eccleſia ſola obtinuit, ut cum omnes hæretici ſe Catholicos dici velint, quærenti tamẽ peregrino alicui ubi ad Catholicã conveniatur: nullus hæreticorum vel baſilicam ſuam, vel domũ audeat oſtendere.* Eidem arridens S. Cyrillus Hieroſol. Cathec. 18. *Quod ſi forte* (inquit) *veneris in civitatem non quæras ſimpliciter ubi ſit Eccleſia, ſed ubi Catholica Eccleſia. Hoc enim proprium eſt nomen ſanctæ hujus & matris omnium noſtrûm, quæ eſt ſponſa Domini Ieſu Chriſti unigeniti filii Dei, &c.* Ibidem. *Regum poteſtas certis locis & gentibus terminos habet: Eccleſiæ autem Catholicæ per univerſum orbem indefinita eſt potentia.* Ibidem ſupra ſic Catholicã definit. *Quæ per univerſum ſit orbem terrarum à finibus terræ uſque ad extrema.* D. Gregorius lib. 10. indict. 5. Epiſt. 30. hanc formam præſcribit, quâ Schiſmaticus Epiſcopus in abjurandâ hæreſi utatur, ac inter alia. *Comperto diviſionis laqueo ad unitatem Sedis Apoſtolicæ reverſus promitto me ſemper in unitate ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ, & communione Romani Pontificis per omnia permanſurum,* Bonifacius Monachus, dictus Germaniæ Apoſtolus, ſcribens ad Zachariam Pontificem, & congratulans ei de Pontificatu. *Optantes* (inquit) *Catholicam fidem, & unitatem Romanæ Eccleſiæ ſervando dilatare, & quantoſcunque audientes, vel diſcipulos in iſtâ legatione mihi Deus donaverit ad obedientiam Apoſtolicæ Sedis invitare & inclinare non ceſſo.* S. Leo Romanus in Concilio Chalcedonenſi. *Vniverſalis Archiepiſcopus, univerſalis Eccleſiæ Papa univerſæ Eccleſiæ Epiſcopus.* Innocentius III. Serm. 3. in conſecratione Summi Pontificis. *Romanus Pontifex, & Romana Eccleſia ſibi ſemper ſervaverunt ut eis congrua valeat coaptari. Quod veritas in Evangelio, cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ, alienum non ſequuntur, ſed fugiunt, quia nõ noverunt vocem alienorum: alieni autem ſunt Pſeudopontifices, & Antipapæ, ſuum cognoſcunt & audiunt, non Apoſtaticum, ſed Apoſtolicum; non Catarum, ſed Catholicum; recipiens & reddens debitum conjugale, recipiens ab eo debitum providentiæ, & reddens debitum reverentiæ.* Vocat Pontificem Apoſtolicum, Catholicum, quia univerſali Eccleſiæ præeſt.

Hieron. Lactan. Cyprian. Auguſt. Cyrillus. Gregor. Bonifac. S. Leo. Innocentius III.

II. Quâ ratione autem dicatur Eccleſia Catholica, ſeu fideles ſint Catholici, audi Trapezuntium natione Græcum. *Cùm dicimus unam Catholicam Eccleſiam* Trapezuntius.

ſcire

Scire oportet, quânam ex Ecclesiâ dicitur una, siquidem omnis multitudo aliquo uno ejusdem speciei efficitur una: Est igitur Catholica Ecclesia una, unius Romanæ Ecclesiæ conjunctione, quæ ipsa cum Pontifice uno unitur, ita fit ut omnes Ecclesiæ Catholicæ cum Romanâ unantur, & Romana cum Pontifice; ac proindè omnes cum Pontifice. Quasi diceret, Ecclesia dicitur Catholica; quia toto orbe diffusa, & fideles dicuntur Catholici, quia pertinent ad illam Ecclesiam toto orbe diffusam, cui præest Romanus Pontifex. Seu Ecclesia dicitur universalis vel Catholica; nõ quod Ecclesias reliquas excludat: sed quod omnes sint illi subordinatæ, omnibus jura præscribat, omnibus præsit, & ex Christi institutione in omnes amplissimam jurisdictionem habeat. Quemadmodùm Deus, & sol non vocantur à Philosophis causæ universales, quod particulares excludant, sed quia particulares sunt illis subordinatæ, causarũ generalium concursum ad agendum necessariò requirant, item causarum universalium ad producendos quoscumque effectus virtus sese latissimè diffundat. Id innuere videtur Innocentius III. dum scribit ad Joannem Patriarcham Constantinopolitanum. *Dicitur Ecclesia universalis, quæ de universis constat Ecclesiis, quæ Græco vocabulo Catholica nominatur; & secundùm hanc acceptionem vocabuli Ecclesia Romana non est universalis Ecclesia, sed pars universalis Ecclesiæ. Prima scilicet & præcipua, velut caput in corpore, quoniam in eo plenitudo potestatis existit, ad cæteros autem pars aliqua potestatis derivatur, & dicitur universalis Ecclesia illa una, quæ sub se continet Ecclesias universas: & secundùm hanc nominis rationẽ Romana tantùm Ecclesia universalis nuncupatur: quoniam ipsa sola singularis privilegio dignitatis cæteris est prælata. Sic & Deus & universalis Dominus appellatur, non quasi jam divisus in species, aut specialissimas, aut etiam subalternas, sed quoniam universa sub ejus dominio continentur. Est igitur una, generalis Ecclesia, de quâ Veritas inquit ad Petrum Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: Et sunt multæ particulares Ecclesiæ, de quibus Apostolus ait: instantia mea quotidiana solicitudo omnium Ecclesiarum, ex omnibus una consistit tanquã ex particularibus generalis, & una præeminet omnibus: quoniam cum unum sit corpus Ecclesiæ, de quo dicit Apostolus, omnes unum corpus sumus in Christo: illa velut caput in cæteris membris excellit.* Sic Catholici dicuntur, non quod particulari Episcopo & diœcesi non subjiciantur, sed quia etiam supremo totius Ecclesiæ capiti Pontifici Romano adhærent, & ei se submittunt. Et hâc notâ Romana Ecclesia ab aliis Ecclesiis discernitur. Divus Augustinus epist. 166. ad Donatistas. *Majores nostri Catholicam eam nominarunt, quo scilicet à reliquis sectis voluerunt eam discerni:* Quia scilicet nulla secta se Catholicam verè profitetur. Idem Divus Augustinus lib. cõtra epist. fundament. cap. 4. *Catholica nomen non sine causa inter tam multas hæreses, sic ita sola Ecclesia obtinuit, ut cùm omnes Hæretici se Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, ubi ad Catholicum conveniatur, nullus Hæreticorum vel basilicam suam, vel domum suam audeat ostendere.* Ideſt etiam ipsi Hæretici velint nolint solam Ecclesiam Romanam toto orbe diffusam, cui Pontifex Romanus præest Catholicam agnoscunt & nominant. Hoc charactere Cæcilianus qui floruit circa annum 300. ostendit se esse in verâ Ecclesiâ, ut refert D. Augustinus Epist. 162. *Posset* (inquit) *non curare multitudinem conspirantium inimicorum, cùm se videret & Romanæ Ecclesiæ, in quâ semper Apostolicæ Cathedræ viguit Principatus, & cæteris terris, undè Evangelium ad ipsam Africam venit per communicatorias litteras esse conjunctum.* Per illa verba, *cæteris terris esse conjunctum, &c.* significat Catholicum. D. Ambrosius circa annum 390. asserit fratrem suum Satyrum læthali morbo laborantẽ solemniter dixisse se Catholicũ esse, & Catholicis adhærere. *Percunctatus* (inquit oratione de obitu illius) *Episcopũ est, an cum Episcopis Catholicis, ideſt cum Ecclesiâ Romanâ conveniret.*

Innocentius III.

Aug.

Fideles etiam Filii Romanæ Ecclesiæ denominantur, quia hæc est mater, seu matrix, & domina totius gregis Christi. Innocentius III. Ser. 3. in cõsecratione Pontif. *Deo disponente cunctorũ fidelium* III.

mater eſt & magiſtra. Quod probat
Cyprian. Divus Cyprianus lib. de unitate Eccleſiæ cap. 5. *Illius fœtu naſcimur, illius lacte nutrimur, ſpiritu ipſius animamur, adulterari non poteſt: Sponſa Chriſti incorrupta eſt, & pudica, unam domum novit, unius cubiculi ſanctitatem caſto pudore cuſtodiens. Hæc nos Deo ſervat, hæc filios regno quos generavit aſſignat.* Eccleſia Romana eſt Sponſa Chriſti, ſi eſt noſtra mater & magiſtra, ſi illius fœtu naſcimur, illius lacte nutrimur, ſpiritu ejus animamur, ſi nos filios Deo & regno generat, & aſſignat: non immeritò filii Romanæ Eccleſiæ poſſumus nuncupari. Unde Athanaſius & Ægyptii ſcribentes ad Marcum Pontificem Romanum Julii prædeceſſorẽ. *Optamus* (inquiunt) *ut à veſtrâ ſanctæ Sedis authoritate, (quæ eſt mater & caput omnium Eccleſiarum) ea capitula percipere per præſentes legatos mereamur.* Quibus verbis innuunt ſe Romanæ Eccleſiæ placita in omnibus ſervare velle, & nihil illâ inſciâ, vel invitâ aggredi, aut publicare: uno verbo ab ejus mandatis nullo modo deflectere velle, juxta verba Calixti Papę ex diſtinct. 12. *Non licet à capite membra diſcedere, & juxta ſacræ ſcripturæ teſtimoniũ, omnia mẽbra caput ſequantur: nulli verò dubiũ eſt, quod Apoſtolica Eccleſia mater eſt omniũ Eccleſiarũ, à cujus vos regulis nullatenus cõvenit deviare. Et ſicut Dei filius venit facere voluntatem Patris, ſic & vos voluntatẽ veſtræ impleatis Matris, quæ eſt Eccleſia, cujus caput Romana eſt Eccleſia.*

CHARACTER TERTIUS.

Diuturnitas.

I. DIUTURNA duratio, ita viguit in Carmelo, ut ab Eliâ uſque ad Chriſtum, imò uſque ad noſtra tempora perſeverarit. Paucos hic Auctores producam. Occurrit primus
Trithem. Trithemius libr. de laudibus Carmelitarum. *A tempore Eliæ & Eliſæi Prophetarum Dei uſque ad Chriſti Nativitatem plures montem Carmeli; amore ſolitudinis incoluerunt. Sicut ex veteri hiſtoriâ apertè demonſtratur.* Ægidius
Camart. Camartus lib. de geſtis Eliæ c. 5. ſect. 10. *Credibile certè eſt Eliæ diſcipulos in illâ viguiſſe, nec defeciſſe donec ad Chriſti diſcipulos, Evangelicamq; doctrinam cõfluerẽt.* Joannes Bonifacius de hiſtoriâ virginis lib. 2. c. 1. ſcribit non tantùm perſeveraſſe uſque ad Chriſtum, & Apoſtolorum auditores fuiſſe, ſed etiam coadjutores. *Joannes Bonifac.* *Mirabiles quidam ſolitudinis amatores Eliæ & Eliſæi veſtigia perſecuti, rerum divinarum attentiſſimæ meditationi ſe totos dediderunt, ad quorum tamen aures cùm Apoſtolorum de Chriſto mundi per Crucem ſervatore Evangelicæ voces perveniſſent, continuò veteri legi nuncium remittentes, ſeſe ad novã tranſtulerunt: neque ſolùm ſe Apoſtolorum benevolos, & dociles auditores, ſed etiam adjutores præbuerunt. Et cùm ex monte Carmelo deſcendiſſent &c.* Sed ulterius hujus durationis originem repetamus. Joannes 44. Patriarch. lib. de Inſtitut. *Joannes Patriar.* Monach. cap. 38. explicans illa verba Act. c. 2. *Erant autem perſeverantes in doctrinâ Apoſtolorum, & communione fractionis panis, &c.* Sub finem capitis ait: *Eorum multi, ea quæ ab Apoſtolis hauſerunt cæteris effundentes, fidem Chriſti per Phœnicem & Paleſtinam prædicarunt, dilatantes dogma fidei, & moribus vitæ, ac monaſticâ converſatione Eccleſiam Dei inſigniſſimam demonſtrantes.* Armachanus in quodã ſermone habito Avenione anno 1342. apud noſtrũ *Armac.* Waldenſem lib. 3. de Sacramentalibus tit. 9. c. 89. *Dicunt fide dignæ hiſtoriæ à tempore Eliæ & Eliſæi, quia ſæpius morabantur in monte Carmelo juxta Nazareth civitatẽ Dominæ noſtræ ad tria milliaria & ſolebant homines devoti ſecretius habitare, uſque ad tẽpora Salvatoris; & tunc illi Eremitæ prædicantibus Apoſtolis inter cæteros ſunt converſi, & in uno latere montis ipſius, primò Eccleſiam, ſive Oratorium in honorẽ B. Virginis conſtruxerunt, in loco illo, ſcilicet in quo didicerant ipſam in vitâ ſuâ cum ſodalibus virginibus cohabitaſſe, & ob hoc nimirũ inter omnes religioſos Domina noſtra primitus ſunt adepti: ut vocarentur Fratres B. V. Mariæ de Monte Carmelo: quia inſuper in principio naſcentis Eccleſiæ in partibus illis prædicando Evangelium ſollicitiſſimè laborarunt, &c.* Expende hæc verba. *In principio naſcẽtis Eccleſiæ, &c.*

II. Omnium clariſſimus Joſephus Antiochenus licet vetuſſimus auctor, ut potè qui teſte Poſſevino in apparatu anni

anni Chriſti 130. vixit. Hic in libro cui titulus Speculum perfectæ militiæ Eccleſiæprimitivæ cap. 12. vel ut alii 72. *Perfectorum* (inquit) *militum Chriſti Apoſtolorũ coadjutores ſurrexerunt ſtrenuiſſimi viri ſolitarii, contemplationiq; dediti, ſanctorum Prophetarũ Eliæ & Eliſæi imitatores, qui de monte Carmelo deſcendentes, per Galilæam, Samariam, & Palæſtinam fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt, &c.* Sed cæteris omiſſis præ aliis audiamus Xiſtum IV. Pontificem maximum in Bullâ ſub anno 1477. calendis Aprilis quæ incipit: *Dum attentâ, &c.* qui hanc antiquitatis, durationis, & hæreditariæ ſucceſſionis ab Eliâ & Eliſæo mentem, ſeu potius teſtimonium Apoſtolicum refert. *Dum ſublimium dicti Ordinis utriuſque ſexus perſonarum, virtutum merita, Deo quidem grata & in cõſpectu Apoſtolicæ Sedis accepta dignâ memoriâ recenſemus; ac ordinem ipſum, illiusq; perſonas, ſub Sedis Apoſtolicæ, & Eccleſiæ Romanæ protectionẽ immediatè exiſtentes, & inter cæteros regularium Ordinum profeſſores, in firmamento Catholicæ fidei militantes tanquã religionis ſpeculum, & exemplar ſpeciali charitate fulgentes, ſanctorumq; Prophetarum Eliæ & Eliſæi, & aliorum Patrum, quî montem ſanctum Carmeli juxta Eliæ fontem inhabitarunt ſucceſſionem hæreditariam tenentes, &c.* Quid eſt ſucceſſionẽ hæreditariam tenentes, niſi continuam & perpetuam, nulloque modo interruptam, nec interrumpendam? Juxta revelationes factas S. Petro Thomæ, & Sanctæ Thereſiæ & aliis, ac ex his verſibus deducitur:

Xiſtus IV.

Dum fluet unda maris, curretq; per æthera Phœbus,
Vivet Carmeli candidus Ordo mihi.

Ex hâc ſucceſſione continuâ non interruptâ, nec interrumpendâ clarè colligitur eundem eſſe Ordinem Carmelitarum qui fuit ante 200. 300. 1000. 2000. annos: eundemque futurum uſque ad finem mundi: ſicut enim unus ignis dicitur, qui admotione novorum lignorum fovetur ſine interpellatione: idem fluvius & fons quamvis per plures annorum myriades fluat, nec areſcit; ita idem Ordo cenſendus eſt, qui ſucceſſionem minimè intermiſſam habuit. Favet Jus: Pomponius, §. ſi grege, ff. de legatis. *Si grege legato aliqua pecora vivo teſtatore mortua eſſent, inq; eorum loco alia eſſe ſubſtituta, eundem gregem videri, etſi diminutum ex copecus eſſet, & velut unus bos ſupereſſet eum vendicare poſſe, quamvis grex deſiiſſet eſſe.* Alphenus in lege præponebatur ff. de indict. *Legionem* (inquit) *habere ex quâ multi deceſſiſſent, quorum in locum alii ſubjecti eſſent,* Et clarius lege ſi municipiũ, §. in decurionibus, ff. *Quod cujuſcumque univerſitatis nomine, vel contra eam agatur.* Docet Ulpianus. *In decurionibus vel aliis univerſitatibus nihil refert utrum omnes iidem maneant, an pars maneat, vel omnes immutati ſint. Sed ſi univerſitas ad unum rediit magis admittitur poſſe eum convenire, & conveniri, cùm jus omnium in unum recideriit, & ſtet nomen univerſitatis.* Hanc ordinis Carmelitici experpetuâ ſucceſſione ſeriẽ colligit Clemens Reynerus Anglus Ordinis S. Benedicti, in ſuo libro qui inſcribitur Apoſtolatus Benedictinorum in Angliâ tract. 1. ſect. 20. *Vndè conſtat (quod antea diſputavimus,) meritò Carmelitas (cùm ſucceſſionem minimè interruptam ab antiquis Palæſtinæ Monachis deducant,) earum Provinciarum Sanctos aliquos ſuo ordini aſcribere.*

Clemens Reyner.

III. Quamvis aliqui inter fideles de Carmelitici hujus Ordinis duratione continuâ dubitent, nulli tamen licet de diuturnâ Eccleſiæ Romanæ duratione hæſitare. Eſt enim *Regnum quod in æternum non diſſipabitur. Daniel cap. 9.* Id clarè oſtendit Vates Regius Pſalm. 45. ferè per totum maximè v. 6. & 7. *Conturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna, dedit vocem ſuam & mota eſt terra. Dominus virtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter Deus Iacob.* Titelmannus ſic elucidat. *Vidimus conturbari & irâ inſanâ nonnunquã commoveri contra Civitatem Dei populos multos: vidimus etiam regna ampliſſima, & reges fortiſſimos inclinatos & commotos cum ſuis populis ad oppugnationem civitatis Dei: etiam terra univerſa, velut conjuratione facta, & conſpiratione conclamavit contra civitatem Dei, & uno impetu commoti ſunt ad oppugnationem ejus. Quid verò volebant etiamſi in unum fuerit agglomerata univerſa terra, & omnis infidelium natio? Ecce enim Deus noſter, qui eſt cæleſtium*

Pſal. 45. v. 6. & 7.

exercituum dominus nobiſcum eſt, ac noſtras partes tueri nobis pollicitus eſt: & noſtram nobis civitatem cuſtodire ſecuram. Deus verus fidelium ipſe eſt defenſor atque protector noſter, qui nos ſuſcepit in defenſionem ſuam: cujus unius virtutē omnibus alienis incurſibus opponimus: ſuper quem civitas noſtra fundata eſt & ita firmata, ut nec portæ inferi adverſus eam poſſint prævalere. Idē Vates Regius poſtquam Eccleſiæ militantis encomia & virtutes fusè deſcripſit, tandem introducit illam ſic Deum alloquentem v.19.& 20. *Memor ero nominis tui in omni generatione, & generationem: propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſæculum ſæculi.* Dionyſius ad hæc ultima verba ſubdit, *Vſque ad finem mundi, quamdiu fides Chriſtiana duraverit,* canit Pſal.47.v.7. *Et Deus fundavit eam in æternū.* D. Auguſtinus ibi. *Non inſultent hæretici per partes conciſi, non ſe extollant, qui dicunt, ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic. Qui dicit ecce hic eſt, ecce illic, ad partes inducit: unitatem promiſit Deus, Reges in unum collecti ſunt, non per ſchiſmata diſſipati ſunt, ſed fortè iſta civitas quæ mundum aliquando tenuit evertetur. Abſit Deus fundavit in æternū; ſi ergò Deus eam fundavit in æternum, quid times nè cadat firmamentum?* Quid clarius ejus durationē exprimere poteſt? Accedit illud quod iterùm canit Pſal.78.v.14.& 15. *Nos autem populus tuus, & oves paſcuæ tuæ confitebimur tibi in ſæculum, in generatione & generationem annuntiabimus laudem tuam.* D. Auguſtinus ibi. *Nos populus tuus, & oves gregis tui, quā perſequendo illi crediderunt ſe poſſe conſumere; Confitebimur tibi in ſæculum: permanente utique Eccleſiâ uſque in finem, quam illi delere conati ſunt.* Quaſi diceret: poſtquam Monarchia Aſſyriorum mille ducentis quadraginta annis duravit ſecundùm Euſebium in Chronico, vel mille trecentis annis ex Juſtino lib. 1. Vel mille quadringentis annis, ut vult Diodorus lib. 2. cap. 7. Poſtquam regnum Scytharum (ut refert Juſtinus lib.2.) aliquot annorum millibus ſubſtitit. Poſtquam Imperium in in Occidente ſine interruptione duravit mille quadringentis nonaginta quinque annis uſque ad Conſtantinti ſtabile fuit tandē corruerunt. In Occidente verò imperium vix nongentos annos numerat; & tamen tam exiguos limites habet. At verò Eccleſia (quam delere conati ſunt Hæretici, Schiſmatici, Infideles) permanebit in æternum.

Ea omnia patenter confirmant vaticinia Iſaiæ cap.9. *Super ſolium David, & ſuper regnum ejus ſedebit, ut confirmet illud, & corroboret in juſtitiâ, & judicio, à modo & uſque in ſempiternum.* Lyranus. *ſuper ſolium David, id eſt ſuper Eccleſiam militantem per regnum David figuratam, Eccleſia ſic eſt à Chriſto confirmata, non ſolùm triumphans, ſed etiam militans, propter quod dicit Chriſtus Marci ultimo cap. Ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi.* Cap.33. *Reſpice Sion civitatem ſolemnitatis noſtræ, oculi tui videbunt Ieruſalem, civitatem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur clavi ejus in ſempiternum, & omnes funiculi ejus non rumpentur: quia ſolummodò ibi magnificus Dominus Deus noſter.* Quid per civitatem Sion intelligit? interlinearis. *Eccleſiam præſentem ſignificatam in tabernaculo Moyſi.* Vaticinatur ergo ſemper manſurā & non defecturam, quibus & ſimilibus oraculis conſtat Eccleſiam perpetuam fore, nec ullo tempore interrumpendam, ſed ſemper victuram, ſemper regnaturam. IV. Iſaiæ c. 9. Marci cap. ult.

CHARACTER QUARTUS.

Eccleſiæ amplitudo.

VT de amplitudine Eccleſiæ differamus, aliquid de amplitudine ordinis Carmelitici prælibandum eſt: in primis occurrit Xiſtus 4. in bulla quę incipit. *Dum attenta &c. Qui montē ſanctum Carmeli juxta Eliæ fontem inhabitarunt, ſucceſſionem hæreditariam tenentes fructuſq; uberes, quos dictus ſacer ordo in agro militantis Eccleſiæ in propagatione religionis & fidei Orthodoxæ hactenus produxit utiliter & producit; ac in futurum producturum indubitanter ſperamus.* Quod autē ſervierit Eccleſię militanti, & inſervierit in propagatione religionis & fidei Orthodoxæ, non tantùm in I.

unâ

unâ parte orbis, sed ubique non tantùm in Carmelo, in quo (secundùm auctorem historiæ vulgò dictæ *fasciculus temporum*) *à tempore Eliæ & Elisæi Prophetarum 2221. annis, ordo Carmeliticus perstiterat non tantùm in Palæstinâ, sed in omnibus mundi regionibus.* Tritem. Patet clariùs ex Trithemio Abbate in opusculo de laudibus Carmelitarum cap. 8. ubi de recuperatione terræ sanctæ disserens: *facta fuit hæc terræ sanctæ recuperatio per Ducem Godefridum anno Domini 1099. deindè post annos confluentibus undique peregrinis, & maximè de regionibus Europæ numerus fratrum in monte Carmeli valdè multiplicatus est, in tantùm ut præ multitudine montes implerent & urbes. O si tunc ordinis Carmelitici splendorem in suâ majestate vidisses, nunquam fuisse similem alium exclamares! erat videre delectabile fratres innumerabiles circa montem Carmelum habitantes in cellulis, in cavernis petrarum, id ipsum omninò sapere, Deo maximo diu noctuq; quàm devotissimè servire: mundum cum suis voluptatibus pro Christi amore contemnere. Summa tunc apud illos erat religio, summa regularis vitæ perfectio, cùm fratres in carne manentes carnem ipsam cum vitiis suis fortiter evicerunt. Floruit in pace religio, quæ paulò ante turbata à perfidorum incursibus deficere putabatur. Venerunt ex omni Europâ fratres peregrini, & colla monasticis disciplinis in monte Carmelo humiliter submiserunt.* Nō dicit *venerunt ex ex omni Europâ peregrini*, sed *fratres peregrini*. In omni igitur terrâ etiam ordo disseminatus erat. Accedit Ægidius Gelenus in opere de Coloniæ Agrippinæ magnitudine lib. 3. syntagm. 43. §. 1. ubi postquàm multa de ordine nostro dixit, subjungit: *mirificè auctus, atque per orbem transplantatus fuit usque ad tempora Cosroæ Persarum ac Humar Arabiæ Regum, quorum posterior anno Christi 636. (alibi 39.) captâ Ierosolymâ totam Syriam atque Ægyptum subjugavit. Vnde tametsi ex tunc pauci in Palæstinâ, ac præsertim in monte Carmeli hujus ordinis professores sub jugo Saracenico remanserint teste Sancto Cyrillo Cōstantinopolitano Præsbytero apud Philippum Ribotum lib. 8. c. 1. de peculiaribus gestis Carmelitarum: Plurimi tamen eorum ex Ægypto & Syriâ tam præteritis sæculis, quàm & nunc, quàm maximè huc urgente persecutione in utramq; Armeniam ac cæteras Asiæ regiones, per multas Ægei maris insulas in Græciam usque transmigrarunt, ibiq; nobiliter floruerūt.* Pondera illa verba, *mirificè auctus atque per orbem transplantatus fuit*, & infra *plurimi tamen ex Ægypto &c.* Non omittendus hic Clemens Reynerus Benedictinus, in opere de Apostolatu Benedictinorum in Angliam tract. 1. sect. 1. §. 18. *quare propter eandem hâc in disciplinâ monasticâ continuatam successionē, quod nos non fecimus, qui ultra regulæ nostræ legislatorem Benedictum natales nostros non arcessimus: Iure tamen facere videntur Carmelitæ, qui cum revera à monachis Syriæ Palestinam per non interruptam seriem sese derivent. Carmeli enim monasteriis in Angliam (ut posteà videbimus) ab Angliâ in reliquas provincias sese dilatauerunt, meritò antiqui monachatus Ægyptici, Palæstiniq; professores tanquā patres suos, ordiniq; sui sydera colunt & venerantur.* Pondera illa verba. *In Angliā, ab Angliâ in reliquas provincias sese dilataverunt.* Quod cōfirmat his verbis. *Atque hæc libentiùs de Carmelitis tàm fusè diximus, quja sicut eos Syria Angliæ ita, Anglia reliquo occidenti dedit.* Vide fusiora de hâc ordinis Carmelitici amplitudine apud P.N. Lezanam tom. 3. & 4. plura dicere parabat tom. 5. Clemens Reyner.

II. Ecclesiæ amplitudinem prænunciavit Vates Regius psalmo 2. *Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Psal. 2. D. Thomas ibi. *Quia per totum mundum ædificata est Ecclesia, orietur in diebus ejus justitia, & abundantia pacis; donec auferatur luna.* Et Psalmo 71. *Et dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terræ.* Sanctus Augustinus in illum locum. *Si vocabulo lunæ non mortalitas carnis, per quam nunc transit Ecclesia, sed ipsa omninò Ecclesia significata est, quæ permaneat in æternum ab hac mortalitate liberata, ita dictum accipiendum est. Orietur in diebus ejus justitia & abundantia pacis, donec extollatur luna, tanquam diceretur, Orietur in diebus ejus justitia, quæ contradictionem ac rebellionem carnis vincat, & fiat pax in tantùm crescens &* Thomas.

abundans donec luna extollatur, ideſt elevatur Eccleſia per gloriam reſurrectionis cum eo regnatura, qui eam in hâc gloriâ primogenitus à mortuis antecessit, ut ſederet ad dexteram patris: ita cum ſole permanet ante lunam qui poſtea extolletur & luna, & dominabitur &c. Eccleſia rectè hic ſignificatur vocabulo lunæ: conſequenter oſtendit quàm latè eam Eccleſiam fuerat diffuſurus cùm adjecit, & dominabitur à mari uſque ad mare: mari quippe magno cingitur terra, qui vocatur Oceanus, de quo influit quiddam exiguum in medio terrarum &c. Proindè à mari uſque ad mare à quolibet fine terræ uſque ad quemlibet finem dominaturam dixit, cujus nomen & poteſtas toto orbe fuerant prædicanda, multùmq; valitura &c. A flumine ſcilicet Iordane, ubi ſuprà baptiſatum dominum, cùm deſcenderet Spiritus ſanctus, ſonuit vox de cælo: hic eſt filius meus dilectus. Hinc ergò doctrina ejus inciptens & magiſterii cæleſtis authoritas dilatatur uſque ad terminos orbis terræ, cùm prædicatur Evangelium regni in univerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus. Plurima de hâc Chriſtianę fidei dilatatione prædixit Iſaias cap. 2. dicens etiam in noviſſimis diebus fore ut gentes confluant *ad montem Domini*, & alios populos invitent. Et c.9. quomodo *multiplicabitur ejus imperiũ, & pacis ejus non erit finis.* Et cap.35. ita auſpicatur. *Lætabitur deſerta & invia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium: germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans: gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli & Saron, &c.*

Dionyſ. Dionyſius. Deſcribit Propheta promotionem Gentilitatis, ſeu Eccleſiæ ex gentibus congregatæ. *Quoniam tamen Eccleſia, non ſolum ex gentibus, ſed ex Iudæorum reliquiis conſtat, &c. lætabitur, &c. Hæc in Chriſti adventu perfectam conſolationem adepta eſt. Ideò dicitur lætabitur. Boni enim atque electi Iudæi de Chriſti adventu vehementer lætati ſunt. Hieronymus tamen hæc refert ad plebem gentilem, quæ deſerta erat à Deo, & viam Dei ignorans ambulans per vitiorum abrupta &c. hæc olim deſerta & inuia, ſed tempore Chriſti vocata & illuſtrata valdè gaviſa eſt de beneficiis Chriſti. Quemadmodùm gentes gaviſæ ſunt & glorificaverunt verbum Domini, populus gentilis qui ante ſine Deo, & ſcientia ſcripturarum erat, &c.* Infra. *Germinans germinabit id eſt magnam ſpiritualem fœcunditatem habebit, ſpirituales filios abundanter producet, & bonis operibus abundabit: hoc eſt quòd in actibus Apoſtolorum c. 6. recitat Lucas, verbum Domini creſcebat, & confortabatur, & augebatur numerus diſcipulorum valdè,* vel ut Hugo Cardinalis, *Germinans germinabit. Germinans in Prælatis, germinabit in ſubditis. Germinans in Clericis, germinabit in Laicis. Germinans in Claustralibus, germinabit in ſæcularibus. Germinans in fide, germinabit in floribus. Germinans in vitâ, germinabit in ſcientiâ.* Addam ego, Germinans in Oriente, germinabit in Occidente. Germinans in Aſiâ, germinabit in Europâ. Germinans Romæ, germinabit in toto orbe. *Noli timere* (inquit Iſaiæ cap. 43.) *quia ego tecum ſum ab Oriente adducam ſemen tuum, & ab occidente congregabo te. Dicam Aquiloni da, & Auſtro noli prohibere, affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ.* Septuaginta. *Dicam Aquiloni adduc, & Africo noli prohibere, adduc filios meos de terrâ longinquâ, & filias meas à terminis terræ.* D. Hieronymus de germinatione Eccleſiaſticâ intelligit. *Noli timere ego tecum ſum, qui vobis in Evangelio loquor, Matth. cap. ultimo. Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi. Ab Oriente enim & ab Occidente adducam filios tuos, qui requieſcant in ſinu Abraham, & de cunctis mundi partibus filiorum meorum & filiarum populus congregabitur, qui vel invocent nomen meum, vel meo vocentur nomine, ut appellentur Chriſtiani in gloriam conditoris ſui.* Idem cap.49. *Miſerator eorum reget eos & ad fontes aquarum potabit eos, ponam omnes montes meos in viam, & ſemitæ meæ exaltabuntur, & iſti de longè venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & iſti de terrâ auſtrali &c.* interlinearis, *Chriſtus qui in miſericordiâ ſuâ redemit &c.* Quibus miſerebitur? quibus viam ſternet? omnibus ubicumque ſint. Interlinearis. *Quaſi ab omnibus mundi partibus.* Lyranus. *De omni parte terræ habitabilis.* Divus Hieronymus. *Ecce iſti de longè venient,*

Hugo.

Iſaiæ 43.

Hieron.

Act. 13. c. 13. ſcriptum eſt, audientes autem

venient, & ecce illi ab Aquilone, & mari & isti de terra australi. Quatuor plagas orbis ostendens Orientem & Septemtrionem, Occidentem & Meridiem. Pro Oriente longè posuit pro australi plagâ 70. Persas interpretati sunt &c. idem cap. 54. *plures filii deserta magis quàm ejus quæ habebat virum dicit Dominus dilata locum tentorii tui, & pelles Tabernaculorum tuorum extende. Ne parcas, longos fac funiculos tuos, Et clavos tuos consolida. Ad dexteram enim & ad lævam penetrabis, & semen tuum gentes hæreditabit, & civitates desertas inhabitabit.*

Hieron. D. Hieronymus, *Hoc de Ecclesiarum magnitudine, quæ pro uno Judææ loco & ipso angustissimo in toto orbe terrarum suos terminos dilatabunt.* Illi subscribēs

Dionys. Dionysius, *per hæc significatur quòd tempore Evangelicæ legis Ecclesia Dei per totum mundum construeretur: nec solùm in uno loco ac templo, sicut in veteri testamento sacrificium Deo immolaretur, sed ubique terrarum. Propter quod Malach. c. 1. loquitur Dominus. Ab ortu solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus,* ita ut per dextram & sinistram omnes mundi plagæ intelligendæ sint. *Per omnes* (inquit idem Dionysius) *mundi partes diffunderis,* Quòd hæc germinatio per totum orbem tempore Apostolorum fieret,

Malac. c. 1.

Coloss. cap. 1. testatur Apostolus Coloss. capite 1. Quòd per totum orbem facta esset refert Irenæus lib. 1. cap. 3. Tertullianus de suo ævo idem notat lib. contra Judæos c. 7. D. Cyprianus lib. de unitate Ecclesiæ. D. Anastasius etiam lib. de humilitate verbi. Idem postea D. Augustinus epist. 78. & 80. ad Hesychium, Hieronymus in caput 24. Matthæi, Theodoretus in lib. de legibus, S. Leo serm. 1. de sanctis Petro & Paulo, quibus accinit

Prosper. D. Prosper lib. de ingratis.

Sedes Roma Petri, quæ Pastoralis honoris
Facta caput mundo, quidquid non possidet armis
Religione tenet.

III. Romanam religionem non tantùm diversis sæculis floruisse, (ut probat Bozius Eugubinus de signis Ecclesiæ lib. 4 cap. 5.) sed etiam primo sæculo patet ex hoc, quod D. Petrus in Oriente Episcopium Antiochiæ Episcopum creavit, eiq; totius Orientis Jurisdictionem commisit; Eiq; omnes illius regionis Episcopi obtemperabant. Marcum discipulum suum ad partes meridionales delegavit scilicet Alexandriā. Cujus urbis Præsul præerat Arabiæ, Æthiopiæ, Ægypto, & Africæ, Cyrenem ad partes Occiduas, præcipuè Galliæ, Hispaniæ, Italiæ, Africæ, & Insularum adjacentium Ecclesias fundavit teste Innocentio I. Imò mens omnium historicorum est indubitata Saturninum à Petro Tholosanū Episcopum creatum fuisse, ut patet ex ejus vitâ. Crescentem eâ de causâ in Galliam fuisse missum: imò & Pampelone septem dierum spatio quadraginta hominum millia ad Christum convertisse, ex Eusebio Cæsariensi. Et licet Apostolus in epist. ad Timotheum scribat eum in Galatiam missum fuisse, Galliā intelligere debemus, cùm Galathæ à Gallis ducant originē, ut volunt nonnulli, & Hieronymus in catenâ, & Epiphanius hæres. c. 5. Denique Eutropiū Petri discipulū Carnutum missum cum Adventino, Saviniano & Potentiano: Maternum in Germaniam ab eodem Petro scribitur, de quo alibi fusius. Quo ad Hispaniam ipse Iacobus frater Joannis Christi cultum docuit anno Christi 37. Joannes Vasæus narrat anno 44. Christi Romæ à Petro & Paulo fuisse creatos Episcopos, & in Hispaniam missos, Cæcilium ad Iliberitinos, Euphrasium ad Illiturgitanos, Secundum ad Abulenses, Indaletiū ad Urcitanos, Ctesiphonem ad Abderitanos; Hesychium ad Carthesiarios; Cornelium Centurionem Cæsaream.

Omitto ipsosmet Apostolos ut Petrum de quo S. Leo ait quod Romam voluit esse in medio positam velut cunctarum principem ac matrem: *at lux veritatis, quæ in omnium gentium revelabatur salutem efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus diffunderet: Jam populos qui ex circumcisione crediderant, eruderat. Jam Antiochenā Ecclesiam ubi primùm Christiani nominis dignitas est orta, fundaverat. Jam Pontum, Galatiam, Cappadociā, Asiam, atque Bithyniam legibus Evangelicæ prædicationis impleverat, Nec ut dubium de provectu operis, aut de* IV.

spatio

ſpatio tuæ ignaruſ ætatis trophæum crucis Chriſti Romanis arcibus inſerebas: ô quâ te diuinis præordinationibus anteibãt, & honor poteſtatis, & gloria paſſionis. De Apoſtolo Paulo præter innumeras gentes quas ad Chriſti jugum revocavit; D. Hieronymus, Athanaſius, Chryſoſtomus, Epiphanius, Gregorius Magnus aſſerunt ipſum Apoſtolũ Paulum fuiſſe in Hiſpaniâ anno 67. D. Hieronymus & alii, aiunt S. Joannem Evangeliſtam Aſiam lumine fidei illuſtraſſe, item Romam veniſſe. D. Andreas Scythiam Europæ, Epirum, Thraciã, Patras Achaiæ ad fidem convertit. S. Iacobus frater Domini Palæſtinam in fide fovit. S. Philippus non tantùm in Scythiâ ſed & in Phrygiâ prædicavit. S. Iacobus Zebedæi filius poſt Samariam & Iudæam Evangelicæ prædicationis luce perfuſam Hiſpaniam peragravit. S. Bartholomæus Indiam & Armeniam perrexit prædicando. S. Matthæus in Æthiopiam. S. Thomas Parthis, Medis, Perſis, Hircanis, & Bactris Chriſtianæ fidei & vitæ præcepta tradidit. S. Simon Meſopotamiam. S. Iudas Ægyptum: Deindè uterque Perſidem in fide Chriſti imbuerunt. S. Barnabas Antiochiam, Tharſum, Cyprum docuit. S. Matthias Æthiopiam, poſt Iudæam Evangelii cauſa peragravit.

V. Quod etiam immediati Petri ſucceſſores eidem religioni per totum orbem ampliandæ incubuerint patet. Nam Dionyſius Ruſticus & Eleutherius à Clemente Pariſios miſſi ſunt. Xiſtus pontifex apud Gregorium Turonenſem per Trophinum Arelate: per Paulum Narbonę: per Gatianum Turonis; per Stremonium Arvernis: per Martialem Lemovicis Chriſti fidem diſſeminavit. Idem Clemens per Exuperium Bajocenſibus: per Taurinum Ebroicenſibus: per Nicaſium Rhotomagenſibus prædicavit. Imò fertur à Ioſepho ab Arimathiâ in Britanniâ Chriſti fidem fuiſſe diſſeminatam: in Myſiâ ab Apollinari S. Petri diſcipulo. Acta S. Petri apud Metaphraſtem aiunt in ſingulis primariis urbibus Græciæ primarios Epiſcopos fuiſſe inſtitutos quibus reliqui obtemperarent, & à quibus (teſte Tertulliano) fidem mutuarentur. Quos in ſpecialibus totius orbis provinciis proceſſus fecerit Chriſtiana religio in ſæculis illi immediatis, vide Bozium ſupra lib. 4. cap. 1. & ſequentibus. Meritò igitur de Eccleſiâ primi ſæculi canit Proſper.

Quidquid non poſſidet armis
Religione tenet.

CHARACTER QUINTUS.

Eccleſia eſt Apoſtolica.

I. QVINTVS Character ſeu ſignum Eccleſiæ eſt nomen Apoſtolicæ. Olim diſcipuli Eliæ filii Prophetarum vocabantur: ita nunc religio ab Apoſtolis diſſeminata, Apoſtolica nuncupatur. Quod olim diſcipuli Eliæ & Eliſæi dicerentur filii Prophetarum patet ex lib. 4 Reg. cap. 2 v. 3. v. 5. v. 7. v. 15 c. 4 v. 38. cap. 6. v. 1. cap. 9. v. 1. act. c. 3. v. 25 quia in eorum ſchola erudiebantur ex lib. 4. Reg. Sanctiuſque vitæ inſtitutum ab ipſis accipiebant: undè Monachi vocantur. Vide Hieron. epiſt. ad Ruſticum, Iſidorum lib. 2. offic. c. 17. Rupertum lib. 3. in Cantic. c. 4. Somnium in demonſtratione Evangelicâ cap. 20. Arboricenſem tomo 2. de ſacro Cœlibatu. Carthagenam tom. 4. homil. lib. 17. homil. 2. object. 7. P. Lezanam tom. 1. apparatus cap. 4. & alibi. Quod nomen perſeveravit uſque ad Chriſti adventum, ut patet ex Concione S. Petri habitâ, Act. cap. 3. v. 25. *Vos* (inquit) *eſtis Filii Prophetarum.* Dionyſius. *Diſcipuli & ſequaces.* Et ideò hoc titulo inſigniti ſunt. Quam expoſitionẽ approbat Cornelius. *Hic* (inquit) *Filii ſcilicet ſpirituales in fide & in religione.* Et favere videtur Joannes 44. Patriarcha lib. de Inſtit. Mon. cap. 31. *Vt autem vehementius Religioſos attraheret, cognominans eos proprio titulo, quem à Prophetis traxerant, dixit eis: Vos eſtis Filii Prophetarum & teſtamenti, quod diſpoſuit Deus ad Patres veſtros, dicens ad Abraham, in ſemine tuo benedicentur omnes familiæ terræ: vobis primùm Deus ſuſcitans filium ſuum miſit eum benedicentem vobis, ut convertat ſe unuſquiſque à nequitiâ ſuâ. Igitur Religioſi præfati, viſo miraculo Claudi, & audito ſermone Petri; intellexerunt quod ſicut Chriſtus ſuo nomine per Petrum invocato dederat integram ſanitatẽ Claudo; ita*

I. Reg. 4. c. 2. c. 4. c. 6. c. 6. Act. c. 2

Act. 3. v. 25.

Ioannes 44.

ita illos baptizabat in igne & ſpiritu ſancto ſuper quos effundebant Apoſtoli aquâ nomen ſanctum ejus invocando, &c. Accedit Euſebius Cæſarienſis lib. 2. hiſtor. cap. 3. ubi de primitivæ Eccleſiæ fidelibus quorum fit mentio Act. cap. 11. v. 27. *Apud Antiochiam* (inquit) *Florentiſſima congregatur Eccleſia, in quâ erant etiam prophetici ordinis viri quamplurimi.* Ruffinus Aquileienſis lib. 11. ſeu lib. ejuſdem hiſtoriæ addicto c. 5. Hæc de S. Spiridione ejuſdem propheticæ diſciplinæ alumno. *Ex eorum numero, (& ſi quid abhuc eminentius) fuiſſe etiam dicitur Spiridion Cyprius, vir unus ex ordine Prophetarum.* Elpidium & alios Epiſcopos (quos S. Jacobus in Hiſpanias deduxit) Luitprandus, ſeu Eutrandus Ticinenſis Diaconus in ſuis fragmentis num. 256. vocat Carmelitas. Euſebius verò lib. 2. cap. 3. ait fuiſſe prophetici ordinis. Confirmant hæc quæ habentur Act. cap. 11. v. 28. Ubi Agabus dicitur prophetici ordinis ideſt Carmelitici: *Et ſurgens unus ex eis nomine Agabus.* Vide Dorlandum, in vitâ S. Annæ c. 6. Onuphrium Maneſcal. tom. 1. Conc. in concione B.M. de Monte Carmelo. Noſtrum Mantuanum lib. 2. Parthen. his verbis. *Tandemq; voluto tempore cum magna fidei myſteria Paulo edidicit.* Coria lib. 6. c. 30. Caſanate in paradiſo Carmel. ſtatu 1. ætate 2. c. 7. Lezana tom. 2. annal. anno Chriſti 39.

Act. 11. v. 27. Ruffinus. Mantuanus.

II. Sic Eccleſia Apoſtolica dicitur, quia Apoſtoli ſuâ prædicatione totum mundum peragrarunt. Tertullianus lib. de præſcript. *Apoſtoli ad unamquamque civitatem Eccleſias condiderunt ſcilicet per ſe, vel alios, ut patet ex Epiſt. Pauli ad Titum ut conſtitueret per civitates Præsbyteros. Ab his autem civitatibus ſeu Eccleſiis ab Apoſtolis conſtitutis traducem fidei & ſemina doctrinæ cæteræ exindè Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuantur, ut Eccleſiæ fiant. Ac per hoc & ipſæ Apoſtolicæ deputabantur, ut ſoboles Apoſtolicarum Eccleſiarum. Omne enim genus ad originem ſuam cenſeri debet. Erunt itaque tot & tantæ Eccleſiæ, una illa ab Apoſtolis prima, ex quâ omnes: ſic omnes prima, & omnes Apoſtolicæ, dum omnes unam probant unitatem.* Idem ſic de ſui ævi hæreticis loquitur, idemque de noſtris dicere licet. *Edant origines Eccleſiarum ſuarum, evolvant ordinem Epiſcoporum, ita per ſucceſſiones ab initio decurrentes, ut primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeveraverunt authorem habuerit & anteceſſorem. Hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt.* Conſequenter de Smyrnæis & Romanis Eccleſiis quarum illam Joannes, hanc verò Petrus fundavit, diſſerens ait: *Confingunt tale aliquid hæretici, ſed etſi confinxerint nihil promovebunt. Ipſa enim doctrina eorum cum Apoſtolis cõparata ex diverſitate & contrarietate ſuâ pronunciabit, neque Apoſtoli alicujus authoris eſſe, nec Apoſtolici viri.* Accedit D. Auguſtinus lib. 2. contra Petit. Donatiſtam. c. 16. *Nec illis* (inquit) *Eccleſiis Apoſtolico labore fundatis.* His favet D. Irenæus lib. 3 cap. 3. ubi ita contra hæreticos diſputat. *Habemus enumerare eos, qui ab Apoſtolis inſtituti ſunt Epiſcopi in Eccleſiis, & ſucceſſores eorum uſque ad nos, qui nihil tale docuerunt, &c. Sed quoniam valdè longum eſſet omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſſores Epiſcoporũ ad nos pervenientes judicamus, &c.* Et ſtatim omnes Romanos Epiſcopos uſque ad Eleutherium tunc Romæ ſedentem refert, vocatque veram notam ſeu *pleniſſimam veræ Eccleſiæ oſtenſionem.* Et lib. 4. c. 63. oſtendit non tantùm ſucceſſiones Apoſtolicas, ſed etiam doctrinam Apoſtolicam Apoſtolicos denominare. *Vera eſt Apoſtolorum doctrina, & antiquus Eccleſiæ ſtatus, in univerſo mundo, & charactere Corporis Chriſti ſucceſſiones Epiſcoporum, quibus illi eam, quæ in uno quoque loco eſt Eccleſiam tradiderunt, quæ pervenit uſque ad nos, cuſtodita eſt, &c.* Undè Divus Auguſtinus lib. de unitate Eccleſiæ cap. 10. ait, ex eo Donatiſtas non eſſe in Apoſtolicâ Eccleſiâ, quia Apoſtolicam Pauli doctrinam dividunt. *Vos Donatiſtæ ſolas Apoſtoli epiſtolas ad Romanos, ad Corinthios, & Epheſios in lectione retinetis: nos autem & epiſtolas illas in lectione ac fide, & Eccleſias ipſas in communione retinemus.* Ei aſtipulatur Optatus Milevitanus lib. 6. contra Par. dicens eſſe Apoſtolicam, quæ communicat Eccleſiis ab Apoſtolis fundatis, vel, in fide perſeve-

Tertull. Auguſt. Irenæus. Auguſt. Optatus Milev.

perſeverantibus. *Vt quid audetis epiſtolas ad Corinthios ſcriptas legere, qui Corinthiis communicare noluiſtis? ut quid ad Galatas, ad Theſſalonicenſes ſcripta recitatis, in quorum communione non eſtis? Cùm hæc omnia ita eſſe conſtet, intelligite vos ab Eccleſiâ ſanctâ eſſe concisos & nos non eſſe polluctos.* Expende illud ab Eccleſiâ ſanctâ. quaſi diceret, vos non eſtis Apoſtolici ſeu Filii Apoſtolicę Eccleſiæ, cùm non communicetis Eccleſiis, quæ ab ipſis Apoſtolis fundatæ ſunt. Vel potius Eccleſia Apoſtolica & fideles Apoſtolici dicuntur, qui Cathedræ Petri ſeu Eccleſiæ Romanæ adhærent & obediunt. D. Auguſtinus lib. 2. contra Petilianum c. 51. *Nunquid Dominus Jeſus-Chriſtus propter Phariſæos, de quibus ait, dicunt & nō faciunt, cathedræ, in quâ ſedebant ullam fecit injuriā? Nonne illam cathedram Moyſi cōmendavit, & illos ſervato catheræ honore redarguit? Hæc ſi cogitaretis nō propter homines, quos infamatis, blaſphemaretis cathedrā Apoſtolicam cui non cōmunicatis.*

Auguſt.

III. Illi ſubſcribens Rupertus lib. 5 de divinis officiis cap. 27. *Aliorum quidē Apoſtolorum ſucceſſores Patriarchæ ſunt dicti, Petri autem ſucceſſor pro excellentiâ Principis Apoſtolorum Apoſtolicus nominatur.* Lib. 2. cap. 22. *Conſtantinopolitana Eccleſia, non ſolùm hæreticos, ſed & hæreſiarchas protulit nobis: Romana verò Eccleſia ſuper Apoſtolicæ fidei petra altius fundata, firmiter ſtetit, & tam Græcia, quàm totius orbis hæreticos ſemper confutavit, & de excelſo fidei tribunali datâ ſententiâ judicavit.* Pondera illa verba. *Super Apoſtolica fidei petrâ altius fundatâ.* Quah diceret nomen Apoſtolicæ Sedis præ aliis meretur, quia Petrus eſt illius fundamentum. Ideò etiam illi obedientes, Apoſtolici denominari poſſunt. Tali epitheto Patres paſſim utuntur. Auguſtinus 162. non vocat Antiochenam, Epheſinam, Jeroſolymitanam Apoſtolicā, ſed Romanam & epiſt. 106. *Mi a junt* (inquit) *de hāc re ex duobus Conciliis Carthaginenſi & Milevitano relationes ad Apoſtolicam Sedem, &c.* Epiſcopi Galliarū ad Leonem Papam ſcribentes vocant: *Principatum Sedis Apoſtolicæ in Romanâ Eccleſiâ inſtitutum.* Syriacus epiſt. 4. ad Epiſcopos Africanos. *Nemo extra conſcientiā Sedis Apoſtolicæ, hoc eſt primatis, audeat ordinare Epiſcopum.* Per Primatem intelligit Pontificem maximum. D. Hieronymus apologiâ 2. cōtra Ruffinum. *Hæc eſt tuæ ſimplicitatis pura, aperta Confeſſio, quam ab omnibus Italiæ Epiſcopis aſſerio eſſe ſuſceptam: & tamen miror quomodo probaverit Italia, quod Roma contempſit; Epiſcopi ſuſceperunt, quod Sedes Apoſtolica condemnavit.* Ipſa Synodus Conſtantinopolitana quomodo Pontificem Romanū vocat. *Summum Pontificem magnæ Sedis Apoſtolicæ.*

Auguſt.

Rupert.

Auguſt.

Epiſcopi Galliar.

Syriacus

Hieron.

Meritò Adrianus Pontifex Epiſt. ad Conſtantium Imperatorem conqueritur quod titulum univerſalis tribuerit Patriarchæ Conſtantinopolitano; ubi aſſerit ſolo Romano Pontifici, & nomē univerſalis, & Apoſtolici deberi *Vnde mirati ſumus quod in veſtris imperialibus juſſis pro Patriarchâ Regiæ urbis ſcil. cet Tharaſio directis, univerſalem ibi reperimus exaratum. Sed utrum per imperitiam aut, chiſma, vel hæreſim iniquorum ſcriptum eſt, ignoramus. Sed deinceps ſuademus veſtræ clementiſſimæ, imperialiq; potentiæ, ut minimè in ſuarum exarationum ſerie univerſalis deſcribatur; quia contra ſanctorum Canonum inſtituta, ſeu ſanctorum Patrum traditionem decreta eſſe videtur. In 2.° enim ordine ſi non per ſanctæ noſtræ Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ authoritatē (ſicut in omnibus patet) nunquam voluit nomen habere, quod nimirùm ſi univerſalis ſuper prælatū ſibi Romanā Eccleſiam (quæ eſt caput omnium Eccleſiarum) deſcribatur: tanquam ſanctarum Synodorū rebellem, neque hæreticū ſe manifeſtare certū eſt. Quod ſi univerſalis eſt etiam Eccleſiæ noſtræ ſedis primatū habere dignoſcitur: quod ridiculū omnibus fidelibus Chriſtianis apparet: quia in toto orbe terrarum ab ipſo Redemptore mundi B. Petro Apoſtolo principatus ac poteſtas data eſt: & per eundē Apoſtolum (cujus vel immeriti vices gerimus) ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia Romana uſque hactenus & in ævum tenet principatū, poteſtatis authoritatē: quatenus (quod non credimus) ſi quiſpiam, cùm univerſalem nuncupaverit, vel aſſenſum præbuerit, ſciat ſe ortodoxæ fidei alienum eſſe, & noſtræ ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ rebellem.* Quibus verbis docet ſolam Romanam Eccleſiam ſanctæ, univerſalis, & Apoſtolicæ nomen mereri, eiſque ſoli tales titulos eſſe tribuendos.

IV.

CHARAC-

Digitized by Google

CHARACTER SEXTUS.

Succeſſio Sedis Apoſtolicæ.

I. ORdo Carmeliticus ſe veram eſſe Eliæ ſobolem demonſtrat ex ſucceſſione hæreditaria: tali enim titulo Xiſtus IV. illum honeſtat in Bullâ quæ incipit; *Dum attentâ meditatione penſamus*, datâ Romæ anno 1476. 4. Calend. Septembr. Pontif. anno 3. *Sanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſæi, & aliorum Patrum, qui montem ſanctum Carmeli juxta Eliæ fontem inhabitabant ſucceſſionem hæreditariam tenentes.* Eandem ſucceſſionem hæreditariam fatetur in alterâ Bullâ datâ anno 1477. 7. Calend. Aprilis anno 6. Pontificatus, & ante illum Joannes XXII. ſecundū alios Joannes XXI. & poſtea Julius III. Pius V. Gregorius XIII. Xiſtus V. Clemens VIII. iiſdē ferè terminis uſus eſt ac Xiſtus IV. Quibus ſubſcripſerunt nominatiſſimi omnium Religioſorum Scriptores. Ex Ordine florentiſſimo S. Benedicti, Antonius Abbas Vercellenſis comment. in cant. Carolus Fernandez quem noſter Chriſtophorus Avendagno ſerm. de S. Cyrillo, ait compoſuiſſe duo volumina in favorem Ordinis Carmelitarum, & Abbas Manralicius in ſuo Martyrologio, Leander Granatenſis in vitâ S. Gertrudis, Joannes Caſtellenſis, Philippus Abbas Hieropolitanus comment. in illud Evangelii Joannis cap. 1. *Miſerunt Judæi.* Trithemius Abbas libr. de laudibus Carmelitarum, Genebrardus lib. 4. chron. ad annum 1180. Ex melliſluo Ordine Ciſtercienſi Chryſoſtomus Henriquez ſui Ordinis Hiſtoriographus in Apologiâ pro Benedicto XI. & in vitâ venerabilis Annæ à S. Bartholomæo conſodalis S. Thereſiæ, Sylveſter Marulus in Mari Oceano Relig. lib. 4. Ex piiſſimo Ordine Carthuſianorum Eraldus in faſciculo temporum ad annum 4309. item ad annum Chriſti 450. & ad annum 1292. Ex auguſtiſſimo Ordine S. Auguſtini Baptiſta à Glano in hiſtor. Pontif. in vitâ Deodati Papæ I. & in Honorio III. Proſper Stellartius de tōſuris, lib. 2. c. 13. Petrus Volderania in Theatro Relig. Sermone de Eliæ Patriarchâ & Fundatore Ordinis Carmel. Baſilius Pontius de Matrim. lib. 7. cap. 1. Leonardus Coquæus lib. contra Philippū Mornæum. Ex famoſiſſimo Ordine S. Dominici Vincentius Epiſcopus Bellov. in Speculo hiſtor. lib. 20. c. 7. Ferdinandus de Caſtro Hiſtoriæ Dominicanæ lib. 2. c. 26. Dominicus Gravina lib. Voc. Turturis c. 25. Franciſc. de Aravio, R.mus Mazarinus Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter poſtea Cardinalis in approbatione tomi primi Annalium P. Lezanæ, R.mus Vincentius Candidus in approbatione tomi ſecundi & tertii ejuſdem. Ex celeberrimo Ordine S. Franciſci doctiſſimus Carthagena tract. 1. de origine & laudib. Carmeli. cap. 1. Natalis Tallepied in Theſauro Eccleſ. P. Sorbo, P. Bolduch. Ex Sancto Ordine Jeſuatorum Paulus Moroſia lib. 1. c. 30. Ex Ordine S. Hieronymi Didacus Yepez Epiſcopus Tarraconenſis in Hiſpaniâ in vitâ S. Thereſiæ. Ex Ordine Minimorum inſignis Ægidius Cammartus Gnalis in lib. de geſtis Eliæ. Paſſim. Ex eruditiſſimâ Societate Jesu Suarez tom. 4. de Relig. lib. 1. c. 10. Salianus ad annum mundi 3136. Sanctius in lib. 3. Reg. c. 17. n 2. Cornelius à Lapide in c. 17. lib. 3. Reg. Et alibi paſſim. Ludovicus Alcazar, Antonius Fernandez, Petrus Oxeda, Ioannes, Bonifacius, Iacobus Cauſinus, & plures alii. Ex Statu Sæculari Joſeph Antiochenus in ſpeculo Eccleſiæ primitivæ. Luitprandus ſeu Eutrandus fragment. 236. Chronica Romana, Richardus Armacanus primas Hyberniæ ſermone facto Avenione anno 1342. Molanus 17. Junii. Sauſayus in Martyrolog. Gallico ad 20. Julii. Guilielmus Eiſengrenius in Hiſtor. Eccleſ. contra Magdeburgenſes cent. 1. Clitoveus conc. de laudib. Carmel. Auſbertus Mirçus lib. de origin. & increment. Ord. Carmel. c. 6. Barthol. de Saligh. in itinere Jeroſ. tom. 10. c. 6. Jacobus Middendorpius in hiſtor. Monaſt. Carolus Tapia in authent. ingreſſ. cap. ſacroſ. Eccleſ. Honuphrius Maneſchal. tom. 1. Conc. de B. M. de Mōte Carmelo. Laurentius de Beyerlinck in theatro vitæ humanæ tom. 6. V. Religioſus Du Puy *Des Eſtats & Empires* tit. *De l'Origine des Religions*, Antonius Monte-

Catinus, Petrus Bertius. Ex noſtro Ordine S. Cyrillus in oraculo, quod Abbas Joachimus commentariis illuſtravit, Joannes 44. Patriar. Jeroſol. lib. de inſtit. Monach. Guilielmus de Sanviko in chronic. Ordinis, Joannes Vineta, Sibertus de Bech, Joannes Baccomius, Philippus Ribotus, Thomas Waldenſis, Joannes Soret Generalis, Joannes Paleonidorus Batavus, Joannes Baptiſta Mautuanus, Didacus Martinez à Coria, Thomas à Jeſu, Franciſcus à S. Maria, Thomas Aquinas à S. Joſepho, Petrus Waſtelius, Michael Munnos, Joannes Lezana, Matthias à S. Joanne, & ſexcenti alii. Non tantùm ſucceſſores, ſed & hæredes vocantur, juxta illud Martialis lib. 9 epigram. Epigram. 47. ad Panicum:

Sic quaſi Pythagoras loqueris ſucceſſor & hæres.

Succeſſio interruptionem neſcit, hæreditas propriè ad proles ſpectat, Cicero 1. officiorum. *Optima autem hæreditas à Patribus traditur liberis, omnique patrimonio præſtantior gloria virtutis rerumque geſtarum.* Eccleſia Romana ut ſe veram Chriſti ſponſam probet Petri ſucceſſores producit. D. Irenæus Polycarpi auditor, qui Joannis Apoſtoli diſcipulus fuerat contra Valentinianos diſputans Apoſtolicam traditionem & Epiſcoporum ſucceſſionem affert. *Omnes* (inquit lib. 3. cap. 3.) *Eccleſiarum ſucceſſiones enumerare longum eſt Romanæ Eccleſiæ fidem judicantes confundimus eos, quiſcorum colligunt.* Quaſi diceret Romanæ Eccleſiæ veritatem confirmat Epiſcoporum ſeu Pontificum ſucceſſio. D Auguſtinus epiſt. 165. docet hanc ſucceſſionem multum momentum & pondus afferre, ut in Romanâ Eccleſiâ primatus Petri, & vera fides eſſe credatur. *Si ordo Epiſcoporum ſibi ſuccedentium conſiderandus eſt quantò certius, & verè ſalubriter ab ipſo Petro numeramus.* Hujus rei rationem addit, *cui ſanè Petro totius Eccleſiæ figuram gerenti Dominus ait: Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Quibus verbis innuit non ab aliis Apoſtolis, ſed à ſolius Petri ſucceſſione, ut ſigno Eccleſiæ veritatem eſſe probandam. Eandem cauſam adducit lib. de utilitate credendi cap. 17. *Numerate ab ipſa Petri ſede & in illo patrum ordine, quis cui ſucceſſit, videte:* Cur nos ad illum Patrum ordinem, & ſeriem remittis? *Ipſa* (inquit) *eſt petra, quam ſuperbæ non vincunt Inferorum portæ.* Idem argumentum urget contra Iulianum Pelagianum diſputans lib 1. *Cui* (inquit) *Eccleſiæ præſidentem Beatum Innocentium ſi audire voluiſſes, jam tunc periculoſam Inventutem tuam Pelagianis laqueis exuiſſes. Quid enim potuit vir ille ſanctus Africanis reſpondere Conciliis, niſi quòd antiquitus Apoſtolica Sedes & Romana cum cæteris tenet perſeveranter?* ait, *perſeveranter*: non tantùm ratione morum ſed etiam perſonarum ſeu ſucceſſionis Pontificum. Quâ ſucceſſione quaſi argumento certiſſimo uſi ſunt olim Patres ad veram Eccleſiam probandam contra hæreticos. Irenæus lib. 3. cap. 3. Tertullianus de præſcript. cap. 32. Optatus Milevitanus lib. 1. contra Parmenianum. Euſebius in Chronico, Hieronymus & Proſper. Unde meritò D Auguſtinus lib. contra epiſtolam fundamenti cap. 4. fatetur ſe hâc ſucceſſione teneri in gremio Eccleſiæ Catholicæ & Romanæ. Cujus legitima ſucceſſio nunquam deficit, quidquid oblatrent Calvinus lib. inſtit. 5. cap. 2. §. 2. & 3. Brentius in prologomenis contra Petrum à Soto. Hanc ſucceſſionem hæreditariam referemus agendo de Pontifice.

Cicero.

Irenæus.

Auguſt.

CHARACTER SEPTIMUS.

Unio in Doctrinâ fidei & morum.

QUI in doctrinâ conveniunt illi paſſim ejus ſectatores dicuntur. Sic Pythagoræi dicebantur, qui ejuſdē Pythagoræ doctrinam aſſequebantur: &c. Nunc Thomiſtæ qui D. Thomæ, Scotiſtæ qui Scoti mentē propugnant. Ita Carmelitæ dicuntur qui Eliæ, & diſcipuli ejus Eliſæi vitam, mores, & documenta aſſequuntur. Seu Carmelitæ tales nuncupantur, quia Eliæ vitam, mores, diſciplinam obſervant, & ſequuntur. Joannes Trithemius in lib. de laudibus Carmelitarum noviſſimè typis dato Coloniæ anno 1643. hæc ſcribit

I.

Digitized by Google

Trithem. ſcribit: *Elias Propheta Domini eximius, rectè & catholicè fundator Carmelitanæ religionis dicitur, ſi ejus facta ex voluminibus Regum abſque invidiâ diſcutiãtur. Enim verò ipſe montem Carmeli primus habitaſſe legitur, à quo fratres Carmelitæ nominantur. Triplici autem ratione oſtẽditur quòd iſtius obſervantiæ princeps Elias habeatur à loco videlicet, ab habitu, & cõverſatione. Cùm ergo nomen ordinis à loco ſumitur meritò Carmelitarum Princeps Elias memoratur, quia mons Carmelus, (cujus ille habitator extitit) huic ordini vocabulum dedit. Non loquor vana, ſed teſtimoniis ſcripturarum comprobata profero, cùm Eliam Prophetam eundem locum longè ante Chriſti Nativitatem habitaſſe dico, qui Fratribus Carmelitis religionis ſuæ nomen dedit & exordium.* Ecce quomodo Carmelitæ Eliæ ſequaces dicantur ab identitate loci inhabiti, quod infra confirmat. *Conſentit ergò nomen loci ut Eliæ ſit fundator Ordinis Carmelitici, undè non ſunt vituperandi fratres hujus ſacratæ religionis, quod Eliam, & filios Prophetarum ſui ordinis fundatores & principes aſſeverant.* Secundam rationem affert cur Carmelitæ Eliæ ſequaces dicuntur. *Quantùm verò ad rationẽ habitus pertinet in Eliam Ordo Carmelitarum pulchrâ transfiguratione conſentit, legimus ipſum amictum pallio, quo tangente Iordanis obſtupuit, & ſe pedibus tranſeuntis calcabilem dedit. Sic Eliſæus, ſic filii Prophetarum imitatores Eliæ facti ſunt, qui non ſolùm ei loco, ſed & habitu ſimiles permanſerunt. Quod ſi nobis de colore putas inferre calumniam, quamquam ſit vile argumentum, quod de inviſis coloribus diſputat, ad veterum hiſtorias te vocamus, quibus in primitivâ Eccleſiâ Fratres Carmelitæ inſtar Eliæ virgulatis palliis leguntur fuiſſe induti.* Ad tertiam rationem infra devenit noſtro propoſito opportunam. *Ratione autem converſationis Elias fundator Ordinis Carmelitarum extitit, qui eos in monte Carmeli ſanctis moribus præceſſit. Quid fecit Elias, quod Fratres Carmelitæ pro poſſe non imitentur? Incoluit ille Eremum, vaſta ſolitudinis dilexit, ſoli Deo & ſibi vacavit. At Fratres Carmelitæ ab exordio ſuæ inſtitutionis vitam ſolitariam in Monte Carmelo duxerunt, ſoli Deo vacare per contemplationis ſecretum eligentes, donec tandem noviſſimis penè temporibus de eremo expulſi, jubente Sede Apoſtolicâ in urbibus ſunt locati. Undè & antiquitus Eremitæ montis Carmeli vocabantur.*

Plura alibi ad hoc intentũ affert. Ante eum Joannes 44, Patriarcha Jeroſol. lib. de inſtit. Monach. cap. 1. *Sicut hæc omnia antiqui hujus noſtræ converſationis ſectatores ante nos intellexerunt, & nobis tam in veteri quàm in novâ lege doctrinis & exemplis philoſophati ſunt, ut per hæc diſcas quantâ ſanctorum præcipuorum authoritate hæc noſtra vitæ religio confirmetur.* Non dicit tantùm exemplis, ſed & doctrinis veteres illos hujus religionis fundatores fuiſſe philoſophatos. De hác Elianá Doctrinâ plura alibi differit maximè cap. 10. *Viri quippè iſti timore Dei repleti, &c. ad eum tanquam ad magnum veri Dei cultorem accedebant occultè in ſolitudine Carith, ut ſub ejus doctrinâ in cultu veri Dei perſiſtere poſſent, & idololatriam vitarent, &c.* Et infra. *Quamobrem ſapiens Sancto Eliæ Eccleſiaſtici c. 48. dixit Prophetas facis ſucceſſores poſt te. Non ideò dixit quod Elias ſuis ſucceſſoribus ſpiritum prævidendi, vel prænuntiandi futura conferret, ſed ideò potius quia Elias Monachos ſucceſſores poſt ſe inſtituit, non tantùm ad formam monaſticam ſibi à Deo traditam, ſed etiam ad hoc officium, ut ſcilicet prophetarent, hoc eſt ut in pſalmis, hymnis, & canticis Deo devotè pſallerent, &c.* Expende illud *inſtituit*. Et cap. 16. *Monachalem vitam Eremiticam quam Elias ipſe in ſolitudine & maximè in monte Carmeli duxit, Monachi prædicti in eodem monte & in aliis Eremis, ac locis ad hunc finem continuarent: quatenus eam accolentes, liberius etiam mentes ſuas cum Deo per amorem perfectè unirent. Qui dum per legem diſciplinæ propheticæ & vitæ monaſticæ ab Eliâ eis traditam pergunt, & ardenti amore dogmata Eliæ tam aure cordis, quàm executione operis audiunt, procul dubiò de animarum ſalute ſecuri ſunt.* Illa verba, *dum per legem diſciplinæ, &c. pergunt.* Clarè ejus diſcipulos eſſe demonſtrant; quod in fine capitis innuit. *Nec per alios gradus intenderant diſcipulos principaliter producere quam ad hunc finem, ut per hos gradus, per quos Elias ad finem & perfectionem*

Joannes patriar.

Eccleſ. cap. 48.

fectionem vitæ monaſticæ ſecundùm formam per Deum ei traditam ſuos diſcipulos perduxit: propter quos prædicti monachorum principes in ſanâ doctrinâ vitæ monaſticæ fuerunt velut quidam particulares rivuli ab Eliâ, tanquam à primordiali & univerſorũ omnium rivulorum fonte derivati. Non tantùm vocat diſcipulos ſed etiã in ſanâ doctrinâ perductos fidei & morum c. 19. *Elegit præ aliis Eremis Carmeli montem, tanquam cõmodiorem ad propheticam diſciplinam, & vitam monaſticam in eo colendam melius exercendam.* Et in fine. *Conveniebant, &c. ad volumina quoque legis & Prophetarũ à Patre eorum audienda, pariterq; legenda: in quorum diſciplinis, atque exercitiis inſtituti ad perfectam, beatamq; vitam ſtudiis jugibus in Eremo Carmeli coaleſcebant ſecundùm formam vitæ monaſticæ per Deum creditam Eliæ.* Cap. 20. ſic auſpicatur. *Ad continuam autem reſidentiam in Carmelo ſemper faciendam Elias montem hunc devotiorem ſuis diſcipulis reddidit, non ſolùm exemplo ſui qui ex tunc, quamdiu in hoc mundo manſit, ſcilicet per ſedecim annos montem iſtum incoluit: ſed quia præ cæteris eremis in quibus habitavit montem hunc quibuſdam miraculis ſpecialiter inſignivit, &c.* Illa verba: *Ad continuam reſidentiam, &c.* Perſonarum ſucceſſionẽ denotat, quod etiam ad facilitanda ſuæ doctrinæ præcepta illum montem elegerit, patet ex cap. 21. *Quoniam ergò Elias præ cæteris eremis in quibus habitavit, montem Carmeli tanquam commodiorem ad plantandam in eo propheticam religionem vitæ monaſticæ, & docendam melius, & exercendam, ut dictum eſt, elegit, &c.* Et in fine capitis. *Quia ergò dicti Monachi ad exemplum Eliæ coluerunt jugiter in Carmelo juſtitiam vitæ monaſticæ, propterea appellati ſunt Carmelitæ, à monte ſcilicet Carmeli, cujus fuerant incolæ ſecundùm modum prædictum reſidentes ibi in juſtitiâ aſſiduè. Sicut Propheta prædixit. Juſtitia in Carmelo ſedebit. Sed & cæteri hujus religionis Monachi habitantes alibi cupiunt etiam idcircò Carmelitæ appellari. Quia eorum religio & ſancta converſatio eſt ab illis viris derivata & ſumpta, qui modo prædicto ſatagerunt in monte Carmeli aſſiduè religioſam vitam Prophetæ Eliæ, & uſque nunc ſatagunt humiliter imitari. Omnes quippè hujus ordinis veri ſectatores tam in monte Carmeli, quàm alibi habitantes profitentur ſe humiliter ſequi illam vitam, & propheticam juſtitiam vitæ monaſticæ quam Propheta Dei Elias ſervavit & inſtituit: & quam eſſe ſequendam ipſe ſecundùm formam à Deo ſibi creditam verbo pariter & exemplo diſcipulis ſuis tradidit, & in eremo montis Carmeli reſidendo docuit maximè ac demonſtravit.* Hęc verba, *profitentur ſe humiliter ſequi illam vitã &c. quam Propheta Dei Elias ſervavit & inſtituit &c. Verbo pariter & exemplo diſcipulis ſuis tradidit, &c.* Clarè probãt in doctrinâ conformitatem. Cõfirmant hæc quæ ait c. 22. *Quidam autem dictorum monachorum filiorũ Prophetarum in monte Ephraim ſuam manſionem elegerunt. Horum meminerat Giezi famulus Eliſæi lib. 4. Reg. cap. 5. dùm dicebat Naaman Syro. Dominus meus miſit me ad te dicens, modò veniunt ad me duo adoleſcentes de monte Ephraim ex filiis Prophetarum. Iſti quidem ſegregantes ſe à turbis quas videbant colere vitulum aureum, quem Ieroboam poſuerat ad adorandum in Bethel, ſeceſſerunt nutu Eliſæi in ſolitudinẽ montis Ephraim, nè poſſent exemplo populi idololatria infici, ſed vacarent in ſolitudine liberius divino cultui. Ab his itaque memoratis filiis Prophetarum inolevit, quod plerique generis noſtri Monachi non ſolùm in monte Carmeli, ſed in diverſis ſolitudibus terræ promiſſionis ſunt in diſciplinâ propheticâ vitæ monaſticæ ad imitationem eorum laudabiliter converſati.* Ecce quomodò diſciplina prophetica vitæ monaſticæ ad poſteros tranſierit, cap. 25. Elias ante raptum filios Prophetarum habitantes in Carmelo, in Galgala, in Bethel, & in Jericho viſitans ad eandem diſciplinam à ſe traditam obſervandam ſeriò exhortatur. *In his locis habitabant viri religioſi, filii Prophetarum Eliæ diſcipuli quos ipſe viſitans commonuit, ut in propoſito diſciplinæ prophetica, & vitæ monaſticæ perſeverarent.* Cap. 27. de Rechabitis ita ſcribit explicans verba lib. 1. Paralip. cap. 2. *Hi ſunt Cinæi, qui venerant de calore, hoc eſt de fervore vitæ religioſæ domus Rechab canentes atque reſonantes, & in tabernaculis commorantes. Cinæi,*

1. Reg. 4. cap. 5.

itaque

itaque ab hac Rechab descendentes & cum Ionadab filio ejus religionem Elisæi eremiticam sequentes, dicti fuerunt Rechabitæ, quorum Pater (scilicet Ionadab) per Elisæum Prophetam in disciplinâ prophetica benè edoctus. Hæc vltima verba satis intentum probant cap. 29. Conformiter ad hoc verba scripturæ interpretatur. *Exponit Propheta qualiter in medio Carmeli pascerentur, dicens, juxta dies antiquos, in quibus scilicet sub virgâ directionis regni Dei pascebantur ab Eliâ in monte Carmeli doctrinâ propheticâ vitæ monasticæ secundùm formam institutionis hujus religionis per Deum creditam Eliæ.* Similia habet sparsim in illo libro. Quibus innuit Eliæ successores, seu filios Prophetarum vulgò Carmelitas in eandem Eliæ doctrinâ fidei & morum conspirasse.

II. Ecclesia Romana nunc non minus sanè, imò magis convenit in doctrinâ Apostolicâ cum primitivâ. Quod signum manifestum est, hanc Romanam Ecclesiam cum antiquâ eandem esse. non enim alia mysteria alia sacramenta, alios articulos docet hæc Ecclesia, quàm antiqua, seu quæ Apostoli docuerunt; quo fit ut semper animadvertit in eos qui a vera doctrina Apostolicâ deflexerunt, vel alios seducere voluerunt.

Rom. c. 16. v. 17. Iuxta illud Apost. Rom. c 16. v. 17. *Rogo vos fratres, ut observetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis faciunt & declinate ab illis.*

Dionys. Dionysius: *Notetis & discernatis ab aliis eos qui discordias, & contrarias opiniones circa fidei veritatem, & scandala contra doctrinam Evangelicam quam vos didicistis à Christi discipulis faciunt, inducendo vos ad mutuam offensionem & defensionẽ, & declinate non solùm mente, sed etiam corporali recessu (si fieri potest) ne pervertamini cum perversis.* Vel ut

Thomas. D. Thomas lect. 2 in cap. 16. ad Romanos *Declinate ab illis ideſt eorum doctrinam, & convertia fugiatis. Psalmo 118. declinate à me maligni, & servabo mandata Dei mei.* Eiusdem Apostoli præscripto obtemperavit, & obtemperat præsens Ecclesia Coloss c. 1 v. 23. *Si tamen permanetis in fide fundati & stabiles, & immobiles à spe Evangelii, quod audistis quod prædicatum est in universâ creaturâ quæ sub cælo est, cuius factus sum*

Coloss. cap. 1.

ego Paulus minister. & cap. 2. *Quemadmodum igitur accepistis Christum Iesum Dominum, ita in ipso ambulate radicati & superædificati in illo, fide q confirmati, sicut edocti estis.* D. Ambrosius ibi. *Commonet nè malorum colloquiis & astutiâ iniquitatis sensus eorum traducerentur: quia sapientes mundi arte quâdam & minutiis disputationum irretire gestiunt simplicium animas: ut ratione mundanarum rerum abstrahant eos à spe, quæ est in Christo. Vnde Apostolus spiritu se illic adesse dicit, ut reverentiam ejus ante oculos habentes abstinerent se ab hominibus. Si enim spiritus Elisæi prophetæ vidit fraudem Giezi euntis ad Naaman Syrum, ut acciperet sub ejus nomine, quæ illi mandata non fuerant, & descendentem prompto animo Naaman ei plus dedisse, quàm fuerat postulatus, quantò magis Apostolus ea, quæ dixerat, poterat in spiritu videre? Major enim gratia fuerat in Apostolo, quam in Prophetis: & ut promptiores illos faceret circa traditionem Evangelii, gaudere se dicit in dispositione conversationis illorum, ut scientes undè Deo placeatur fierent firmiores, per quod digni effecti ad utilitatis profectum fidei suæ addiscerent sensum. Monet & hortatur, nè devotio eorum minueretur, & recederent à fide, quam fuerant assecuti, & pravis fabulis eversi aliter Christum acciperent, quàm didicerant. Multi enim corruptores fidei circuibant ad seducendos simplices dolosè, & cum simulatione, annuntiantes Christum quos evitare docet magna cautela, & stabiles & firmi supra fundamentũ Trinitatis, &c.* Romanus Pontifex insuper paruit monito Apostolico, quo cavetur 1. ad Timotheum c. 6. v. 20. *O Timothee depositum tuum custodi devitans prophanas vocum novitates & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem naufragarunt.* Dionysius. *Episcopale officium tibi divinitùs commendatum seu creditũ diligenter exerce, & gratiam tibi concessam, creditaq; talenta suo tempore cum usuris repetenda sollicitè conserva. Expende, dispensa, devitans nova vocabula religioni sanctæ contraria, quæ suâ obscuritate vel vanitate introducunt errorem.* D. Thomas novitates vocat dogmata contra fidem. *Prophana novitas est (inquit) quando inducitur aliquid contra fidem*

Ambros.

1. ad Timoth. c. 6. v. 20.

Dionys.

Thomas

fidem, & dicit novum per comparationem ad id quod eſt antiquum. Hoc fecit Neſtorius quando dixit de Virgine Mariâ Chriſtotochos; ut inferret quod non eſſet Mater Dei, & ideò ſancti Patres in Epheſino Concilio inſtituerunt quod diceretur Theotochos. Ambroſius per novitates accipit opiniones fidei contrarias. *Admonet contraria religioni evitanda, quæ nomen tantùm ſcientiæ uſurpant, fallaces in profeſſione ut decipiant ſimplices, fidē enim ſimulant à quâ exciderunt, ut perfidiam inferant.*

III. *Vincent. Lirinen.* Optimè animadvertit Vincentius Lirinenſis in aureo ſuo libello adverſus prophanas Hæreticorum novitates cap. 29. Doctrinam Eccleſiæ non vocari ab Apoſtolo novitatem. *Devita prophanas vocum novitates. Non dixit antiquitates, non dixit vetuſtates: imò planè quid è contrario ſequeretur, oſtendit. Nam ſi vitanda eſt novitas, tenenda eſt antiquitas:* Et cap. 27. expendens illa verba Apoſtoli. *O Timothæe depoſitum cuſtodi.* Nervosè ſubjungit. *O exclamatio iſta & piæ ſcientiæ & pariter & charitatis. Prævidebat enim futuros, quos etiam prædolebat errores.* Quod autem ſub nomine Timothæi intelligat univerſam Eccleſiam, accipe. *Quid eſt hodie Timotheus niſi generaliter univerſa Eccleſia, vel ſpecialiter totū corpus præpoſitorum, qui integram divini cultus ſcientiā vel habere ipſi debent, vel aliis infundere.* Tandem explicationem voculæ depoſiti aggreditur & particulæ cuſtodi. *Depoſitum* (inquit) *propter fures, propter inimicos, nè dormientibus hominibus ſuperſeminent Zizania, ſuper illud tritici bonum ſemen, quod ſeminaverat filius hominis in agro ſuo. Depoſitum* (inquit) *cuſtodi. Quid eſt depoſitum? Quod tibi creditum eſt, non à te inventum: quod accepiſti, non quod excogitaſti: rem non ingenii ſed doctrinæ: non uſurpationis privatæ, ſed publicæ conditionis: rem ad te perductā, non à te prolatam: in quâ non auctor debes eſſe, ſed cuſtos: non inſtitutor, ſed ſectator: non ducens, ſed ſequens. Depoſitum* (inquit) *cuſtodi Catholicæ fidei talentum inviolatum, illibatumq; conſerva.* Cap. 30. Comparat ſacræ fidei dogmata ſemini, quod cùm non naturam mutet, ſic nec illa à poſteris immutanda ſunt. *Severunt majores noſtri, antiquitas in hâc Eccleſiaſticâ ſegete triticeæ fidei ſemina iniquum valdè & incongruum eſt, ut nos eorum poſteri pro germanâ veritate frumenti ſubditium Zizaniæ legamus errorem. Cùm potiùs hoc rectum & conſequens eſt, ut primis atque extremis ſibimet non diſcrepantibus de incrementis triticeæ inſtitutionis, tritici quoque dogmatis frugem demetamus: ut cùm aliquid ex illis ſeminum primordiis acceſſu temporis devolvatur, & nunc lætetur & excolatur: nihil tamen de germinis proprietate mutetur. Addatur licet ſpecies, forma, diſtinctio, eadem tamen cujuſque generis natura permaneat. Abſit etenim ut roſea illa Catholici ſenſus plantaria, in carduos, ſpinasq; vertantur: abſit, inquam, ut in iſto ſpiritali paradiſo de cinnamomi & balſami ſurculis lolium repentè atque aconita proveniant. Quodcumque igitur in hâc Eccleſiâ Dei agriculturâ fide Patrum ſatum eſt, hoc idem filiorum induſtriâ decet excolatur, & obſervetur, hoc idem floreat & matureſcat, hoc idem proficiat, & perficiatur. Fas eſt etenim, ut priſca illa cœleſtis philoſophiæ dogmata proceſſu temporis excurentur, limentur, poliantur: ſed nefas eſt ut commutentur, nefas ut detruncentur & mutilentur. Accipiant licet evidentiam, ſed teneant neceſſe eſt plenitudinem, proprietatem.* Capite 32. oſtendit diſcrimen inter Eccleſiam & hæreticorum Synagogam, quod hæc ſacra fidei dogmata immutet, Eccleſia autem illa dogmata fideliter cuſtodiat, & nihil aliud in Conciliis ſuis contendat. *Chriſti Eccleſia ſedula & cauta diſpoſitorum apud ſe dogmatum cuſtos nihil in his unquam permutat, nihil minuit, nihil addit, non amputat neceſſaria, non apponit ſuperflua, non amittit ſua, non uſurpat aliena, ſed omni induſtriâ hoc unum ſtudet, ut vetera fideliter, ſapienterq; tractando, ſi qua illa ſunt antiquitus informata, & inchoata accuſet, & poliat, ſi qua jam expreſſa, & enucleata conſolidet, & firmet: ſi qua jam confirmata & definita cuſtodiat. Denique quid aliud Conciliorum decretis eniſa eſt, niſi ut quod antea ſimpliciter credebatur, hoc idem poſtea diligentius crederetur: quod antea lentius prædicabatur, hoc idem poſtea inſtantius prædicaretur: quod antea ſecurius colebatur*

Digitized by Google

celebatur, hoc idem poſtea ſollicitiùs excoleretur. Hoc inquam ſemper, neque quicquam præterea hæreticorum novitatibus excitata conciliorum ſuorum decretis Catholica perfecit Eccleſia, niſi ut quod prius à majoribus ſolâ traditione ſuſceperat, hoc inde poſteris etiam per ſcripturæ chirographum conſignaret, magnam rerum ſummam paucis litteris comprehendendo, & plerumque propter intelligentiæ lucem, non novum fidei ſenſum novæ appellationis proprietate ſignando. Tandem cap. 33. ait: præfatum Apoſtoli depoſitum ſacram & avitam doctrinam ab Apoſtolis traditam audi. *O Timothee depoſitum cuſtodi, &c. Depoſitum* (inquit) *ideſt doctrinam Catholicam, univerſalem, unam, eandemque per ſingulas ætatum ſucceſſiones incorruptâ veritatis traditione manantem, & uſque in ſæcula ſine fine manſuram cuſtodi, devitans quaſi Viperam, quaſi Scorpionem, quaſi Baſiliſcum. Prophanas, ideſt quæ nihil habent ſacri, nihil religioſi à ſacrâ fide, Eccleſiâ, religione alienas, vocum, ideſt dogmatum, rerum, ſententiarum, & conſequenter ſermonum novitates, quæ ſunt vetuſtati, quæ antiquitati contrariæ.* Illi ſubſcribens Stevartius Leodienſis, *ſummam* (inquit) *prædictorum depoſiti nomine concluſit, quo Evangelii ſive diſpenſationem, ſive doctrinam initio traditam intelligit.* Et paulò poſt explicat quid ſit cuſtodia depoſiti. *Verbum cuſtodiendi ſignificat ſervare, obſervare, tanquam depoſitum, vel rem periculo, jacturæq; expoſitam & veluti rem veneratione dignam. Utrumque fidei doctrinæ, optimis vitæ Chriſtianæ præceptis & divinis legibus, judiciiq; convenit, & idcirco omni cuſtodiâ hoc depoſitum eſt cuſtodiendum. Reprehendit act. c. 7. S. Stephanus Judæorum proceres quòd legem in diſpoſitione Angelorum acceptam non cuſtodiſſent. Nè ego Timotheus Epiſcopus in Evangelii doctrinâ cuſtodiendâ fuiſſe negligens reperiatur eundem præmonet, ac hortatur, nè etiam ejus minimam partem tolli, aut labefacturi, aut immutari &c. patiatur.* Quod ut firmius inculcetur, ait Antiſtites & Paſtores in œconomiâ ſpirituali eo modo ſe gerere debere quo reges & principes ſæculares. Sicut enim hi toto animo ſtudent ut ſalua legum ſanctiſſimarum integritas ſubſiſtat, ſic illi fidei veritatẽ & religionem puram tueri & ſanam, ac diſciplinam Eccleſiaſticam ab omni errore & novitate cuſtodire contendant. Quare Vincentius Lirinenſis citatus ita concludit. *Vincent. Lirinen.*

Si vitanda eſt novitas, retinenda eſt antiquitas. Si prophana eſt novitas, ſacrata eſt vetuſtas. Si novitates recipiantur, neceſſe eſt, ut fides Beatorum Patrum, aut tota, aut certè magnâ ex parte violetur. Neceſſe eſt ut omnes omnium ætatum fideles, omnes Sancti, Caſti, Virgines, omnes Clerici, Levitæ, Sacerdotes, tot Confeſſorum millia, tanti Martyrum exercitus, tanta urbium, tanta populorum celebritas, & multitudo, tot inſulæ, provinciæ, regiones, gentes, regna, nationes, totus poſtremò terrarum orbis per Catholicam fidem Chriſto capiti incorporatus tanto ſæculorum tractu ignoraſſe, erraſſe, blaſphemaſſe, neſciſſe quid crederet, pronuncietur. Ut Eccleſia Romana hoc ſanè doctrinæ avitæ, & Apoſtolicæ depoſitum tutiùs ſeruet ejuſmodi novitatum amatores & auctores ſemper fugit, & fugiendos declarat, ut patet ex Conciliis, Diplomatibus Pontificiis, quę ſemper Apoſtolicis inhærens veſtigiis gregem Chriſti hortatur eo modo, quo S. Ignatius Philippenſes affatur. *Reliquentes vanitates multorum, & falſas doctrinas ad illud, quod traditũ eſt nobis à principio verbum revertamur.* Quod verò illa ſedulò cuſtodiat, quæ à Chriſto, ab Apoſtolis tradita & prolata ſunt, audi Irenæum lib. 3. c. 3. *Hanc prædicationẽ cùm acceperit, & hanc fidem quemadmodum prædiximus Eccleſia, & quidem in univerſum mundum diſſeminata diligenter cuſtodit, & ſimiliter credit iis, videlicet quaſi unam habens animam, & unum cor et conſonanter hæc prædicat, & docet, & tradit, quaſi unum poſſidens os.* Quibus verbis clariſſimè innuit quantùm tota Eccleſia cõveniat in unitate doctrinæ. Ejuſdem unitatis doctrinalis meminit D. Baſilius ſcribeus ad Antiochenam Eccleſiam. *Ignatius. Baſilius.*

Nos verò fidem neque ab aliis ſcriptam recentem nobis admittimus, neque ipſi mentis noſtræ germina, ſive cogitationes tradere audemus, nè verba religionis humana commenta exiſtimentur: verùm quæ à ſanctis Patribus edocti ſumus ea interrogantibus vobis annuntiamus. D. Cyrillus ſic adverſus Apollinarium loquitur. *Et quid illis nos reſpondemus? primùm quidem quod fidei antiquiſſimam ratiõnẽ, quæ ab ipſis ſanctis Apoſtolis ad nos pervenit indignum immodicâ in-* *Cyrillus.*

Auguſt. *quirere ratiocinatione.* Fuſius D. Auguſtinus lib. de baptiſmo adverſus Donatiſtas. *Nolite ergo nobis authoritatem objicere Cypriani ad vnitatis conſervationem: nondùm enim erat diligenter illa baptiſmatis quæſtio pertractata: ſed tamẽ ſaluberrimam conſuetudinem tenebat Eccleſia in ipſis quoque Schiſmaticis, & hæreticis corrigere, quod pravum eſt. Non iterare, quod datum eſt, ſanare quod vulneratum, & non curare quod ſanum. Quam conſuetudinem credo ex Apoſtolicâ traditione venientem ſicut multa non inveniuntur in litteris eorum, neque in concilijs poſteriorum: & tamen quia per univerſam cuſtodiuntur Eccleſiam, nonniſi ab ipſis tradita, & commendata creduntur. hanc ergo ſaluberrimam conſuetudinem per Agrippinum prædeceſſorem ſuum, dicit S. Cyprianus quaſi cœpiſſe corrigi: ſed ſicut diligentiùs inquiſita veritas docuit quæ poſt magnos dubitationis fluctus ad plenarii conſilii confirmationem perducta eſt: verum creditur per Agrippinum corrumpi cœpiſſe, non corrigi. Irruente itaque tam magnâ quæſtione, cùm de remiſſione peccatorum, & de ſpirituali hominis generatione, utrum poſſet apud hæreticos fieri difficilis ratio redderetur, & præcederet authoritas Agrippini, & nonnullorum, qui ei conſenſerant hominum in hâc quæſtione deficientium: qui maluerunt aliquid novum moliri, quàm tenere conſuetudinem, cujus definitionem non intelligebant, irruerunt in oculos animæ veriſimiles rationes, & intercluſerunt iter perveſtiganda veritatis.* Quibus verbis declarat ea tantùm eſſe ſuſtinenda à Chriſtianis, quæ à Chriſto, & Apoſtolis tradita ſunt, non verò quæ ab hominibus inventa vel corrupta ſunt.

III. *Synodus Trident.* Eorum veſtigiis inhærens ſacroſancta Synodus Tridentina ſeſſ. 4. poſtquam contexuit canonem ſacrorum librorum ſtatuit. *Vt ipſa vetus & vulgata editio, quæ longo tot ſæculorum uſu in ipſâ Eccleſiâ probata eſt in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus, & expoſitionibus pro authenticâ habeatur, & ut nemo illam rejicere quovis prætextu audeat, vel præſumat.* Deinde ad evitandam novitatum introductionẽ decernit, *Vt nemo ſuæ prudentiæ innixus in rebus fidei, & morum ad ædificationem doctrinæ Chriſtianæ pertinentium, ſacram ſcripturam ad ſuos ſenſus contorquens, contra eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta Mater Eccleſia, (cujus eſt judicare de verò ſenſu, & interpretatione ſcripturarum ſacrarum) aut etiam contra unanimem conſenſum Patrũ, ipſam ſcripturam ſacrã interpretari audeat, &c.* Non alias res fidei, non aliam Chriſtianam doctrinam, nec ejus ſenſum ſeu interpretationem vult admitti, quàm eam, quam tenuit, & tenet ſancta mater Eccleſia.

Propter defectum hujus unitatis IV. Florinus meritò carpitur à S. Irenæo apud Euſebium. *Iſta dogmata* (inquit) *Euſebium Præsbyteri, qui ante nos fuerunt, quique erant ipſorum Apoſtolorũ diſcipuli minimè tibi tradiderunt.* Quaſi diceret, non poteſt membrũ Eccleſiæ cenſeri, quia ea dogmata tenet, quæ pronuntias, & quę ab Apoſtolorum diſcipulis minimè tradita ſunt. Illi quippè Eccleſię membra ſunt, qui ab ejus unitate & capitis doctrinæ nõ recedunt. Egeſippus Apo- *Egeſipp.* ſtolis ferè contemporaneus. *Hæretici ſeparatim variam illam quidem: ſuam tamen & propriam innexere opinionem. Ab illis item naſcebantur Pſeudo-Chriſti & Pſeudo-Prophetæ: quia adulterina & corrupta perverſæ doctrinæ, & contra Chriſtum ejus inducta concordiam, & conjunctionem Eccleſiæ membratim diſcerpſerũt.* Ideò infami nomine Pſeudo-Chriſti, & Pſeudo-Prophetæ eos afficit: ideò adulterinos filios vocat: quia variam opinionem, corruptam & perverſam doctrinam invehunt, & ſic cõcordiam & unitatem in doctrinâ diſcerpunt. Ab eâdem doctrinæ diviſione falſitatem Eccleſiæ, & ab ejuſdem doctrinæ unitate veritatem Eccleſię deducit S. Gregorius Nazianzenus. *Scire* *Gregor. Nazian.* *cupimus quænam ſit tanta circa Eccleſiam novandi libido, ut cuivis volenti ac tranſeunti (ut ſcripturæ verbo utar) gregem præclarè ductum, atque inſtitutum diſcerpere ac furtivis & clandeſtinis incurſionibus, vel potius prædatoriis, & abſurdis doctrinis populari ac diripere liceat.* Eos fures & prædones enominat, qui non canonicis, ſed prædatoriis & abſurdis doctrinis animas de Eccleſiæ gremio abſtrahunt & quaſi furantur.

Undè

V. Undè Concilia ut aliquos ab Ecclesiâ aberrantes recipiat, eos inter alia ad illam doctrinæ unitatem adigit. Sic *Concilia Antioc.* Concilium Antiochenum in causâ Pauli Samosateni coactum tempore Dionysii Papæ prater alia ita scribit. *Firmilianus bis huc accessit, & ea quæ à Paulo innovata erant, & excogitata perversè, ut nos qui aderamus, & scimus, & testificamur. Tùm alii complures, qui ejusdem rei nobiscum conscii sunt coram eruditè certè refutavit.* Hæc particula, *innovata*, satis manifestat quantùm displiceant novitates doctrinæ in Ecclesiam introductæ, & redeunti ad Ecclesiam quantopere conformitas in doctrinâ cum antiquâ & primitiva grata *Athanasius* sit. Meritò D. Athanasius prohibet nè tolerentur in Ecclesiâ, qui sic ab unitate doctrinæ deflectunt. *Nè justinueritis* (inquit adversus Arianos) *eos qui contra eam novis rebus student, etiamsi dictiones è sacris libris scribant.* Idem fusiùs Orat. 2. in Arianos. *Quis igitur unquam talia audivit? aut undè? aut à quonam isti adulatores, Redemptitiique ac Nummarii hæreseos fautores quidquam hujusmodi didicerunt, ut ejus nomine tanquam ab eo acceptum sit sese vendicare posset? Quis auctor fuit ut jam dudùm obliterato creaturarum cultu rursus operibus & creaturis inservietis? quod si fateantur se audisse, nè inficias eant alienam & non ex Patribus oriundam esse hanc hæresim. Quod autem non à Patribus acceptum sit, sed nuper inventum, quid aliud de eo debet, quàm illud ipsum cujus Paulus mentionem facit, in novissimis temporibus deficient quidam à fide, adhærentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmonum.* Non aliundè eos hæreticæ pravitatis inculpat, quàm quod eorum doctrina non ex Patribus oriunda est, seu ab ipsis accepta, & sic eorum secta cum primitivâ Ecclesiâ nõ concordat. Eidem S. Athanasio favere videtur *Hilarius* S. Hilarius scribens de cœtu hæreticorum. *Postquam* (inquit) *nova cœpit ostendere, quàm accepta retinere, nec inveterata defendit, nec innovata firmavit, & facta est fides temporum potius quàm Evangeliorum, dum & secundùm annos scribitur, & secundùm Confessionem Baptismi non tenetur, periculosum admodum tot tunc fides existere, quot voluntates.* Quibus verbis docet eos esse potiùs temporum & hujus sæculi fideles, quàm Christi, qui nova dogmata ostendunt, & accepta non retinent, qui nec nova dogmata probant, nec inveterata, &c. Antiqua defendunt, ideoque eos maximè periclitari, quia non tam fidem sequuntur, quàm voluntatem: Ex quibus concludo Ecclesiam Romanã esse veram, quia Apostolicã doctrinam retinet & docet, hæreticorum verò dogmata esse hæretica judicat, quia ab avitâ primitivæ Ecclesiæ doctrinâ omninò deviat. Pro quibus videndus Bellarminus tom. 2. lib. 4. de notis Ecclesiæ c. 11.

CHARACTER OCTAVUS.

Unio membrorum inter se & cum capite.

I. INDIVISIO membrorum inter se, & cum capite Carmelum verum fuisse Monachismum, & Ecclesiam verum Christi cœtum significat. Patet de Filiis Prophetarum lib. 4. Reg. cap. 2. *l. 4. Reg. 2. v. 1.* v. 1. *Factum est cum levare vellet Dominus Eliam per turbinem in cœlum, ibant Elias & Elisæus de Galgalis, dixitque Elias ad Elisæum sede hic, quia Dominus misit me in Bethel.* Lyranus ibi. *Elias præsciens suam translationem postquam fuerat in Galgalis, qui locus est juxta Iordanem, quod patet ex hoc quod filii Israel Iordane transito, ibi primò posuerant castra, & ibi portaverunt 12. lapides de Iordane, ut habetur Iosue cap. 4. inde transiit in Bethel, & inde in Iericho, & inde rediit ad Iordanem (ut patet in litterâ,) & sic fecit quemdam circuitum. Ratio autem hujus fuit, quia Galgala locus sacer reputabatur. Tum quia filii Israel ibi circumcisionem fecerunt, & Pascha celebraverunt, ut habetur Iosue cap. 5. In Bethel autem Iericho manebant Filii Prophetarum, ut patet in litterâ: & isti erant viri religiosi simul collegiati, vacantes orationi, & contemplationi, quorum aliqui habebant spiritum prophetiæ, & tales fuerunt primi cõgregati sub Samuele Prophetâ, & postea sub aliis Prophetis excellentibus, &c.* Hæc verba, *Viri religiosi simul collegiati:* denotant illorum membrorum seu Religiosorum unitatem inter se. *Vacantes Orationi & Contem-*

plationi, significant unionem cum Deo. *Sub Samuele, &c.* unionem cum capite.

Thomas Walden. Noster Thomas Waldensis tom. 1. in doctrinali fidei lib. 3. art. 3. c. 4. explicans cum Augustino illa Psalmi verba. *Ecce quàm bonum, & quàm jucundũ habitare fratres in unum.* Subdit. *Monos enim unus dicitur, non unus quomodocumque, (nam & in turbâ unus est,) sed unus cum multis potest dici: Monos non potest nisi unus solus, Monos enim unus solus est. Qui ergò sic vivunt in unum, ut unum hominem faciant, ut illis verè quod scriptum est Act. cap. 4. Una anima, & unum cor, multa corpora, sed non multæ animæ, multa corpora, sed non multa corda: rectè dicitur Monos id est unus solus.*

Tostatus Idem habent Tostatus lib. 4. Reg. c. 2. quæst. 9. *Non erant filii Prophetarum secundùm carnem, sed erant discipuli corũ, & vocantur filii: quia discipuli vocantur filii magistrorum, & isti erant multi viri habentes vitam religiosam, qui volebant esse perfectiores reliquis de populo, conveniebant in unum locum ubi erant Prophetæ, ubi vacabant doctrinæ eorum, & laudibus Dei.* Per *Vitam religiosam*, significat fuisse unitos inter se, sub aliquo superiore, & cum Deo, quandoquidem vellent esse aliis perfectiores, & convenirent in unum locum. ubi erant Prophetæ, & vacarent doctrinæ eorum & laudibus Dei. Ut patet ex

1. Reg. 3. cap. 19. v. 21. lib. 3. Reg. cap. 19. v. 21. ubi de Eliszo. *Secutus est Eliam & ministrabat ei.* Quomodo ministrasse dicitur? quia erat illi ita unitus, ut nihil moveret, vel agere statueret nisi ad ejus nutum, quasi Patris ac superioris. Dionysius, *Tanto viro adhærere & astare, ad quod motus fuit à Spiritu sancto.* Et cõfirmat ex sequentibus v. 22. *Osculer ore Patrem meum, & Matrem meam, & sic sequar te.* Dionysius. *Da mihi licentiam valedicendi parentibus meis.* Undè Abulensis in lib.

Tostatus 3. Reg. cap. 19. q. 24. subjungit. *Petivit licentiam quia putavit quod non poterat jam aliquid agere contra præceptum*

Salianus *Elia.* Accedit Salianus ad annum mundi 3127. num. 25. *Postulatio hæc significat injectam à Deo novo Prophetæ necessitatem sequendi Eliam: nam si id sibi liberum putaret, non peteret ab Eliâ, quasi à magistro ac domino suo veniam salutandi parentes.* Textus sacer optimè subjungit. *Dixitq; Elias vade & revertere.* Dionysius *Vt hoc agas, quo facto re-* *Dionys.* *vertere ad me.* Quasi diceret, non es amplius sub jure parentum, nec tui juris, sed mei. Tostatus in lib. 3. Reg. *Tostatus* cap. 19. quæst. 26. *Non moreris apud eos detentus precibus vel blanditiis eorum, sed revertere, non moreris: quia si non veneris aut moratus fueris, tu peccabis.* Scilicet contra obedientiam quæ statuit, ut voluntas sit omninò conformis voluntati superioris.

II. Quod etiam filii Prophetarum eandem cum suo capite necessitudinem habuerint, patet 1.° quia vocantur filii prophetarum: antea enim prophetæ dicebantur, sed ex quo alicujus regimini se subjecerunt filii nuncupati sunt. Rectè Joannes Patriarcha Jerosol. lib. *Ioannes* de institut. mon. cap. 11. *Elias jussu* 44. *Dei reversus in terram Israel recollectis ipse in unum suis discipulis in monte Carmeli; protinus studuit secundum formam à Deo sibi tráditam denuò inducere eos ad observandam vitam monasticam &c.* verba illa, *in unum collegit*: significant unionem eorum inter se. Illa verò, *vitam monasticam non tantùm denotant unionem membrorum inter se, sed etiam cum capite.* Et patet ex sequentibus ubi de Eliszo. *Assumpsit ad hoc officium ut scilicet cum eo, & post eum dictos monachos sollicitè in vitâ monasticâ &c. erudirent*, & mox: *& ita diligenter eorum curam gererent ac si filii eorum essent: & propterea hi Monachi qui prius vocabantur Prophetæ, postmodum vocati sunt filii Prophetarum: quia dictorum excellentium Prophetarum hujus religionis erant discipuli, & in propheticâ ac monasticâ disciplinâ sub regimine ipsorum quasi patrum suorum constituti.* Quasi diceret sub regimine Monarchiæ, &c. Illam unionem tum membrorũ inter se, tum cum capite probant verba illa *1. 4. Reg. 2. v. 15.* lib. 4. Reg. c. 2. v. 15. ubi filii Prophetarum occurrentes Eliszo. *Adoraverũt eum proni in terram.* Quomodo adoraverunt? Lyranus. *Adoratione duliæ tanquam superiorem suum, eoquod substitutus esset loco Eliæ sub cujus regimine vixerant.* Illi arridet Cajetanus ibi. *Cajetan.* *Honoris signum tanquam novo Patri loco Eliæ exhibuerunt.* Tostatus in lib. 4. Reg. c. 2. q. 29. *Cognoscentes requievisse in eum*

in eum ſpiritum Eliæ cucurrerunt illicò contra Iordanem ad obviandum ei, ut comitarentur eum venientẽ, quia jam dignus erat honore, cùm ſucceſſiſſet in dignitate Eliæ, & humiliaverunt capita ſua uſque ad terram incurvandoſe ſuper illã, & illud pertinebat ad magnam reverentiam. Illa verba, *cucurrerunt*, unionem illorum inter ſe declarant ; hæc verò, *cùm ſucceſſiſſet in dignitate Eliæ humiliaverunt, &c.* Demonſtrant eandem unitatem cum capite. Quæ unitas cum capite non tantùm in ſubjectione, & obedientiâ conſiſtit. Item membrorum conjunctio non tantùm charitate fraternâ fruebatur, ſed etiam in legum obſervantiâ, & morũ uniformitate fuit. Undè Joſephus Antiochenus Author vetuſtiſſimus quiteſte Poſſevino in apparatu anno Chriſti 130. in lib. cui titulus eſt *Speculum perfectæ Eccleſiæ primitivæ.* cap. 12. & 72. vocat Carmelitas imitatores Eliæ & Eliſæi. *Surrexerunt ſtrenuiſſimi viri ſolitarii contemplationi dediti, ſanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſæi imitatores.* Eodem titulo eos inſigniendos declaravit Academia Cantabrigenſis in Anglia anno Domini 1374. *Eliæ & Eliſæi ſanctorum Prophetarum fore imitatores, cauſa cognitione, & juris ordine, in eâ parte de jure requiſitis ad plenum obſervatis reputamus, decidimus, & decidendo declaramus in his ſcriptis.* Trithemius lib. de illuſtribus viris Ordin. Carmelitarum cap. 2. *Eliæ fundator Ordinis Carmelitarum extitit, qui eos in monte Carmeli ſanctis moribus præceſſit. quid fecit Elias, quod fratres Carmelitæ pro poſſe nõ imitentur? &c.* Maximè Sacra Congregatio ſub Pontificatu Pauli V. anno 1609. cui ſubſcripſit Em.mus Card. Bellarminus in officio commemorationis ſolemnis Beatiſsimæ Virginis, quam Ordo Carmelitarum celebrat 16 Julii, lect. 4. *Viri (inquit) plurimi qui veſtigiis ſanctorum Prophetarum Eliæ ac Eliſæi inſtiterant.* Quid eſt inſiſtere veſtigiis alicujus, niſi illum ſequi, illum imitari, illum pro typo & exemplari ſuæ vitæ habere, ab ejus vitâ, moribus inſtitutis nè uno quidem paſſu deflectere. Undè Joannes 44. Patriarch. in ſuo lib. de inſtitut. paſſim vocat modum agendi & vivendi Carmelitarum normam, ſeu formam ab Eliâ & Eliſæo inſtitutam.

Joſephus Antioc. *Trithemius.* *Bellarm.*

In Eccleſiâ Romanâ tanta & talis eſt unio, & conjunctio membrorum cum capite, & inter ſe, ut modò comparetur ovili. Joannis c. 10. v. 16. *Fiet unum ovile, & unus paſtor.* Undè D. Cyprianus lib. 1. epiſt. 6. ad magnum. *Idcircò Dominus inſinuans nobis unitatem de divinâ authoritate venientem posit, & dicit. Ego & Pater unum ſumus: ad quã unitatem redigens Eccleſiam ſuam denuò dicit. Et erunt unus grex & unus paſtor. Si autem grex unus, quomodo poteſt gregi annumerari, qui in numero gregis non eſt?* Modò vocatur una familia, Lucæ c. 12. v. 42. *Quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit Dominus ſupra familiam ſuam.* Modò dicitur una domus. D. Ambroſius in cap. 3. epiſt. 1. ad Timoth. *Scribo tibi ut ſcias, quomodò Eccleſiam ordines, quæ eſt domus Dei, ut cùm totus mundus domus Dei ſit, Eccleſia tamen domus ejus dicatur, cujus hodie rector eſt Damaſcus.* 1. Petri cap. 3. una navis. Hieronymus epiſt. ad Ruſticum. *In navi unus gubernator.* Unum regnũ Matthæi c. 25. v. 1. *Simile eſt regnum cælorum decem virginibus, &c.* D. Gregorius. *Sciendum nobis eſt, quod ſæpe in ſacro eloquio regnum cælorum præſentis temporis Eccleſia dicitur, de quo alio in loco, mittet Filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno ejus omnia ſcandala.* Modò Jeruſalem aſſimilatur Cant. c. 6. v. 3. *Pulchra es amica mea, ſuavis & decora, ſicut Jeruſalem.* Dionyſius ibi. *Tu uni verſalis Eccleſia mihi chariſſima, pulchra es intus omni ornatu virtutum, & donorum, & fructuum, excellentiis meritorum, ſuavis per delectationem ſpiritalis pectoris tranquillitatem, & optimam formam, pulcherrimè quoque ordinata, & ordinatè diſpoſita, per gradus, & ſtatus, atque officia, per ordines ſacros & dignitates, ac poteſtates prælaticas, & copioſiſſimam abundantiam miniſtrorum. Sicut Jeruſalẽ, ideſt inſtar Eccleſiæ triumphantis, ſicut in Apocalypſi aſſeritur c. 21. Vidi Civitatem ſanctam Jeruſalem novã deſcendentem de cælo, &c. Propter quod magnus Dionyſius conteſtatur Eccleſiam militantem ſe medio modo habere inter Synagogam & triumphantem Eccleſiam: quod conſonat verbis Apoſtoli ad Hebr.*

II.

Joann. 10. v. 16. *Cyprian.* *Lucæ cap. 12.* *Ambroſ.* *Hieron. Matth. cap. 25. v. 1.* *Gregor.* *Can. c. 6.* *Dionyſ.*

cap. 10. umbram habens lex futurorum bonorum. Vel ſicut Ieruſalem, inſtar primitivæ Eccleſiæ, quæ in urbe Ieruſalem cœpit, & Spiritum ſanctum recepit, atque in omni ſanctitate & juſtitiâ Domino miniſtravit, ac ordinatiſſima fuit, ex quâ tota Eccleſia eſt orta, & illius primitivæ veſtigia ordinem & doctrinam ſecuta: vel ſicut Ieruſalem: quoniam ſicut urbs illa tempore legis Moſaicæ fuit præ cæteris urbibus terræ ſanctæ ad cultum & ſacrificia Dei electa, atque ad ſtudium legis & ad ſedem Regni, ac Pontificatus aſſumpta: ita Eccleſia præ cunctis gentibus ad omnipotentis obſequium, ſacrificia, regnum & ſacerdotium electa eſſe cognoſcitur. Quibus oſtendit primò, quod quamvis ſint multi gradus, ſtatus, officia, dignitates, poteſtates prælaticæ, copioſiſſima abundantia miniſtrorum, tamen tam præclarè iſta omnia ordinata ſunt, & ordinatè diſpoſita, ut unâ Jeruſalem efficiant, tanta eſt in illâ varietate, miniſtrorum, graduum, poteſtatum harmonia, ordinatio & diſpoſitio, ut unum quid eſſe videatur. Et rectè notat Eccleſiam militantem eſſe mediam inter Synagogam, & triumphantem Eccleſiam, ſeu eſſe ſimilem primitivæ Eccleſiæ, & civitatis Jeruſalem. Quemadmodum enim in Synagoga quamvis forent multi miniſtri, multi gradus, tamen unus erat tantùm Pontifex maximus, una lex, idem ritus, eadem ſacrificia, &c. quæ perfectâ inter ſe unionem, & harmoniam cuſtodiebant. Quemadmodum etiam licet in cœlo manſiones multæ ſint, & ſtella differat à ſtellâ, tamen unus Deus, unum objectum beatitudinis eſt. Tanta eſt in cœlo animorum conſenſio, tanta pax & unio, ut non ex angelis & hominibus, non ex omnibus gentibus, populis, nationibus, & linguis illa Sanctorum ſocietas coaleſcere videatur, ſed unus ſpiritus, una anima eſſe cenſeatur.

IV. Vel aſſimilatur primitivæ Eccleſiæ, in quâ S. Petrus poſt acceptum Spiritum ſanctum promulgat Evangelium Act. 2. aſtantibus reliquis Apoſtolis. De quo Chryſoſtomus ibi, *Petrus omnium erat os, ſed aſtabant illi undecim teſtimonio ſuo comprobantes, ea quæ ab illo dicebantur.* Mira unio primorum Chriſtianorum imò & Apoſtolorum cum Petro, ut os Petri eſſet os totius Apoſtolici Collegii, imò totius Chriſtiani gregis. Quod verò etiam omnes Chriſtiani (licet ex omni gente congregati) intimo amoris fœdere inter ſe cõnecterentur, teſtantur Actus Apoſtolorũ c. 4. v. 32. *Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una.* De civitate Jeruſalem idem ſtatuendum eſt: ſcilicet ſicut in eâ non tantùm lex Moſaica inviolabiliter magis quàm in reliquis urbibus obſervabatur: ſed etiam præter ſummum Pontificatum ſedes regni conſtituta erat, ita in Eccleſiâ Romanâ tanta eſt unio membrorum inter ſe & cum capite, ut meritò dicere poſſimus cum ſancto Hieronymo epiſt. ad Damaſum de nomine hypoſtatis, *quicumque extra hanc domum agnum comederit, prophanus eſt. Si quis in arcâ Noe non fuerit, peribit regnante diluvio. Novi Vitalem, Meletium reſpuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit ſpargit. Ideſt qui Chriſti non eſt, Anti-Chriſti eſt.* Quaſi diceret qui non eſt Chriſto & ejus vicario viſibili unitus, non eſt Chriſtianus, ſed Anti-Chriſtianus.

Act. 4. v. 32.

Eadem Eccleſia Romana aſſimilatur exercitui benè ordinato Cant. c. 6. v. 3. *Terribilis ut caſtrorum acies ordinata.* Quia (ut Dionyſius) *Eccleſia Chriſti ſpiritualis, & ſæculari poteſtate multiplici coordinata miro modo vallata eſt, & ſummi Pontificii auctoritas præclara eſt. Eſt juris ſupernaturalis, ac Deiformis, ſuper omnes extenta, potens excõmunicare, damnare, ligare, ſolvere, tradere Satanæ & reconciliare. Sub hâc poteſtate ſunt Eccleſiaſticæ poteſtates ſpirituales multæ ac variæ efficaciam glorioſam habentes; deindè ſequuntur poteſtates ſæculares Imperialis, Regalis, Ducalis, Comitalis. Inſuper ſancta Eccleſia circummunita atque vallata, & cincta eſt ſuo auxilio, præſentiâ, protectioneq; Salvatoris tanquam muro & antemurali. Angelorum quoque cuſtodia, & prælatorum ſuorum diligentiâ paſtorali, roborata quoque eſt per dona gratiæ gratificantis, ac gratiæ gratis datæ per ſapientiam, & virtutes, per ſigna atque miracula, & toto orbe terrarum diffuſa meritis ac multitudine perſonarum ineffabiliter firmata. Veriſimè ergo terribilis eſt adverſariis, rebellibus ſpiritibusq; malignis*

V. Cant. c. 7. v. 3.

Digitized by Google

malignis ſicut caſtrorum acies ordinata; intelligendo per caſtra multitudinem fortalitiorum adinvicem benè diſpoſitam quam intueri formidinem incutit potiſſime hoſtibus. Vel intelligendo per caſtrorum aciem ordinatam grandem & fortem exercitum pugnatorum ac militum convenienter coordinatum ac prudenter diſpoſitum, non nimis conſtrictum, nec nimis patentem: ita ut ab adverſariis penetrari ſeu ab invicem ſeparari non valeat: imò invicem benè concordem ac mutuò ſe ſtipantem, per quod exercitus talis eſt hoſtibus ſuis maximè metuendus. Quæ explicatio manifeſtè probat quanta ſit in Eccleſia unitas, tam reſpectu capitis, quàm membrorum inter ſe, ut patet ex ultimis verbis. *Ab invicem ſeparari non valeat:* & confirmat his verbis ſequentibus. Sic planè univerſitas Chriſtianorum per fidem, ſpem, charitatem concordans ſapienter diſpoſita, & ſe invicem juvans fortiſſima terribiliſq; conſiſtit.

VI. Eadem Eccleſia columba ſponſo præ aliis dilecto cōparatur eodem c. 6. cant. v. 6. *Vna eſt columba mea, perfecta mea.* Dionyſius. *Quamvis diverſæ ſint animæ, ſeu perſonæ fideles magis aut minùs virtuoſæ quæ & deficere ac cadere, & ſpiritualiter cōſtuprari poſſint, una tamē ſpōſa mea jugiter ſancta à columbina ſimplicitate nunquā deficiens, & ſanctitatē in ſe ac perfectionē inviolabiliter cōtinens, quæ errare non valet, nec tota deficere; quia à Spiritu ſancto gubernatur, ac conſervatur, ut potè univerſalis Eccleſia militans, quæ una eſt unitate fidei, ſpei, & charitatis; unione veræ concordiæ, & per eadem media ad eundem finem ſalvificum tendens; de quâ ait Apoſtolus Epheſ. cap. 6 Elegit ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam neque rugam.* Quibus verbis non tantùm ejus ſanctitatem prædicat, ſed etiam unionem & concordiam in fide, ſpe, charitate, & mediis tendentibus ad eundem finem ſcilicet beatitudinem. Quamvis enim fideles ſint diverſæ nationis; tamen eadem media aſſumunt, iiſdem ſacramentis utuntur ad beatitudinem conſequendam. Licet Doctores, & Interpretes diverſis locis & temporibus extiterint, & diverſis linguis, ac idiomatibus ſcripſerint, tamen omnes in religionis noſtræ articulis explanandis conveniunt, in ſenſu & opinione ſanctę Eccleſiæ concordāt omnes. Optimè D. Auguſtinus lib. 14. de civitate Dei cap. 41. oſtendit quomodo aliæ ſectæ veræ Babylonis vocabulum mereantur. *Vbi* (inquit) *etſi aliqua vera dicebantur: eadē & falsa prorſus licentiâ dicebantur; ut non fruſtra talis civitas myſticum vocabulum Babylonis acceperit; Babylon quippè interpretatur confuſio: nec intereſt diaboli Regis ejus, quàm contrariis inter ſe rixentur erroribus, quos meritò multæ variæq; impietatis pariter poſſidet.* Quanta verò ſit vnio, quanta ſit concordia in Eccleſiâ tam membrorum inter ſe, quàm cum capite: tam reſpectu dogmatum fidei, quàm rituum. Audi eundem D. Auguſtinum conſequenter. *At verò gens illa, ille populus, illa civitas, illa reſpublica, illi Iſraelitæ, quibus credita ſunt eloquia Dei, nullo modo pſeudo-prophetas cum veris prophetis pari licentia confuderunt ſed concordes inter ſe, atque in nullo diſſentientes, ſacrarum litterarum veraces ab eis agnoſcebantur, & tenebantur authores. Ipſi eis erant Philoſophi, hoc eſt amatores ſapientiæ, ipſi ſapientes, ipſi Theologi, ipſi Prophetæ, ipſi Doctores probitatis, atque pietatis. Quicumque ſecundùm illos ſapuit & vixit &c.*

Auguſt.

Dionyſ.

CHARACTER NONUS.

Divinæ Doctrinæ efficacia.

I. ELIAM verum Dei Prophetam demonſtravit ejuſdem in dicendo, ac verbum Dei diſſeminando, vis & efficacia, quæ tanta fuit, ut non tantùm populo terrorem incuteret, ſed & ipſi Regi, eoſq; ad meliorem vitæ frugem reduceret. Lib. 3. Reg cap. 17. v. 2. Elias ipſum Regem Achab ita effatur. *Vivit Dominus, in cujus cōſpectu ſto, ſi erit annis his ros & pluvia, niſi juxta oris mei verbā.* Ex textu patet hęc verba immediatè ad regem & populum directa fuiſſe. Chryſoſtomus homiliâ de Eliâ. *Locutus eſt* (inquit) *Elias ad populum dicens vivit Dominus &c.* Quanta verò fuerit illorum verborum efficacia innuit idem ſanctus Doctor. *Cùmq; Elias Propheta ſanctiſſimus populum prævaricatum aſpiceret, cùmq; creatore deſpecto figmentis ſeſe nemoribuſq; omnis populus addixiſſet*

l. 3. Reg. 17. v. 2.

Chryſoſtomus.

zelo Dei commotus Iudæam terram ſiccitatis ſententiâ, & pluviarum ſterilitate addixit. Tunc ſubitò anhelat terra, ſiccatur cælum, ſitiunt amnes, fontes areſcunt, &c. Dionyſius ſic eandem Eliani ſermonis efficaciam elucidat. *Hæc totius magnanimitatis ac cõfidentiæ verba dixit Elias zelo juſtitiæ, ex pleniſſimâ quam habebat ad Deum fiduciâ, quia amicus Dei erat, & quaſi conſiliarius, & ſecretarius ejus, velex inſtinctu divino & inſpiratione Spiritus ſancti impellentis ſanctum virum ad iſta dicenda. Vel Elias primò Dominum exoravit, ut impiiſſimum Regem ac populum peſſimum per ſubſtractionem roris ac pluviæ paternaliter caſtigaret &c.* Non minorem in verbo efficaciam ac fortitudinem patefecit lib 3 Reg.c.18.v. 18.iterùm ipſimet Achabo, *non ego turbavi Iſrael, ſed tu, & domus patris tui, qui dereliquiſtis mandata Domini, & ſecuti eſtis Baalim: verumtamen cõgrega ad me univerſũ Iſrael, &c. & congregavit in monte Carmeli &c.* Dionyſius in explicatione ſpirituali illius capitis *Elias tam imperterritè & audacter reſpondit non formidans regem, à quo poterat trucidari, ſed eum conſtantiſſimè reprehendit. Hinc ad Ieremiam Dominus dixit Hierem. cap.1. dedi te in columnam ferream, & in murum æneum; & ad Ezechielem cap.3. ut adamantem & ſilicem poſui faciem tuam.* Eandem in dicendo efficaciam & virtutem paſſim oſtendit; ut fuſiùs in hoc opere oſtendetur: itaut meritò de illo dicat Eccleſiaſticus cap.48.v.1. *Surrexit Elias quaſi ignis, & verbum illius, quaſi facula ardebat.* Meritò Malachias cap.4. v.6. de eodem in ſecundo ſuo adventu vaticinatur. *Convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum.* D. Hieronymus ibi: *mittet dominus in Eliâ, qui interpretatur Deus meus, & eſt de oppido Thesbi, quod converſionem & pœnitentiam ſonat, omnem Prophetarum chorum, qui convertat cor patrum ad filios Abraham; videlicet & Iſaac, & Iacob, & omnium Patriarcharum; ut credant poſteri eorum ad Dominum ſalvatorem, in quem & illi crediderant.* De eâdem fortitudine D. Joannes Apocal. c.11. v.5. *Si quis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore ipſorum, & devorabit inimicos eorũ: & ſi quis voluerit eos lædere ſic oportet eum occidi.* Eandem in dicendo gratiã & virtutem exercitam fuiſſe ab Eliſæo, Micheâ, Jonâ, & aliis Eliæ diſcipulis, patet tum ex libris ſacris, tum à nobis dicendis.

II. *Joſephus Antioc.*

Hæc in dicendo fortitudo ad poſteros transfuſa eſt. Joſephus Antiochenus (ut præfatum eſt) Apoſtolis Coætaneus fuit, in ſpeculo perfectæ militiæ primitivæ cap.12. ſeu 72. *Perfectorum militum Chriſti, Apoſtolorum coadjutores ſurrexerunt viri ſtrenuiſſimi, ſolitarii, contemplationi dediti, ſanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſæi ſequaces, qui de monte Carmeli deſcendentes per Galilæam, Samariam, & Paleſtinam fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt.* Non tantùm vocat eos ſtrenuiſſimos ſed & conſtantiſſimos in ſemine verbi divini diſſeminando. Sigebertus Gemblacen. ei ſubſcribens. *Cùm Carmelitæ in ſanctâ pœnitentiâ perſeveraſſent à tempore ſanctorum Eliæ & Eliſæi Prophetarum, tandem Chriſtum prædicantem audierunt. Qui religioſi fidem Catholicam confitentes in Chriſto baptizati ſunt. Deinde perſeverantes in doctrinâ Apoſtolorum habentes gratiam ad omnem plebem veritatis Evangelicæ nuncii fideles, & religionis Chriſtianæ legitimi confeſſores effecti ſunt.* Quæ eſt illa gratia ad omnem virtutem? non tantùm eſt notitia veritatis Evangelicæ ſed virtus dicendi, ſeu potentiam ſermonis. Quod confirmãt hæc verba. *Legitimi Confeſſores*, ideſt non tantùm veraces, ſed ferventes & conſtantes divini verbi profeſſores. ut videre eſt apud Joannem Bonifacium lib. 2. de hiſtoriâ Virginis cap. 1. *Neque ſolùm ſe Apoſtolorum benevolos, & dociles auditores, ſed etiam adjutores præbuerunt. Et cùm ex monte Carmelo deſcendiſſent, Chriſti fidem per Galilæam, Samariam, & Palæſtinã univerſam conſtantiſſimè prædicaverunt.* Sic tanta ſemper fuit in Apoſtolis dicendo efficacia, ut D. Petrus Act.c.2. primâ cõcione Apoſtolicâ tria hominum millia converterit: & ita deinceps non tantùm in Petro, & Apoſtolis, ſed etiam in viris Apoſtolicis hæc verbi virtus & efficacia patuit, quam Vates Regius tonitruo, & rotæ volanti comparat Pſalm. 76. v. 17. *Ah increpatione tuâ fugient, à voce tonitrui tui formidabunt*, ideſt tanta efficacia

Dionyſ. *Eccleſ. 48.v.1.* *Apocal. 11.v.5.* *Pſal.76 v. 17.*

Digitized by Google

efficaciâ vitia increpabis,& peccatores corripies,ut illi ita formidine feriantur quâ aliqui audito tonitru, visâ rotâ agitatâ ab eâ recedunt, nè illius motu statim in partes discerpantur. Titelmãnus in elucidatione explicat ad litteram hæc verba de Ægyptiis. *Vbi* (inquit) *populus tuus pertransisset, insequentibus illum hostibus cum fragore magno & impetu redierunt aquæ te jubente in statum pristinum, & factus est sonitus magnus aquarum impetu suo recurrentium,ut opprimerent atque obruerent hostes populi tui, occurreruntq; mugitu magno Ægyptiis persequentibus dissolutæ aquæ, & involverunt illos in impetu fluctuum suorum. Insuper & de nubibus sonitum terribilis tonitrui fecisti procedere in terrorem & conturbationem persequentium. Nam & fulgurationes quas tu ejaculabaris è nubibus, tanquã sagittæ ignitæ transierunt per medium eorum, cum terrore maximo, apparueruntq; fulgura terribilia, & coruscationes horribiles, sonitus terribilis tonitrui in rotis curruum Ægyptiorum apparuit: dum per tonitrui tui impetum rotæ curruum illorum subversæ sunt, ut per præceps ferrentur in profundum rubri maris*, &c. Idem ad intentum nostrum mysticè explicans, ait: per aquas intelligi populos multos, per abyssos aquarum corda profunda iniquitatibus,per vocem nubiũ, vocem Apostolorum, per sagittas Dei, verba efficacia Prædicationis Apostolicæ, per vocem tonitrui in rotâ prædicationis vocem, per circuitum orbis excurrentem: per coruscationes, miracula, quibus doctrina Evangelica fuit confirmata. *Possunt* (inquit in annotationibus) *mysticè intelligi de liberatione tempore gratiæ facta de manu diaboli, & de mirabilibus per Christum in tempore gratiæ ad Ecclesiæ edificationem exhibitis: sicq; aquæ ipsæ accipientur populi multi: aquarum abyssi conturbatæ, corda profunda iniquitatibus,commota ad pœnitentiam: Vox nubium, vox Apostolorum: Sagittæ Dei verba efficacia prædicationis Apostolicæ: Vox tonitrui in rotâ eadem vox Evangelicæ Prædicationis per orbis circuitum discurrens: Coruscationes miracula, quibus Evangelica doctrina fuit confirmata.* Eidem arridet Dionysius. *Vox tonitrui tui in rotâ, ideſt voces tonitruorum tuorum, videlicet sermones Apostolorum processerunt in omnem mundi circuitum, & in fines orbis terrarum: dicuntur enim Apostoli tonitrua (propter eminentissimam altitudinem prædicationum suarum. Vnde & Christus in Evangelio Marci cap. 3. Ioannem & Iacobum filios tonitrui legitur appellasse. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ, ideſt virtutes & gratiæ, atque miracula, quæ contulisti Apostolis & reliquis Sanctis, manifestata sunt universis hominibus, te Domino sermone illorum confirmante: commota est & contremuit terra, ideſt habitantes in terrâ ex prædicatione atque prodigiis Apostolorum ac reliquorum Apostolicorum virorum diversimodè moti sunt, & tremefacti, videlicet ad admirationem, ad pœnitentiam*, &c. Per illa verba: *Diversimodè moti sunt*: innuit efficaciam verbi divini: non tantùm in hoc vel illo homine, sed in multis, imò in toto orbe. Accedit D. Augustinus in illum Psalmum; ubi acutissimè ac ingenuosissimè sic explicat. *Per abyssos intelligetis profunditates conscientiæ humanæ. Per nubes, Apostolos & Prædicatores veritatis: inde sonitus aquarum, inde abyssorum perturbatio, quia vocem dederunt nubes. Quæ nubes? Prædicatores verbi veritatis. Quæ nubes,de quibus minatur cuidam vineæ Deus, quæ pro uvâ fecit spinas, & dicit Isaiæ cap. 5. Mandabo nubibus meis, nè pluant super eam imbrem.* Quid intelligit per sagittas transeuntes? Prædicationis Evangelicæ migrationem à Judæis ad Gentiles. Idem Divus Augustinus. *Apostoli relinquentes Iudæos ierunt ad gentes; in omnibus gentibus vocem dederunt nubes prædicando Christum. Vocem dederunt nubes etenim sagittæ tuæ pertransierunt.* Vel per pertransierunt, intelligit verbum prædicationis Evangelicæ non solis auribus insonuisse, sed ipsa corda efficaciter penetrasse. *Quid est pertransierunt? Non in auribus remanserant, sed corda transfixerant.* Per rotam accipit orbem terrarum. *Orbis terrarum est rota. Nam circuitus orbis terrarum meritò & orbis dicitur, unde etiam brevius rotella*

Titelm.

Dionys.

August.

orbiculus appellatur. Vox tonitrui tui in rotâ, apparuerunt fulgura tua orbi terrarum. Nubes illæ in rotâ circumiverunt tonando & coruſcando. Abyſſum commoverunt, præceptis tonuerunt, miraculis coruſcaverunt. In omnem enim terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ, verba eorum. Commota eſt, & contremebunda facta eſt terra, ideſt omnes qui habitant in eâ. Non miraris fortitudinem vocis Apoſtolicæ, quæ commovit, & tremefecit non unum atque alterum hominem, ſed univerſum orbẽ? Quod Hæretici de ſuis dogmatibus probare non poſſunt. Hæc enim uno loco tantùm & Provinciâ circumſcribuntur.

CHARACTER DECIMUS.

Doctrina ſalutaris & pura.

I. QUOD Carmelitici inſtituti ratio ſit à Deo ex eo patet, quod leges ejus ſint ſanctæ. Eas à Deo inſpiratas fuiſſe Eliæ paſſim teſtatur Joannes 44. Patriarch. in lib. de inſtitut. Monach. His addo teſtimonium Comitis Antonii Montecatini in Conſiſtoriali aulâ Advocati, qui corã S.mo Urbano VIII. in publico Conſiſtorio anno 1629 pro canonizatione S. Andreę Corſini ordinis noſtri poſtulandâ, in hæc verba prorupit. *Sapienter ille quidem hanc ſibi præ cæteris religioſam familiam ſelegit, quæ tam originis antiquitate, quam vel ab ipſis Prophetis Eliâ atque Eliſeo repetit, tum inſtituti integerrimi ſanctitate, tum illuſtrium vitâ doctrinâq; virorum copiâ in Chriſtianâ republicâ floruit, ſemper ac magis, magisq; floret in dies.* Hæc verba *Inſtituti integerrimi ſanctitate:* denotant exquiſitam ſanctitatem, quam illius Ordinis conſtitutiones & regulæ præ ſe ferunt, & docent. Quo Eccleſiæ leges & ordinationes tendunt, niſi ut populos à veritate & virtute alienos Chriſto conciliet? De iis ita Iſaias vaticinatur c. 2. v. 2. *Et erit in noviſſimis diebus præparatus mons Domini in vertice montium, & elevabitur ſuper colles & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent, venite aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis ejus, quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem.* Per montem & domum Dei Interpretes paſſim intelligunt Eccleſiam, in quâ Deus docet vias ſuas, ideſt præcepta ſua, & ſemitas ſuas, ideſt Conſilia Evangelica. Hugo Cardinalis explicãs illa verba. *Docebit nos vias ſuas & ambulabimus in ſemitis ejus, quia de Sion, &c. Ecce* (inquit) *Ordo Prædicatoris, primò debet docere, ſecundò ambulare, non ſolùm viaspræceptorum, ſed etiam conſiliorum.* Quibus innuit quod lex Domini ſit ſancta, & immaculata, & convertens animas. Idem oraculum habet Michæas cap. 4. v. 1. ſed fuſius & explicatius. *Et erit in noviſſimo dierum mons domus Domini in vertice mõtium & ſublimis ſuper colles, & fluent ad eum populi, & properabunt gentes multæ, & dicent venite aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos de viis ſuis, & ibimus in ſemitis ejus: quia de Sion exibit lex & verbum Domini de Ieruſalem.* Dionyſius hæc verba ita litteraliter explanat. *In ultimâ mundi ætate quæ à præcurſore incæpit, de quâ dicit Ioannes 1. Epiſt. cap. 2. Noviſſima hora eſt. Et Paulus 1. Corinth. cap. 10. Nos* (inquit) *ſumus, in quos fines ſæculorum devenerunt mons Domini, mons Sion, in quo templum erat conſtructũ ſublimiter honoratus, in vertice montium, non per locorum mutationem, aut corporalem erectionem, ſed per divinorum miraculorum excellentiam. Quoniam ipſemet Chriſtus in hoc monte converſatus eſt, prædicavit, ultimam cænam fecit, Corpus ſuum & Sanguinem conſecravit, ad diſcipulos januis clauſis introivit, Spiritum ſanctum miſit, multa quoque fecit prodigia in templo ſito in monte iſto, idcircò mons iſte ſublimatus eſt ultra montem Thabor, vel quemlibet alium, præſertim ob Chriſti corporalem in eo præſentiam: propter quod (ut in Aggæo dicitur cap. 2.) Major fuit gloria ſecundi templi, quàm primi. Et erit ſuper montes minores, in quibus tamen aliqua eminentia opera facta ſunt. Et populi converſi ad fidem locum hunc ex devotione viſitabunt propter opera Chriſti in eo patrata: Et quoniam ibi congregata fuit, & ſpiritum ſanctũ recepit primitiva Eccleſia, & properabunt ad eum Gentiles*

Ioannes 44.

Iſaias c. 2 v. 2.

Hugo.

Michæ. c. 4. v. 1.

Gentiles conversi se mutuò cohortando, consueverunt ex gentilitate conversi omnia loca in quibus Christus conversatus fuit, ac passus devotissimè ac frequentissimè invisere, & Ecclesiam in Ierusalem congregatam. Secundò idem cum Divo Hieronymo illud oraculum exponit de Christo. Tandem tertiò explicat de Ecclesiâ militante. *Quæ* (inquit) *præparata est in vertice montium, quoniam major & excellentior fuit gratia data Ecclesiæ, quàm Synagogæ, vel Congregationi, quæ fuit ante legem, propter quod tempus Evangelicæ legis, seu novi testamenti per excellentiam tempus gratiæ dicitur. Paulus quoque de se & Coapostolis testatur Rom. c. 8. Nos ipsi primitias spiritus habentes. Deindè ad Ecclesiam omnes electi à principio evangelicæ prædicationis confluxerunt, quoniam extra illam nemo salvatur, & docebit Christus Evangelica documenta atque præcepta, quibus itur ad regnum cœleste. Hoc docuit Christus per Apostolos & adjutores, ac successores eorum: per illuminationem quoque occultam, & angelicam subministrationem. Et ibimus credendo, sperando, sanando benè agendo, adversâ quoque æquanimiter tolerando, in consiliis & doctrinis sequendo vestigia Salvatoris. Via enim ejus via pulchra, & omnes semitæ ejus pacifica. Ipsa etiam est via ac janua, quia Evangelium Christi primò ab Apostolis publicè & apertè prædicabitur in templo, sito in monte Sion, & inde promulgabitur ad omnia climata orbis, & prædicatio Evangelii de Ierusalem procedit ad alia loca.* Vides per verticem montium Ecclesiam intelligi, in quo Christus non alias leges, non alia documenta, non alia præcepta condidit, seu tradidit per se, per Apostolos, eorumque adjutores, & successores nisi sancta, quæ sternerent vias pulchas, & semitas pacificas ad cœlum.

II. De hac sanctâ lege & doctrinâ cœlesti suæ Ecclesiæ à Christo traditâ Vates Regius ita præcinit Psalm. 18. v. 8. *Lex Domini immaculata convertens animas testimonium Domini fidele sapientiam præstans parvulis.* D. Thomas. *Agit de lege veteri, quæ est per Christum impleta, & nova tradita. Et circa hoc duo facit, primò ostendit legis bonitatem, sive rectitudinem.* Et infra, *Est autem considerandum, quod de lege Domini dicit duo, & quod est immaculata, & quod est convertens, & potest ad utramque legem referri, scilicet novam & veterem, & ponuntur ad differentiam legis humanæ, in quâ quædam illicita permittuntur, sicut usura & prostibula: non enim potest omnia corrigere. Sed lex divina non est talis: sed immaculata, idest omnia excludens. Psalm. 11. Eloquia Domini, eloquia casta.* Job cap. 6. *Non invenietis in linguâ meâ iniquitatẽ, nec in faucibus meis stultitia personabit.* Quàm manifestos errores, ac rectæ rationi difformes, quanta deliria, quantas sordes contineat secta Paganorum, Philosophorum, Judæorum, Hæreticorum, patet ex iis quæ D. Augustinus scribit in toto lib. 7. de Civitate Dei, Arnobius lib. 4. 5 6. 7. contra gentes, Minutius Fœlix in Octavio de cultoribus idolorum, Item Theodoretus in lib. de legibus, ubi ostendit legibus Scytharum vivos cum mortuis, à quibus dilecti fuerãt solitos sepeliri: legibus Hircanorum hominũ cadavera objici canibus: legibus Tabarenorũ senes dejici ex turribus altis: legibus Messagetarum moribundos & senes devorari à propinquis: legibus Lycurgi permitti adulteria: legibus Persarum nuptias incestuosas cum sororibus, filiabus, matribus: legibus Platonis, *quæ apud veteres videbantur omnium optima præscribi, laudari horrenda flagitia, ut nefandam libidinẽ, uxorum communionem, fœtuum extinctionem, infantium cædem & similia inhumanitatis genera.*

Psal. 18. *Thomas.* *Psal. 11.* *Iob. c. 6.*

III. Quantum ad Mahumetanos, Alcoranus cap. 5. c. 28. c. 47. c. 48. & alibi docet futuræ vitæ beatitudinem consistere in cibo, potu & uxorum copiâ. Cap. 2. Docet omnes Christianos, Judæos, Turcas, posse salvari in suis legibus, si eas servent. Quantum ad Judæos modernos, *Talmud* quæ est ipsorum verbum Dei non scriptum, continet plures errores, quos refert Xistus Senensis lib. 2. Bibliothecæ sanctæ. Rabbi Salomon (qui tanti fit apud Judæos) ad illa verba Genesis c. 2. v. 23. *Hoc nunc os ex ossibus meis.* Ait Adamum carnalem coitum habuisse cum omnibus bestiis, & feris, suamque libidinem explere non potuisse, nisi cum Evâ

conveniret. Idem in c. 28. v. 11. Num. ad illa verba: *In Kalendis autem offertis holocauſtum Domino*, ait, ejuſmodi holocauſtum præceptum eſſe in die novi lunii pro peccato quod Deus perpetravit minuendo lumen lunæ. Cujus fabulæ idem meminit in cap. 1. Geneſis ad illa verba v. 16. *Duo luminaria magna.* Idem Rabbi in cap. 4. Deuter. docet Adamum fuiſſe tam procerum, ut capite cœlum attingeret. Videri poſſunt aliæ ineptiæ in libris Judæorum.

IV. Quoad hæreticos veteres, legendus D. Epiphanius hæreſi 26. de Gnoſticis; qui permittebant ſcortationes, & omnem luxuriam, modò vitaretur conceptus. Quod ſi caſu conceptus ſequebatur, extrahebant de utero prægnantis, & contuſum in mortario ac melle ac pipere conditum devorabant, & hoc modo jactabant ſe magnum Paſcha celebrare. Idem S. Epiphanius hæreſi 27. ait Carpocratianos docuiſſe quod unuſquiſque teneretur ad omnia flagitia perpetranda. Quod ſi moriens non perpetraſſet, toties ad corpora remitti, donec ſcelerum menſura foret impleta: quam opinionẽ firmabant hoc loco Evangelii: Matt. c. 5. v. 26. *Nõ exies indè, donec reddas noviſſimũ quadrantẽ.* *Matth. cap. 5. v. 26.*

D. Auguſtinus hæreſi 26. narrat Montaniſtas ſolitos facere ſacrificium ex ſanguine infantis anniculi, quem exprimebant inhumaniſſimè inflictis minutis vulneribus per aciculos æreos. Idem ex D. Auguſtino hæreſi 46. docebant non eſſe majus peccatum hominem occidere, quàm folium præcidere de arbore: item quod partes divinæ eſſentiæ tenerentur captivæ à principibus tenebrarum, & ex his aliquas liberari, alias ſuppliciis affici. Idem D. Auguſtinus hæreſi 50. & Theodoretus lib. 4. de hæreticis fabulis narrãt Donatiſtas ſolitos ſe præcipitare, vel in ignem ſe conjicere, vel in aquis perfocari, ut martyres efficerentur: imò ſolitos minari mortem, iis qui eos nollent interficere. Plura alia tam de veteribus, quàm modernis hæreticis videri poſſunt apud Gualterium in ſuâ Chronologiá, & ex iis quæ progeſſu operis referemus ac refutabimus.

V. D. Thomas in Pſalmum 18. citatum affert aliud diſcrimen inter legem humanam & Chriſti ſuæ Eccleſiæ datam quod *Lex humana non extendit ſe niſi ad ea, ad quæ ſe habet judicium humanum, ſcilicet tantùm ad exteriora, lib. 1. Reg. cap. 16. Homo videt quæ apparent, Deus autem intuetur cor, & ideò lex humana retrahit ab exterioribus, licet divina lex convertat ad Deum: & ideò dicit convertens non tantùm exteriores actus, ſed & animas*, ideſt ad ſanctificationem inducit. Deindè conſequenter oſtendit diſcrimen inter legem veterem & novam: quod *Lex vetus faciebat imperfectè, lex nova perfectè. Quia lex vetus cohibet per pœnas temporales, quæ coercent manum. Sed lex nova cohibet per pœnas æternas, quæ coercent cor.* Iterum affert diſcrimen inter legem & doctrinam humanam & divinam. *Continentur autem in lege tria; teſtimonia, judicia, & præcepta. Teſtimonia quia lex divina procedit ex neceſſitate, ſuper aliquâ credulitate, Hebr. c. 11. Accedentem ad Dominum oportet credere. Et ideò neceſſaria ſunt teſtimonia, per quæ fides recta hominibus probetur, & ita in ea ſint teſtimonia & ceremoniæ. Et dicit de iis duo, quod teſtimonia ſive præcepta habent aliquid fidele, nec ſapientiam præſtant. Non fidele, quia antiquitus conſixerunt in legibus quædam falſa ſecundum quod videbatur eis ad utilitatem civitatum, ſicut quod quidam homines nati ſint ex Diis, ut conciperent magnos animos; & quod benè regentes transferebantur ad Deos, ut animarent ad bonum reipublicæ. Sed teſtimonium Domini, ideſt doctrina, ſeu mandatum Domini eſt fidele, ideſt habet veritatẽ: ſed illud ſcilicet doctrina illorum eſt falſa. Pſal. 92. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. Et hæc ideò eſt, nam lex illa ordinat ea, quæ ſunt in vitâ iſtâ tantùm. Sed lex divina ordinat ad futuram vitam. Rom. c. 8. Non ſunt cõdignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis. Teſtimonia propriè dicuntur in lege: illa, quæ generãt authoritatem præcipientis in corde ſubditorum: ut quod Deus ſit unus, quod ſit Creator cœli & terræ & hujuſmodi. Et quia cæremonialia præcepta ſunt ex ſolâ authoritate divinâ debita, poſſent dici teſtimonia. Præcepta verò moralia fundantur in debito unionis omnis virtutis.* *Thomas.*

Romana

Digitized by Google

VI. Romana autem Ecclesia religiosissimè observat hæc testimonia & præcepta tam cæremonialia quàm moralia; ut fusè probant contra Infideles Justinus in utrâque apologiá, D. Augustinus passim in libris de civitate Dei, D. Thomas in lib. contra gentes, Arnobius lib. 1. *Tertull.* 2. & 3. contra gentes, Tertullianus in apologiâ contra gentes passim. Hunc audiamus cap. 36. *Nullum bonum sub exceptione personarum administramus quia nobis præstamus, qui non ab homine aut laudis, aut præmii expensum captamus: sed à Deo exactore & remuneratore, indifferentis benignitatis. Idem jumus Imperatoribus qui & vicinis nostris. Malè enim velle, male facere, malè dicere, male cogitare de quoquam ex æquo vetamur.* Quasi diceret nihil indecorum, nihil inhumanum, nihil irrationabile facimus, dicimus, cogitamus: imò hæc omnia nobis strictissimè prohibentur à Christo, & ab ejus sponsâ Ecclesia: undè sancta denominatur. *Credo Ecclesiam sanctam*, arridet D. Au- *August.* gustinus lib. 2. de civitate cap. 28. *Ab istarum immundissimarum potestatum tartareo jugo, & societate pœnali erui per Christi nomen homines, & in lucis saluberrimæ pietatis ab illâ perniciosissimæ impietatis nocte transferri queruntur: Et murmurant iniqui & ingrati, & illo nefario spiritu altiùs obstrictiusq; oppressi: quia populi confluunt ad Ecclesias castâ celebritate, honestâ utrjusque sexus discretione. Vbi audiunt quam benè hic ad tempus vivere debeant, ut post hanc vitã beatè semperq; vivere mereantur. Vbi sancta scriptura, justitiaq; doctrina de superiore loco in conspectu omnium personante, & qui faciunt audiant ad præmium, & qui non faciunt ad judicium. Qui etsi veniunt quidam talium præceptorum irrisores, omnis eorum petulantiâ, aut repentinâ immutatione deponitur aut timore, vel pudore comprimitur. Nihil enim eis turpe, aut flagitiosum spectandum, imitandumq; proponitur, ubi veri Dei aut præcepta insinuantur, aut miracula narrantur, aut dona laudantur, aut beneficia postulantur.* Breviùs lib. 22. cap. 7. ubi in Ecclesiâ nascente legebantur præcopia præcedentium prophetarum concurrebant ostenta virtutum, & persuadebatur veritas nova consuetudine non contraria rationi: donec orbis terræ, qui persequebatur furore, persequeretur fide.

CHARACTER XI.

Miracula.

NON mediocriter Miracula conferunt ad demonstrandum aliquid non humanâ industriâ, sed divino planè instinctu esse conditum & institutum. Quia illa miracula nequeunt fieri nisi Dei virtute: & Deus nequit esse pater nec testis mendacii. Sic Exodi c. 4. v. 1. Cùm Moyses à Deo mitteretur ad populum Israel respondisse fertur Domino: *Non credent mihi, neque audient vocem meam:* ideſt non acquiescent verbis meis, nisi fortè pauci: reliqui erunt ad credendum difficiles. Quæ media Deus illi subministravit, ut tali incommodo occurreret, majorq; fides verbis Moysis adhiberetur: dat illi potestatem edendi miracula. v. 2. *Dixit ergo ad eum quid est, quod tenes in manu tua? respondit, virga. ait Dominus projice eam in terram. Projecit, & versa est in colubrum, ita ut fugeret Moyses. Dixitq; Dominus extende manum & apprehende caudam ejus. Extendit ac tenuit, & versus est in virgam. Vt credant* (inquit) *quòd apparuerit tibi Dominus Deus patrum tuorum &c.* Dionysius: *ad hoc ipse* *Dionys.* *Deus fecit, & demonstravit signum hoc Moysi; quatenus Moyse illud coram filiis Israel faciente, ipsi crederent Deum verè ipsi Moysi apparuisse, eumq; misisse ad eos.* Cui subscribens Tostatus in illud cap. *Tostatus* 4. Exodi. *Hoc signum ideò feci ut tu etiã facias coram eis, & sic; credant omnes, quòd ego Deus eorum miserim te. Quod satis concluditur quia convertere subitò rem unius speciei in rem alterius speciei infinitæ potentiæ est: quæ Deum solum operantem necessariò arguit. Nam ad hoc naturalis causa nulla sufficeret. Cùm ergò aliquis missus à Deo ista faceret, cùm Deus nunquam mentiatur, nec falsitati testimonium perhibeat, quæcumque aliquis dicat confirmans ea tali signo necessarium est esse vera.* I.

Supra diximus duplicem esse Carmelum; alterum in Tribu Juda ad australem plagam in deserto Maon, juxta II.

urbem ejuſdem nominis à quo Nabal conjux Abigaelis nomen accepit. lib. 1. Reg. cap. 15. v. 12. Ubi & Saul percuſſo Amalec fornicem triumphalem ſibi erexit. Alterum Carmelum in regno Iſrael inter Phœnicem & Paleſtinã circa mare mediterraneum. Quod autem Elias hunc Carmelum elegerit pro ſui ordinis inſtitutione, & veræ fidei confirmatione, ex eo ſpecialiter probatur: quod hic locus pluribus Eliæ miraculis illuſtris & teſtis fuit. Ibi enim glorioſiſſimam victoriam contra pſeudoprophetas reportavit igne in victimam ſuam emiſſo. Ibi præcepit ut præfati pſeudoprophetæ ducerentur ad torrentem Ciſon, & ibi delerentur. Pluviam ibi obtinuit poſt triennalem ſiccitatem. Duos quinquagenarios igne cœleſti abſumpſit. Audi Joannem 44. lib. de Inſtit. Monach. c. 20. *Teſtante ſacrâ libri regnorum hiſtoriâ, dum populus Iſrael ſimul cum rege Achab eorum fuiſſet per prophetas Baal ſeductus, & Deo vero derelicto ad colendum Baal deditus: tunc Elias zelum Dei in præcordiis gerens & de populi tranſgreſſione dolens, congregato univerſo populo cum rege in hoc monte Carmeli mirũ judicium eis propoſuit: videlicet, quod Baal à populo Deus reputaretur, ſi ſuos prophetas ei in hoc monte ſacrificaturos ita exaudiret: ut ad vorandũ eorum ſacrificium de cœlo ignem mitteret: alioqui quod Baal à populo prorſus reſpueretur, & Deus Iſrael verus Deus à populo firmiſſimè crederetur: ſi Baal non valente per ignẽ ſuos prophetas exaudire, & Deus Iſrael ignem de cœlo mitteret ad vorandum ſacrificium quod Elias in hoc monte illi offerret. Cùmq; propoſito Eliæ populo placuiſſet, ſed Baal ſuper ſacrificio per ſuos Prophetas ſibi oblato ignẽ de cœlo mittere non poſſet. Tunc Elias in hoc mõte Carmeli altare Deo ædificavit: ubi ſacrificium offerens cunctis videntibus ignem de cœlo deſcendentem ad vorandũ ſuum holocauſtum à Deo Iſrael impetravit, ſicq; populũ Iſrael per prophetas Baal priùs in errore detentum ad unius veri Dei cultum in mõte Carmeli Elias tunc reduxit: Prophetas verò Baal qui populum ſeduxerant, nè iterùm ipſum deciperent, omnes in torrente Ciſon gladio interfecit. Amplius verò cùm Rex Achab & populus Iſrael per Prophetas Baal decepti tribus annis & ſex menſibus inceſſanter invocaent Baal pro pluviâ, tamen Baal in diebus illis pluviã dare nõ poterat, nec ſolvere verbum Eliæ, quod prædixerat lib. 3. Reg. cap. 17. Non erit annis his ros neque pluvia, niſi juxta oris mei verba. Ideo oſtensâ tanto tempore ipſius Baal impotentiâ, tandem claruit eis Dei Iſrael magna potentia. Quoniam Elias tunc fusâ in hoc monte Carmeli ad Deum Iſrael oratione, mox ab ipſo abundantem pluviam illi populo obtinuit. Præterea cùm Elias Ochoſiæ Regi Iſrael ægrotanti ſuos legatos remiſiſſet nuncians ei, quòd ideò meritò moreretur, quia ſpreto Deo Iſrael moliebatur ſuper ſuâ infirmitate conſulere Belzebub Deum Accaron. Rex de hâc deſtinatione nimiùm commotus, in Eliam nec ẽ ſpirans, ad eum in monte Carmeli Principem quemdam quinquagenarium miſit cum quinquaginta viris, ut ſi ſponte venire ad Regem renueret, eum invitum ducerent. Princeps ergò ille criminis Regis particeps, cum ſuis quinquaginta in Eliam bacchans eum ſedentem in vertice Carmeli hominem Dei irriſorie appellavit, cui & ſuperbè præcepit, ut de monte deſcendens ad Regem veniret. Elias autem intelligens in ſuâ perſonâ Deum verum per illos ſatellites inhonorari, ignem de cœlo ſuper montem Carmeli deſcendere fecit, qui Principem illum cum ſuis quinquaginta devoravit. Cùmq; Rex magis irâ accenſus alium Principem cum quinquaginta viris rurſum miſiſſet, Elias, ut priùs ignem de cœlo deſcendere fecit, qui eum cum ſuis quinquaginta in monte Carmeli combuſit. His itaque evidentiſſimus ignis & gladii indiciis monſtravit Elias hominibus incredulis, quòd ille eſſet verus Deus, quem ipſe in monte Carmeli colebat, & non Baal quem perfidus Rex Achab cum filiis Iſrael adorabat; neque Belzebub, ad quem Deo vero ſpreto ſacrilegus Rex Ochias mittebat. Quoniam ergò* (inquit idem Joannes cap. 21. ſequenti) *Elias præ cæteris eremis in quibus habitavit montem Carmeli tanquam commodiorem ad plantandam in eo propheticam religionem vitæ monaſticæ, & docendam meliùs & exercendam (ut dictũ eſt) elegit. Quem etiam montem præfatis miraculis clariſſimè decoravit. Quibus Deum Iſrael eſſe verum Deum palam populo oſtendit, & Baal falſum Deum reprobavit: ideò Eliſæus,*

Eliſeus, & cæteri Eliæ diſcipuli religioſi viri filii prophetarum, necnon eorum tam veteris quàm novæ legis ſucceſſores montem Carmeli in veneratione ſpeciali habentes ipſum aliis eremis eorum religioni commodis prætulerunt. Poſtea quàm miracula in Carmelo patrata commemoravit, refert duo motiva præcipua inſtituendæ ibi Carmeliticæ religionis. Primùm eſt commoditas illius: ſecundùm miracula: & ſubdit quòd motivum miraculorum præponderarit commoditati loci. Et confirmat ex hoc quòd Eliſæus & cæteri diſcipuli illum montem ſpeciali veneratione coluerint: quia ſcilicet tantis miraculis fuit illuſtris, ut aliis eremis prætulerit: quia ſcilicet tales eremi non tot miraculorum teſtes fuerunt.

II. Ex quo motivo Eccleſia Romana præ aliis congregationibus præferenda eſt? quia Deus in ea multa miracula fecit, quæ in aliis patraſſe non conſtat: hoc argumentum Chriſtus ſubminiſtravit Apoſtolis ad probandam ſuam miſſionem, fidem quam prædicabant, & Eccleſiæ à ſe inſtitutæ veritatem. Marci cap 16. v. 16. *Signa eos qui crediderint hæc ſequentur in nomine meo dæmonia ejicient &c.* D. Gregorius homil. 29. hæc verba ponderans ait: *Hæc neceſſaria in exordio Eccleſiæ fuerunt. Ut enim ad fidem creſceret multitudo credentiũ miraculis fuerat nutriendæ: quia & nos cum arbuſta plantamus, tamdiu aquam infundimus, quo uſque ea in terrâ jam coaluiſſe videamus.* Unde idem D. Marcus differens de Apoſtolis ſic à Chriſto miſſis. v. 20. *Illi autẽ* (inquit) *profecti prædicaverunt ubique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.* Dionyſius, *Apoſtoli profecti in omnem terram ſecundùm diſpoſitionem divinam predicaverunt principalibus partibus orbis, quemadmodum Chriſtus legitur eis dixiſſe act. cap. 1. Eritis mihi teſtes in omni Judæâ, & Samariâ & uſque ad ultimũ terræ. Prædicaverunt ergò ubique, videlicet Petrus in Italiâ, Paulus in Græciâ, Andreas in Achaiâ, Joannes in Aſiâ, Jacobus major in Hiſpaniâ, Philippus in Scythiâ, Bartholomæus in Armeniâ, Matthæus in Æthiopiâ, Thomas in Indiâ, Jacobus minor in Jeruſalem, Simon & Thadæus in Ægypto, Matthias in Judæâ, Domino cooperante, qui operatur in nobis ſecundùm Iſajam cap. 26. velle & perficere pro bonâ voluntate: & ſermonem Evangelicæ prædicationis verum eſſe monſtrante ſequentibus ſignis, quæ fecit per ſanctos Apoſtolos. Unde dicit Apoſtolus ad Philippenſes cap. 2. Quomodo effugiemus ſi tantam neglexerimus ſalutem, quæ in nos confirmata eſt conteſtante Deo ſignis & portentis, & virtutibus, & Spiritus ſancti diſtributionibus. Et rurſus ſermo meus non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis, ut fides noſtra non ſit in ſapientiâ hominum, ſed in virtute Dei, cujus teſtimonia credibilia facta ſunt nimis. Nam quantò Catholica fides in ſeipſâ incomprehenſibilior mirabiliorq; conſiſtit, tantò divinitas approbata, & confirmata eſt ſignis pluribus atque majoribus, ut ſimus ſemper immobiles in fidei veritate.* Arridet D. Auguſtinus lib de veritate credendi, cap. 16. *Facta igitur ſunt illa miracula opportuniſſimè, ut iis multitudine credentium congregata, atque propagata in ipſos mores utilis converteretur auctoritas.* Ecce quomodo miracula ad propagationem fidei & Eccleſiæ conferant, & iis viſis fideles reddantur magis immobiles, & in fide conſtantiores.

Id probat Joannes 44. Patriarch. lib. III. de Inſtitut. Monach cap 37. de filiis Prophetarum. Poſt Chriſti aſcenſionem, & miſſionem Spiritus ſancti in Apoſtolos. *Ut autem* (inquit) *vehementiùs religioſos attraheret, cognominans eos proprio titulo, quem à prophetis traxerant act. cap. 3. vos eſtis filii prophetarum & teſtamenti, quod diſpoſuit Deus ad patres noſtros &c. Igitur religioſi præfati viſo miraculo claudi, & audito ſermone Petri intellexerunt, quòd ſicut Chriſtus ſuo nomine per Petrum invocato dederat integram ſanitatem claudo, ita illos baptizabat in igne, & Spiritu ſancto, ſuper quos effundebant Apoſtoli aquam, nomen ejus ſanctum invocando. Hinc ergò perpenderũt quod ideò Joannes Baptiſta dixerat eis propheticè, ille vos baptizabit in Spiritu ſancto & igne, Matth. cap 3. Quia ſuper quos Apoſtoli aquam effundendo invocabant nomen Chriſti, Jeſus illos baptizabat tribuens illis Spiritum ſanctum in ſpecie ignis de cælo miſſi. Quamobrẽ crediderunt perfectè in Jeſum, & cum eis multi eorum qui audiverant Petri verbum, quorum numerus fuit quinque millia hominum &c.* Hic duo perpendenda ſunt primùm hæc verba: *Ut autem vehementiùs religioſos attraheret &c. Igitur religioſi præfati viſo miraculo*

claudi

Marci c. 15. v. 16. *Gregor.* *Dionyſ.* *Auguſt.* *Joannes 44.*

claudi quamobrem crediderunt perfectè in Iesum.

V. Quæ miracula ad fidem corroborandam, & Ecclesiam firmiùs radicandam non tantùm in primitivâ Ecclesiâ facta sunt, sed etiam postea in omnibus sæculis sequentibus; quæ fusè videri possunt apud D. Augustinum lib. 22. de civitate c. 8. Bellarminum tom. 2. lib 4. cap. 14 de notis Ecclesiæ, Franciscum Verron 2. part. controvers. cap. 17. & alios. Et hâc ratione probari potest: quia cum omnibus sæculis Ecclesia suos sanctos produxerit, etiam miraculis claruit. Vix enim quisquam sanctus est, qui miraculis suam sanctitatem non confirmet.

VI. Quemadmodum Deus religionis Catholicæ & sedis Romanæ veritatem quibusdam miraculis probavit, ita hæreticis dogmatibus brevi illam impugnandam quibusdam miraculis prænunciavit. Solam hæresim Arianam (quæ totum ferè orbem infecit) huc in medium producamus. S. Athanasius scribit in vitâ sancti Antonii fuisse revelata sanctissimo illi Anachoretæ horribilia mala, quæ ex Arianismo Ecclesia passura erat: ex quâ præscientiâ futurarum calamitatum ille sanctus nullum unquam Arianum ad montẽ suum ascendere passus est. Sed quotquot illâ peste laborantes ad illum montem accedebant, fugam arripere cogebat. Gregorius Nyssenus in oratione de laudibus Gregorii Thaumaturgi narrat, quòd quinquaginta annis antequam Arius sua dogmata proderet P. V. cum sancto Joanne Evangelistâ apparuit præfato Gregorio Thaumaturgo: cui S. Joannes jussu Beatissimæ Virginis dedit fidei confessionem in hæc verba: *verbum Deus verus, æternus, invisibilis, increatus, & Trinitas consubstantialis.* Beda & Ado in Martyrologio 25. Novembris scribunt, quòd dum hæresis Ariana serpere inciperet, apparuit Christus scissâ veste à summo usque deorsum sancto Petro Alexandrino Episcopo & Martyri in carcere detento. Cùmque ab eo S. Petrus scisciteretur quid istâ lacerâ ac scissâ veste significare vellet; Christus respondit: Arius hoc fecit, quia populum meum à me separavit. Idem S. Athanasius in epistolâ ad Serapionem fratrẽ narrat quòd priùsquam Arius suam hæresim omninò proderet jurejurando affirmasse Constantino Imperatori se Catholicã fidem colere: cui Constantinus respondit: *Si recta est fides tua rectè juraſti: si autẽ impia est, & tamen juraſti, Deus pro juramento condemnet.* Paulò post cùm Arius vellet templum ingredi, sanctus Alexander Episcopus Constantinopolitanus oravit Deum, ut si permitteret Ario ingressum in templum, sibi subitam mortem inferret: si verò suæ Ecclesiæ calamitatis proximæ compateretur ipsum Arium à vivis tolleret quod factum est. *Ipse Dominus* (inquit S. Athanasius) *vindicem se præbens Arianam hæresim condemnavit.* Quâ ratione? referunt idem S. Athanasius orat. 1. contra Arianos, Ruffinus lib. 10. historiæ cap. 13. Gaudentius epist. ad Paulum, Epiphanius hæresi 68. & 69. Quod Arius Constantinopoli subitâ ventris solutione correptus omnia intestina cum vitâ effudit. Amphilochius in vitâ S. Blasii narrat, quòd cùm quæstio esset de quâdam Ecclesiâ an oporteret eam à Catholicis vel Arianis possideri, S. Basilius obtulit ut illud templum firmissimis repagulis obstrueretur, & eis concederetur, qui secundùm ritum & fidem suam orantes solo verbo nullâ vi aliâ aperirent. Hâc conditione acceptâ Ariani more Baalitarum, juxta ritum suum & fidem orarunt: sed frustra. Postea Basilio cum Catholicis orante, quasi si tonitru auditum fuissent statim fores templi apertæ sunt. D. Augustinus lib. 9. confessionum cap. 7. scribit quòd ad Arianorum confusionem Deus revelavit S. Ambrosio, (quem & Catholicos Justina Imperatrix Ariana cum suis persequebatur) corpora incorrupta sanctorum Martyrum Gervasii & Protasii (& per ea cœcos illuminavit, aliaq; multa miracula edidit: quæ ut ipse D. Ambrosius serm. de sanctis Gervasio & Protasio ait:) Ariani calumniabantur quantùm poterant. Ruffinus lib. 11. historiæ cap. 4. narrat, quòd cùm Lucius Episcopus Arianus ubique persequeretur Catholicos quidam monachi miracula patrabant his tantùm verbis: *In nomine Iesu quem Lucius persequitur, surge & ambula.*

Athanasius

Gregor. Nyssen.

Beda & Ado.

Athan.

Gaudentius.

Epiphanius.

Basilius.

August

Victor

VII. *Victor Vticens.* Victor Vticensis lib. 1. de persecutione Wandalicâ refert, quod cùm Sancti Martyres pro fide Catholicâ ab Arianis flagellarentur usque ad ossium denudationem, sequenti die visi sunt miraculosè incolumes. Idem lib. 2. ait S. Eugenium cœco visum restituisse, dum Catholici ab Arianis vexarentur. Idem lib. 3. scribit jussu Regis Ariani fuisse aliquot Catholicis linguas radicitùs evulsas, & nihilominus eos deinceps semper optimè locutos. Divus Gregorius lib. 3. Dialogorum cap. 32. narrat se etiam hoc audivisse ab aliquo Episcopo sene, qui unum ex illis Catholicis sic elinguem perfectè loquentem viderat. D. Gregorius eodem libro 4. c. 29. 30. & 31 refert, quod cùm quidam Episcopus Arianus Spoleti templum sancti Pauli vellet ingredi, suisque ritibus eam consecrare, seu potius prophanare intenderet, Catholici id veriti templum omnibus luminibus extinctis studiosissimè clauserunt: Cùmque Arianus cum suis accederet, portarumque seras effracturus esset, statim omnes portæ cum magno impetu patuerunt, lampadesque cœlesti lumine accensæ sunt, & ipse Episcopus cœcitate percussus est: quo facto nullus Arianus templum ingredi ausus est: sed confusi suum cœcum Episcopum domũ suam reduxerunt. Idem Sanctus Gregorius cùm templum quoddam Arianorum ingressus illud sanctorum reliquiis introductis reconciliasset, illicò dæmon sub specie Suis egressus est, altare nube lucidissimâ cœlitùs emissâ obtectum est: lampades divinitùs accensæ, totusque locus ille suavi odore perfusus est. In Hispaniâ Hermenegildo jussu Patris Ariani interfecto, Deus ejus fidem miraculis probare voluit: nam nocturno silentio psalmodiæ cantus ad ejusdem Martyris corpus audiri cœperunt, lampades accensæ visæ sunt. Fortunatus scribit S. Hilarium exilio relegatum in quandam Insulam hanc solo imperio, & præsentiâ à serpentibus liberasse, mortuumque ad vitam revocasse.

VIII. *Sulpitius* Sulpitius narrat S. Martinum Arianis constantissimè restitisse, publicè tamen virgis cæsum, & à patriâ expulsum. Plura alia patrata præsentibus Sanctorum reliquiis refert Bozius lib. 15. ferè per totum. Licet tamen quotidie innumerabilia patrarentur miracula. Gregorius Turonensis lib. 2. hist Franc. cap. 3. habet quod cùm in Africâ quidam Patriarcha Arianorum nomine Cyrola Catholicos infestaret, Sancti verò Episcopi Eugenius, Longinus, & Vindemialis varia miracula patrarent; Præsul ille hæreticus etiam miracula edere conatus est: in quem finem quinquaginta aureos numeravit cuidam ut se cœcum simularet, opemque Cyrolæ imploratet. Quem accedens Cyrola, & oculos ejus tangens, imperavit, ut videret, in signum dogmatis quod ipse prædicabat: sed ille mendicus statim tanto ardore suos oculos accendi sensit, ut coactus fuerit eos manu comprimere, nè exilirent è fonte, & publicato dolo Cyrolæ, fidem Catholicam palam & constanter professus est, repentèque à Sancto Eugenio curatus signo Crucis Omitto alios qui fictè mortuos non ad vitam revocarunt, sed morti & æternæ damnationi manciparunt. Similia ficta Hæreticorum miracula refert Bellarminus tom. 2 c. 14. de notis Ecclesiæ.

De ejusdem Hæreticorum miraculis rectè Tertullianus lib. de præscript. cap. 30. *Volo virtutes eorum proferre, nisi quod agno, eo maximam virtutem eorum quâ Apostolos in perversum æmulantur illi enim de mortuis vivos faciebant: isti de vivis mortuos faciunt.* Quòd si hæreticorum miracula, seu potiùs facta satanica scire desideratis, intuemini altaria destructa ab illis, ut à Baalitis, sacras imagines, quæ sanctorum merita & vitam & beneficia nobis à Deo eorum precibus collata referebant confractas, ædes incendio absumptas, Sacrosanctam Eucharistiam eorum pedibus conculcatam, monasteria, claustra funditùs diruta, Ecclesiasticos, & religiosos dispersos, sacerdotes crudeliter cæsos, sanctimoniales Deo sacratas violatas. Plura alibi de nomine Thaumaturgi, & de omnipotentiâ Dei. Novatores negant gratiam miraculorum esse veris Ecclesiæ notis inserendã: maximè Du Moulin in suâ novitate,

lib. 1. c. 40. p. 154. Drelincourt in ſuo triumpho c. 19. p. 69. Bochart in ſuis actis pag. 1087. Antonius de Dominis lib. 7. cap. 10. pag. 151. & p. 179. Sed illos doctè refutat Franciſcus Verron part. 2. controverſ. 2. cap. 25. Primò ex Sancto Auguſtino §. 1. & 23. innixo Scripturis, aliis authoribus fide dignis, quos etiam Centuriatores Magdeburgenſes laudant §. 4. imò quos ipſimet Centuriatores & alii referunt.

CHARACTER XII.

Mors ingloria perſequentium Eccleſiam.

I. VERITATEM Eccleſiæ manifeſtat infœlix obitus eorum qui Chriſti Sponſam infeſtarunt, de quibus vaticinatur Pſaltes, *Mors peccatorum peſſima.* Pſal. 32. v. 12 Id Jacobus à Valentiá ait intelligi de Tyrannis & obſtinatis, *qui oderunt & perſecuti ſunt quemlibet Martyrem, & juſtum.* Et Pſal 5. v. 5. iterùm Pſaltes. *Neque habitabit juxta te malignus, neque permanebunt injuſti ante oculos tuos, odiſti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Per malignum, operantem iniquitatem, loquentē mendacium, intellige hęreticum: nam malignus eſt, ejus dogmata maligna ſunt: quid enim iniquius, quàm docere Deum eſſe auctorem peccati? & quid falſius, quàm negare Chriſtum eſſe realiter ſub ſpeciebus panis & vini? Idem Vates Regius Pſal. 72. v. 27. de eorum interitu hæc iterùm pronunciat. *Perdidiſti omnes qui fornicantur abs te*, ideſt qui relictâ verâ fide, verâ religione, verâ Eccleſiâ, quæ eſt Sponſa tua, adhærent idololatriæ, hæreſi, quæ ſunt fornicariæ. Poſtea ſicut in vitâ, & cultu imitantur Achab, ita illum imitabuntur, & pari cum illo ſupplicio peribunt. Poſtquam Rex Achab Eliam perſecutus eſt, veri Dei altaria, & fidem deſtruere conatus, nonne infœliciſſimè interiit? Lib. 3. Reg. cap. 22. verſ. 34. & ſeq. *Vir quidam in incertum ſagittam dirigens caſu perCuſſit Regem Iſrael inter pulmonem & ſtomachum, &c. Et mortuus eſt veſperè: fluebat autem ſanguis plagæ in ſinum currus, &c. Sepelierunt Regem in Samariâ, & laverunt currum ejus in piſcinâ Samariæ, & linxerunt canes ſanguinem ejus, & habenas laverunt juxta verbum Domini, quod locutus fuerat.* Sed multò infœlicior eſt mors Jezabelis, quia rex Achab introduxit idololatriam in Iſrael ejus inſtinctu, lib. 3. Reg. cap. 16 v. 33 *Abiit & ſervivit Baal, & adoravit eum, & poſuit aram Baal in templo quod ædificaverat in Samariâ, & plantavit lucum, & addidit Achab in opere ſuo irritans Dominum Deum Iſrael ſuper omnes Reges Iſrael, qui fuerunt ante eum.* Et ad illam idololatriam melius fovendam, lib. 3. Reg. cap. 18. v. 19. Elias ait habuiſſe *Prophetas Baal quadringentos quinquaginta, Prophetasq; Lucorum quadringentos, qui comedunt de mensâ Iezabel.* Illa eodem Capite verſ. 13. (teſte Abdiá) Prophetas Domini interfecit. *Nunquid (* inquit Abdias Eliæ *) indicatum eſt tibi Domino meo quid fecerim cùm interficeret Iezabel Prophetas Domini.* Eodem furore percita ipſum Eliam interimere meditatur. Lib. 3. Reg. cap. 19. verſ. 2. *Miſit Iezabel nuncium ad Eliam dicens, hæc mihi faciant Dii, & hæc addant niſi hâc horâ cras ponero animam tuam ſicut animam unius ex illis.* Scilicet Pſeudoprophetis, quos ipſa juſſerat interfici. Quàm infœliciter interierit, audi Textum lib. 4. Reg. cap. 9. verſ 33. dixit Jehu. *Præcipitate eam deorſum, & præcipitaverunt eam, aſperſusq; eſt ſanguine paries, & equorum ungula conculcaverunt eam.* Verſ. 35. *Cùmque iiſſent, ut ſepelirent eam, non invenerunt niſi calvariam, & pedes, & ſummas manus. Verſ. 36. Reverſiq; nunciaverunt ei: & ait Iehu: Sermo Domini eſt, quem locutus per ſervum ſuum Eliam Thesbitem, dicens: In agro Iezrahel comedent canes carnes Iezabel, & erunt carnes Iezabel ſicut ſtercus ſuper faciem terræ in agro Iezrael, ita ut prætereuntes dicant. Hæccinè eſt illa Iezabel.* Quàm funeſta mors horum hoſtium fidei!

Pſal. 32. v. 12.

Pſal. 5. v. 5.

l. 3. Reg. 22. v. 23

l. 3. Reg. cap. 16. v. 33.

l. 3. Reg. 18. v. 19.

verſ. 13.

l. 3 Reg. 19. v. 2.

l. 4. Reg. 9. v. 33.

In

II. In novâ lege Christianæ religionis, & Ecclesiæ Romanæ hostes non minores pœnas evaserunt: Lucæ cap. 19. Christus ingressurus Jerusalem v. 41. *Ut appropinquavit videns civitatem flevit super illam, dicens v. 42. Quia si cognovisses & tu, & quidem in hâc die tuâ: quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. v. 43. Quia venient dies in te, & circumdabunt te, & coangustabunt te undique, & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, & non relinquent lapidem super lapidem, eo quod non cognoveris tempus visitationis tuæ.* Quæ verba (licet ad litteram intelligenda sunt de Judæis persequentibus Christum, & ejus Ecclesiam: quorum Civitas à Romanis (post prævias alias calamitates) funditùs eversa est:) tamen etiam de quolibet hæresiarchâ, seu Ecclesiæ hoste infensissimo intelligi potest: de infœlici animæ egressu è corpore. D. Gregorius homil. 39. in Evangelia sic exponit. *Qui enim sunt humanæ animæ majores inimici, quàm maligni spiritus, qui hanc à corpore exeuntem obsident? quam vallo circumdant, dum ante mentis oculos reductis iniquitatibus quas perpetravit, ad societatem suæ damnationis coarctant. Ut in ipsâ jam extremitate vitæ deprehensâ, & à quibus hostibus circumclusa sit videat, & tamen evadendi aditum invenire non possit: quia bona operari non licet, quæ cùm licuit agere contempsit.* S. Job de hoc funesto animorum interitu mentionem facit cap. 5. v. 19. *In sex tribulationibus liberabit te, & in septimâ non tanget te malum. v. 20. In fame eruet te de morte, & in bello de manu gladii. v. 21. A flagello linguæ absconderis, & non timebis calamitatem cùm veneris. v. 22. In vastitate & fame ridebis & bestias terræ non formidabis.* Expende hæc ultima verba, *bestias terræ, &c.* Quæ sunt illæ bestiæ terræ? &c. Sunt nostræ salutis adversarii, qui in animas proximè separandas à corpore, & jam separatas crudeliter sæviunt. Quibus enim præsumptionem de misericordiâ Dei (dum viverent) suggerebãt; iisdem dum mors instat diffidentiam de eâdem divinâ misericordiâ suggerunt, & sic in desperationem deducunt. D. Gregorius lib. 6. Moral. c. 16. *Calidi quippe adversarii bestiæ terræ dicuntur, quia ad capiendas mortis tempore peccatorum animas violentiâ crudelitatis efferantur. Quos enim viventes decipiunt blandientes, morientes rapiũt sævientes.*

Luc. 19. v. 41. Gregor. Iob c. 5. v. 19. Gregor.

III. Mors corporalis non mitius agit in corpora eorum, qui religionem Christianam, & Ecclesiam Romanam hæresibus & schismatibus turbare conati sunt. Referunt Egesippus lib. 3. cap. 2. de excidio Jerosolymitano. Arnobius lib. 2. contra gentes, de Simone Mago, qui cum volare vellet, precibus S. Petri dejectus tibias sibi fregit, & paulò post cum summo dedecore interiit. S. Epiphanius hæresi 66. ait quendã Manichæũ fuisse excoriatum à rege Persarum, quia regis filium curaturus occidit. Optatus lib. 2. contra Parmenianum & alii scribunt, quod Montanus, Theodotus, & eorum Prophetissæ laqueo sibi vitam eripuerunt. Quidam Donatistæ (teste Eusebio lib. 5. cap. 16.) cùm objicerent canibus S. Eucharistiam, ab iisdẽ canibus lacerati sunt. Arius ut dictũ est ex Ruffino lib. 10. c. 13. Athanasio or. 1. contra Arianos in latrinis publicis vitã finivit. Sigebertus anno 503. ait, quod regnante Theodorico apud Carthaginẽ Olympus quidam Episcopus Arianus SS. Trinitatem in balneis blasphemãs, tribus igneis jaculis ab Angelo invisibiliter emissis combustus est. Sigonius de rebus Italicis refert. quod Julianus Apostata, ob diras in Christum illatas blasphemias, lanceâ divinitùs lethale vulnus accepit, sicque miserè animam exhalavit. D. Gregorius Nazianzenus Oratione in Athanasium, ait eum communi sepulturâ caruisse, & terrâ dehiscente absorptum. Ruffinus lib. 11. historiæ cap. 13. narrat quod Valens Arianus, qui in persecutione Christianorũ Juliano successit, vivus à Gothis etiam Arianis combustus est. Apud Evagrium lib. 1. cap. 7. Nestorius infœlicissimè obiit linguâ impiâ à vermibus consumptâ. Victor lib. 1. Extrem. scribit Hunnericum regẽ Wandalorum Arianum, & Ecclesiæ Romanæ hostem infensissimum, vermibus toto corpore scatentem consumptum esse. Zonaras, Cedrenus, & Paulus Diaconus in vitâ Anastasii Imperatoris, narrãt illum Imperatorem hæreticum Eutychianorum

fautorem fulmine cœlitus percuſſum obiiſſe. Chronica Matthæi Palmerii anno 1200. & Paulus Diaconus in Cõſtantino Copronymo, narrant quod tempore Leonis Iconomachi trecenta millia hominum in foro Conſtantinopolitano peſtilentia abſumpſit. Simon Tornacenſis quod tres eſſent ait, qui ſectis ſuis mundum ſubjugaſſent Moyſes, Chriſtus, & Mahometus: Judæos ſcilicet, Chriſtianos, & Gentiles. Sed everſis oculis pro humanâ voce mugitum emiſit, & epilepſiâ eliſus die tertio ejuſdem morbi, vindictam accepit, mutusque manſit, non nominans niſi Alexidem ſuam concubinam.

IV. In Petro Damiano lib. 2. Epiſt. 15. ad Deſiderium Abbatem legimus, in Burgundiæ partibus quendam Clericũ in bello, poſt prolatam hanc Chriſti ſententiam Evangelicam *Omnis qui ſe humiliat exaltabitur*, falſam eſſe, ſtatim transfixus eſt gladio, quaſi fulmine per os tranſeunte. In magno ſpeculo exemplorum, & apud Gualterium ſæculo 17. legimus quemdam aleatorem cùm per omnia membra Chriſti & B. Virginis horrendè juraſſet, primò ſtatim corruiſſe, deindè voce horrificâ exclamaſſe, heu! heu! me miſer quis es qui me interficis? ſic diabolicam ſuam animam efflaviſſe. Apud Cochlæum fertur Lutherum hæreſiarchã repentè morte ſublatum eſſe. Cùm eſſet enim veſperi lætus, & ſanus opiparam cœnã ſumpſiſſet, omnesque facetiis ſuis ad riſum excitaſſet eâdem nocte interiit.

Cochlæus. Idem Cochlæus narrat Zuinglium contra Catholicos agentem fuiſſe occiſum, & OEcolampadium (cùm veſperè ſanus eſſet) manè inventũ fuiſſe mortuum in lecto. Miniſtri Baſilienſes in epiſtolâ à ſe editâ de morte Caroloſtadii, ſcribunt illum à dæmone interfectũ. Hieronymus Bolſerus in vitâ Calvini ait hunc vermibus conſumptum, ſpiritum emiſiſſe. Wilelmus Lindanus, ad annũ Dñi 1567. ſcribit in oppido Hollandiæ Aſpera, quamdam deliriis Anabaptiſtarum imbutam in puerperio maximè laborantem appellaſſe B. Virginem ſcrofam & divinitùs ſtatim punitam. Gualterius ſæculo 17. refert Villanovæ in Provinciâ Vivarienſi quemdam Notarium publicum Calviniſtam blaſphemè illudentem ſacerdotibus pſallentibus in exequiis, ac eos aſſimilantem aſinis rudentibus meritas pœnas luiſſe. Hic enim Notarius cum efferretur, ecce apparuit magnus aſinus coloris fuſci, qui nullo modo abigi poterat, quantumvis à miniſtris & comitibus ad fugam adigeretur: imò magis ac magis horrendè rudens audiebatur, poſtquam locum ſepulchri aliquoties circuivit, & pompam funebrem ad domum defuncti comitatus eſt, diſparuit. Similes miſeros interitus hæreticorum blaſphemorum refert Lipſius de Diva Virgine Hallenſi, & alii quos conſulere poteris. Plura lege apud Bozium lib. 23. ſigno 96. & ſequent.

Hieron Bolſerus.

Lindan.

CHARACTER XIII.

Mors pia Fidelium.

I. ECCLESIÆ notam ſubminiſtrat Vates Regius Pſalmo 115. v. 4. *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus.* Bellarminus in hæc verba: *magni æſtimat Dominus mortem ſanctorum pro ſuo honore & confeſſione ſuſceptam: quomodo apud homines magni fiunt gemmæ pretioſæ, quibus Regum diademata ornari ſolent, & quibus nihil chariùs apud homines invenitur.* Addit; *expendit* (inquit) *hoc loco S. Baſilius gloriam martyrum quorum non ſolùm animæ mox coronantur in cœlis, ſed etiam reliquiæ corporum in maximo pretio habentur in terris. Antea ſiquidem qui tangebat cadaver hominis immundus erat. Nunc autem qui oſſa martyrum contingit ſanctificationem acquirit.* Id patet in Eliſeo cùm enim ſepultus fuiſſet juxta Abdiam prophetam (ut teſtatur Joannes Jeroſol. lib. ſæpè citato) duo illa corpora in maximâ veneratione habita ſunt ut ſcribit S. Hieronymus initio commenti in Abdiam, & epiſt. 27. quæ eſt Epitaphium Paulæ, Comeſtor in hiſtoriâ ſcholaſticâ ſuper lib. Regum, Martyrologiũ Romanum, Volaterranus in geograp. lib. 11. Hieronymus & Martyrol. aiunt, ad eorum ſepulchra patrari mirabilia: ex iis hoc unum ſufficiat de quo lib. 4. Reg. cap. 13. Cùm quidam prædones Moabitæ veniſſent in Samariam, & aliqui deferentes cadaver mortui ad ſepulchrum

Pſalm. 115. v. 4.

Ioannes.

Hieron.

Martyr. Roman. Volater.

l. 4. Reg. c. 13.

Digitized by Google

pulchrum eminus iſtam turbã militarem vidiſſent fugam arripuerunt, v. 21. *Et projecerunt cadaver in ſepulchro quod cùm tetigiſſet oſſa Eliſei, revixit homo, & ſtetit ſuper pedes ſuos.* Quo facto uſque in illum diem inaudito Deus manifeſtavit miraculo non tantùm Eliſei, ſed etiam ejus inſtituti ſanctitatem: de quo *Eccleſ.* Eccleſiaſticus cap. 48. v. 14. v. 15. *In* *48. v. 14* *morte mirabilia operatus eſt, & mortuum prophetavit corpus ejus.* Quidam ait: *Docuit ſuos divinas laudes, ferventiùs canere, religioſoq; inſtituto ferventiùs incumbere.* Sed placet hæc Vatis Regii verba explicare de morte corporali, & iis quæ ipſam immediatè præceſſerunt. Salianus ad annum mundi 3204. piè exiſtimat omnes primates tunc temporis affuiſſe Eliſeo morituro, maximè cùm viderent Regem ipſum Joas lacrymis & dolore perfuſum ad ipſum accedere, & illum quaſi patrem venerari. Deindè ipſi Prophetarum filii hæc verba inter ſe diſſererent. *Neſcis quia hodie Dominus tollet patrem noſtrum à nobis.* *Salianus* Unde Salianus anno citato num. 11. *Ecquis piorum qui aliquo numero eſſet non magni beneficii loco acceperit ſancti ſenis è vivis abeuntis cõſequi benedictionem, & ex ejus ore veridico monita ſalutis poſtremum audire, utique qualia olim Elias abiturus ab hominibus tradiderat ſuis?* Quem verò ſermonẽ Elias proximè rapiendus habuerit ad diſcipulos ſuos in Carmelo refert, ſeu potiùs piè meditatur Salianus, anno mundi 3159. num. 9. & ſequentibus in hæc verba *Meminiſtis* (inquit) *quanta tempeſtatis procella in nos ante aliquot annos concitata fuerit ab Achabo Rege, dùm in pœnam peregrini cultus Idolorum, Deus illi me denunciare juſſit ſiccitatem, indèq; ſecuturã famem, cujus ſolutio ex ore meo ac voluntate penderat. Nullum oppidum, nulla civitas, nulla tribus fuit, quàm ejus nuncii inquirendi mei gratia non peragrarent. Nulla gens, nullum regnum quod Veredarii ejus non percurſarent; ut comprehenſus ſuppliciorum acerbitate compellerer ad divina decreta commutanda. Sed irritus fuit hic ejus conatus, Domino me ad torrentem Carith occultante canibus hiſce venaticis, humaniſſimèque protegente, atque adeo perpetuis prodigiis ſuſtentante. Cujus rei conſcii non-*

nulli veſtrûm, qui ad me tunc metu illorum temporum confugiebatis, ut nè vos inundantis ido olatriæ torrens violenter abriperet, ac diſſiparet eos, qui uno jam tum ſpiritu ac voluntate regebantur communem nobiſcum vitam in religioſo Dei famulatu ambiebant. Nonne exiguum iſtum electum q; manipulum Dominus non ſolùm à regis furore, ſed à famis quoque neceſſitate prudentiſſimâ miſeratione liberavit? Sicut & me apud viduam Sareptanam quam voluit reliquo famis tempore me habere hoſpitem, cujus filium vitæ reſtituit, cujus farinam multiplicavit ad preces meas, cujus oleum ſtillare juſſit, neque deficere quamvis ſæviret fames. Nec deſpero fore in hoc numero qui tantùm apud miſericordiſſimum Dominum gratia valeant, ut non ſolùm his ſimilia aliquando faciant, ſed majora etiam faciant. Poſt multa alia illis revocata in memoriam, Eliſeum creat, qui ſacræ illorum congregationi præſit. *Juſſit eligi in Prophetam Eliſeum noſtrũ ab eo tempore ſocium, deinceps etiam divino decreto ſucceſſorem, & omnium veſtrûm à digreſſu meo parentem diſciplinæ religioſæ præpoſitum ac magiſtrum, cui ſecundùm Deum obtemperabitis quo cumque in Carmelo, in Bethel, & in Galgalis, & in Naioth, & ad Iordanem, & in Gabaa, cæteriſq; locis divinæ militiæ, & religioſæ profeſſioni nomen dediſtis, ejus ex ore divina accipietis oracula, & in eo agnoſcetis loquentem Deum. Ab eo directionem, & conſolationem, auxilium in proſperis & adverſis, tanquam à parente amantiſſimo, & ſpiritualium bonorum locupletiſſimo expectabitis. Eum enim ſcio multùm gratiâ valere apud Dominũ, ut res ipſa citius opinione veſtrâ docebit, & valiturum etiam amplius propter vos, in quos Dei loco ſuaviſſimum exercebit imperium. Hunc tanquam è Moyſis cathedrâ loquentem audietis, in cujus manibus vota veſtra offeretis Deo, ergò quam cæpiſtis caſtè ac religioſè vitam agitare, eodem ductore conſtanter ad mortem uſque ducere perſeverabitis: ab eodem ſiquidem ad omnem virtutem verbo & exemplo informabimini: eſt enim vir Propheta, potens opere & ſermone: ille vobis propitium reddet Deum: nihil ut in vos poſſit immanis Iezabelis audacia, neque qui nunc regni gubernacula ſuſ-*

cepit Ioramus, non magis quàm in me usque hactenus, Ochozias & Achabus, cui impunè domum ejus penitùs excindendam prænunciavi, cujus vaticinii vos mihi non ita multò post testes eritis. Primùm autem illud esse cupio, sive in mandatis, sive in admonitionibus meis, ut omnem Idolorum spurcitiam detestati unius veri Dei cultum fideliter, constanterq; amplectamini, illius legem, cæremonias, atque judicia sanctè, integre, inviolatèq; custodiatis: ab eo promissum in lege Messiam cujus nonnullam nos quoque figuram gessimus, singulari fide, devotione, ac constantiâ, charitate, desiderio præstolemini, & intimis quotidie precibus more majorum à Deo flagitetis, Messiam mundi reparatorem, exterminatorem, atque expiatorem peccati, perfectioris sanctioris q; vitæ quam quoquo modo incæptamus auctorem: Messiam qui persolvto redemptionis humanæ pretio justitiam adducet sempiternam, & regnabit in domo Iacob, & in solio David, & Regni ejus non erit finis, Messiam, qui cœlum ipsis quadraginta sæculis obseratum morte suâ patefaciet, & æternitatis aditum devictâ morte reserabit. Primus quippè cum pompâ invectus, nobilissimoq; triumpho justorum animas populato Abrahæ sinu in locum beatissimæ immortalitatis transferet, atque transscribet, & reliquis deinceps temporibus amicis suis statim à depositio mortalitatis exuvio, purgatisque delictorum reliquiis, fælicitatis præmium suâ morâ largietur. Habete ergò in eo spem salutis vestræ repositam, proque ejus accelerando adventu Deum indefessis precibus fatigate. Credo enim fore, ut non deficiat in vobis, posterisque vestris observationis sanctæ propositum, donec veniat is, qui est expectatio gentium donec surgat Propheta ille magnus, quẽ sanctissimus divinæ legis promulgator Moyses, sub severissimæ interminationis animadversione, ac judicii Dei audiendum esse pronunciat. Ille est filius David, filius Abraham, à quo nova fient omnia, à quo studium voluntariæ paupertatis, illibatæ castimoniæ & obedientiæ sponte susceptæ mirabilia accipiet incrementa: adeò ut fervor vitæ arctioris, qui nunc paucis quibusdam unius provinciæ oppidis, desertisque locis continetur, longè se indè latèq; fundat quacumque orbis terrarum patet: suscitabit Dominus alios Samueles, & alios Nathanos, atque Elias, (si ita vultis) qui diversis itineribus, diverso cultu habituq;, diversis legibus & institutis ad culmen perfectioris vitæ connitantur, & in Ecclesiâ sanctâ laudabili varietate circumdatâ ad bravium supernæ vocationis accendantur. Plerique invias, squallẽteq; solitudines incolent, in quibus oberrabunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus, dignus non erit mundus, in montibus, & speluncis, & in cavernis terræ, ibi in sepulchris quasi mortui ultrò condentur, & aurea cœlorum palatia angustis carceribus mercabuntur. Alii communem in civitatibus & cœnobiis vitam adamabunt, vt sanctis sociorũ exemplis ad omnem virtutẽ eorum industriâ plebs acuatur: ut tam proprio, quàm proximorum profectui & commoditatibus serviant, & mutuâ inter se charitate devincti illud Regii Prophetæ oraculum incredibili animi exultatione decantare possint: Ecce quàm bonum & quàm jucundum habitare fratres in unum. Hi enim solitudinem in hominum frequentiâ reperient, & contemplationem attemperabunt. Vt ubi ex divino fonte hauserint in eremo, eructent in populis ad eorum salutem. O quàm exorientur aureæ illa tempora, quoniam visio in multos adhuc propagabitur dies? fælices quibus sacrosanctam illam Messiæ faciem dabitur aliquando contemplari, & divinas auribus usurpare voces, quas tam multi Reges & Prophetæ tot votis expetivêre. Videbo ergo illum, sed non modo intuebor illum, sed non propè. Fulgebit enim lux ejus in oculis meis, in monte sancto ejus, & verba ejus auribus meis insonabunt, & in carne meâ videbo Deum salvatorẽ meum: reposita hæc spes mea in sinu meo. Vos autem filioli, quos postremùm alloquor, ea quæ dixi vobis in altum pectus dimittite, religiosam humilitatem diligite, corporis animique feroces, ac turbulentos motus spiritus fervore compescite, linguam cohibete, mutua inter vos charitate, benevolentiâque certate: pietate in Deum, & observantiâ apud præpositos, & majores natu, bono denique adversus omnes exemplo. Quæ verba redolent zelum Eliæ, non tantùm pro honore Dei amplificando: sed etiam animarum salute promovendâ. Non tantùm ut fides foveatur;

sed

sed etiam ut suum institutum majores in dies radices faciat. Quæ omnia sanè præsagiunt futurum ejus raptum fore pretiosissimum, Deoque gratissimum.

II. Christus mortem proximam variis sermonibus illustrem ac pretiosam etiam reddidit. Quorũ alterum habuit in cœnaculo, alterum in domo Caiphæ, alterum in prætorio Pilati, alterum ad mulieres in itinere Calvariæ, alterum denique in cruce. Quibus ostendit suam mortem forè non tantùm Patri acceptissimam, sed & omnibus saluberrimam & pretiosissimam. Joannis cap. 13. v. 56. Christus peracta cœnâ, egressoque ad proditionem suam Judâ, priusquam à cœnaculo ad hortum Gethsemani egrederetur, habuit ad undecim discipulos sermonem illum, prolixum quidem, sed plenum salutaribus præceptis, quibus illos consolatur, instruit, confirmat: quem sermonem sic auspicatur. *Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus in eo &c.* Quem prosequitur usque ad caput 18. secundum sermonem habuit cap. 18. v. 36. & 37. ad Pilatum coram populo Judæorum. *Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut nõ traderer Iudæis: nunc autem regnum meum non est hinc &c. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati: omnis qui est ex veritate audit vocem meam.* Quibus verbis ostendit se regnum nobilius & excellentius possidere, quàm Reges & Imperatores mundi. Hi enim tantùm mundiali & temporali regno potiuntur, Christus autem cœlesti & spirituali seu interno per fidem, charitatem, & gratiã in cordibus fidelium de quibus dixit supra Joannis c. 17. v. 14. *De mundo non sunt sicut & ego non sum de mundo.* Per mundum intelligens homines terrenos, carnales, mundanos. Christi verò dominium est in paupertate, humilitate, afflictione, adversitate, quibus exercentur homines cœlestes juxta illud Apostoli ad Philippenses c. 3. v. 20. *Nostra autem cõversio in cœlis est.* Et Rom. c. 8. v. 8. *Qui in carne sunt Deo placere non possunt.* Undè ait se non habere satellitum & hominum armatorum comitatum, sed Angelorum & hominum fidelium. Deinde Christus loquitur de suâ Incarnatione & Nativitate temporali. Præterea proponit finem sui Adventus, scilicet ut prædicet veritatem.

Joannis cap. 13.

Idem c. 18. v. 36

Joannis cap. 17. v. 14.

Epist. ad Philip. cap. 3. v. 20. Rom. 8. v. 8.

III. Quoad sermonem quem habuit in domo Caiphæ Pontificis seu summi Sacerdotis, ubi convenerant omnes Sacerdotes, Scribæ, & Seniores. S. Marcus meminit cap. 14. v. 62. *Summus sacerdos interrogabat eum, & dixit ei; Tu es Christus filius Dei benedicti? Iesus autem dixit illi. Ego sum: Et videbitis filium hominis sedentem à dexteris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cæli.* Quibus verbis duo docet Christus. Primò se esse filium Dei benedicti, *ut scilicet* (inquit D. Thomas) *inexcusabiles sint.* Theodoretus apud eumdem: *sciebat namque quoniam non crederent, tamen respondit nè postea dicerent, si audivissemus aliquid ab eo credidissemus ei: hoc autem est in eorum præjudicium: quia audierunt, & non crediderunt.* Secundò prædicit Caiphæ, & a iis qui ibi aderant futurum judicium, seque in eo pro tribunali sessurum. apud Matth. cap. 26. v. 64. est *A modo* (quod ex Maldonato.) *non significat statim post illud tempus, quo loquebatur eos visuros filium hominis sedentem à dexteris Dei: sed significat Iudæos non esse visuros se ab eo tempore, idest à morte suâ: donec videant eum sedentem à dexteris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli: quasi per negationem dicat, deinceps non videbitis me habitu rei, ut nunc videtis, sed habitu filii Dei, sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.* Licet solus Caiphas ipsum interrogaverit, tamen Christus omnibus respondet omnes alloquitur: quia non solùm Caipham judicaturus adveniet, sed omnes homines. Tertium sermonem Christus habuit in domo Pilati Joannis cap. 18. v. 37. & seq.

Marcus c. 14. v. 62.

Thomas.

Theodor.

Maldonatus.

IV. Quartus sermo quem Christus habuit ante mortem, fuit à prætorio Pilati usque ad montem Calvariæ, ubi sequebatur eum multa turba populi & mulierum, quæ plangebant & lamentabantur eum. Mulieres autem sic affatus est Jesus Lucæ 23. v. 28. *Filiæ Ierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. v. 29.*

Luc. 23 v. 28.

Quoniam

Digitized by Google

Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent, beatæ ſteriles, & ventres quæ non genuerunt, & ubera quæ non lactaverunt; v. 30. *Tunc incipient dicere montibus cadite ſuper nos, & collibus operite nos. verſ. 31. Quia ſi in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Hugo. Hugo Card. *Converſus ad illas ex compaſſione & pietate (nam illæ Domino, & Dominus eis compatiebatur.) Dixit filiæ Ieruſalem: quia non ſolùm Galileæ quæ cum Domino venerant & adhæſerant, verùm etiam quædã Ieroſolymitanæ erant ex comitatu ejus.* Cur illas ſuper ſe prohibet flere? nunquid cùm innocens damnaretur, & qui ab aliis tot beneficia præſtiterat deplorari merebatur? Dionyſ. Dionyſius: *Non reprobat compaſſionem & fletum earum: ut non ita dumtaxat plorent ſicut plorabant*, ideſt potiùs majores lachrymas effundant ſuper ſe & ſuper filios ſuos: quaſi diceret; Hugo. *Cavete* (inquit Hugo Card.) *nè habeatis aliquid criminis, quod vos involvat, cum aliis in futurâ everſione urbis; & ſuper filios veſtros: ideſt pro cæcitate filiorum, quibus etiam Chriſtus compatiebatur, pro quorum ſalute patiebatur: Eccleſiaſtici cap. 30. pro animabus filiorum colligabit vulnera ſua; & ſuper omnem vocem turbabuntur viſcera ejus: multi ſunt ſimiles iſtis mulieribus, qui alios plorant, & ſe magis miſeros non plorant: peccatis aliorum compatiuntur, & de ſuis non curant, ſicut dicit Auguſtinus in lib. confeſſionũ de ſe ipſo: flebam quandam Didonem moriturам, & me ipſum mortuum non flebam.* Et hoc provenit, ex eo quod curioſiùs perſcrutentur facta aliorum, quàm ſua: quod eſt omninò cõtrarium charitati. Charitas enim incipit à ſe ipſo. Idẽ Eccleſ. c 30 v 24. Eccleſ. cap. 30. v. 24. *Miſerere animæ tuæ placens Deo & continc, & congrega cor tuum in ſanctitate ejus. Ne lamentemini me moriturum, cujus ita reſurrectio mortem ſolvere poteſt. Cujus mors mortem, & ipſum mortis auctorem deſtruet. Vos potiùs, veſtramq; progeniem dignis lacrymarum fontibus abluite, nè cum perfidis damnemini in ultione meæ crucis, vel paſſionis &c.*

IV. Ultimum ſermonem habuit Chriſtus in cruce, dum ſeptem illa verba pronunciavit, quibus quaſi ſeptem oſcitationibus Eliſei humano generi mortuo vitam reſtituere poterat. Hæc ſeptem verba, & eorum efficaciam, vide apud doctores & interpretes, quorum alii illa comparant ſeptem candelabris aureis, Apoc cap. 10. alii ſeptem ſtellis lucentibus, ibidem cap. 8. alii ſeptem tubis ad bellum ſpirituale convocantibus, & Chriſti victoriam portendentibus. Alii ſeptẽ crinibus Samſonis; in quibus tota ejus fortitudo continebatur. Alii ſeptem aſperſionibus ſanguinis ad malitiam expiandam. Alii ſeptem Pleiadibus quę chorum conſtituebant. Alii ſeptem gradibus templi quibus ad veſtibulum aſcenſus patebat. Alii ſeptem ſpicis pullulantibus ex grano frumenti ſato in monte Calvariæ. Alii ſeptem panibus, quibus famelicam turbam Chriſtus ſaturavit, quorum verborũ tanta fuit efficacia ut non tantùm prędixerint, ſed etiam intulerint ſeptẽ plagas novitiſimas Apoc cap. 15. ſeptem capita draconis percuſſerint, ſeptem diademata ejus abſtulerint. Apoc. cap. 12. & cap. 16. ſeptem ſpiritibus nequitiſimis fugam dederint. Lucæ cap. 11. juxta illud Deuteron c. 18. v. 7. *Per ſeptem fugient à facie tuâ.* Quibus patet Chriſti mortem pretioſam eſſe, non tantùm, quia nos redemit ſanguine ſuo immenſos & incorruptibiles auri & argenti theſauros excedente. Sed quia inſtante morte ſermones protulit argento, auro, gemmiſque pretioſiores. De quibus regnis Vates Pſal. 118. v. 127. *Ideò dilexi mandata tua ſuper aurum & topazion.* *Apocal. cap. 10. cap. 8.*

V. Hujus exemplo plurimi Chriſti Athletæ inſtantem mortem decorarunt, illuſtriorem & pretioſiorem effecerunt, non tantùm prævio bonæ ac honeſtæ vitæ ſtudio, oratione aſſiduâ, contemptu rerum temporalium, frequenti ac devotâ ſacramentorum ſuſceptione, patientiâ in adverſis, humili ac promptâ obediẽtiâ, erga egenos miſericordiâ, &c. Sed etiam quibuſdã piis exhortationibus, quibus & zelum erga Deum ac Eccleſiam, & animarum ſalutẽ demonſtrarunt. In primis occurrit B. Virgo, de quâ Surius loquens & diſcipulis Chriſti congregatis; ut ejus corpus ſepulturæ mandarent. *Poſtquàm* (inquit) *vidit eos Deipara, cognovit autem cauſam propter quam omnes ſtatim* Surius.

accerſiti

accersiti fuerant, & uniuscuiusque audiit petitiones, eos quidem (ut par est) *impertiit benedictionibus. Cùm verò omnibus dixisset verba, quæ in decessu dici solent: Vos* (inquit) *valete filii, meum autē hunc discessum nè luctu, sed lætitiâ potius prosequamini quandoquidē nobis est persuasum nos transire ad gaudium, & videte ut corpus meum mādetis sepulturæ in hâc figurâ in quâ egome cōposuero: hæc est enim mea voluntas. Accersit autē Petrum, deinde alios, & cum lucernas ipsi accendissent, illa spiritu exultans deductis labris. Benedico tibi* (inquit) *datori omnis benedictionis, causæ luminis qui meum ventrē inhabitasti. Benedico tuæ charitati, quâ nos dilexisti Dñe, & magnifica verba tua, quæ nobis data sunt in veritate, & crēdo mihi affutura, quæ dixisti.* Quasi diceret quandoquidem in meum ventrē descendere dignatus sis pro salute hominū, ad eamque promulgandā hos Apostolos elegeris; da, seu potius adauge in illis zelum ad hunc effectū necessarium, &c. Et vos indefessè semper laborate pro Ecclesiâ Dei, ego vobis in cælo propitia ero, &c.

V. Quid S. Petrus morti proximus primis Christianis dixerit non extat; credibile tamē est ipsis repetiisse quę maximè in suâ 1. & 2. Epistolâ scribit, & præcipuè hæc epist. 2. c. 1. v. 10. *Quapropter fratres satagite, ut per bona opera certam vestram vocationē & electionem faciatis. hæc enim facientes, nō peccabitis aliquando, &c.* Quid Apostolus Paulus proximè moriturus dixerit non invenio; mihi tamen persuadeo ea sępè primis Christianis inculcasse, quæ scribit 1. Corinth. c. 16. v. 13. *Vigilate, state in fide, & confortamini, omnia vestra in charitate fiant &c.* De S. Andreâ Apostolo Metaphraste, Lippomanus tom. 1. Surius tom. 6. Baron annal. tom. 1. anno Christi 69. Epistola Præsbyterorum Achaiæ, Breviarium Romanū referunt, quod cùm ad locum martyrii esset perductus, crucemque paratam à longè vidisset, exclamare cœpit. *Salve Crux quæ in Corpore Christi dedicata es, & membrorum ejus margaritis ornata, securus & gaudēs venio ad te: ita & tu exultans suscipias me discipulum ejus, qui pependit in te, quia amator tuus semper fui, & desideravi amplecti te: ô bona Crux quæ decorē & pulchritudinem de membris Dñi susce-*

2. Petri epist. c. 1 v. 10.

1. Corin. 16. v. 13.

Metap. Surius. Lippom. Baron.

pisti, diu desiderata, sollicitè amata, sine intermissione quæsita, & aliquādo cupienti animo præparata: accipe me ab hominibus, & redde me magistro meo, ut per te me recipiat, qui per te me redemit. Cùm autē cruci affixus esset, in eâ populum docēs biduo supervixit: quale verò fuerit ejus sermonum argumentū non exprimunt Historici: probabile tamen est pręcipua fidei ab eo prędicata mysteria, & articulos seriò inculcata. Tandē nè à populo cōpatiente suis suppliciis, eum diutius vivere desiderante (ut magis in fide firmaretur) fortè de cruce deponeretur, ter Dominum rogavit dicens: *Ne permittas Dñe Iesu Christe me famulū tuum (qui propter nomē tuum pendeo in cruce) solvi, sed suscipe me tu magister mi Christe quem dilexi, quem cognovi, quem confiteor, quem videre desidero: suscipe Dñe spiritum meum in pace, quia tempus est, ut ad te veniam: suscipe Dñe Iesu Christe magister bone, neque permittas me ex hâc cruce deponi, nisi prius spiritū meum susceperis.* De S. Joanne Evangelista refert S. Hieronymus in comment. in epist. ad Galatas & alii, quod *cùm Ephesi moraretur usque ad ultimam senectutem, & vix inter discipulorum manus ad Ecclesiā deferretur, nec posset in plura vocem verba contexere, nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc, filioli diligite alterutrum, &c.* Quod si S. Jacobus suis humilitatem tam seriò commendavit, maximè epist. c. 4 v. 6. *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam subditi ergò estote Deo, & appropinquabit vobis.* v. 10. *Humiliamini in conspectu Dñi, & exaltabit vos.* Si ad charitatē exhortatus est. *Nolite detrahere alterutrū fratres: qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem suum, detrahit legi, & judicat legem, &c.* Si de oratione tam luculenter disserit c. 5. v. 11. *Tristatur aliquis vestrûm oret, &c.* v. 16. *Multum enim valet deprecatio justi assidua.* v. 17. *Elias erat homo similis nobis, & oratione oravit, ut non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex: & rursum oravit, & cælum dedit pluviam, & terra dedit fructum suum.* Quanto magis credendum est, quod proximus mortri in hæc & similia verba proruperit. Idem de aliis Apostolis philosophandum est.

Hieron.

VI. Similes zeli honoris Dei, & animarū ſalutis flammæ eruperunt ex viris Apoſtolicis, & Ordinum Fundatoribus dum ultimos ſpiritus agerent. S. Gregorius dialog. lib. 2. Lippomanus tom. 9 & 10. Surius t. 2 & alii, narrāt de S. Benedicto Abbate, quod ante 6. ſui exitus diem ſepulchrū ſibi aperiri juſſit, & mox correptus febribus acri cœpit ardore fatigari, & cùm per dies ſingulos morbus ingraveſceret, ſextâ die in Oratorium portari voluit, ubi exitum ſuum Dominici Corporis, & Sanguinis Domini perceptione præmuniens, & prævia paternâ monitione ſuis religioſis factâ ad diſciplinam monaſticam cōſervandam, orans, inter eorum manus ſpiritū reddidit. D. Bernardus infirmitate correptus paucis ante mortem diebus hęc ſcribit ad Arnoldum Abbatem Bonnæ Vallis epiſt. 310. *Orate Salvatorem, qui non vult mortem peccatoris, ut tempestivum jam exitum non differat, ſed cuſtodiat. Curate munire votis calcaneum nudum meritis, ut is qui inſidiatur invenire non poſſit, ubi figat dentem, & vulnus infligat.* Videns autē ſuos diſcipulos lugentes & dolentes ſuum diſceſſum, coarctabatur filiorū charitate, quæ eum urgebat ut maneret, & Chriſti deſiderio qui eum trahebat ut migraret quid autem eligeret ignorans totum, ſe divino arbitrio commiſit pietatis, ac ſubindè ipſe flens conſolatus eſt flentes, adhortatusque eſt eos illis verbis Apoſtoli 1. Theſſal c. 4. v. 1 *Rogamus vos & obſecramus in Domino Ieſu, ut quemadmodū accepiſtis à nobis quomodo vos oporteat ambulare, & placere Deo, ſic & ambuletis, ut abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim per Dominum Ieſum, &c.* Ita Surius tom. 4. D. Auguſtinus Doctor Eccleſiæ morbo extremo laborans Pſalmos Pœnitentiales inſcribi voluit, ipſosque quaterniones jacens in lecto contra parietem poſitos ſingulis diebus legebat, imò ferè jugiter: ubertimque flebat, tandem fratribus ad charitatem, pietatem aliasque virtutes adhortatis, & cum eo pariter orantibus, obdormivit in Domino. Ita Poſſidonius. Surius tom. 4. Baronius tom. 5. Annalium. De S. Brunone Carthuſianorū Patriarchâ referunt Surius tom. 5. Baronius tom. 11. & 12. annal. & alii, quod morte inſtante, convocavit fratres, eisq; curſum ſuę vitę ab infantiâ expoſuit, & ad charitatē, humilitatem, & perſeverantiā eſt adhortatus. Poſtea fidem ſuam de Trinitate & Sacramentis expoſuit. Apud eundē Surium tom. 4. de S. Dominico Baron. tom. 12. annal. Ferdin. hiſt. Dñic. part. 1. c. 43. Antonin. 3. part. tit. 23. c. 1. & ſeq. referunt quod S. Dominicus Ord. Prædicat. Fundator divinitus certior factus de die ſui obitus poſt gratias Deo actas, quibuſdam è clero Bononienſi ſibi charis de cōtemptu mundi locutus. Fratribus verò & filiis ſtantibus hoc teſtamentum condidit. *Hæc ſunt Fratres & Filii chariſſimi, quæ vobis hæreditario jure poſſidēda relinquo. Charitas ſit in vobis, humilitatē ſectamini, paupertati voluntariæ ſtudete.* Monuit quoque eoſdem ut fœminarū vitarent cōſortia: & ſemper cum Deo vel de Deo loquerentur. Surius tom 5. Chronica Ord. Serap. referunt quod S. Franciſcus decumbens ſuper nudâ humo cōverſus ad fratres ſic illos affatus eſt. *Ego quod meum eſt feci, quod veſtrū eſt vos Chriſtus edoceat. Et inſtante horâ obitus iterū fratribus cōvocatis pia ſalutis monita exhibuit, ſuper eos manus brachiis in modum crucis cancellatis, & præſentibus, atque abſentibus benedixit, ac valedixit.* Ex eodē Surio t. 2. Bulla canoniz. S. Franciſci de Paula data à Leone X. Davide Romęo in ejus vita, fertur quod S. Franciſcus de Paula ipſo die Veneris Sancti, inſtante tēpore migrationis omnes fratres, qui ex variis provinciis & regnis ad ipſum confluxerant ad ſe cōvocatos, ſalutaribus monitis erudivit, & benedictione donavit. S. Hieronymus Eccleſię doctor ſenio confectus, & laboribus fractus, adeò ut niſi fune manibus apprehenſo (qui ad hoc ei de trabe pendebat) ſurgere de lecto nō poſſet, ſui corporis diſſolutionem ſibi imminere ſentiens, veluti avis quædam à vinculis expedita, nihil aliud niſi cœlum ſpectabat ac petebat: hunc longū ſuæ peregrinationis tēpus conſiderans clamabat frequenter cum Prophetâ. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt, habitavi cum habitantibus Cedar, multū incola fuit anima mea.* Et illud. *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutū concupiſcit, & deficit anima mea in atria Dñi.* Illud quoque. *Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te*

Gregor. Lippom. Surius.

Surius. Baron. Ferdin.

Chronic. S. Franciſci.

1. Theſſ. c. 2.

Surius.

Deus

Deus: ſitivit anima mea ad te fontem vivum quando veniam & apparebo ante faciem Dei. Aderant juxta eum Monachi, & Chriſto dicatæ Virgines, cum aliis plurimis, qui undique & ex variis ſanctorum locorum ad talis viri obitū confluxerant: ſolabatur cunctos, & ad humilitatem, patientiam, charitatem, cæteraſque hortabatur virtutes. Et nè ſibi cęleſtem inviderent patriam, Deum precabatur, & ſemper aiebat, ſe nihil aliud optaſſe, quàm pervenire ad eum diem, unde illi ad cœleſtem beatitudinem daretur aditus. Vide Marian. Victor. Epiſcop. Reat. in ejus vitâ. Sigebert in chronicis. Baron. tom. 5. Annal. S. Laurentius Juſtinianus decumbens, ſuſceptis ritè Eccleſiæ Sacramentis. *Videtis* (inquit) *ô Filii, horam meam adveniſſe. Benedictus Deus, qui eam tandē advenire voluit, cùm nulla ſit alia via, quæ ducat in cœlum. Ille enim venit nobis via, veritas, & vita, ut ejectis de Paradiſo miſeris exulibus viā ſignaret in patriā redeundi. Si enim in hāc vitâ tantùm ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus: ſed abſit à nobis tam ſtulta cogitatio. Quid enim vita hæc, niſi tanugo quadā, & velut i memoria hoſpitis unius diei prætereuntis? Chriſtus pro nobis mortuus eſt primitiæ dormientium, pudeat nos mortem timere, cùm Dominus noſter propter nos mori voluerit. Hunc diem ſemper ante oculos habui: tu ſcis Domine: quamquam dum vitam meam conſidero, confuſio ſit mihi potiùs appellanda, quàm vita: ſed in ſpiritu humilitatis ſuſcipe me bone Jeſu, vita & ſalus animæ meæ. Neque enim in juſtificationibus meis proſterno preces meas ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Illa ego ovis amiſſa ad te paſtōrem meum redeo. Vocem tuam novi non alienorum: Peto Domine ut ad ovile me reducas, potesnè ſpernere vocem clamantis & confugientis ad te. Nonne tu ille qui dixiſti, clamabit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipſo ſum in tribulatione? Ecce clamo plus corde, quàm ore Domine, ecce tribulatio proxima eſt, & non eſt qui eripiat, niſi tu bone Jeſu. Sed neque fœlicium Spiritum ſedes affectare auſim, qui ſpeciem intuentur Sanctiſſimæ Trinitatis: portio tamen creaturæ tuæ poſtulat micas ſuavitſimæ menſæ tuæ. Nimiū mihi fuerit, & heu quàm nimium, ſi ſubtus calceos infimi electi tui loculum aliquo huic puſillo tuo ſervulo non negaveris.* Deinde ad aſtantes converſus. *Vos ino terea Fratres ſervate præcepta Domini: omnis enim caro fœnum & omnis gloria ejus tanquam flos fœni: Contemplamini me, ecce aruit fœnum, & flos ejus cecidit. Horam hanc quis poterit evadere. Sed mihi credite Filii, nihil eſt præſtantius, quàm ſervire Deo.* His dictis, ſublato pauliſper brachio aſtantibus Crucis ſigno benedixit his verbis. *Benedicat vobis Jeſus Fratres & viſcera mea, & benedicat filiis meis qui abſunt, quos in Domino parturit: det vobis cor, ut collatis eum, aperiat animum in lege ſuâ, nec vos deſerat in tempore malo.* Hæc Surius tomo 1. & alii. De S. Audomaro Epiſcopo Mornienſi ſcribunt Surius tom 5 Baron. Annal. tom. 8. & alii quod moribundus ſacram Sinaxim ritè ſuſceptam ſic affatus eſt. *Agne Dei, per iſtas æterni Patris delicias ſuſcipe pro tuâ pietate vota ſupplicantis. Ecce ad te venio relinquo eos quos mihi commiſiſti, miſerere figmenti tui: me jam cœleſtis excipiat gratia, & tuos tua ſervet miſeratio, ut te in paterno ſolio regnantem videamus, nec unquā de membris tuis hoſtis triumphet.* Apud eundē Surium tom. 7. Benno Epiſcopus Miſnenſis ſub mortem Canonicos ſuos convocavit, eisque poſt multa data monita ſalutaria, proximam mortis horam prædixit, promiſitque ſuę Eccleſię ac miniſtrorū ejus perpetuum ſe fore patronū. *Quemadmodum hic in terris fui, ita apud Deum paratum me habebitis, prout ſingulorum merita vel demerita erunt patronum vel vindicem.* Eodē Surio tom. 5. Caniſio antiq. lect tom. 4 Trithemio de viris illuſtribus S. Benedicti lib. 3. c. 186. & lib. 4 c. 184. S. Burchardus Epiſcopus Herbipolenſis, ſeu Wirceburgenſis morti proximus, *orationem habuit ad populum: eiq; valedicens ſucceſſorem ſibi ſubrogari poſtulavit &c.* De Heriberto Archi-Epiſcopo Colonienſi narrant idem Surius tom. 2. Baron tom. 11. annalium, quod fratri ſuo comiti Geremanno amariſſimè flenti: *Quid frater mi* (inquit) *tam miſerabili afficeris ejulatu? parce lacrymis, & gemitibus, quia ſperantibus in ſe non deerit conſiliarius & conſolator Deus. Tu ergo jacta cogitatum tuum in illo, & quia cunctis in hoc*

Lauren. Juſtinianus.

Surius.

Surius.

Surius. Caniſius. Trithemius.

sæculo vivendi tempus breve est, & migrare oportet; nunc interim præparate, & miserere animæ tuæ, ut dignus habearis sæculo venturo. Præparationis autem modus hic tibi perneceſſarius eſt & optimus, ut de rebus quoad potes pauperibus impertiendo amicos tibi facias, ut cùm defeceris recipiant te in æterna tabernacula. De Wolphango Epiſcopo Ratisponenſi ſcribunt Surius tom. 5. Baron. tom. 10. & 11. Caniſius antiq. lect. tom. 2. & alii, quòd ſub mortem omnia quæ habebat pauperibus diſtribuit, omneſque in oratorio ſuo præſentes luculentâ oratione admonens eos, aliosque ſibi commiſſos Domino commendavit. Petrus de Natalibus lib 7. cap 50. Vincent. Bellov ſpeculi hiſtor. lib. 10. cap. 79. & alii aiunt, Taurinum Epiſcopum Ebroicenſem ſcientē ſui obitus diem adveniſſe, curaſſe populū convocari in templum, ubi de more peracto officio concionem habuit ad populum gementem ob ſuum diſceſſum, eiſque benedicens ait: *Abite filioli mei in pace, Dominus autem erit vobiſcum.* Tunc apparuit ſubitò multitudo candidatorum circa altare eum ad cœlos invitantium, & nubes odore fragrans implevit templum: Et oculis ſurſum erectis in cœlum elata eſt anima ejus Surius t. 2. Beda hiſt Angl. lib. 5. Baron. tom. 8 & 9. Annal. referunt quòd Suitberto Epiſcopo Werdenſi moribundo religioſorum fratrū ſuorum collegium adfuerit, quos admonuit, ut Chriſti veſtigia ſequerentur, virtutem dilectionis, & pacis adinvicem, & ad omnes domeſticos, Dei ſervarent, inſtitutaque diſciplinæ regularis, quæ ab eo didiciſſent, & in ipſo vidiſſent indefeſſa fide cuſtodirent &c. Cùmque in Domino gaudens plura eis dixiſſet de contemptu mundi, appetitu regni cœleſtis, & mortis præparatione, illi acceptá benedictione, ipſius juſſu ad templum triſtes acceſſerunt. Surius tom. 6. Baron. annal. tom. 8. Caniſius antiq. lect. tom. 6. narrant quòd Rupertus Epiſcopus Salisburgen. omnibus Sacramentis ritè prœmunitus, poſt dulces pietatis paternæ admonitiones, & extrema charitatis verba ſponte ad ſepulchrum ſe contulit, ubi poſt aliquas orationes expiravit. Paulus Epiſcopus Leonenſis in Britanniâ minori (ut habet ejus vita in biblioth. Floriac.) ubi audivit ab angelo ultimū vitæ ſuæ diem, illum ſuis diſcipulis congregatis indicavit, eoſque divinâ lectione inſtruxit, myſticæque intelligentiæ ſententias proferre non ceſſavit, ac inter alia dixit: *Filioli mei noviſſima exitus mei horâ appropinquat, ecce quod amavi jam video, quodq; deſideravi jam intueor. Regem Dominum Chriſtum, cui quod ſum debeo, jam contemplor.* Cùm verò auditá ejus patrocinii promiſſione omnes in lacrymas effunderentur; *Scitis* (inquit) *quæ oſtenderim vobis exempla vitæ, & quæ tradiderim dogmata cœleſtis diſciplinæ. Hæc facite, & Deus pacis erit vobiſcum.* Deindè benedixit eis dicens: *Benedictio Dei Patris omnipotentis, Filii, & Spiritus ſancti ſuper vos deſcendat.* Cùmque reſpondiſſent *Amen*, centenarius placidè occubuit. Fulgentius Epiſcopus Ruſpenſis apud Surium tom. 1. Iſidorum de viris illuſtribus cap. 14. Baron. in annal. tom. 6. & 7. morti proximus accerſitos clericos monachis præſentibus ſic affatus eſt: *Ego fratres animarum veſtrarum ſaluti proſpiciens moleſtus apud vos forſan, & difficilis extiti, & ideò obſecro vos, ut ignoſcat mihi quiſquis aliquid dolet, etſi forſitan ſeveritas noſtra modum tranſgreſſa eſt debitum, orate nè mihi Dominus hoc imputet ad peccatum.* Apud eundem Surium tom. 6. Vincent. in ſpeculo lib. 23. cap. 86. Baron. in annal. tom. 8. *S. Eligius Epiſcopus Noviomenſis inſtante mortis die, hortatus eſt diſcipulos ſuos, ut Jeſum ſemper ſuſpirarent, præcepta ejus ſuis animis affigerent, nomen ejus amarent, incertum vitæ lubricæ occaſum ob oculos perpetim haberent, Deiq; tremenda judicia nunquam non formidarent.* Cùmque diſcipulos lugentes intueretur, ipſe lugens eis dixit: *Faceſſat mœror, nec mihi quæſo fletu veſtro moleſtiam afferatis. De receſſu meo ſi japitis gaudere potiùs vos convenit, quam lugere: etſi enim corpore abſens ero, ſpiritu tamen melius vobis adero, atque etiam ſi ego nullibi eſſem, Deus tamen ubique eſt, illi equidem vos commendo &c.* Dunſtanus Archiepiſcopus Cantuarienſis congregatis circa ſe ſubditis dixit: *Noſtis viam quâ inceſſi, noſtis opera quibus inſudavi, dum vixi: quapropter*

Surius. Baron. Caniſius

Surius. Beda. Baron.

propter breviter vos moneo, ſi quo vado vultis venire, quâ inceſſi non pigeat vos ire, ipſe benignus Deus, qui direxit iter meum ad ſe, dirigat ad omnem voluntatem ſuam corda & corpora veſtra in pace. Cunctis reſpondentibus *Amen*, in pace requievit. Ita Surius tom. 3. Baron. tom. 10. & alii. Bruno Epiſcopus Colonienſis adversâ laborans valetudine advocavit aliquos Epiſcopos, eis aſtantibus, flens in hæc verba prorupit. *Tria mihi videntur genera confeſſionis, quibus ſe cor hominis Domino Deo ſuo renum teſti, & ſcrutatori cordium patefacit. Non ut ipſe (qui nihil non novit) lucidiùs innoteſcat, ſed ut ille qui ſe parùm novit veraciter ſemetipſum agnoſcat, aut & Deum in benefactis laudet, aut ſe in malefactis accuſet. Hoc cùm ſemper fieri debeat, ſic enim vigilare præcipimur, nè furvenias, tam pulſante domino domus, per infirmitatis moleſtiam, neceſſè eſt ut mens ſe quibus poſſit viribus erigat, quâ valeat intentione judici ſuo appropinquanti aſſurgat, ſopitis terrenis deſideriis, ſpe ad ſuperna flagret bona perennia: ſi non meruerit, minimè tamen deſperet, ſibi diffideat, in Domino confidat. Ecce fratres dilecti ſicut cernitis pulſatur janua pectoris mei (anhelitus enim reſpiratione laborabat) vocor ad reddendam rationem operis mei. Si quid poteſtis, rogo, ferte præſidium: orationis veſtræ porrigite manum. Incertus inter ſpem, & metum feror, miſericordiæ remedium præſtolor. In manu Creatoris mei ſum, de me quid ipſi placet fiat. Bonum eſt confiteri Domino. Confeßio & magnificentia in conſpectu ejus. Non enim aliquid boni, niſi ipſo operante fieri poteſt. Eſt autem quædam confeßio non peccata deplorans, miſericordiam tamen implorans de quâ per Pſalmiſtam dicitur ex perſonâ Dei ſacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo oſtendam illi ſalutare meum. Hoc ſalutare, ideſt Dominum Ieſum, nemo poteſt dicere, niſi in Spiritu ſancto. Ante illud eſt omne deſiderium, & gemitus meus ab eo non eſt abſconditus: dixi confitebor adverſum me injuſtitiam meam Domino, quæ eſt ſecundum genus lamentabile in peccatis. Tertium quod cõmendat B. Apoſtolus Iacobus. Confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro invicem, ut ſalvemini. Hoc vobiſcum Domini & fratres mei agere volo, hoc anxiè quæro. Spero autem quod advocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum Iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.* Hæc Surius tom. 5. Baron. tom. 10. *Alter Bruno Signinæ Civitatis Epiſcopus diem obitus ſui præſciens Clerum & populum ſuum ad ſe vocari juſſit, licet febri correptus, tamen feneſtræ domus ſuæ, & manibus miniſtrorum innixus, aſtantes ad fidei conſtantiam, fraternam dilectionem, bonorũ operum perſeverantiam brevi ſermone hortatus eſt.* Baron. tom. 11. & 12. Petrus Diaconus cap 34. de Viris illuſtribus. Catlin. Monaſt. & alii. Anthelmus Epiſcopus Bellicenſ. inſtante morte monuit Clericos, ut ſe mutuâ charitate diligerent, &c. Ita ejus vita. Honoratus Epiſcopus Arelatenſis ultimâ detentus infirmitate operari non deſtitit. Nam *confluentibus ad ſe poteſtatibus, præfecto, & præfectoriis viris benedictionem, & monita ſalutaria impertivit, dicens. Videtis quàm fragile habemus hoſpitium.* Et poſt multa. *Hanc vobis* (inquit) *Honoratus veſter hæreditatem relinquit: ſupremo halitu ſuo ad hæreditatem vos regni cœleſtis invitat. Nullus nimiùm amore mundi hujus mundi teneatur. Optimum ut voluntate quiſque faſtidiat, quo ſe videt neceſſitate cariturum.* Hæc Baron tom. 5. & 6. & alii. Staniſlaus Hoſius Cardinalis proximus morti oculos ad familiam ſuam convertit in terrâ proſtratam, orantem, & plorantem, cum omni humilitate ab omnibus in univerſum condonari ſibi petivit, ſi quemquam offendiſſet, ſeque viciſſim omnium erroribus veniam ex animo impertiri profeſſus eſt, à quocumque læſus aliquando eſſet, ad extremum ſacrâ ſuâ manu, (ut poterat elevatâ) ter familiæ ſuæ ejulanti benedixit, dicens. *Dominus vos benedicat, Dominus vos cuſtodiat, Dominus ab omni malo vos conſervet, amen. Ite in pace, &c.* Ita Staniſlaus Reſcius in vitâ ipſius.

Joannes Rex Aragonum ſacro munitus Viatico, lectioni Evangelicæ & recitationi Pſalmorum intendit, cui ſic intentus, ſubito languore concidit, ita ut clauſis oculis animam efflaſſe crederetur: ſed reclusis oculis ac reſpiciens aſtantes, ſic exclamavit: *O vanas hominum cogitationes! ò miſeros* VII.

homines! qui ad Principatus aſpirant! qui divitias, opes, & nimios honores affectant! ò fælicem pauperum cõditionem, & ſecuram illorum vitam, atque beatam, qui panem comedunt cum ſudore vultus ſui! qui vivunt labore manuum ſuarum. Nam mihi miſero, quid regnum, quid honores, quid obſequium multorum contulerunt! quid? labores ſcilicet magnos, & multa corporis & animæ pericula ſubivi; nec unquam ætate tam longâ potui dies aliquot videre bonos. O me miſerum & infælicem, qui tam ſerò fallacem mundum cogno co? qui vitam certè vixiſſem multò meliorem, ſi non rex, ſed agricultor fuiſſem, &c. Stephanus Rex Ungariæ ſentiens ſui obitus adeſſe diem accerſitos Epiſcopos, & Primores Palatii, poſtquàm egit de ſubſtituendo ſibi rege, monuit eos Catholicam ſervare fidem, amare juſtitiam, fraternæ ſtudere charitati. Ita Surius tom. 4. Baron. tom. 11. & alii. Abbacyrus Abbas monachus Ægyptius poſt exercitationem ſeptemdecim annorum (quo tempore variè à fratribus probatus & injuriis laceſſitus fuit ad coronam vocatus à Deo, & in extremis poſitus eoſdem fratres ſibi aſtantes ſic affatus eſt. *Gratias ago Domino, & vobis Patres, quòd me ad ſalutem meam tentaſtis jugiter. Hâc enim de causâ immunis à tentatione dæmonum hactenus evaſi.* Quibus dictis quievit in pace. Climachus gradu 4. de obedient. & apud Surium tom. 1. Baronium tom. 9. moriturus convocatos fratres ſic affatus eſt. *Attendite animis, mementote nos vni, quandoq; eidem judici ſiſtendos, ſinguli pro ſingulis rationem reddituri. Ego ſi fortè ſciens aut ignorans offendiculo vobis fui, quæſo indulgete, & precibus ac votis miſerum ſublevate. Equidem vicißim ſi quid eſt quod meum ſit indulgere vobis, Chriſti vice lubens relaxo.* His dictis Deum ſic precatus eſt: *Domine pone me juxta te &c.* Idem Surius tom. 5. refert quòd mediâ parte monaſterii Gemmeticenſis eodem tempore extinctâ, ſanctus Archardus illorum mortem doluit, & eiuſdem auctorem accuſabat: ſed Angelus eum eſt conſolatus, & de proximo tempore ſuæ vocationis etiam certiorem fecit. Cui Sanctus gratias egit, Deo reliquos ſuos diſcipulos cõmendans, quos per ſeptem dies piis exhortationibus inſtruere non deſtitit. Apud eundem Surium tom. 1. vitas PP. parte 1. Baronium tom. 3. S. Antonius mortem ſuam diſcipulis prædixit, eoſque viſitans monuit nè tanti temporis labores perderent, & dæmonum caverent inſidias. *Ad Jejum* (inquiebat) *ſuſpirate, credulitatem nominis ejus veſtris figite mentibus, & à certâ fide univerſi dæmones fugabuntur. In hoc autem magis eſtote ſolliciti, ut Domini præcepta ſervetis, ut poſt mortem veſtram ſancti quique veluti amicos, & notos in æterna vos recipiant tabernacula.* Cùmque hæc & plura alia monita dediſſet, adjecit: *Si qua vobis mei cura, ſi qua patris memoria eſt, ſi mihi vicarium rependatis affectum, nullus ad Ægyptum meas perferat reliquias, nè vano corpus honore ſervetur &c.* Matthæus Ruderus in viridario ſanctorum, parte 1. de Arſenio monacho Conſtantinopolitano refert, qui cum eò perfectionis deveniſſet, ut nullo terreſtri indigeret cibo, ſed Angelorum pane immortali paſceretur, ad cœleſtem evocatus vitam accerſitis undique religioſis viris de rerum humanarum contemptu, de patientiâ, & fraternâ, ſanctâque charitate, de animi ſubmiſſione, deprecatione multâ docendo prolocutus flexis genibus, flens, ſanctam animam in manus Dei tradidit. Ex Ferrario in catalogo & chronicis ordinis Servorum. Bonajuncta ordinis Servorum mortis ſuæ præſcius, poſt celebratum ſacrum in templo montis Senarii, fratres ad regulæ obſervantiam hortatus eſt: dumque de paſſione ferventiùs diſſereret ſacris adhuc veſtibus indutus emiſit ſpiritum. Surius tom. 4. Baron tom. 7. annal. ſcribunt, quòd Carilephus Abbas Madoalenſis, morti vicinus, poſt præclaras exhortationes ſuis fratribus factas eoſdem lugentes, his verbis eſt conſolatus. *Pater & congregator veſter, qui in cœlis eſt, ſi ad ejus voluntatem vos conformaveritis, nunquam vos deſeret. Ego jam diſſolvor, & tempus eſt ut pergam ad eum, quem à puero deſideravi. Confortamini ergò, & Dominum benedicite, quia proficiſcor de morte ad vitam, à labore ad requiem.* Quibus dictis hortatus eſt, ut pſalmos Domino decantarent

tarent &c. In vitâ Charitonis confeſſoris fertur, quòd hic divinitùs accepto die mortis, trium monaſteriorum monachis ad ſe accerſitis egregiam ad eos exhortationem habuit, quâ peractâ, precatus eſt ſalutem animæ, eiſque benedixit. Clarus Abbas Viennenſis apud Surium tom. 1. præſciens ſui obitus tempus, vocatis ad ſe fratribus prædixit eis calamitates futuras, eoſque hortatus eſt præcipuè, ut Dei judicium metuerent, ſuimet curam agerent, vigilanterque intenderent, ut cùm tribulationis dies adveniret, paratiores ad tolerandum invenirentur. Ex Surio tom. 6. Petro de Natalibus lib. 11. cap. ultim. Ebrulphus eremita octogenarius cùm hortatus eſſet fratres, ut in charitate manerent eis valedicens, alacri & angelico vultu migravit ad Dominum. Lippomanus tom. 2. 3. & 5. & ex eo Surius tom. 1. Baron. tom. 4. annal. & alii ſcribunt de S. Ephrem. Ediſſenæ Eccleſiæ diacono, qui poſt vitam benè ac beatè peractam, morti proximus teſtamentum condidit lectu digniſſimum, quo diſcipulos, & quoſcumque fideles futurorum admonuit, ſalutaribuſque præceptis inſtruxit, hæreſeſque & apoſtaſias deteſtans, errantes ad vitam ſalutis reduxit, ac unicuique quæ ad ſalutem neceſſaria erant propoſuit. In vitâ S. Joannis Columbani cap. 83. ſcribitur de Franciſco Montecchiello ordinis Jeſuatorum morbo læthali laborante, qui cùm à plurimis inviſeretur, petentibus aliquod ſalutis monitum. *Quid dicam* (inquit) *vobis neſcio, niſi hoc tantùmmodo, temporis jacturam unuſquiſque faceat.* Joannes Nyder in formicario lib. 4. cap. 7. & alii referunt de Franciſco de Retza ordinis Prædicatorum qui cùm antiphonam, Salve Regina, ſuis diſcipulis exponeret, febri correptus, ait illis, miror quid ſibi hoc velit quòd B. Virgo infra octavam Aſſumptionis in ſuo opere occupatum ſic alterari permittat, ex quo morbo paulò poſt interiit. Thomas à Kempis narrat de Gerardo Diacono cõcionatore eximio, qui finem vitæ ſibi inſtare præſentiens, conſolatus eſt diſcipulos plorantes, monens eos firmiter ſtare in propoſito ſancto, commendavitque eos Deo, & ſanctis ejus: ſpopondit inſuper illis auxilium Dei certiſſimè affuturum &c. Gilda Presbyter (ut patet ex ejus vitâ) morte inſtante diſcipulos ſuos convocavit, eiſque dixit: *Quoniam filii mei viam ingredior univerſæ carnis, diſſolvi mihi expedit, ut poſſim Deum videre.* Deinde ſermonem ad eos habuit de Chriſti imitatione & amore, de mutuâ charitate, cæterarumque virtutum ſtudio, & vitiorum fugâ. Cùmque etiam invaleſcente morbo ſeptem diebus continuis monita eis ſalutaria dare non deſtitiſſet: octavo die dixit: *Deus autem pacis & dilectionis ſit ſemper cum omnibus vobis.* Et illis reſpondentibus *Amen*, expiravit.

VIII. In chronicis ordinis Minorum legimus, quòd Jacoponus ejuſdem ordinis, inſtante morte ad fratres converſus eos ad virtutum viam proſequendam hortatus eſt. Franciſcus Didacus hiſtor. ordinis Prædic. lib. 1. cap. 59. narrat de Joanne Myco ordinis Prædicatorum quòd: *infirmitate detentus vix à prædicatione verbi divini abſtinere voluit: novitiis ad ſe adductis, plurima ſalutaria monita dedit ad vitã ſpiritualem & profectũ conducentia, maximè ut perfectam obedientiam ſuperioribus adhiberent: ut omni diligentiâ & obſervantiâ cuſtodirent religionis ſtatuta etiam minima: ut mulierum converſationem fugerent, quod inſtantiùs eos monuit dicẽs: facies mulieris ventus urens. Etſi Catharina de Senis veniret de cælo ad vos viſitandum, dicite ei, ut in cælum revertatur, & illic eam videbitis.* Surius tom. 6. Lippom. t. 5. Baron. annal. t. 6. ſcribunt quod Marcellus Archimandrita monaſterii Acremetorum ſeu non dormientium. *Solita charitatis officia etiam ultima vitæ ſuæ die exercere non deſtitit, multorum inimicitias conciliando, & controverſias componendo, proximuſq; morti monachos præſentes hortatus eſt, quemlibet ſecundùm ætatem & officium, ſeu dignitatem &c.* Paulus Morig. lib. 2. cap. 53. de Nicolao à Monte Politiano ordinis Jeſuatorum refert, quòd cùm ultimum ſpiritum ageret, aſtantes ad ſpiritualem pugnam excitavit, his præcipuè verbis: *Hæc mementote ſemper, nemo coronabitur niſi qui legitimè certaverit, certate igitur uſque ad finem, & coronam à*

Domino

Domino percipietis. Quibus dictis eis benedixit & expiravit. Apud Baron. tom.10. annal & alios. Nicon Myroblites Monachus in Armeniâ divinitùs accepto obitus ſui die, civitatis Primores, Monachos, ac Laicos hortatus eſt ut ſuarum animarum ſalutem ſeriò amplecterentur; ex quo ab hâc vitâ nulla ſit pœnitentiæ vis. Pietatem pariter, humilitatem, charitatem ſuaſit, æterno Patri illos commendans. Et poſt manus illis orando impoſitas, poſtremò adjecit: *Deus cum charitate veſtrâ ſit vobiſcum &c.* S. Tereſia refert in ſuâ vitâ c. 21. de Petro Alcantara ordinis Minorum, qui cùm ad ultimum ſuæ vitæ terminũ ſe perveniſſe cognoſceret, poſt monita fratribus data, incœpit pſalmum: Lætatus ſum &c. Quo dicto flexis genibus orando occubuit. Surius tom.1. Sigebertus in chronico anno 1043. Baron. annal. tom. 11. narrant de Poppone Abbate Stabulenſi quòd inter alia, proximus morti ſermonem ad fratres habuit. Robertus Salentinus Monachus Cœleſtinus ſenio & morbo confectus, & Eccleſiæ Sacramentis munitus, aſtantibus fratribus ferventem ſermonẽ habuit de ſanctâ obedientiâ, obſervantiâ religionis, vigilantiâ caſtitatis, & amore paupertatis &c. Ita ejus vita in Bibliothecâ Floriacenſi cap. 10. Romoldus Abbas in extremâ vitæ periodo potenti ſermone fratres eſt adhortatus &c. Ita Baron. tom.11. Caniſius antiq. lect. tom.2. Stephanus inſtitutor ordinis Grandimontenſis obitũ ſuum prænoſcens, inter alia monita ſalutis ſuis diſcipulis: *Deum* (inquit) *ſolum vobis relinquo cujus ſunt univerſa: ſi amando paupertatem ei conſtanter adhæſeritis, ipſe providentiâ, quâ omnia gubernat largietur vobis quod noverit expedire. Si verò (quod abſit) amando temporalia ab ejus amore receſſeritis, nolo vobis unde ab ipſo paſcamini relinquere.* Vide Vincent. Bell. ſpecul. hiſtor. lib. 25. cap. 46. Baron. annal. tom. 12. & alios.

IX. De Theodoro Studitâ refert Baron. t.9 & alii, quod inſtante morte dixerit fratribus ſuis: *Iam adeſt fratres mei, vitæ meæ finis, quem ſemper expectavi, commune enim eſt omnibus hoc poculum: citiùs alii licet, tardiùs alii bibant. Ex quo enim in hanc vitam introducti ſumus, vitæ finem capiamus neceſſe eſt, optimo Domino ita ſtatuente: ut qui vitâ fruuntur mortem quoque ſuſtineant. Mihi ergo eadem cum aliis ineunda eſt, eoq; obeundum quo patres mei anteceſſerunt: ubi vita ſempiterna, imò ubi Deus ac Dominus meus, quem dilexit anima mea, quem cor concupivit, cujus famulus dictus fui, quamvis obſequium neglexerim, cui totam vitam meam credidi; vos verò filii manete in ſermonibus meis, ſervantes quæ accepiſtis, vitamq; ſimùl & fidem veſtram illibatam cuſtodientes. Spondeo autem vobis, ſi quam in die Domini fiduciam humilis nanciſcar, me pro vobis poſtulaturum ac precaturum inceſſanter, ut & ipſi ad meliora provehamini, & Cœnobium hoc majora ſemper incrementa capiat. Singulos ex vobis ordine unumquemque Deo venienti oblaturus aſſumam.* His & aliis diſcipulos affatus, adjecit poſtremò: *Abſentes parentes meis verbis ſalutate: Epiſcopos, Presbyteros q; quo par eſt alloquio impertite. Omnibus ubique fratribus, aliisq; omnibus, qui in eâdem confeſſione perſeverant ſupremam ex me allocutionem reddite.* Idem Baron. annal. tom.8. Surius tom.6. narrant de Trudone Presbytero hæc verba pſalmi 41. ingeminante, *quando veniam & apparebo ante faciem tuam Domine miſericordiſime.* Tandem ubi vicinam mortem didicit mirè gaviſus eſt, convocatisq; diſcipulis ſuæ lætitiæ cauſam aperuit, eosque ſalutaribus monitis inſtruxit. D. Thomas Aquinas læthali morbo decumbens à ſalutari doctrinâ ſe continere non potuit; ſed inſtantibus Cœnobitis foſſæ novæ expoſuit Cantica canticorum. Surius tom.2. & alii. Narrat Baron. t.11. cum aliis, quòd Wilelmus Abbas Hirſaugienſis pridie mortis in capitulum ſe portari fecit, convocatisque omnibus, eos hortatus eſt ad continuum Dei amorem, fervorem monaſticæ religionis, obſervantiam mutuæ dilectionis, & hoſpitalitatem ſollicitè cuſtodiendam. Idem Baron. tom.8. annal. Caniſius antiq. lect. tom. 4. & alii ſcribunt quòd Wmbaldus Abbas Heyndelamenſis, cùm jam mortem ſibi inſtare videret fratribus accerſitis præcepit, ut vitam moresque componerent ad Dei voluntatem, fidem Catholicam,

Digitized by Google

Catholicam, charitatem mutuam, & monasticæ vitæ disciplinam servarent: subdens. *Regularis vitæ constitutionẽ, & obedientiæ vinculum, quod mihi promisistis & ego vos ligatos habebam, illo vos absolvo, nec meum est vobis laxare, sed omnimodo prout vires vobis sufficient, Deo reddite. omnium quæ in meâ obedientiâ neglexistis indulgentiam à me accipite, & quidquid vobis per me cõtrarium accidisset, remissionem vos omnium tribuite, & Deo cõmendati in pace perseverate, mihiq; prædestinatum iter, quod nunc ad peragendam de hoc sæculo habeo, cum licentiâ & reconciliatione cõcedite.* Cumque his & aliis verbis luctuosam Fratrum multitudinem compellaret, fusâ oratione ad Deum expiravit. Monumenta Ecclesiæ Faventinæ aiunt Terentium Levitam Forocornelien-sem civem, & Urbis Faventinæ protectorem, instante morte convocatis propinquis illius loci Religiosis viris, coram eis peroraſſe de Dei & proximi dilectione, veniam petiisse, & Dei auxilium sibi & illis deprecatum esse.

X. Quis istorum præfatorum & sexcentorum aliorum mortem pretiosam nõ vocet quam præcesserunt eloquia tam pretiosa; in sexu fœmineo aliquas Heroinas videmus, quæ proximæ interitui verba planè angelica protulerunt. Surius tom. 1. Lippoman. tom. 5. Baron. tom. 5. annalium de Melaniâ juniore Romanâ referunt, quod videns sorores suas proximam sui dissolutionem lugentes, sic illas allocuta est. *Ego ô charissimæ à vobis jam recedo, cùm hoc ita visum sit, vos verò ita vitam agite, tanquam præsentibus & intuentibus Dei oculis, qui cogitationes scrutatur, & videt corda.* S. Franciſca Romana Moniales suas exhortans Dei erga eas amorem insinuavit, protectionem quoque suam spopondit. Ita ejus vita à P. Julio Soc. Jesu conscripta. S. Elizabeth vidua, Andreæ regis Hungariæ filia, ultimis Ecclesiæ Sacramentis ritè munita, reliquum temporis in fervore spiritus exegit, colloquens cum astantibus de rebus quas, in concionibus audiverat, vel divino instinctu perceperat; præcipuè de Historiâ sancti Lazari, & de consolatione quam Christus ejus sororibus exhibuit, invisendo, lacrymando, &c. de quibus lacrymis cum tanto fervore disseruit, ut & lacrymas ab astantibus exciverit. Ita Surius tomo 5. D. Antoninus parte 3. tit. 19. cap. 11. Crant. histor. Saxon. lib. 7 cap. 48. de Sanctâ Austrebertha idem Surius tomo 1. Baron. Annalium tomo 8. narrant, quod hæc levi febri correpta congregavit sorores, eisque sui obitus imminentem prædixit diem, quam revelatione Angelicâ didicerat. *Monuit eas de regno Dei, de contemptu mundi, de gloriâ Iustorum, ac pœnis reproborum, &c.* B. Clara de Montefalco, cùm extremâ infirmitate laboraret, dies totos meditationibus impendebat, quibus has & similes preces jaculatorias inserebat. *Angele Dei nuncia sanctæ Virgini; ut in suas me sedes recipiat.* Item. *Exultemus omnes, & jubilemus Deo, & cantemus laudem, Te Deum laudamus: Quoniam Sponsus meus venit ad me, ut me ad gloriam suam perducat.* Tandem ultimo die vitæ suæ convocatis Monialibus obedientiam, castitatem, humilitatem, ac vitæ sanctimoniam plurimùm commendavit: præcipuè verò Dominicæ Passionis memoriam ac meditationem, quàm salutis nostræ incitamentum asserebat. Ita Isidorus Moscouius in ejus vitâ. B. Catharina Virgo Bononiensis sentiens se læthali morbo correptam omnes Moniales convocavit, cum quibus spatio trium horarum contulit: & docuit quomodo vitia fugienda, & virtutes sectandæ essent, pacemque pro testamento reliquit. Ita Christophorus Mansuetus cap. 27. & seq. & alii. De fœlice obitu Principum de Ecclesiâ Romanâ benè meritor, lege Bozium lib. 12. signo 89. Omitto etiam miracula, quæ in præfatorum & aliorum obitu contigerunt.

CHARACTER XIV.

Testimonium Acatholicorum.

VERITAS Fidei nostræ extraneo & hostili testimonio magis splendescit & firmatur, quàm domestico & amico. Quia cum pagani & hæretici illã I.

execrentur & perſequantur, cùm illam prædicant fidelium mentibus magis inſerunt. Gloſſa interlinearis ad illud Deuteronomii cap. 32. verſ. 31. *Non enim eſt Deus noſter ut Dii eorum; & inimici noſtri ſunt judices.* Subdit. *Firmum teſtimonium ab hoſte.* Unde non mirùm ſi Deus ad ſuam Divinitatem, & religionem prædicandam tam frequenter inimicorum teſtimonium adhibeat. Sic in hiſtoriâ Eliană cùm aliqui Iſraelitarum idolis Baal immolarent, ut patet excorreptione illis factâ per Prophetam lib. 3. Regum cap 18. v. 21. *Vſque quò claudicatis in duas partes, ſi Dominus eſt Deus ſequimini illum: ſi autem Baal, ſequimini illum.* Dionyſius. *Ad utramque partem erratis, nec in viâ Dei rectè incedritis, & eſtis ab invicem differentes, dum aliqui veſtrum nunc Deo, nunc idolis immolant, & quidam idolis tantùm, aliqui Deo ſolum ſicq pro maximâ parte à regiâ viâ virtutum receditis, & ad utrumque vitioſum declinatis extremum.* juxta illud Pſal. 17. *Filii alieni inveterati ſunt, & claudicaverunt à ſemitis ſuis. Si is, qui in lege, & Prophetis communiter vocatur Deus, eſt verus, & æternus, & incõmutabilis Deus, adhæreatis ei, & accedatis ad eum per fidem & debitum cultum. Si autem Baal eſt verus Deus, cui ſoli debetur adoratio, & ſacrificiũ, ſequimini illum.* Subdit facer Textus. *Et non reſpõdit ei populus verbum.* Dionyſius elucidat *Quia erant puſilli, nutantes, & ambigentes, cui potius aſſentirent impio regi, & Prophetis ejus ſuperſtitioſis, an S. Prophetæ Eliæ.* Expende illa verba. *Quidam idolis tantùm* item *ſicq pro maximâ parte, &c.* Tamen viſo deſcenſu ignis cœleſtis in victimam, non aliqui ſed omnes tam ii, qui in veri Dei cultu perſiterãt, quàm qui ab eo, modò deflectebãt, modò ad eum redibant; quàm etiam qui in cultu Baal perſeverabant. Omnes (inquam) veram divinitatẽ profeſſi ſunt, cultumque ejus eſſe legitimum teſtati ſunt. v. 39. *Quod cùm vidiſſet omnis populus procidit in faciem ſuam, & ait, Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus:* ideſt qui attingit omnia, à fine ad finem; ille ab omnibus colendus eſt.

Gloſſa interl. Deuter cap. 32. v. 31.

l. 3. Reg. 18. v. 21.

Dionyſ.

Quàm verò efficax fuerit hoc ſolemne teſtimonium totius populi, in quo plurimi idololatriæ addicti erant, patet ex eo quod Elias hác occaſione uſus eſt, ut Pſeudoprophetas ſacrilegos illos impoſtores (à quibus dementabatur populus) jufſerit comprehendi, & ad torrentem Ciſon duci, ibique nemine reclamante vel contradicente mactari.

II. Aliud Fidei & veri Dei teſtimonium profert Vidua Sareptana. Hæc enim cùm per Eliam filium ſuum videret ad vitã revocatum lib. 3. Reg. c. 17. v. 24. *Nunc* (inquit) *in iſto cognovi, quoniã vir Dei es tu, & verbum Dñi in ore tuo verũ eſt.* Dionyſius. *Verè ex parte Dei loqueris, & verus Dei Prophetaes, ac vera ſunt vaticinia tua.* Quaſi diceret, verus eſt Deus tuus ex parte cujus loqueris, verus quem colis, cujus fidem annuncias. Quæ erat illa mulier? Sidonia & conſequenter Gentilis, ut docet S. Chryſoſtomus homil. 3. de Eliâ, Toſtatus in c. 17. lib. 3 Reg. q 24. Permittit Deus ut illa mulier de vero Deo, & ejus religione teſtimonium ferat. Hanc divinitatis & ejus religionis fidem pluries alii prophanarum religionũ ſectatores teſtati ſunt. Paulò ſtudioſius per legem naturę & ſcriptã excurramus ad hujus veritatis probationem magis ſtabiliendam. Cùm Laban Jacobum ex Meſopotamiâ fugientem inſequeretur, divinã manum ſibi reſiſtentẽ expertus, ait ei. *Nunc quidẽ valet manus mea reddere tibi malũ: ſed Deus Patris veſtri heri dixit mihi, cave nè loquaris contra Jacob quidquã durius.* Quorſum Deus (ut Labanum coërceat) alloquitur? Nunquid poterat alio modo ejus pravum conceptum divertere? Si dicas Labani ore uſum fuiſſe Deum, ut duas uxores Jacob ſcilicet Liam, & Rachelem in veri Dei cultu corroboraret: Numquid Jacob id munus melius obire poterat? Minimè, etſi Jacob foret Dei amicus: tamen ſuæ divinitatis & religionis veritatem voluit potiùs à Labano prædicari, quàm à Jacob, quia illius teſtimonium validius cenſebatur. S. Chryſoſtomus homil. 57. in Geneſim *Permittit ei ut abeat, & linguâ ſuâ confiteatur quæ Deus dixit ad ſe: quo & juſtus majorem alacritatem habeat*

l. 3. Reg. 17. v. 24.

Gen 31. v. 49.

Chryſoſ.

habeat proficiſcendo, fiduciamq́ accipiat: Et ut filiæ ſuæ diſcant quanto ſtudio Deus omnium Dominus Iacobum curet, rejiciantq́ errorem paternum, & imitentur juſtum, notitiæ Dei ſufficientem doctrinam indè accipientes. Neque enim ſic fide digna erant, quæ Iacob dicebat, ut quæ à Laban dicebantur, qui adhuc idola colebat, ſemper enim infidelium, & adverſantium religioni teſtimonia majorem habent fidem. Et hoc ex omnipotenti Dei ſapientiâ, ut inimici veritatis fiant ipſi teſtes veritatis, & ſuâ linguâ prædicent. Expende illa aurea verba: *Semper enim infidelium & adverſantium religioni teſtimonia majorem vim habent.* Non dicit aliquando, ſed *ſemper*. Non dicit æqualem vim habent, ſed *majorem* ad veritatem divinæ naturæ & ejus religionis prædicandam minor fides habetur amicis, quàm inimicis, ſeu idololatris.

III. Idem Deus dum legem ſcriptam condere vult ut ſuum intentum aſſequatur populumq́; Hebræum in unum congreget, ut debita religionis munia perſolvat; Non ſolo Moyſis & Aaron miniſterio utitur, ſed etiam Magorum Ægyptiorum Quid Deus Optime Maxime meditaris? Novam ſynagogam quæ te ut verum Deum in Ægypti ſolitudine colat. Pro hujus rei expeditione celeriori Magos adhibes? hi potiùs populum ſeducent, quàm promoveant. Licet ſint peſſimi, quotidie ſuggerũt Pharaoni ut populum Hebræum opprimat, tamen illos ſuæ divinitatis & religionis precones inſtituit Deus, quorum dictis & teſtimoniis, majorẽ fidem adhibebit Rex, quàm oraculis, & miraculis Moyſis & Aaron. Ubi enim Exod. cap. 8. v. 19. dixerunt: *Digitus Dei hic eſt*, illicò Pharao convictus eſt. Quare, *quia ſemper infidelium, & adverſantium religioni teſtimonia majorem habent vim.* Quòd ſi Regum hiſtorias revolvamus in illis deprehendemus per idololatras oracula divina fuiſſe prænunciata lib. 1. Regum cap. 6. Cùm arca foret capta à Philiſthæis attentè ſpeculari jubent in quam partem boves progredientur. *Aſpicietis* (inquiunt) *& ſiquidem per viam finium ſuorum aſcenderit contra Bethſames, ipſe fecit nobis hoc malum grande; ſin autem minimè, ſcimus, quia nequaquam manus ejus tetigit nos, ſed caſu accidit.* Quærunt interpretes cur Deus illam ſuperſtitioſam prædictionẽ permiſerit. Reſpondet Procopius id permiſſum fuiſſe à Deo, quia majorem fidem adhibẽt homines rebus divinis, quæ ab infidelibus panduntur. *Deus condeſcendens ipſis, Ariolorum ſententiæ obſecundavit, ut ipſi etiam hoſtes virtuti divinæ teſtimonium perhiberent, utq́ magiſtri ipſorum de hâc re ſuam ſententiam proferrent.* Quaſi diceret: quamvis illi Arioli ſuis incantationibus, præſtigiis, mendaciis, populum dementarent, tamen Deus eorum operâ uti voluit, ut ſanctitatem & virtutem arcæ, (quæ eſt figura Chriſti, & Eccleſiæ) teſtarentur. Id eleganter, & fusè deducit & confirmat S. Chryſoſtomus homil. 6. in Mattheum. *Hoc Aſcalonitis, hoc legitur feciſſe Gazenſibus, horũq́ finitimis, etenim iſta quinque tunc urbes, poſtquàm lathali plagâ, arcâ ad ſe veniente, perculſæ ſunt, nullamq́ ex tantis malis liberationem poterant invenire; vocatisq́ vatibus, & populi multitudine congregatâ, quemadmodum illa Dei placari poſſet ira, quærebant. Tunc eorum reſpondere vates, ut juvencas indomitas adhuc & primiparas ad plauſtrum jungerent, quo arca veheretur, nulloq́ eas regente quo vellent ire permitterent, ſic apparaturum eſſe dicentes, utrùm à Deo plaga illa veniſſet, an communi quodam caſu, atque ægritudine deperiſſent ſi* (inquiunt) *jugum præ imperitiâ, ſuperbâ cervice contriverint atque mugientes ad vitulos recurrerint, caſu id factum eſſe manifeſtum eſt: ſi verò directo itinere contenderint, & neque ad mugitum tentaverint redire vitulorum, neque in aliam regionem ignotæ viæ errore detorſerint, liquidè patebit has urbes fuiſſe percuſſas. Quoniam igitur iſta dicentibus illarum tunc regionum populi crediderunt, eorumque implevere præceptum, Deus quoque condeſcenſione ſolitâ vatum ſententiam comprobavit, nec majeſtati ſuæ putavit indignum in effectum operis prophanorum dicta perducere, idq́ agere, ut illi fideliter viderentur ſuaſiſſe. Ad majorem ſiquidem Dei gloriam pertinebat, ſi virtus ejus etiam inimicorum teſtimonio panderetur, & ſi ipſi quoque gentilitatis magiſtri conſonam ferrent de*

Exod. 8. v. 19.

l. 1. Reg. c. 6. v. 1.

Procop.

Chryſoſ.

veri Dei poteſtate ſententiam. Non dicit quòd ad aliquam Dei gloriam, ad æqualem, ſed ad majorem. Majus enim gloriæ incrementum Deus Chriſtus, in Eccleſiâ ſuſcipit, cùm à magiſtris gentilitatis teſtimonium de ſuorum dogmatum veritate profertur.

IV. Quis ſuperbior & inſolentior Nabuchodonoſor qui ad ſtatuas ſuas adorandas omnes compellebat, & renuentes vivos cremari jubebat? Danielis cap. 3. v. 14. ſic tres pueros Hebræos affatur. *Verene Sidrach, Miſach, & Abdenago, Deos meos nō colitis, & ſtatuam auream, quam conſtitui non adoratis. Nunc ergò ſi eſtis parati quacumque horâ audieritis ſonitum tubæ, fiſtulæ, citharæ, ſambucæ, & pſalterii, & ſymphoniæ, omnisque generis muſicorum, proſternite vos, & adorate ſtatuam, quam feci: quod ſi non adoraveritis, eâdem horâ mittemini in fornacem ignis ardentis. Et quis eſt Deus qui eripiet vos de manu meâ?* Expende illa verba. *Et quis eſt Deus, &c:* Quaſi diceret, nullus eſt verus Deus, niſi is, quem adorandum propono. Nullius Numinis potentiam pertimeſco. At ubi eos in fide conſtantes vidit, fornacis ardentis ignibus mandari juſſit, quos illæſos ambulantes in mediâ flammâ aſpiciens in hæc verba prorupit, v. 95. *Benedictus Deus eorum Sidrach videlicet Miſach, & Abdenago, qui miſit Angelum ſuum, & eruit ſervos ſuos, qui crediderunt in eum.* Et cap. 6. ipſe Daniel cùm miſſus eſſet in lacum leonum ut ab eis devoraretur, rex verſi Deum confeſſus eſt v. 20. *Daniel ſerve Dei viventis, Deus tuus, cui tu ſervis ſemper, putas nè valuit te liberare à leonibus?* Et v. 26. Darius Rex ſcripſit univerſis populis tribubus, & linguis habitantibus in universâ terrâ: *Pax vobis multiplicetur. A me conſtitutum eſt decretum ut in univerſo imperio, & regno meo pertimiſcāt & paveant Deum Danielis. Ipſe eſt enim Deus vivens, & æternus in ſæcula, & regnum ejus non diſſipabitur, & poteſtas ejus uſque in æternum, ipſe liberator, atque ſalvator faciens ſigna & mirabilia in cœlo & in terrâ, qui liberavit Danielem de lacu leonum.* Ecce quale organum Deus aſſumit, ut ab omnibus colatur.

Daniel 3. v. 14.

V. Quod ſi ad legem Euangelicam veniamus, à quibus prima ſuæ nativitatis teſtimonia expoſtulat? non à Mariâ Sanctiſſimâ, non à Joſepho juſtiſſimo, ſed à Magis, ab extraneis, & Gentilibus. Ingreſſi enim civitatem Jeruſalem. *Vbi eſt* (inquiunt) *qui natus eſt Rex Iudæorum.* S. Chryſoſtomus ſæpè citatus notat Deum præfatorum Magorum ſermone uſum fuiſſe ad ſuam Nativitatem propalandam, ut Judæos confunderet: *Vt videlicet infidelitatem Iudæorum, magis magisque confunderet, ingratis omnem prorſus aditum excuſationis obſtrueret.* Et paulò poſt. *Quia enim audientes, Prophetas qui adventum ejus ſæpè promiſerant, parum attentè eorum verba penſabant, à longinquis regionibus venire fecit, & barbaros, qui apud illos natum inquirerent regem, ut Perſico primùm ſermone diſcerent, quæ Prophetis nunciantibus diſcere noluerunt,* Dicit Perſico ſermone, ideſt extraneo, & Gentili. Idem S. Baſilius homil. 25. de humanâ Chriſti generatione premit. *Magi alienum à Deo genus, & à teſtamentis gens peregrina, primùm adoratione dignati ſunt, quod ex inimicis teſtimonia longè præſtantiora, fideque digniora eſſent.* Quaſi diceret etſi Judæi ſuis Prophetis & preconibus credere debuerunt, potius ſanè Magis credere coguntur, ut potè à verâ religione omninò alienis, & peregrinis, imò inimicis. Dū cruci affixus eſt. Quis fidei profeſsionem emittit? non Petrus, non uterque Jacobus, non Joannes, & alii Apoſtoli, ac Diſcipuli, ſed latro. Lucæ cap. 23. verſ. 42. *Domine memento mei cùm veneris in regnum tuum.* S. Auguſtinus ſerm. 120. de tempore, ponderans illa verba: *Latro* (inquit) *nondum vocatus, & jam electus: nondum famulus, & jam amicus: nondum diſcipulus, & jam magiſter.* Verè magiſter: quandoquidem eum verum Deum prædicet obſtrepentibus licet Judæis. Quare idem Auguſtinus illum ſic affatur. *Crucifixum vides, & regem prædicas.* Euſebius Emiſſenus homiliâ de Beato Latrone. *Non dixit ſi Deus es, de ſupplicio præſenti eripe me, ſed magis quia Deus es, de futuro judicio libera me, prædicat ſæculis judicem, regemque ſæculorum, &c.* Non ait prædicat Judæis, ſed ſæculis, non regem Judæorum

Matth. c. 2. v. 2.
Chryſoſtomus.
Baſilius.
Luc. 23. v. 24.
Auguſt.
Euſebius Emiſſ.

Judæorum pro decem annis 20. 30. ſed ſæculis. Meritò Sanctus Athanaſius ſermone in Paraſceve vocat illum Evangeliſtam. *Tanquam latro crucifixus es, & repentè Evangeliſta evaſiſti:* Idem eum nominat Petri commilitonem, Apoſtolorum ſymmiſtam, Judæorum accuſatorem. *O latro Petri commilito, Judæorum accuſator! ô latro regni mercator, Paradiſi cuſtos! ô latro crucis velut corrolarium tibi cælum afficiens! ô latro quomodo homines regnum quaſi furto auferant inſtruens! ô latro poſtremus veniens, & primus coronatus! ô latro vehemens Judæ accuſator! ô latro Apoſtolorum ſymmiſta juſtè Chriſtum coemens* S. Chryſoſtomus vocat latronem non ſolùm Petri commilitonem, Judæorum accuſatorem, & Apoſtolorum ſymmiſtam, ſed & Prophetam concionatorem è cathedrâ crucis concionantem. *O potentiam Jeſu* (inquit ſerm. in Paraſc.) *latro jam Propheta eſt, & è cruce prædicat.* Drogo de Dominicæ paſſionis ſacramento optimè opponit latronem Petro: hic enim in domo Cayphæ latronis officium obiit negando Chriſti divinitatem, & hominem nuncupans, Marci cap. 14. v. 71. *Quia neſcio hominem iſtum quem dicitis.* Latro Chriſti divinitatem liberè prædicat Lucæ cap. 23. v. 42. *Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum.* Drogo ita illum affatur: *In te beatiſſime confeſſor de totius mundi ſterilitate fidei reliquias colligit Chriſtus: tu fugientibus diſcipulis, & Petro negante, ſocius, & comes paſſionis ejus fieri gaviſus es. Tu Petrus in cruce fuiſti, & Petrus in domo Cayphæ latro, quamdiu latitans foris Chriſtum negavit.* Qua cõfeſſione latro Petrum blaſphemum, & reliquos diſcipulos fugitivos cõfudit.

Athan. Chryſoſ. Marc. c. 14. v. 71. Lucæ cap. 24 v. 42. Drogo.

VI. Eodem argumenti genere utitur S. Ambroſius in lib. 1. de fide, dum Centurionem audi exclamantem Matthæi cap. 27. v. 54. *Verè filius Dei erat iſte.* Quæ ſic ponderat c. 7. & carpit Arianos. *Hic idem Centurio cum aliis, qui ſecum erant tremefactis mundi cardinibus in Paſſione Domini confitetur, & tu hæretice negas, Centurio dicit: Verè filius Dei erat iſte. Erat* (inquit Centurio) *& Arianus dicit: Non erat. Ille generationis & veritatem, & æternitatem aſſeruit, manu cruentus, ſed mente devotus. Tu hæretice veritatem generationis negas, tempus aſcribis, utinam manus potiùs, quàm animum cruentaſſes. Sed nec manu innocens, & mente feralis, quantùm in te eſt mortem infers, qui infirmum opinaris. Imò quod gravius eſt, etſi divinitas vulnus ſentire non poſſet, quod in te tamen eſt majeſtatem ſuam in Chriſto, non corpus interficere conaris. An igitur Deum dubitare non poſſumus, quem verum Dei filium & carnifices crediderunt, & dæmones?* Hoc ſanè argumentum multùm urget, & confundit Arianos, dùm divinitatis tortores confeſſores, & dæmones teſtes producit. Dæmonum teſtimonium refert Sanctus Marcus cap. 1. v. 24. ubi dæmonem exclamaſſe ait. *Quid nobis & tibi Jeſu Nazarene veniſti perdere nos? ſcio quod ſis ſanctus Dei.* Quæ verba ponderans S. Irenæus lib. 4. contra hæreſes cap. 14 hujus teſtimonii rationem reddit noſtro propoſito oportunam. *Oportebat eum veritatem ab omnibus accipere teſtimonium: & à domeſticis, quoniam & amici: & ab extraneis, quoniam & inimici. Illa eſt enim vera, & ſine contradictione probatio, quæ etiam ab adverſario procedit.* Per illa verba, *illa eſt enim vera & ſine contradictione &c.* Innuit amicorum teſtimoniis poſſe contradici: at de teſtimonio ab hoſte prolato nemo dubitare poteſt, ſed certum judicare tenetur. Inſtabis ſi teſtimonio dæmonis fides adhiberi debet, cur Chriſtus, Marci cap. 1. verſ. 25 & Lucæ cap. 4 verſ. 41. illi ſilentium imponit? loqui permittit, ut firmior fides haberetur de illo, quandoquidem adverſarii ipſam confirment. Imponit autem ſilentium, quia ſecundùm Tertullianum lib. 4. contra Marcionem non expedit Chriſtum ſeu Deum laudari à Dæmone, ſicut nec virginem à meretrice commendari. Secundò ex Boſtrenſi in c. 8. Lucæ, ut doceat adulationi, & vanæ gloriæ non eſſe acquieſcendum. Tertiò ex Scholiaſte apud S. Chryſoſtomum nè videretur amicus dęmonum, & aliquod cum iis habere commercium. Quartò, quia ſecundùm Franciſcum Lucam & Maldonatum nimis tempeſtivè Chriſtum prodebat. Quintò, ex

Matth. cap. 27. v. 52. Marci cap. 1. v. 24. Irenæus.

Beda. Beda. *Dæmon quia Evam linguâ ſuâ fefellerat, linguâ punitus eſt nè loqueretur.*

Euthim. Denique ſecundùm Euthymium. *Nè unquam credamus dæmonibus etiam vera dicentibus: cùm enim ament mendacium, ſintq; nobis inimiciſſimi nunquam vera loquitur, niſi ut ad fallendum veritate quaſi eſcâ quadam utantur.*

VII. Cæterùm quantùm exterorum & hoſtium teſtimoniũ valeat, docet Apoſtolus ad Timotheũ c. 3. v. 5. dum etiam in electione Antiſtitum docet ab infidelibus teſtimonium exquirendũ eſſe. *Oportet autẽ & illum teſtimonium habere ab illis qui foris ſunt*, ideſt qui ſunt extra Eccleſiã. Quis enim non credat dæmonibus, & infidelibus dum palam Antiſtitum, Eccleſiæ, & Chriſti laudes prædicant. Tertullianus in Apologetico cap. 23. *Nemo ad ſuum dedecus mentitur, quin potius ad honorem magis fides prona eſt adverſus ſemetipſos confitentes, quàm pro ſemetipſis negantes. Hæc denique teſtimonia Deorum veſtrorum Chriſtianos facere conſueverunt, quia plurimùm illis credendo in Chriſto Domino credimus, ipſi litterarum noſtrarum fidem accendunt, ipſi ſpei noſtræ fidentiam adificant.* Hæc ille doctiſsimè. Quis igitur dubitet de veritate noſtræ religionis, & Eccleſiæ, dum audit Joſephum lib. 18. antiq. cap. 6. aſſerentem Chriſtum pluſquàm hominem fuiſſe, & verè Meſſiam eſſe. Philonem librum edidiſſe de laudibus Chriſtianorũ, qui ſub Marco Evangeliſtâ vivebant in Ægypto. Dum teſte Tertulliano in Apologetico cap. 5. & lib. ad ſcapulam Marcus Aurelius Imperator ſcribit ad orationem ſuorum militum Chriſtianorũ totum exercitum fuiſſe jucundiſſimo imbre refrigeratum, eodem tempore dum hoſtiles acies igne & grandine obruerentur. Dum Plinius 2. epiſt. ad Traianum ſcribit Chriſtianos omnia crimina abhorrere, & piè vivere, & id dumtaxat in eis eſſe reprehenſibile, quod ſanguinem effundant, & intempeſtivis orationibus vacent. Dum apud Tertullianum in apol. cap. 1. & 2. Ethnici nolunt diſcutere cauſas Chriſtianorum, ſcientes ſe in eis nihil mali reperturos. Et apud eundem Imperatores Marcus Aurelius, Veſpaſianus, Antoninus Pius favent Chriſtianis. Dum apud SS. Athanaſium, Hieronymum, Sulpitium SS Hilarion, Antonius, & Martinus ab ipſis Hæreticis coluntur. Dum Mahumetanus in Alcorano cap. 2. docet Chriſtianos ſalvari, & cap. 4. Chriſtum eſſe maximum Prophetarum, & Dei animâ vivere. Apud S. Bonaventuram Sultanus Ægypti Mahumetanus S. Franciſcum Chriſtianum & Catholicum ſummo honore & reverentiâ proſequitur. Dùm inter hæreticos Totila Arianus apud S. Gregorium lib. 2. dial c. 28. devotè excipit S. Benedictum. Dum Lutherus lib. contra Anabaptiſtas rejicientes baptiſmum parvulorum hæc in laudem Eccleſiæ Romanæ ſcribit: *Nos fatemur ſub Papatu plurimum eſſe boni Chriſtiani: omne bonum Chriſtianum: atque etiã illinc ad nos deveniſſe, &c.* Et infra. *Dico ſub Papatu veram Chriſtianitatem: imò verum nucleum Chriſtianitatis eſſe.* Si nucleus ſeu medulla Chriſtianitatis ſub Papatu, ſeu Eccleſiâ Romanâ ſecundùm hoſtes fidei noſtræ eſt, quis dubitabit illã eſſe Sponſam Chriſti? Dum Calvinus lib. 10. Inſtit. §. 17. vocat Bernardum pium ſcriptorem. Aſtruit ergò veram fidem habere, eſſeque veræ fidei alumnum. Dum Lutherus de abrogandâ miſsâ, Philippus in Apol. art. 5. & 25. Confeſſionis Auguſtanæ nuncupant SS. Bernardum, Dominicum, Franciſcum viros ſanctos & probos. Dum Antonius de Dominis novæ hæreſeos, ſeu Atheiſmi author (qui fuit combuſtus Romæ ob relapſum) in ſuis libris editis anno 1620. & ab omnibus ferè cunctarum nationum hæreticis receptus, admittens indifferentiam religionis ad ſalutem, conſequenter Romanam non excludit, ſed in eâ nos poſſe ſalvari concludit. Maneamus igitur in hâc Eccleſiâ Romanâ, in quâ juxta noſtrorum hoſtium calculũ eſt ſalus, in quâ tot ſancti florent & floruerunt, *Etſi* (inquit S. Cyprianus de unitate Eccleſiæ) *videntur in Eccleſiâ eſſe zizania, non tamen impedire debet aut fides, aut charitas noſtra, ut quoniam zizania eſſe cernimus, ipſi de Eccleſia recedamus. Nobis tantummodò laborandum eſt, ut frumentũ eſſe poſsimus, ut cùm cœperit frumentum Dominicis horreis condi, fructum pro opere noſtro, & labore capiamus. Apoſtolus*

in

in Ecclesiâ suâ dicit; in domo magnâ, non solùm sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea, fictilia, & quædam quidem honorata, quædam inhonorata. Nos operam demus, ut vas aureum & argenteum simus.

CHARACTER XV.

Prophetiæ Donum.

I. LVmen propheticum, quo viri Apostolici ad futura prænunciandæ illustrantur, nõ est mediocre veræ Ecclesiæ indicium & argumentum. Patet in Eliâ, qui suis oraculis ostendit Regi Achab & Ochozię se esse veri Dei cultorẽ, Baalitas autem falsos, suamque religionem esse ab omnibus amplectendam; superstitiosum autem cultum Baal & Belzebub esse ab omnibus reprobandum. Quandoquidẽ per suos ministros falsa tantùm prænunciarent juxta illud Isaię c. 41. v. 22. *Accedant & annuncient nobis quæcumque ventura sunt indicate nobis & annunciate quæ ventura sunt in futurum, & scietis, quia Dii estis vos.* Sanctius. *proponit divinitatis signum, quo probari possint gentium idola inesse sibi divinitatis aliquid, nempè, ut quæ ventura sunt certò prædicant. Potest quidem dæmon ut est acuto ingenio, & ad conjectandum acri, divinare quid futurum sit: sed quia multa interdum occurrunt, quæ dæmonis conjecturas invertunt, & turbant, sæpè fallitur & mendax deprehenditur.* Deuteron. cap. 18. v. 18. *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, similem tui, & ponam verba mea in ore ejus, loquetur ad eos omnia, quæ præcepero illi.* Quod vaticinium licet explicetur de Christo, tamen potest etiam de quolibet Dei Prophetâ intelligi, qui licet obscura, tamen vera prænunciant. Vice versa falsa vaticinia, falsæ doctrinæ & religionis sunt indicia eodem c. v. 22. *Quomodo* (inquiunt) *aliqui de verâ Ecclesiâ dubii, possum intelligere verbum, quod Dominus non est locutus? hoc habebis signum. Quod in nomine Domini Propheta ille prædixerit, & non evenerit: hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta confinxit, & idcircò non timebis eum.* Dixit: *hoc habebis signum:* quia secundùm Tostatum ibi quæst. 6. *Si ea quæ prædixerit Propheta non evenerint, non locutus fuit Deus illa quia Deus mentiri non potest. Quæ ergò prædixit evenient,* nec possunt divina oracula in utramvis partẽ detorqueri ut illud de Pyrrho Ennii apud Ciceronẽ de divinitate lib. 2. *Aio te Æacida Romanos vincere posse.* Et de Crœso Herodotus in Clio. *Halim trajectus magnam pervertet opum vim.* Undè fit ut nec Paganorum, nec Hæreticorum secta vera sit, quandoquidem eorum vaticinia suæ religionis assertiva non vera, sed falsa & ambigua sint: Sybillæ enim & Baalam, nostram religionem confirmarunt: hinc Tostatus supra quæst. 7. præscribit aliquas regulas ad veram prophetiam discernendam à falsâ. Prima ut nihil dicat contra cultum Dei v.g. Non præcipiat coli Deos alienos. Cùm enim Deus sit invariabilis non sibi contradicit. Nec obstat quod Elias bonus Propheta dicebatur, & tamen induxit populum, ut sacrificiũ Baali fieret in Carmelo. Hoc enim fecit: quia cùm videret Baalitas divertere populũ ad idololatriam: indixit sacrificium in Carmelo ut idololatrarum pravitatem confutaret; non verò ut illam approbaret.

Isaiæ 41 v. 22.

Deuter. 18. v. 18.

Tostatus

l. 3. Reg. cap. 18.

II. Hinc Pagani & Hæretici carent lumine Prophetiæ ut illi Pseudo Prophetæ lib. 3. Reg. cap. 22. quia & falsa prædicant, & veræ religioni contraria: itaut Lutherus non Prophetæ Germanici, sed Pseudo Prophetæ nomen mereatur. Vaticinatus est enim apud Cochlæum in actis Lutheri, ut si ipse adhuc per duos annos suam doctrinam prædicaret, quòd Papa, Cardinales, Episcopi, Monachi, Moniales, Missæ &c. prorsus evanescerent: & tamen postea ferè 22. annos supervixit. Nam suum oraculum prænunciavit anno 1526 & fertur obijsse 1546. quo tempore Papatus, Monachismus &c. non perierunt, sed novo fœtu ampliati sunt, & revixerunt, ut patet in Societate Jesu, in nostrorum Discalceatorum per S. Theresiam & aliorum institutione. Apud eumdem Cochlæum in actis Lutheri anno 1533. fertur aliquos Lutheranos prædixisse diem proximum ultimi judicii, ipsumque diem designasse; itaut multi arare, serere cessarint. Idem refertur à Hieronymo Bolseco de Calvino

l. 3. Reg. cap. 22.

vino. At Eccleſia Romana habuit omni ſæculo aliquos dono prophetiæ præditos. Ut patet in Agabo act. cap. 11. S Gregorio Thaumaturgo de quo S. Baſilius lib. de Spiritu ſancto cap. 29. S. Antonio, de quo S Athanaſius in ejus vitâ. In Abbate Joanne, de quo S. Auguſtinus in lib. 5. de civit. cap. 26. S. Benedicto apud S. Gregorium lib. 2. dial. cap. 13. S. Bernardo ut habetur in ejus vitâ lib. 4. cap. 3. S. Franciſco apud S. Bonaventuram in ejus vitâ. In hoc ſæculo S. Carolus Borromæus, S. Franciſcus de Paulâ, Beatus Ludovicus, Bertrandus, S. Ignatius, S. Xaverius, B. Aloyſius Gonzaga, S. Thereſia, & plures alii dono prophetiæ claruerunt. Quos vide apud Bozium de ſignis Eccleſiæ ſigno 19. Undè meritò Apoſtolus Epheſ. cap. 4. v. 11. ait: *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas &c.* Scilicet non tantùm in lege naturæ, & Moſaicâ; ſed etiam in lege gratiæ. Plures alios characteres ſeu notas & ſigna Eccleſiæ referunt Bellarminus, Bozius & alii. Sed his omiſſis fuſiùs ſequentem explicabimus, ut potè noſtro propoſito magis accommodum, & in quo reliqui quæ adduci poſſent, fundantur.

CHARACTER XVI.
Eccleſiæ Militantis Sanctitas.

I. *Pſal. 2. v. 6.* QVÆDAM oracula de illâ prælibare convenit. Chriſtus Pſalmo 2. v. 6. hæc vaticinatur: *Ego autem conſtitutus ſum ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus, prædicans præceptum ejus.* Titelmannus ad hæc. *Ego verò tametſi nunc ab incredulis rebellibus rebellionem, & perſecutionem ſuſtineam, ſum tamen verus Dei filius, Rex conſtitutus, & verus Meſſias, unctus à Deo Patre meo cœli habitatore ſuper Eccleſiam ſanctam, & populum fidelium: conſtitutus, inquam, & deputatus prædicator ac doctor, ad prædicandum fidelibus & manifeſtandam voluntatem Patris mei.* Ubi per montem Sion Eccleſiam intelligit: cur illam montem vocat, & quidem Sion? S. Bruno Epiſcopus Herbipolenſis, *Sion Hebraicâ linguâ latinè ſpecula dicitur, & hic Eccleſiam ſignificat, quam & montem appellat, propter altitudinem honoris, & fidei firmitatem*; vel potiùs ad rem noſtram; mons dicitur, quia virtutum gloriâ excellit. Hugo Cardinalis, *ſuper montem, ideſt ſuper univerſalem ſanctam Eccleſiam, quæ mons dicitur propter eminentiam virtutum. De conſtitutione hujus Regis Ieremiæ cap. 23. Ecce dies veniunt dicit Dominus, & ſuſcitabo David ſemen juſtum, & regnabit Rex, & ſapiens erit &c. De monte iſto dicitur Deuter. cap. 32. aſcende in montem iſtum Abraim, & vide indè terram Chanaan, quam ego tradam filiis Iſrael obtinendam. Abraim interpretatur pertranſiens, & ſignificat Eccleſiam militantẽ, quæ tranſire deſiderat ad triumphantem. Vndè orat Matthæi cap. 6. Adveniat regnum tuum.* Non vocat tantùm univerſalem Eccleſiam, ſed etiam ſanctam. *Hugo*

II. *Pſal. 47. v. 7. & 8.* Ipſe Vates Regius eandem Eccleſiæ ſanctimoniam innuit Pſalmo 47. v. 7. & 8. *Sicut audivimus, ſic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei noſtri, Deus fundavit eam in æternum: ſuſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui.* Titelmannus ſic elucidat: *Ecce Domine jam vidimus impleta omnia quæcumque prædicta audivimus in lege & prophetis de tempore adventus tui, & ædificationis novæ Eccleſiæ, quæ eſt ſanctum templum tuum.* Eccleſiam modo monti, modo templo comparat ob ejus ſanctitatem.

III. *Pſalmo 137. v. 1.* Ad illius Eccleſiæ ſanctitatem oculos dirigens idem Vates Regius pſalm. 137. v. 1. & 2. canit, *Confitebor tibi Dñe in toto corde meo, in conſpectu Angelorum pſallam tibi, adorabo ad templum ſanctum, & confitebor nomini tuo.* Quid per confitebor intelligit Titelmannus? *confeſſione laudis celebrabo te Domine ex pleno affectu cordis mei, mente purâ, & voluntate bonâ.* Cur ait? *In conſpectu Angelorum pſallam tibi adorabo ad templum &c.* Hugo Cardinalis. *In laudando Deum propono mihi Angelos, ut imiter eos, quibus æquari expetto, ſicut nunc laude, ita poſt dignitate. Angeli enim in laude nihil aliud ſibi proponunt quàm Deum: vel in eâ puritate, quâ te Angelĩ conſpiciunt & laudant: ſcilicet ut in te ſolo ſibi acquieſcant. Vndè Moyſes jubetur ſibi conſtituere tabernaculum ſecundùm exemplar, quod in monte monſtratũ eſt*

eſt. Cur potiùs Angelos quàm Patriarchas aut Prophetas, vel primos parentes in paradiſo conſtitutos ſibi imitandos proponit Pſaltes, & quælibet anima fidelis? quia in Eccleſiâ militante verſamur, quæ ſoror eſt Eccleſiæ triumphantis. Quemadmodum igitur hæc ob ſui ſanctitatem ab Angelis, & beatis ſpiritibus laudes pias & puras expetit: ita Eccleſia militans ob ſui ſanctimoniam à fidelibus viatoribus laudes pias, puras, & ferventes expoſtulat. Eam templum vocat, & monti comparat, non qualicumque, ſed Sion, quia non terrena, ſed cœleſtia, ſed divina ſpeculatur, & ad illa mentis & affectus aciem dirigit Pſalm. 101. v. 17.

Pſal. 101 v. 17. *Quia ædificavit Dominus Sion, videbitur in gloriâ ſuâ.* Hugo Cardinalis. *Ædificavit Eccleſiam* 1. *Corinth. cap.* 13. *Dei ædificatio eſtis, Eccleſia autem Sion propter ſpeculationem, quia hic ſpeculatur Deum per fidem, & in futuro ſpeculabitur per ſpeciem, id eſt facie ad faciem. Vndè & ſubditur, & videbitur Dominus in gloriâ ſuâ. Iſaiæ cap.* 33. *Regem in decore ſuo*

Gregor. *videbunt.* Sed meliùs D. Gregorius in ſeptem pſalmos pœnitentiales. *Ex utroque populo adificata eſt Sion ſpiritalis, quæ in celſitudine virtutum terrena deſerit, cœleſtibus intendit, futura prævidet, hoſtium incurſus non timet.* Hanc Eccleſiæ ſanctitatem iterùm exprimit Vates Regius pſalmo 64. v. 4. & 5. *Beatus*

Pſalmo 64. v. 4. *quem elegiſti, & aſſumpſiſti, inhabitabit in atriis tuis, replebimur in bonis domus tuæ, ſanctum eſt templum, mirabile in æquitate.* D. Auguſtinus in hæc verba:

Auguſt. *In illo ſumus, & aſſumemur: in illo ſumus, & electi erimus, & quid nobis dabit? inhabitabit* (inquit) *in atriis tuis Ieruſalem: illa enim cui cantant, qui incipiunt exire de Babyloniâ inhabitabit in atriis tuis. Quæ ſunt bona domus Dei? fratres conſtituamus nobis domum aliquâ divitem quantis bonis referta ſit, quàm copioſa ſit: vaſa quàm multa ibi aurea, ſed & argentea, quantum familiæ, quantum jumentorum & animalium: ipſa denique domus quantùm delectet picturis, marmore, laquearibus columnis, ſpatiis tubilibus, & deſiderantur talia; ſed adhuc ex confuſione Babyloniæ amputa iſta deſideria, ô civis Ieruſalem, amputa ſi vis redire, non te delectet captivitas. Sed jam cœpiſti exire, noli retrò reſpicere, noli remanere in viâ. Non deſunt adhuc hoſtes, qui tibi perſuadeant captivitatem, & peregrinationem. Iam non prævaleant ſuper te ſermones iniquorum, domum Dei deſidera, & bona ejus domus deſidera, ſed noli talia, qualia deſiderare ſoles, vel in domo tuâ, vel in domo vicini tui, vel in domo patroni tui. Aliud quidem eſt domus illius. Quid opus eſt ut nos dicamus, quæ ſint bona illius domus? ipſe indicet qui cantat exiens de Babyloniâ. Replebimur* (inquit) *in bonis domus tuæ. Quæ ſunt bona iſtâ? Erexeramus fortaſſe cor ad aurum & argentum & cætera pretioſa, noli talia quærere iſta premunt, non levant: hic ergo jam bona illa Ieruſalem, bona illa domus Domini, bona illa templi Domini meditemur: quia quæ domus Domini, hoc ipſum templum Domini. Replebimur in bonis domus tuæ, mirabile in juſtitiâ. Iſta ſunt bona domus illius. Non dixit templum ſanctum tuum mirabile in columnis, mirabile in marmoribus, mirabile in tectis deauratis, ſed mirabile in juſtitia. Habes foris oculos, undè videas marmora, & aurum: intus eſt oculus undè videatur pulchritudo juſtitiæ. Si nulla eſt pulchritudo juſtitiæ, undè amatur juſtus ſenex? quid affert in corpore quod oculos delectet? curva membra, frontem rugatam, caput canis albatum, undique querelis plenum. Sed fortè quia oculos tuos non delectat ſenex quid affert in corpore quod oculos delectet? curva membra, frontem rugatam, caput canis albatum, imbecillitatem undique querelis plenam. Sed fortè quia oculos tuos non delectat, ſenex iſte decrepitus aures tuas delectat. Quibus vocibus? quo cantu, etſi fortè adoleſcens benè cantavit omnia cum ætate defecerunt. An fortè ſonus verborum ejus delectat aures tuas? quæ verba vix enunciat lapſis dentibus tamen ſi juſtus eſt, ſi alienum non concupiſcit, ſi de ſuo quod habet non erogat indigentibus, ſi benè monet & rectum ſapit, ſi integrè credit, ſi paratus eſt pro fide veritatis, etiam ipſa confracta membra impendere, multi enim Martyres etiam ſenes: undè illum amamus? quid in eo bonum oculis carnis? nihil: quædam ergò eſt pulchritudo juſtitiæ, quam videmus oculis cordis, & amamus*

& exardeſcimus. Quàm multum dilexerant homines in ipſis Martyribus, cùm eorum membra beſtiæ laniarent. Nonnè cùm ſanguis fœdaret omnia, cùm morſibus beluinis viſcera funderentur non habebant oculi niſi quod horrerent? Quid ibi erat quod amaretur, niſi quia erat in illâ fœditate dilaniatorum membrorum integra pulchritudo juſtitiæ. Iſta ſunt bona domus Dei, his te para ſatiari, beati qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Sanctum templum tuum admirabile in juſtitiâ, & ipſum templum fratres nolite præter vos cogitare. Quibus verbis oſtendit quomodo pulchritudo & ſanctitas Eccleſiæ, quæ eſt templum Dei, non in marmoribus aliisque exterioribus ornamentis, ſed in juſtitiâ conſtituatur.

III. Ratione hujus ſanctitatis ſeu pulchri-
Pſal. 44 *v.* 10. tudinis, Eccleſiam Reginam appellat Vates Regius Pſalmo 44. v. 10. *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato.* Cur Reginam vocat Eccleſiam, quæ tam pauper, tam vilis, tam abjecta, & cõtempta fuit, ut ejus capiti & membris omnes certatim jacturam vitæ, honoris, bonorũ minarentur, ſicut patet in Martyribus, qui totis trecentis & amplius annis orbem ſuo ſanguine purpurarunt? cur potius non appellat eam ſervam, ſeu ſervilem puellã more Paganorum? ideò Regina nuncupatur, quia eſt Sponſa Regis Regũ & Domini dominantium. Vel Regina dicenda eſt, quia ex quo Evangelii luce reſplenduit ad tantam gloriam provecta eſt, ut (inquit Leo ſermone 1. de natali Petri & Pauli) regiam dignitatẽ adepta ſit & (inquit) *Gens ſancta, populus electus, civitas ſacerdotalis & regia per ſacram B. Petri Sedem effecta latiùs præſideres religione divinâ, quàm dominatione terrenâ.* Et infra, *ut hujus inenarrabilis gratiæ per totum mundum diffunderetur effectus, Romanum Regnum divinâ providentiâ præparavit, cujus ad eos limites incrementa ſunt, cujus cunctarum undique gentium vicina, & continua eſſet univerſitas.* Deindè hanc regiam Eccleſiæ dignitatem his verbis confirmat, *diſpoſitio namque divinitus operi maximè congruebat, ut multa regna uno confœderarentur imperio; & citò per vios haberet populos prædicatio generalis, quos unius teneret regimen civitatis.* Infra ſic proſequitur. *Beatiſſimus Petrus Princeps Apoſtolici ordinis ad arcem Romani deſtinatur Imperii: ut lux veritatis, quæ in omnium gentium evelabatur ſalutem, efficaciùs ſe per totum mundi corpus effunderet.* Quare appoſitè Pſaltes Eccleſiam Reginam vocat: licet operiatur trita & vulgari melote, piloſa & hirſuta, (ut olim Prophetæ.) *Pulchrè* (inquit S. Bruno de ornatu Eccleſiaſtico cap. 12.) *In veſtitu deaurato Eccleſia deſcribitur, ut tota ſapiens, tota munda & incorrupta intelligatur. Nullum ornamentum ejus eſt, etſi pretioſum & pulchrum videatur, niſi aureum fuerit; videntur Hæretici, Pagani, & Judæi ornamenta habere, quibus ſponſa Chriſti utitur, ſed in hoc differunt, quod aureæ non ſint, quamvis aureæ eſſe videantur. Quæcumque fides, quæcumque charitas, quæcumque humilitas, quæcumque miſericordia, pax, patientia, obedientia fuerit, ſi Apoſtolicæ doctrinæ auro non reſplenduerit, falſa eſt, corrupta eſt, immunda eſt. Meritò ergo Eccleſia in veſtitu deaurato pingitur, cujus omnia ornamenta tàm puriſſimo auro intexta ſunt.* Ecce quomodo aliæ ſectæ, aliæ congregationes, aſpero, & vili, & ruſtico tantùm virtutum moralium & apparentium amictu veſtitæ ſint; ſola verò Eccleſia deaurato omnium virtutum cœleſtium veſtimento ornata ſit. Ecce quibus inſigniis homines Chriſtiani diſcernunturab Hæreticis & Paganis. Sed ultima hæc verba, *in veſtitu deaurato* paulò attentiùs expendamus. Chaldæus legit *in Obriẓo Ophir.* Symmachus *in maſſâ vel pondere*, Hieronymus *in diademate aureo.* Alii *in maſſâ vel pondere Ophir.* Alii *in auro optimo*: ut oſtendat veſtem Eccleſiæ eſſe contextam ex auro puriſſimo & probatiſſimo, ſeu virtutibus hæroicis & excellentiſſimis. Sed iterùm quomodo ſecundùm Prophetam. *Aſtitit à dextris tuis,* cum teſte Apoſtolo Hebr. cap. 11. v. 38. ita egentes, anguſtiati ab Imperatoribus afflicti & populis exoſi eſſent, ut in montibus & ſpeluncis, imò & in ſepulchris latitare cogerentur, etiam ipſi Pontifices, & ibi habere conciones, ordinationes facere, &c. Qualem conſpicuitatem & honorem habebat Eccleſia quæ ipſo ſolis lumine ipſis brutis animantibus conceſſo privabatur? Quomodo Deo viventi adeſſe dicitur

Hebr. 11. *v.* 38.

qui

qui in atris ſpecubus, & terræ penetralibus inter cadavera parùm tuti morabantur? quomodo, quaſi regina Deo ſummo regi aderat, quæ in illis ſubterraneis latibulis vix caput erigere poterat, ſed nunc gyrando, nunc rependo, nunc aſcendendo, nunc deſcendendo incedebat? Quomodò à dextris Dei videtur quæ opprobrium hominum & abjectio plebis erat? Nihil refert; licet ut Æſther cap. 2. quaſi extranea ab hominibus haberetur, tamen origine, converſatione, interiori pulchritudine & ſanctitate tota cœleſtis erat; teſte Apoſtolo ad Galat. cap. 4. v. 26. *Illa autem quæ ſurſum eſt Ieruſalem libera eſt adhuc. Cujus* (inquit D. Anſelmus) *converſatio in cœlis eſt quæ ſurſum cor habet, quæ ſuperna appetit, vel quia in ejus exordio Apoſtoli quaſi ſtellæ toti mundo præfulſerunt.* Hæc eſt, *illa mulier quæ apparuit S. Ioanni habens in capite coronam ſtellarum duodecim*, ideſt: *in ſuo ortu* 12. *Apoſtolos quaſi ſydera quæ univerſo orbi illuxerunt.* Ut explicant Beda, Primaſius, Aretas & alii. Denique Eccleſia dicitur ſurſum: quia Chriſtus ejus caput & fundamentum è cœlo deſcendit. Vel deſurſū eſt, quia ejus doctrina & vita deſurſum ideſt de cœlo deſcendit, tota cœleſtis eſt: vel denique, Eccleſia abjecta ut Regina appareret, depreſſa, ſublimis: deſurſum & cœleſtis dicitur; quia nihil illam magis ſanctificat quàm humilitas: nihil magis exaltat, quàm abjectio.

Galat. c. 4.

IV. De hâc cœleſti emanatione Eccleſiaſticæ ſanctimoniæ Joannes Apoc. cap. 21. v. 2. ita vaticinatur. *Ego* (inquit) *vidi ſanctam civitatem Hieruſalem novam deſcendentem de cœlo, à Deo paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.* Eccleſia dicitur de cœlo deſcendere & quidem ſancta, quia gratia, per quam formatur, cœleſtis eſt. *De cœlo* (inquit Primaſius) *deſcendere civitas dicitur: quoniam cœleſtis eſt gratia, quâ Deus eam fecit: propter quod ei dicit etiam per Iſaiam, Ego ſum Deus faciens te. De cœlo quidem ab initio ſui deſcendit: ex quo hujus per ſæculi tempus gratiâ Dei deſuper veniente per lavacrum regenerationis in Spiritu ſancto miſſo de cœlo ſubinde cives ejus accreſcunt.* Nova verò dicitur: quia (inquit Cornelius in apoc.) veteri ſynagogæ ſucceſſit, ſicut primogenitus hæreditario jure ſuccedit patri. Sed quid per paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo intelligit? ideſt, ita comptam, tam pretioſis gemmis & monilibus, & veſtibus ſtudioſè ornatam, tantis odoribus perfuſam, tantâ gratiâ plenam, ut non Æſther in thalamum Regis Aſſueri proximè introducendā, ſed ſponſam cœleſti agno ſponſo ſuo potentiſſimo, jam jam præſentandam, ejuſq; connubio digniſſimam ex ſolo aſpectu, decore, & ornatu unuſquiſque facile judicet. Quam ſanctitatem uno verbo ita exprimit Sponſus cant. cap. 4. v. 7. *Tota pulchra es amica mea & macula non eſt in te.* Quæ eſt illa cœleſtis ſponſi amica, & ſponſa, quæ tam pulchra eſt, ut omni labe ſit libera? Hugo & Dionyſius dicunt eſſe Eccleſiam militantem: quam tantâ pulchritudine & ſanctimoniâ præditam eſſe aſſerit Apoſtolus, ut omni prorſus maculâ careat Epheſ. cap. 5. v. 25. *Viri diligite uxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro eâ, ut illam ſanctificaret, mundans eam lavacro aquæ in verbo vitæ: ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam neque rugam, aut aliquid ejuſmodi: ſed ut ſit ſancta & immaculatâ* S. Chryſoſtomus, *ut eſſet ſancta & irreprehenſibilis.* De eâdem militante Eccleſiâ, citata Apoſtoli verba intelligenda eſſe innuunt. Theophilactus & Hieronymus ad illum locum, & lib. 8. in Ezechielem. S. Auguſtinus libr. 1. retract. cap. 19 & lib. 5. de baptiſmo contra Donatiſtas.

Cant. 4. v. 7.

Epheſ. 5 v. 25.

Chryſoſtomus.

Apoc. c. 21. v. 2.

Primaſ.

V. Cur S. Joannes Eccleſiæ ſanctitatem celebrans, eam civitati Jeruſalem aſſimilat? cur hoc? quia ſicut civitas Jeruſalem omnes non tantùm Judææ, ſed etiam Aſiæ urbes amplitudine, nobilitate, venuſtate, & opulentiâ templi, porticuum, mœniorum, ædificiorum, domorum, fontium, plateārum, pomeriorum, theſaurorum numeroſiſſimique populi ſuperabat: ita ut ab omnibus nationibus admirationi eſſet, juxta illud pſalmi 86. v. 3. *Glorioſa dicta ſunt* (ſcilicet & ab omnibus populis) *de te civitas Dei*, Et Jeremiæ Threnorum cap. 2. verſ. 15. *Hæc eſt urbs perfecti decoris.* Sic

Pſal. 86 v.

Digitized by Google

Ecclesia Romana superat non tantùm antiquorum Philosophorum sectas, sed etiam omnes Ecclesias particulares quantumvis moribus sanctissimis imbutas. Hac Ecclesiæ cum civitate Jerusalem analogia prius usus fuit Sapiens Cantic. cap. 6. v. 3. *Pulchra es amica mea, suavis & decora sicut Ierusalem.* Quasi diceret sicut augustissima illa civitas Jerusalem pulchritudine suâ externâ, & incolarum benignitate, vel potius regis sui Salomonis affabilitate, & in dicendo gratiâ reliquas orbis partes in sui admirationem, amorem, & devotionem alliciebat: & quemadmodum illa Sponsa suavis & decora dicitur, in quâ id omne reperitur, quod ad muliebrem cultum decorum efficiendum, & ad intuentium oculos & animos in sui amorem alliciendos desiderari potest: ita Romana Ecclesia non tantùm externo templorum ornatu, cultu, ritibus, &c. reliquas orbis congregationes præcedit, sed etiam morum sanctitate & suavitate. *Pulchra* S. Greg. (inquit S. Gregorius) *amica, & suavis, & decora dicitur, quia dum sanctam Ecclesiam imitatur, quatuor Evangeliorum præcepta operatur à quibus morum pulchritudinem accipit ut placeat: Exercitium sanctæ operationis colligit, ut in amicitiâ hæreat, suavitatem mansuetudinis discit ut permaneat, speciem decorè conversationis ostendit, ut per exemplum trahat.*

VI. Psaltes Regius ut ejus sanctitatem magis conspicuam exhibeat, non comparat civitati in quâ multa prophana ædificia, theatra & spectacula conspiciuntur, multa opera servilia exercentur: sed comparat templo Psalm. 64. v. 6. *Sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.* Genebrardus. *Plenissimum æquitate, admirandæ æquitatis: nam illinc excluduntur impii, polluti, prophani, peccatores. Illic docetur justitia, puritas, sanctitas, castimonia, religio &c.* (Hebræus inquit) *Mirabilia sive terribilia in justitia est templum tuum. Justitia autem in Hebræo omnem virtutem cõplectitur, quam in Ecclesia & templo Dei discas. Ecclesia est columna veritatis errare nõ potest in doctrinâ morum & fidei. Cæteri cœtus depraventur multis opinionibus, ut Paganorum, & Mahometarum, Hæreticorum.* S. Hilarius in illum Psalmum de Ecclesiæ sanctitate sic loquitur. *Hæc* (inquit) *habet tricesimum, sexagesimum, centesimumq; fructum. His ergo bonis domus Dei fidei credentiũ explebitur: quæ interim donorum divisionibus adornatur, sicut scriptum est: huic enim datur sermo sapientiæ, alii verò scientia, alii fides in eodẽ spiritu, alii dona sanationum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. Verum sicut & alia plena, & perfecta domus Dei munera nequaquam naturis carnalium sensuum existimanda.* Horum munerum & gratiarum perfectionem & plenitudinem exprimit Apostolus ad Colosse. cap. 1. v. 19. *Quia* (inquit) *in ipso* (scilicet Christo) *complacuit*, (scilicet Patri) *omnem plenitudinem inhabitare.* Theodoretus per plenitudinem intelligit Ecclesiam, quæ omnibus charismatum & sanctimoniæ donis impletur.

Harum omnium virtutum, & omnimodæ sanctitatis summam quæ in Ecclesiâ viget Apostolus unico verbo complectitur 2. Corinth. cap. 11. v. 2. comparans Ecclesiam virgini castæ ait: *Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* Secundùm S. Augustinum lib. 2. de Genesi contra Manichæos, & S. Ambrosium *paravi.* Secundùm S. Hieronymum in Amos *statui*: secundùm Theophilactum *agglutinavi, seu aptissimè & concinnè applicavi & univi.* Quod autem virginitatis nomine omnis virtus summariè comprehendatur S. Augustinus tract. 13. in Joannem sic ostendit: *Virginitas mentis est integra fides, solida spes, sincera charitas.* Quasi diceret: *sicut in nullâ* (inquit Basilius) *parte oportet virtutem adulteram esse, non linguâ, non auribus, non oculo, non alio omninò sensu, imò neque cogitatione.* Ita Ecclesia pura, sancta non esset si alium à Christo amore prosequeretur, si alteri fideret; si in alio suam spem collocaret. Sponsus hanc indissolubilem charitatem, perfectam fidem, & firmam spem Ecclesiæ admirans. *Vna est* (inquit) *columba mea, perfecta mea, una est matri suæ, electa genitrici suæ.* Philo Carpathius, *Vna est ipsa sancta Ecclesia, & fidelis sponsa, puritate, & innocentia vitæ, morum integritate, & castimoniâ, prudentiam habens cœlestis sapientiæ, quæ quidem ocu-*

Hilarius. Coloss. 1. v. 19. VII. 2. Corin. c. 11. v. 2. Augustin. Ambros. Augustin. Basilius. Cant. 6. v. 7. Philo Carpat.

Digitized by Google

dem oculis columbæ non amplius aſſimilatur ut ſupra, ſed jam columba dicitur, & una & perfecta, unaq; matri & genitrici ſuæ. columba enim indicium eſt Spiritus ſancti: tota eſt ergò ſpiritalis facta ſponſa, totaq; cæleſtis, omnia de ſponſo ſpirituali intelligentiâ capit, nihilq; carnalis, neque perituri, ſed æterna cuncta, atque ſanctiſſima meditatur & poſcit, ſeq; totam ad ipſius Spiritus ſancti legem ac nutum movet, verſat, & agit, ut una cum ipſo beatiſſima ſemper exiſtat, ejuſq; ævo ſempiterno fruatur. Una genitrici ſuæ divinæ gratiæ, ſcilicet quæ per incarnatam ſapientiam ſponſam ipſam in lavacro Spiritus ſancti fœliciſſimè regeneravit. Talis eſt ſponſa perfecta fide, & charitate Dei ac proximi, ob id meæ bis dicta, (ut intelligat ſe non ſatis ſponſo facturam perfectè niſi Deum ipſum proximumq; amarit.)

VIII. Sed inquies, ſi Eccleſia virgo eſt quomodo vocat eam ſponſam, & iterùm Oſeæ cap 3. v. 19. ait: *Sponſabo te mihi in ſempiternum?* Quomodo eam uxorem & conjugem nominat? Pſalm. 44. *Aſtitit Regina à dexteris tuis.* Hieron. *ſtet conjux in dexterâ tuâ?* Audio D. Auguſtinum ſerm. 22. de tempore dicentem: *Semper* (inquit) *virgo eſt, quæ ſemper ſponſa eſt, & qua vocabulo ſponſæ non caruit, in æternum virgo permanſit.* Scio virginitatem cum ſponſalitiis, cum conjugio ſtare poſſe, ſed quo pacto cum fœcunditate & partu ſtare poſſit non video? hanc Eccleſiæ Chriſtianæ fœcunditatem cum virginitate conjunctam oſtendit D. Ambroſius lib. 1. de virginibus. *Sancta Eccleſia, immaculata coitu, fœcunda partu, virgo eſt caſtitate, mater eſt prolis: parturit itaque nos virgo, non viro plena, ſed ſpiritu. Parit nos virgo, non cum dolore membrorum, ſed cum gaudiis Angelorum. Nutrit nos virgo, non corporis lacte, ſed Apoſtoli, quo infirmâ adhuc creſcentis populi lactavit ætatem. Quæ igitur nupta plures liberos habet, quàm ſancta Eccleſia? quæ virgo eſt ſacramentis, mater eſt populis, cujus fœcunditatem etiam ſcriptura teſtatur dicens: Quoniam plures filii deſertæ, magis quàm ejus quæ habet virum? noſtra virum non habet, ſed habet ſponſam, eo quod ſine Eccleſiâ in populis, ſine animâ in ſingulis, Dei verbo, ſine ullo flexu pudoris quaſi ſponſo innubit æterno effæta injuriæ, fœta rationis.* Audi D. Heronymum de hâc fœcunditate conjugali & puerperio Eccleſiæ loquentem in caput 4. epiſt. ad Galat. *Sterilis Eccleſia ſine viro Chriſto, ſine ullo ſponſi ſermonis alloquio diu jacuit in deſerto. Sed poſtquàm accepit illa* (Synagoga) *librum repudii in manus ſuas: Et omnia ornamenta viri in idoli vertit ornamentum: tunc maritus pro te priore cingulo putreſcente, alium lumbis ſuis balthaum, aliud de gentibus lumbare contexuit: quæ ſtatim ut eſt viro juncta concepit & peperit. Et in Iſaiâ exclamat Dominus per Prophetam. Si eſt gens nata ſimul: quando in actibus Apoſtolorum tria millia, & quinque millia hominum crediderunt. Nec puto neceſſe, ut de multitudine Chriſtiana & de Iudæorum paucitate dicamus, cùm in toto mundo crucis vexilla reſplendeant, & vix rarus atque notabilis in urbibus Iudæus appareat.*

Oſeæ 2. v. 19. Pſal. 44. Hieron. Auguſt. Ambroſ. Hieron.

Sed cur eam potiùs nomine ſponſæ, quàm uxoris compellat? Ribera in c. 2. Oſeæ. *Sponſam* (inquit) *potiùs dicit quàm uxorem, ut ardentiorem ſignificet amorem.* Huic reſponſioni favent verba Oſeæ, *ſponſabo te mihi in ſempiternum*, v. 19. ideſt repudiatâ ſynagogâ priore uxore meâ tecum per Chriſtum ſponſalia æterna contraham: itaut in fide nunquam deficias nec deficere poſſis. Quod confirmat verbis ſequentibus. *Et ſponſabo te mihi in juſtitiâ, & judicio, & in miſericordiâ & in miſerationibus, & ſponſabo te mihi in fide: & ſcies quia ego Dominus.* Ideſt infundam juſtitiam, gratiam, & charitatem, cæterasque virtutes: feramque judicium contra diabolicas poteſtates, earumque miniſtros ſcilicet gentiles Hæreticos, Schiſmaticos qui te hoſtili planè odio proſequentur: teque ſemper protegam. Cur Iſaias addit in miſericordiâ & in miſerationibus, cùm alterutra particula ſufficiat? ut iſta vocabulorum geminatione oſtendat ſui amoris effuſionem juxta illud pſalmi 102. v. 4. *Qui coronat te in miſericordiâ & miſerationibus* Hebræus: *Ipſe coronans te gratiâ & miſericordiis.* Genebrardus, *Coronare* (inquit) *ex omni parte circumdare: te undique cingit & cumulat miſericordiâ.* Hujus cumulatæ effuſionis meminit

IX. Ribera. Pſal. 102 v. 19.

Epiſt. ad Titum. 3. v. 5. Apoſtolus ad Titum cap. 3. v. 5. *Non ex operibus juſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſalvos nos fecit per lavacrum regenerationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum.* Licet verbum effudit ſufficienter oſtenderet eum non parcè, ſed opulenter ſuæ charitatis viſcera aperuiſſe, tamen adhuc addidit (abundè) ut innuat ſe quodammodo exhauſiſſe theſauros & fontes charitatis & miſericordiæ. Theoph. Rectè Theophilactus: *Neque quæras modum, ſpiritus totum tranſegit. Vndò hoc perſpicuum; quem effudit* (inquit) *abundè in eos. Non eum tantummodo per hunc refinxit nos, ſed largè etiam ipſum nobis impertiit: ut & illud ad hoc monſtretur; ac meritò: poſtquam enim mundavit nos, tùm & Spiritu ſuo ſancto abundè nos implevit, hoc eſt quod ait: effudit in impuros mundus.* S. Chryſologus ſerm. 143. de hâc copioſiſſimâ effuſione ſubtiliter æquè ac eleganter loquitur. Chryſol. *Cæleſtis imber virgineum in vellus placido ſe fudit illapſu, & tota divinitatis unda bibulo ſe carnis celavit in vellere, donec per patibulum crucis expreſſum terris omnibus in pluviam ſalutis effunderet.* Quàm larga gratia! quàm copioſa redemptio! quàm abundans & impetuoſa ſanguinis Chriſti pluvia! quæ non in unam, ſed in omnes terras, non ſpargitur, ſed effunditur. Rom. 5. v. 5. Idem Apoſtolus Rom. cap. 5. v. 5. ut ejuſmodi charitatis non tantùm impetuoſitatem, ſed latitudinem magis oſtendat nomine diffuſionis utitur. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Quem locum Dionyſius hic elucidat. *Patet per hoc, quia charitas Dei quæ eſt virtus Theologica ſupernaturalis, ſumma, diviniſſima, quâ Deum, proximumque diligimus, mandata implemus, unum cum Deo efficimur, & quidquid petierimus obtinebimus. Diffuſa, ideſt latè & liberaliter fuſa eſt in cordibus noſtris.*

X. Quamvis nomen ſponſæ ſit maximè honorificum: tamen Eccleſiæ ſanctimonia potiùs per virginitatem, quã per ſponſalia vel conjugium exprimitur. *Deſpondi vos uni viro virginem caſtam*, quaſi diceret ſicut ſtatus virginalis omnes alios dignitate ſuperat, ita ſanctitas Eccleſiæ multis partibus excedit virtutem ſynagogæ & aliorum Cœtuum. 1. Corin. 7. v. 34. Quod confirmat ampliùs 1. Corinth. cap. 7. v. 34. *Mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini ſunt, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu.* Ideſt omnia ſua ſtudia, omnem ſollicitudinem, omnem cogitationem & amorem in Deum dirigit ut ſit ſancta. Quomodo ſancta? OEcumenius, *Virgo* (inquit) *corpore ſancta eſt, propter caſtitatem: ſpiritu autem ſancta eſt propter familiaritatem cum Deo, & Spiritus ſancti inhabitationem. Qui autem cum uxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi quomodo placeat uxori, & diviſus eſt.* Eccleſia licet ſanctitatem emendicet à virtutibus, ſcilicet à fide, dilectione, ſacrificio, ſacramentis, &c. quibus plurimum excedit Synagogam aliaſque congregationes tamen præcipua ejus imago eſt virginitas ſub ſymbolo apis. Adhelm. S. Aldhelmus lib. de laudibus virginitatis cap. 2. ait Eccleſiam per virginitatem, non verò per connubium vel viduitatem repræſentari. *Apis propterea peculiaris caſtimoniæ privilegium, pudicißimæ virginitatis typum, & Eccleſia portendere ſpeciem indubitata ſcripturarum authoritate adſtipulatur, quæ florentes ſaltuum ceſpites ineffabili prædâ depopulans, dulcia natorum pignora, neſciens conjugii illecebroſa conſortia fœtoſâ quâdam ſuaviſſimi ſucci de balſamo concretione producit. Eccleſia verè bis acuto teſtamentorum mucrone hominum vitaliter corda tranſverberans, hæreditariam legitimæ æternitatis ſobolem caſto verbi fœcundat ſemine.* Quibus verbis oſtendit quòd ſicut apes illæſa (ut ita dicam) virginitate ſobolem producunt; ſic Eccleſia caſto divini verbi ſemine tot proles generat cœlo, quot per Evangelium, & ſacramentorũ adminiſtrationem cœlo adſcribit. Idem S. Aldhelmus cap. 9. aliam rationem ſubminiſtrat ex comparatione conjugii & viduitatis deductam. *Sicut* (inquit *trifariâ diſparis vitæ qualitate ſigillatim ſequeſtrantur: ita diſcretis meritorum ordinibus tripliciter dirimuntur, Angelo hoc modo ſigillatim diſtinguente, ut ſit virginitas aurum, cælibatus mediocritas, jugalitas paupertas. Vt ſit virginitas pax, cælibatus redemptio,*

jugalitas

jugalitas captivitas. Vt sit virginitas sol, cælibatus lucerna, jugalitas tenebræ. Vt sit virginitas dies, cælibatus aurora, jugalitas nox. Vt sit virginitas regina, cælibatus domina, jugalitas ancilla. Vt sit virginitas homo, cælibatus semivivus, jugalitas corpus. Vt sit virginitas purpura, cælibatus rediviva, jugalitas lana. Ex his facile colligi potest tantùm Ecclesiam cæteris cõgregationibus præeminere, quanto aurum cæteris metallis, divitię paupertati, pax captivitati, sol tenebris, dies nocti, regina ancillæ, homo corpori, purpura lanæ prę fertur. Undè non mirum si Elias virginitatem tantùm amaverit, & Ecclesia potiùs virgini comparetur, quàm sponsæ vel conjugi. Quandoquidem secundùm *Chrysost.* Chrysostomum lib. de virginibus cap. 11. *Virginitas tantò nuptiis præstat, quantò cælum terræ, quantò hominibus Angeli antecellunt.* Ita Ecclesia supra synagogam excellit. Indè, fit ut novam familiam quam Christus in terra instituit non maritatis, vel viduis, sed virginibus assimilet, ut potè Angelicam vitam imitantibus. *Statim* (inquit S. Hieronymus epist. 22. ad Eustochium) *ut filius Dei ingressus est super terram, novam sibi familiam instituit, ut qui ab Angelo adorabatur in cælo, haberet Angelos in terris.* Vel ideò Ecclesia virginitati assimilatur, ut Ecclesiam triumphantem sororem suam magis referat. At ex Hugone Card. in cap. *Hugo.* 13. Matthæi. *Virginitas significat Ecclesiam triumphantem: undè non potest consecrari nisi virgo.* S. Petrus Damianus *S. Petrus Damian.* sermone 1. de S. Joanne Baptistâ: *In omnibus sanctis semper est Angelicæ mundiciei contubernalis & cognata virginitas.* D. Thomas *Thomas.* sermone de annunciatione: *virginitas soror est Angelorum.* S. Augustinus, *virginalis integritas An- Augustin. gelica portio est:* D. Cyprianus lib. 2. de *Cyprian.* habitu virginum, sic virgines affatur: *cùm castæ perseveratis, & virgines, Angelis estis æquales.* Non mirum si Elias suum ordinem instituturus quasi Ecclesiæ figuram, virginitatem tantùm adamarit, ut scilicet ostenderet tùm ordinem suum, tùm Ecclesiam militantem Ecclesiæ triumphanti nullâ re posse magis assimilari quàm virginitate. S. *Chrysol.* Petrus Chrysologus serm. 48. *Elias* (inquit) *nescit mortem, commeratur Angelis, convivit Deo, ut terrenus hospes, supernas possidet mansiones, per hãc Ioannes fit Angelus in carne, cælestis in terra.* D. Epiphanius in Anchor. *Elias erat in virginitate, ut prærogativâ virginitatis immortalitatem prædicaret mundo, & cum corpore incorruptibilitatem.* *Epiph.* Quam grata sit Deo, Ecclesiæque proficua ejusmodi puritas satis patêter Deus ipse manifestavit primo præcepto, quod S. prophetæ Eliæ imposuit. lib. 3. Reg. cap. 17. v. 3. *Recede hinc* (inquit) *& vade contra Orientem.* Quid per iter contra Orientem intelligit? sedulam ac exactam castitatis observantiam. Audi nostrum Joannem 44. Pat. *Ioan. 44.* Hierosol. lib. de instit. Mon. vet. legis cap. 2. *Recede hinc, scilicet à rebus caducis mundi & transitoriis, & vade contra Orientem, scilicet contra originalem cupidinem, tuæ carnis.* Et cap. 4. ad eundem textum. *Vade contra orientem, scilicet contra originalem tuæ carnis concupiscentiam. Scire namque debes, quod in die ortus tui non est à peccato præcisus umbilicus tuus: quoniam in peccatis natus es totus; quemadmodum in personâ cuiuslibet geniti à viro & fœminâ ait Propheta psalmo 50. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Et infra. *Vade contra orientem, hoc est contra originalem tuæ carnis cupidinem, ac concupiscentias ejus. Ego enim novi* (inquit) *divina sapientia iniquos in die judicii reservare cruciandos. Quantò magis eos, qui post, carnẽ in concupiscentias immunditiæ ambulant &c.* Idem Patriarcha explicans responsum nunciorum Regis Ochoziæ lib. 4. Reg. cap. 1. v. 7. *Vir pilosus, & zonâ pelliceâ accinctus renibus*, subdit hæc verba: *Zonæ quippe indicio, & hirsuti, incultique corporis specie virum Dei indubitanter cognovit, velut quiddam speciale signum impressum suis renibus perpetuò cohærebat: quia accinctis lumbis Elias dudum occurrerat à monte Carmeli usque in Iezrael, ante Regem Achab lib. 3. Reg. cap. 18. Patrem Ochoziæ?* Cur ante omnia, & tam frequenter munditiam & castitatem commendat? cur non prudentiam, fortitudinem &c.? respondet idem Patriarcha c. 37. *Hujus autem zonæ habitu non parum est, quod*

l. 3. Reg. 17. v. 3.

l. 4. Reg. 1. v. 7.

quod à Monacho exigitur ſacramentum; lumborum enim accinctio, & arentibus Zonæ pelliceæ, ſignificat monachũ debere mortificationem illorum membrorum circumferre, in cujus luxuriæ ſeminario continetur. Vt ita videlicet ſint lumbi ejus Zonæ pellis emortuæ exteriùs præcincti, quatenus interiùs inveniantur ſeminaria coitus ex eo prorſus extincta; & Decantet dignè cum Prophetâ: factus ſum ſicut uter in pruinâ, quia ſcilicet præditus gelu continentiæ ita conſtringendo, in lumbis conſcientiæ, concupiſcentiæ carnalis ardorem, ſicut pruina congelando perſtringit utrem. Hinc in ſacrâ ſcripturâ legimus Eliam ideò primò omnium Zonæ pelliceæ fuiſſe in lumbis cinctum: quia primus hoc ſigno dedit monachis exemplum reſtringendi in lumbis & mortificandi omnis luxurioſi motus incentivum per modum, de quo Apoſtolus ait: Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, & concupiſcentiam malam. Expende illud *ſacramentum:* quaſi diceret ſcire vis quàm neceſſaria ſit munditia & continentia ſtatui religioſo? eadem quæ ſacramenti. Ideòque quemadmodum D. Thomas 3. p. q. 61. a 1. docet ſacramenta eſſe neceſſaria humano generi ad ſalutẽ & conſequenter in Eccleſiâ extrà quam non eſt ſalus. Ita ad ſtatum monaſticum inſtituendũ & conſervandum neceſſaria eſt continentia.

XI. Imò quod eadem continentia eidẽ humano generi reparando, Eccleſiæ fundandæ & propagandę neceſſaria ſit. Audi S. Zenonẽ ſerm. de pudicitiâ: *Hæc totius generis humani fundamenta cõfirmat.* Et S. Ambroſius lib. 2. de virginib. *Multas fœminas ſcriptura divina in lucẽ evexit, palmam tamen publicæ ſalutis ſolis virginibus dedit. In veteri teſtamento terrâ ac mari clauſum Hebræorum populum virgo per maria perduxit. In Evangelio auctorem mundi virgo generavit.* Quaſi diceret: ſicut Elias ſynagogam propugnavit, ſuosque ſequaces ad vitam religioſam traduxit per concupiſcentiæ victoriam, & populus Hebræus Pharaonis furorem caſtitate evaſit: ſic Deus Redemptoris mundi, & capitis Eccleſiæ corpus reale formaturus à virginitate, prima lineamenta ſuſcepit. Nam Lucæ cap. 1. v. 27. *Miſſus eſt Angelus Gabriel ad Virginem.* Cur miſſus ad virginem non autem ad eam, quæ florem virginitatis amiſerat, vel ad humilem, patientem, modeſtam, orantem &c? S. Chryſoſtomus illud myſterium explicat. *Vt credatur virginitatis partus audi verba Gabrielis, quæ ad virginem dixit. Poſtquàm enim venit, & dixit: concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Ieſum. Obſtupefacta eſt & admirata, ac dixit: quomodo mihi fiet iſtud, quia virum non cognoſco? quid igitur Angelus? Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Nè quaras* (inquit) *naturæ modum & ordinem, quando ſuper naturam ſunt, quæ fiunt: Ne ſpectes conjugii dolores, quando ſuper naturam ſunt, quæ fiunt, quando major, quam in nuptiis nativitatis modus erit. Et quomodo fiet iſtud,* (inquit) *quoniam virum non cognoſco? ſanè propter hoc erit, quoniam virum non cognoſcis: nam ſi cognoſceres virum, non fuiſſes habita digna, ut huic miniſterio ſervires. Itaque quamobrem dubitas, eam ob rem crede; non quia malum nuptiæ: ſed quia melior virginitas.* Expende illa verba: *Nam ſi cognoſceres virum &c.* Quaſi diceret: Ut ad formationem corporis realis Chriſti, non conjugatam, non corruptam concurrere decebat, ſed virginem: ita ad corporis myſtici formationem. Eadem virginitas deſiderabatur in continentiâ hoc munere digna non erat. Accipe verba S. Ambroſii lib. de inſtitut. virginis. *Quid vel ad invitanda virginum ſtudia, confirmandamque virtutem; vel ad celebrandam virginitatis gloriam plus conferre potuit, quàm ut Deus ex virgine naſceretur: amplius nobis profert, quàm nocuit.* Particula *nobis*, denotat Eccleſiam. Hujus virginis partum ita celebrat S. Joãnes Damaſcenus homil. 1. de nativit. Mariæ. *Commoveatur mundi mare: in ipſo enim concha gignitur, quæ cœlitus ex divinitatis fulgetrâ in utero concipiet, & Chriſtum ingentis pretii unionem pariet, ex quâ Rex gloriæ carnis purpura conveſtitus ad captivos ſe conferens remiſſionem ac veniam prædicabit.* Quaſi diceret: verum eſt, quod Maria orta eſt de ſemine Adam viâ generationis, quòd habuit parentes immenſos

Luc. c. 1. v. 27.

Chryſoſ.

S. Zeno.

Ambroſ.

Ambroſ.

S. Joan. Damaſ.

merſos mari naturæ corruptæ per peccatum originale: ſed illa concepta eſt, & proceſſit ex utero materno ſicut gemma pretioſiſſima, cujus proles ſeu verbum æternum incarnatum liberavit humanum genus de ſervitute peccati, & Eccleſiæ caput effectum eſt. Sola igitur virginitas propiùs ad Deum accedit, ſpecialem cum illo familiaritatem conciliat, fovet. Quod ſi Eccleſiæ triumphantis ac æternæ beatitatis objectum eſt Deus, Elias ſuâ virginitate *totam ſolus capit, tenet, amplectitur trinitatem* (inquit S. Petrus Chryſologus proximè citatus.) Cur potiùs virginitate quàm aliâ virtute ſanctiſſima Trinitas tenetur, comprehenditur? quia virginitas præ aliis omnibus virtutibus à Trinitate adamatur, quæ *prima virgo eſt.* Ut canit S. Gregorius Nazianz.

Gregor. Nazian.

Prima Trias virgo eſt, ſiquidem Patre natus Anarcho
Filius eſt, nec enim Pater ortum traxit ab illo,
Vtpotè principium rerum, & vitalis origo
More, nec humano generavit ſanguine natum.

Ambroſ. Illi arridens S. Ambroſius lib. 1. de virginibus ait, de virginitate differens, *hæc nubes, æra, Angelos, ſyderaque tranſgrediens verbum Dei in ipſo ſinu Patris invenit.*

XI. Hinc non miror, ſi omnes tam congregationes, quàm animæ fideles Eccleſiæ militantis excellentiam & ſanctitatem mirantes in ejus laudes certatim prorumpant. Harum meminit Sponſus cant. cap. 6. v. 8. *Viderunt eam filiæ Sion, & beatiſſimam prædicaverunt.* Philo Carphatius in Cantica: *per filias Sion* (inquit) *priſci illi ſancti viri, Patriarcharumque animæ & Prophetarum omnes indicantur, qui longiùs hanc futuram ſponſam in ſponſo naſcituro aliquandò proſpexêre: ſed hanc ipſam Apoſtoli cæleſti ſponſo ſuâ prædicatione copularunt.* Et paulò poſt: *Ob idque columbam fœlicem & beatiſſimam prædicant, quod per virtutes, & ſanctiſſimas actiones, ad ſponſum illum fœliciſſimè ſe adjungit. Hæc enim fide à genitrice gratiâ nutritur, ſpe futuri premii alitur, carne ſui ſponſi paſcitur, ſanguine abluitur, ſacris litteris eruditur, charitate ſaginatur, hiſque cæleſtis alimoniæ ſaluberrimâ cibis alita, atque firmata dæmonum vires expugnat, vitia fugat, virtutes inſerit, carnem ſuperat, ſpiritum roborat, coronam demùm æternæ fœlicitatis expectat. Cum his igitur & aliis multis ſponſa virtutibus polleat, jure admirationem ſe videntibus affert, & à rectè intelligentibus ſeque benè regentibus animis beatiſſima prædicatur; videt enim ad quantam gloriam benè beatèque vivendo perveniat.* Sed quomodo Eccleſia militans virgo dici poteſt, quomodo ſancta & immaculata, quomodo ſine rugâ appellari, cùm in eâ ſint tot reprobi, tot mali piſces, tot zizania? nam ex S. Dionyſio lib. de divinis nominibus cap. 12. *Sanctitas eſt ab omni ſcelere libera, perfectaque ac omni ex parte incontaminata puritas.*

Eccleſia Sancta, virgo, immaculata, & omnis labis expers dicitur, quia Deus conditor ejus ſanctus, quia Chriſtus caput ejus ſanctus, quia S. Petrus Chriſti Vicarius, ejuſque ſucceſſores illam ſanctiſſimis legibus, & infallibiliter gubernant &c. Juxta illud Marci Papæ ad Athanaſium: *Sancta, Apoſtolica Mater omnium Eccleſiarum Chriſti Eccleſia, quæ per omnipotentis Dei gratiam à tramite Apoſtolicæ traditionis, nunquam errare probatur, ſed illibatâ fide hactenus manet ſecundùm Domini promiſſionem.* De hâc ſanctitate & aliis fuſiſſimè hîc & lib. ſequentibus. XII.

§. 1.

Aliæ hujus Characteris 16. explicationes.

I. ECCLESIA Sancta nuncupari poteſt ratione ſuę firmitatis, ac ſoliditatis. Nam ſecundùm Juriſperitos vox ſanctus derivatur à verbo ſancio, quod eſt fortificare, corroborare, ſtabilire, firmare, cujus ſupinum eſt ſanctum, ideſt firmum, ſtabile, inviolabile, & ſanctæ res dicuntur, quæ per ſanctionem, ſeu legem aliquam ab injuriâ hominum ſunt liberæ. *l. ſanctum, 1. de rerum diviſione, & lege ſacrâ, §. propriè ex loco ſancto.* Sic apud Tullium pro Cornelio Balbo ſanctum pro ſancito accipitur. Hanc ethymologiam, & nomen ſancti notat D. Thomas 2. 2. quæſt. 81. art. 8.

habitatione sanctâ coram ipso ministravi. Fortunatus ita de nostris canit.

Fortun. *Quisquis ad hæc sancti concurris limina templi.*

II. Vocat etiam ornamenta & vestes divino cultui consecratas sancta, & sanctas. *Exod. c. 28. v. 2.* Exod. cap. 28. v. 2. *Facies vestem sanctam.* *Dionys.* Dionysius. *Fieri jubebis vestem consecrandam, divinoque cultui deputandam,* cap. 29. v. 29. *Vestem autem sanctam, quâ utetur Aaron, habebunt filii ejus post eum.* Lib. 1. Mach. c. 10. v. 2. *Induit se Ionathas stolâ sanctâ.* *Eccles. cap. 45. v. 12.* Ecclesiastici 45. v. 12. *Dare stolam sanctam.* item v. 14. *Coronam auream super mitram ejus expressa signo sanctitatis.* Lobbetius in speculo Ecclesiasticorum ac Religiosorum cap. 1. parte 1. dicitur ea vestis sancta, tum quia oleo consecranda, tum quia dicata divino cultui; tum denique quia nonnisi à sanctis, idest sacerdotibus usurpanda. Ipsum oleum consecrationis sacerdotum & Regum sanctum dicebatur Exodi cap. 30. v. 31. *Oleum unctionis sanctum erit.* *Exodi cap. 30. v. 31.* Dionysius. *Ordinandum & expendendum in rebus divinis, non applicandum usui hominum.* Et paulò post v. 33. *Quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis.* *Dionys. v. 33.* Dionysius *Oleum illud ad divina dumtaxat est ordinatum; & in tantâ veneratione habendum, ut non præsumatis illud humanis usibus applicare,* Psaltes de illo unctionis regiæ oleo loquens psalmo 88. v. 21. *Oleo sancto meo unxi eum.* Tempus specialiter divino cultui dedicatum sanctum nominatur cap. 35. v. 2. *Septimus dies erit nobis sanctus;* Dionysius: *Divino cultui specialiter dedicatus.* *Dionys.* Nehemiæ *Nehem. 8. v. 9.* cap 8. v 9. *Sanctus diei Domini est.* lib. 3. Esdræ cap. 9. v. 51. *Dies hic sanctus est Domino.* Et ibidem *Sanctus est hic dies.* Isaiæ cap. 58. v. 13. *Si averteris à sabbatho pedem tuum facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaveris sabbathum delicatum, & sanctum Domini gloriosum.* *Isaiæ c. 58. v. 13.* Cornelius. *Sabbathum enim* (inquit) *vocatur dies sanctus Dei, quia ejus cultui erat dicatus, sicut reliqui dies possunt vocari dies prophani hominum, quia eorum prophanis negotiis permissi & dati.* *Cornel.* Levitici cap. 23. v. 24. *mense septimo, prima die mensis erit autem sabbathum memoriale clangentibus tubis, & vocabitur sanctum.* *Levit. 23.* Dionysius. *Solemnitas in quâ sicut in sabbatho ab exterioribus servilibusque operibus est quiescendum in memoriam liberationis Isaac à morte, quando pater ejus ex Dei præcepto extendit manum suam ad ipsum immolandum.* & v. 27. *Decimo die mensis hujus septimi dies expiationis erit celeberrimus, atque sanctissimus.* v. 35. *Dies primus vocabitur celeberrimus atque sanctissimus, omne opus servile non facietis in eo, dies quoque octavus erit celeberrimus dies atque sanctissimus.* v. 37. *Hæ sunt feriæ Domini quas vocabitis celeberrimas atque sanctissimas.*

III. Oblationes & victimæ sanctæ nominantur Levitici cap. 12. v. 4. prohibetur mulieribus immundis propter partum illas contingere. *Omne sanctum non tanget.* *Levit. 12. v. 4.* Dionysius: *Nihil Deo oblatum aut consecratum licebit ei manducare aut tangere.* Lib. 1. Mach. c. 3. v. 46. *Et sanctum conculcabatur.* Matthæi cap. 7. v. 6. *Nolite sanctum dare canibus.* *Matth. 7. v. 6.* Levitici cap. 10. v. 12. *Tollite sacrificium quod remansit de oblationibus Domini, & commedite illud absque fermento, juxta altare, quia sanctum sanctorum est.* *Levit. 10. v. 12.* Levitici cap. 24. v. 9. ubi de panibus. *Per singula sabbatha mutabuntur coram Domino, suscepti à filiis Israel fœdere sempiterno, eruntque Aaron & filiorum ejus ut commedant eos in loco sancto, quia sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini jure perpetuo.* Levitici cap. 27. v. 28. *cap. 24. v. 9.* *omne quod Domino consecratur, sive homo fuerit, sive animal, sive ager, non veniet, nec redimi poterit: quidquid semel consecratum est sanctum sanctorum erit Domino.* idest (inquit Dionysius) *Dionys.* *Oblatum ac deputatum ad gloriam Dei manebit valdè sanctum, seu divinis applicatum, nec in usum redigetur humanum.* Numer. 18. v. 17. *Primogenita bovis, Num. c. 18. v. 17.* *& ovis, & capræ non facias redimi, quia sanctificata sunt Domino,* idest *deputata ut Deo immolentur.* inquit Dionysius. *Dionys. Ezech. 48 v. 12* Ezechielis cap. 48. v. 12. *Et erunt eis primitiæ de primitiis terræ sanctum sanctorum juxta numerum Levitarum.* *Ierem. c. 11. v. 15* Jeremiæ cap. 11. v. 15. *Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es?* idest secundùm Hieron. Theodor. & alios passim victimæ & sacrificia. Apostolus Roman. cap. 11. *Rom. 11 v. 16.* v. 16. *Quod si delibatio sancta est & massa.* Cornelius. *Si primitiæ istæ viborum, & panum* *Cornel.*

panum Deo consecrentur etiam reliqua massa vel pasta censetur quasi Deo consecrata.

IV. Ethnici etiam suas hostias sacras vocabant. *Virgil.* Virgilius lib. 12. Æneidos.

— Tum ritè sacratas
In flammas jugulant pecudes, & viscera vivis
Eripiunt, cumulantque oneratis lancibus aras.

Tibull. Tibullus lib. 1.

Hic placatus erat, seu quis libaverat uvam
Seu dederat sanctæ spicea serta comæ.

Altare in quo victimæ immolantur sanctum nuncupatur Ecclesiastici cap. 50. v. 12. *In ascensu altaris sancti dedit* *Eccles. c. 50. v. 12.* *sanctitatis amictum.* Veteres etiam aras Deorum suorum sanctas existimabant. *Tibull.* Tibullus lib. 1.

Sed prius impositos sanctis altaribus igne
Thura fer ad magnos, vinaque pura Deos.

Seneca. Seneca in OEdip.

Optima sanctas victimæ ante aras stetit.

Quint. Quintianus.

Inde feri in luco sacrata altaria Martis.

Virgil. Virgilius lib 3. Georg.

Aut aris servare sacris, aut scindere terram.

Valerius Flaccus. Valerius Flaccus lib. 3.

Inde ubi sacrificus cum conjuge venit ad aras.

Quint. Quintianus.

Ergò sacrosanctas quia corda parentur ad aras.

Valeran. Valerandus Varanius. *(aris.*

Suscipe quæ sanctis insignia pendimus

De utensibilibus seu candelabris Ecclesiastici cap. 26. v. 22. *Lucerna splendens* *Eccles. c. 26. v. 22.* *super candelabrum sanctum.* Ignis & Cinis victimarum sancti dicuntur, lib. 2. *Lib. 2. Macha. c. 13. v. 8.* Machab. 13. v. 8. *Nam quia multa erga aram Dei delicta commisit, cujus ignis & cinis erat sanctus, ipse in cineris morte damnatus est.* Accinit Tibullus lib. 4. *Tibull.*

Iam celeber, jam lætus erit cum debita reddet
Certatim sanctis lætus uterque focis.

V. Sanctitas denique ex D. Thomâ 2. 2. *Thomas* quæst. 81. art 8. ad primum, habet quandam generalitatem, secundùm quam omnes virtutum actus ordinat in bonum divinum. Leges enim) quas Ecclesia promulgat vel præscribit) quid aliud innuunt quam sanctitatem. Psalmo 18. v. 8. *Lex Domini immaculata convertens animas.* Vocat immaculatam *Psal. 18. v. 8.* quia sancta est, quia ad sanctitatem inducit, quia præscribit quomodo Deus sanctè & religiosè coli debeat, quomodo proximus non lædi nec in bonis famæ, nec fortunæ, nec corporis, quomodo quisque bonis moribus imbui, quomodo virtutem amplecti debeat. Sic Apostolus Roman. cap. 7. v. 12. *Lex quidem sancta, mandatum sanctum,* *Rom. 7. v. 12.* *& justum, & bonũ.* Idest legis præscripta sancta, justa, & bona sunt, sive antiqua, sive nova: nam præcepta cæremonialia, judicialia, & moralia, quæ olim Deus dedit populo suo, & sancta, & justa, & bona erant. Quæ verò Ecclesia mandat quid aliud intendunt quàm facere hominem castum, purum, sanctum: quàm illum cohibere, nè aliquid perperam committat: quàm ut omnes humani animi vires & motus benè, ritè ordinet ac componat? Accinit Bonon. Rom. 7.

Lex ita sancta subest, jus æquum sanxit honestas.

Idem Rom. 7.

Semen adoptivum sacratæ sanctio legis.

Idem Rom. 3.

Ergò sacrosanctæ laceramus vincula legis?

Plura de sanctitate & rebus sanctis in progressu totius operis.

VI. Quod sanctitas seu firmitas Ecclesiæ Romanæ competat ex historiâ Elianâ colligitur. Fertur lib. 3. Reg. cap. 21. *l. 3. Reg. 21. v. 6.* quòd tempore Eliæ S. Prophetæ *vinea erat Naboth Iezraëlitæ, qui erat in Iezrael juxta palatium Regis Samariæ.* Locutus est ergo Achab ad Naboth, dicens: *Da mihi vineam tuam, ut faciam mihi hortum olerum; quia vicina est, & propè domum meam.* Quid per Achab, vineam, & per Naboth intelligit? vinea est Ecclesia, Naboth Christus, Achab concupiscens vineam, Pharisæos seu populum Judaicum designat. *Angel.* Angelomus. *Hanc vineam concupivit Achab, qui interpretatur frater Patris, populus videlicet Judaicus, de quo Christus carnem assumere dignatus est; ut fecisset in eâ hortum olerum, hoc est, ut ubi virgultum gratiæ spiritualis germinari debuit, ibi fragilia quæque dogmata per Pharisaicam superstitionem transplantaret*

Glossa ordinar. *plantaret.* Et glossa ordinaria. *Naboth interpretatur conspicuus, sive possessio; Iezrael honestas Dei, sive semen Dei. Hoc totum convenit filio Dei, qui est splendor gloriæ, quem constituit Deus hæredem universorum. Hic Naboth habuit vineam; de quâ textus vineam de Ægypto transtulisti. Hanc concupivit Achab, qui interpretatur frater patris, idest populus Iudaicus, de quo Christus secundùm carnem, ut faceret hortum olerum; hoc est, ut ubi vinum spirituale germinare debuit, ibi fragilia Pharisæorum dogmata transplantaret.* Ecce quomodo scelestus Achab vineam Domini destruere contendit, ut ibi prava Phariseorum & hostium Christi dogmata inserat; illamq; radicitùs evellat. Firmitatem ejus intueamur. v.3. *Cui respondit Naboth: Propitius sit mihi Dominus, nè dem hæreditatem patrum meorum tibi.* Hebræus *Prohibeat Dominus.* Chaldæus, *absit mihi à Domino.* Septuaginta, *Non mihi fiat à Domino.* Dionysius, *Ab hâc culpâ præservet me; quia sine rationabili causâ non sunt hæreditaria bona vendenda, atque in lege fuit prohibitum Israel vendere possessiones suas in sempiternum; sed solùm usque ad annum jubilæum, poterant in necessitate ea vendere, ut habetur; Levitici cap. 25. Vnde Dominus dixit, terra hæc mea est, & vos coloni mei estis.* Possessio igitur vineæ erat sancta, seu firma; quia nullo modo, nisi necessitate urgente poterat alienari. At secundùm eundem Dionysium, *Achab legis prævaricator, atque idololatra, non curavit de lege divinâ, voluitque vineam* Ghisler. *emere in possessionem perpetuam.* Ghislerius in cap. 4. Cant. v.13. ait Achabum esse figuram dæmonis; *scelestus Achab ejusdem diaboli typum gerens dicebat ad justum Naboth: Da mihi vineam, &c.* Dæmon igitur per filiũ suum populum judaicum juxta illud Christi Joannis cap. 8. v.44. *Vos ex parte diabolo estis.* Ioan. c. 8. v. 44. Hanc vineam à Christo eripere voluit: sed Christus negavit se daturum; ut potè quam hæreditario jure & titulo possideret. Rectè Angelomus. Angel. *Hæreditas ergo Christi Ecclesia est conjunctis ei data de gentibus, quam non moriens ei pater reliquit: sed ipse suâ morte acquisivit; quia resurgendo possedit. Hanc autem occiso eo mali coloni præripere moliebantur, cùm crucifigentes eum Iudæi, fidem, qua per eum est, extinguere, & suam magis, (qua ex lege est) justitiã præferre ac gentibus imbuendis conabatur inserere.* Ecce quomodo Ecclesiam destruere, & fidei lumen extinguere Pharisæi studuerunt, sed frustrà devictis Pharisæis.

VII. Aliam machinam erexit dæmon ut eandẽ Ecclesiã impugnaret, & funditùs destrueret; scilicet synagogam sub nomine & figurâ Jezabelis. Lib. 3. Reg. c. 21. Impia Regina hanc repulsam à Nabuth sibi factã intelligens, suscitavit cõtra eum falsos judices & testes, eumque quasi blasphemum jussit lapidari. *Quamobrem* (inquit sacer textus v.13.) *eduxerunt extra civitatem & lapidibus interfecerunt.* Glossa ordinaria docet Nabuthem esse figuram Christi, *cui Phariseorum superstitionibus non consentienti impia Iezabel, idest synagoga, machinata est mortem, interpretatur enim Iezabel cohabitatrix; sive fluxus vanus, vel inanis: quia synagoga habitare videbatur in domo Dñi, sed per vana desideria defluebat.* Sive Ecclesia sit domus ejus ruinã meditatus est à fundamento scilicet Christo juxta illud 1. Corin. c. 3. v. 11. *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.* Sive eadem Ecclesia sit corpus mysticum, ejus caput scilicet eundem Christum Ephes. cap. 1. v. 22. *Et ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam.* Abscindere voluit: ut hoc avulso tota Ecclesia corrueret; sicut lapidato Nabuthe Rex Achab ejus vineam occupavit. Audi allegoriam Angelomi. *Iudæi per duos falsos testes opponebant, quòd potentiam & naturam sibi divinitatis inscriberet. Vndè Pilato ad Iudæos ita dicebat, accipite eum vos, & crucifigite, ego enim non invento in eo causam: responderunt ei Iudæi, nos legem habemus & secundùm legem debet mori; quia filium Dei se fecit.* Quasi dicerent scimus, quòd illo pastore percusso dispergentur oves gregis, sicque divisa Ecclesia omninò ruet. Undè eum extra civitatem interficere statuerunt. *Salvator* (inquit Angelomus) *extra portam passus est, crucifixus in loco Calvariæ, excitante per Zelum synagogâ populum; ut peterent mortem Christi, quatenus eo occiso*

I. 3. Reg. cap. 21. v. 13.

Glossa ordinar.

1. Corin. 3. v. 11.

Ephes. 1. v. 22.

Angel.

occiſo ſecuriùs viverent. Vnde quaſi ſibi conſulenter aiebant : Ecce mundus totus poſt eum abiit , & ſi dimittamus eum , omnes credent in eum. His ultimis verbis innuunt ſe velle ſuam ſynagogam propugnare , & naſcentem Chriſti Eccleſiam delere. S. Auguſtinus tract. 49. in Joannem. *Hoc timuerunt , nè ſi omnes in Chriſtum crederent , nemo remaneret , qui adverſus Romanos civitatem Dei , templumque defenderet : quoniam contra ipſum templum, & contra paternas leges doctrinam Chriſti eſſe ſentiebant.* Auguſt. S. Greg. Breviùs S. Gregorius lib. 6. moral. c. 13. *Intulerunt ei mortem, ut ab eo abſcederent fidelium devotionem.* Juſtè noſter Guido Perpinianus. *Quia non ſolùm Iudæi , quibus vivus prædicat ; ſed etiam gentes , quibus mortuus per Apoſtolos prædicabit crederent in eum. Ego* (inquit Joannis cap 12. v. 32.) *ſi exaltatus fuero omnia traham ad me ipſam.* D. Auguſtinus in hb de civit. *Omne ſæculum ibit ad eum.* Scilicet ut ducem , legiſlatorem , & caput Eccleſiæ colet cujus legem, fidem ; cùm evertere ſtudeamus, ab eo duce, & capite auſpicari oportet: ſicut enim vinea Naboth erat hæreditaria. Ita ex Angelomo *Hæreditas Chriſti Eccleſia eſt conjunctis ei data de gentibus.* Ideſt congregatio gentium in unitatem fidei. *Extra vineam hæres vineæ trucidatur ; quia Ieſus , ut ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum , extra portam paſſus eſt.* Ideſt , ut ſuam congregationem & Eccleſiam ſanctificaret, in eam influeret, & ut caput in corpus ſuum myſticũ chariſmatum dona, paſſus eſt extra portam, ut per totum orbem effunderet meritum paſſionis ſuæ.

Guido Perpin.

VIII. Diſcrimen tamen eſt inter vineam Naboth & Eccleſiam Chriſti ; quod ex lib. 3. Reg. cap. 21. v. 15. factum eſt. *Cùm audiſſet Iezabel lapidatum Naboth, & mortuum locuta eſt ad Achab , ſurge: poſſide vineam Naboth Iezraëlitæ , qui noluit tibi acquieſcere.* At dæmon & miniſtri vineam Domini nequaquam rapere , vel devaſtare potuerunt , eamque in hortum olerum mutare. Eſto Judæi , Gentiles etiam Imperatores, Hæretici, Schiſmatici, Politici, Atheiſtę illã infeſtarint, perſecuti ſint, in capite & membris. Tamen (inquit Chriſtus Joannis cap. 12. v. 32.) *Ego ſi exaltatus fuero in terrâ, omnia traham ad me ipſum.* Joannis cap. 21. v. 32. Syriacus : *Et ego cùm ſublimatus fuero à terrâ traham omnes ad me.* Lucas Burgenſis ex Græco. *Et ſi ego elevatus fuero à terrâ omnia traham ad me.* Vel, ut Arabicus , *Vnumquemque traham ad me ipſum.* D. Auguſtinus, *Omnia traham poſt me.* Ideſt non ſolùm Judæos , ſed etiam Gentiles. Ut explicant noſter S. Cyrillus, S. Chryſoſtomus, Leontius, Theophilactus & ex recentioribus Lucas Burgenſis, Maldonatus, Barradius, Cornelius, noſter Sylveira, quibus arridens S. Leo ſermone 8. de paſſione, Chriſtum ita eleganter & patheticè affatur. S. Leo. *O admirabilis potentia Crucis ! ô ineffabilis gloria paſſionis ! in quâ & tribunal Domini , & judicium mundi , & poteſtas eſt crucifixi. Traxiſti enim Domine omnia ad te , & cùm expandiſſes totâ die manus tuas ad populum non credentem, & contradicentem tibi , confitendæ majeſtatis tuæ ſenſum totus mundus accepit. Traxiſti Domine omnia , cùm in execrationem Iudaici ſceleris unam protulerunt omnia elementa ſententiam.* Mox clarè explicat ſynagogæ extinctionem , & Eccleſiæ progreſſum his verbis. *Traxiſti Domine omnia ad te , quoniam ſciſſo templi velo ſancta ſanctorum ab indignis Pontificibus receſſerunt ; ut figura in veritatem , prophetia in manifeſtationem , & lex in evangelium verteretur.* Et iterùm , *Traxiſti Domine ad te , ut quod in uno Iudææ templo obumbratis ſignificationibus tegebatur , pleno , apertoque ſacramento univerſarum ubique nationũ devotio celebraret.* Expende illud *univerſarũ* quod probat. *Nunc enim & ordo clarior Levitarum , & dignitas amplior ſenioruṁ , & ſacratior eſt unctio ſacerdotum. Quia crux tua omnium fons benedictionum , omnium eſt cauſa gratiarum per quam credentibus datur virtus de infirmitate , gloria de opprobrio , vita de morte.* Uno verbo omnes diſperſos congregabo in gremium Eccleſiæ; ejus filios & membra efficiam , ut ſicut ego ſum filius Dei naturalis , ſic illi ſint filii Dei & Eccleſiæ ſpirituales.

IX. Id eleganter corroborat S. Ambroſius lib. 9. in Lucam ſub figurâ vineæ explicans parabolam vineæ plantatæ & locatæ agricolis , quam putat primò Ambroſ.

appli-

Digitized by Google

applicandam Nabuthe quò ad factum; quamvis quò ad myſterium cum aliquo diſcrimine intelligenda ſit, quòd ſcilicet vinea Naboth ſolius poſſeſſoris ſanguine cruentata eſt; at vinea Eccleſiæ purpurata eſt Chriſti & innumerabiliũ Martyrum cruore & meritis. Vinea Naboth furori Achab ceſſit, Eccleſia verò nec tyrannidi Judęorum, nec Gentilium, nec Hæreticorum hoſtilibus in-
Ambroſ. feſtationibus occubuit. *Vinea typus noſter eſt, quod populus de vitis æternæ radice fundatus ſupereminet terris; ac ſolùm vile prætexens, nunc gemmate flore pubeſcit, nunc circumfuſâ viriditate veſtitur, nunc mite jugum ſuſcipit, cum maturioribus brachiis quaſi ſarmentis ſecundæ vitis adoleverit. Agricola quippè omnipotens pater, vitis eſt Chriſtus, at verò nos palmites, qui niſi fructum feramus in Chriſto, cultoris æterni falce ſuccidimur. Rectè igitur vinea Chriſti populus nominatur: vel quod crucis in fronte prætexat judicium; vel quod fructus ejus poſtremâ anni legatur ætate; vel quòd omnibus, ut ordinibus vineaꝝ, ita pauperibus, atque divitibus, humilibus, atque potentibus, ſervis ac dominis in Eccleſiâ Dei æqua dimenſio, nulla diſcretio ſit, ut vitis maritatur arboribus, ita corpus animæ, anima quoque corpori conjugatur. Vt vinea, dùm jugatur erigitur, & reciſa nõ minuitur, ſed augetur, ita ſancta plebs dùm ligatur exuitur, dùm humiliatur attollitur, dum reciditur coronatur.* Per ſanctã plebem accipit Eccleſiam, quæ perſecutionibus non perit, ſed magis vivit, vireſcit, palmites multiplicat. *Eum etiam* (inquit) *ut tener ſurculus veteri abſciſſus ex arbore in alterius fœtu inſeritur; ita populus hic ſanctus ſurculi veteris cicatricibus enodatis, in novo illo crucis ſigno tanquam gremio piæ parentis fœtus molleſcit: ſpirituſque ſanctus ſicut in altas demiſſus terrarum ſcrobes, ita in hoc corpus infuſus, atque ſalutaris irriguo diluit quidquid eſt fœtidum, membrorumque noſtrorum habitus in cœleſtem erigit diſciplinam.* Quomodo autem nunquam marceſcat, ſed ſemper vireſcat ob aſſiduam & oculatam cœleſtis agricolæ cuſtodiam & vigilantiam conſequenter oſtendit. *Hanc vineam diligens agricola fodere, rigare, tondere conſuevit: eruderatiſque terrenæ molis aggeribus operta corporis noſtri nunc ſole torrere, nunc imbre perfundere, ſtirpare agrum ſolitus, nè à ſentibus gemma ladatur, ne luxuriet umbra foliorum, verborumque infructuoſa jactantia virtutibus obumbrando maturitatem indolis naturalis impediat: ſed abſit, ut huic vineæ quidquam timeamus adverſi, quàm pervigil cuſtodia Domini Salvatoris adverſus omnes nequitiæ ſæcularis illecebras muro vitæ vallavit æternæ extendens palmites uſque ad mare.* Expende illa verba: *Abſit, ut huic vineæ quidquam timeamus adverſi &c.* Quaſi diceret ſi urbes firmæ & inexpugnabiles efficiuntur vigilantiâ & fortitudine, & potentiâ boni rectoris, à fortiori Eccleſia firma eſſe debet, cùm rectorem habeat eum qui dominatur mari; imò & terræ: *Domini eſt terra.* Imo toti orbi quantus, quantus eſt. *Vbique Deus Pater colitur, ubique Chriſtus Dominus adoratur.* Quaſi diceret nè fidelium congregatio formidet adverſariorum incurſus, tyrannorum rabiem, gentium feritatem, hæreticorum ſophiſmata & falſas ſcripturæ interpretationes: ſua jacula venenata contra Romanam Eccleſiam vibret. Nunc Lutherus cum ſuis infernalibus monſtris (quæ ex ipſo prodierunt) ſcilicet Confeſſioniſtis, Anabaptiſtis, Sacramentariis, Rigidis ſeu Stoicis, extravagantibus, Interimiſtis, Adiaphoriſtis apud Pratolum: Vel apud Staphylum cum Antinomis, Samoſatenicis, infernalibus Amſdorfianis, Antidæmoniacis, Antidiaphoriſtis, Antioſiandrinis, Antiſvenefoldianis, Anticalvinianis, Manuſimpoſitoriis inviſibilibus, Biſacramentalibus, Bibliſtis, Adiaphoriſtis, Triſacramentalibus, Luthero-Calvinianis, Semioſiandrinis, Majoriſtis, Pœnitentiariis, Novipelagianis, Syncretizantibus, Oſiandrinis, Stancarianis, Antiſtancarianis, novis Manichæis, novis Marcioniſtis. Vel teſte Lindano cum Lutheranis, Illiricianis, Muſcujanis, Paſtillariis, Lutheroſiandrinis, Ubiquetiis, Bellianis, Heſhuſiis, Melanchonicis, Pneumaticis, Lutheropapiſtis, Significatiuis, Martyrianis, Buceranis, Farelliſtis, Bezanitis, Boquinis, Valentiniſtis, Servetianis, Laſcaviſtis, Campaniſtis, Hamſtediis, Poſtelianis, Deiſtis, ſeu Trinitariis. Apoſtolicis

ſtolicis ſeu Nudipedibus, Spiritualibus, Hutitis Ambroſianis, Auguſtinianis, Hoffmannicis. Monaſterienſibus, Ollarioris, Pacificis, Paſtoricidis, Sanguinarlis, Libertinis, Antichriſtianis, Atheiſtis ſeu Epicureis.

X. Quod ſi Anabaptiſtæ ſpecialem exercitum componere velint, aciem ſuã dirigant apud Staphylum cum ſuis Muntzeranis, Adamitis, Ariſtippinis, Stebleris, Sabbathariis, Clancularlis, Impeccabilibus, Communia habentibus, Dæmoniacis, Ejulantibus, Flagellantibus, Euthuſiaſtis, Davidgeorgicis, Mennomiſtis, Polygamiſtis, Orantibus, Silentibus, Somniantibus, Sinceris, Circumciſis. Si etiam Sacramentarii ſpecialem phalangem habent ſuas læthales ſagittas jaculentur cum ſuis Significatiuis, Tropiſtis, Arrhabonariis, Adeſſenariis, Energicis, Metamoriphiſtis, Iſcariotiſtis, Neutralibus, Iconiclaſtis. Calvinis apud Florimundum cum ſuá acie armatá calamo, ferro, igne inſurgat, Simoniaci ejus diſcipuli Deum auctorem peccati faciant, opera ad ſalutem negent, & hominem ſolâ fide juſtificari aſſerant. Calvino-Turcæ apud Reginaldum contendant ſolis naturæ viribus nos ſalutem conſequi poſſe, & licita eſſe commercia cum Turcis, imò communem cum iis armorum unionem liberam eſſe. Gommariſtæ & Armeniani Batauiam ſuſcitent. Vel Armeniani Leydam, Harlemum, Roterodamum, Gaudam, Hornam, Trajectum ſub ſuum vexillum redigant; Gommariſtæ in ſuas partes attrahant Bremenſes, Genevenſes, Bernenſes, Tigurinos, Naſſovianos, Embdanos, Heidelbergenſes, Baſileenſes & alios populos apud Joannem Malderum, Aubertum Myræum & alios. Uno verbo quotquot fuerunt Hæreticorum agmina, omnes ſuas vires conferant contra Romanam Eccleſiam, hæc ſemper firma & inexpugnabilis ſtabit. *Abſit, ut huic vineæ quidquam timeamus adverſi, quàm pervigil cuſtodia Salvatoris adverſus omnes juſtitiæ ſæcularis illecebras muro vitæ vallavit æternæ.* Sicut illi ſemper adfuit, illam protexit, ita ſemper aderit, opem feret, ejus auſpiciis victoriam contra quoſcumque hoſtes reportabit.

§. 3.

Vaticinium Chriſti de ſanctitate ſeu firmitate Eccleſiæ completur.

CHRISTVS ipſe pollicitus eſt Eccleſiæ firmitatẽ Matt. c. ult. v. 20. *Ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationẽ ſæculi.* quę promiſſio nõ ad Apoſtolos dumtaxat, ſed ad totam Eccleſiam dirigitur. *Nam permanebit* (inquit Barradius) *Eccleſia in terris uſque ad finem mundi; cum eâ verò & Chriſtianis Chriſtus erit, ſemper eam tuebitur, ſemper eam gubernabit, ſemper inter fluctus perſecutionum turbineſque procellarum illi aderit.* Cui conſonat S. Chryſoſtomus homiliâ 91. in Matt. ubi hæc aurea verba ſcribit. *Non cum ipſis autem ſolùm ſe futurum dixit, ſed & cum omnibus, qui poſt illos ſunt credituri. Non enim uſque ad conſummationem permanſuri erant Apoſtoli; ſed fidelibus loquitur uni corpori.* Expende illa verba: *Vni corpori*, ſcilicet myſtico, quæ eſt Eccleſia, cui tuendæ non Angelum aliquem tutelarem pollicetur, ſed ſuam perſonalem protectionem & tutelam promittit. *Nè mihi* (inquit idem S. Doctor citatus) *rerum difficultatem dixeritis, ego enim vobiſcum ſum; quia facilia omnia reddo.* Ejuſmodi auxilium divinum ſe expertum eſſe Vates Regius fatetur nomine Eccleſiæ. Pſal. 123. v. 1. *Niſi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Iſrael; niſi quia Dominus in nobis erat, cùm exurgerent homines in nos fortè vivos deglutiſſent nos.* Aureum os ibi. *Quid enim non feciſſet noſter inimicus diabolus, niſi Dominus fuiſſet in nobis. Audi quid dicat Chriſtus Lucæ c. 20. Simon, Simon, quoties petiit te Satanas cribrare ſicut triticum, & ego oravi pro te, nè deficiat fides tua. Eſt enim improba bellua, & inſatiabilis, & niſi aſſuetudine refrænaretur, ſubvertiſſet & confudiſſet omnia. Si enim cùm in beatum Iob puſillum quid ei fuit permiſſum, ejus domum evertit funditùs, ejus corpus mulctavit, facultates corripuit, filios obruit, ut è carne vermes ſcaturirent effecit, uxorem in eum incitavit; amicos, inimicos, famulos, ut probris eum inſectarentur, induxit. Si non innumerabilibus frænis retardaretur, quomodo non omnes perderet?*

I. *Matth. c. ultimo v. 20.*

Barrad.

Chryſoſ.

Pſalm. 123. v. 1.

perderet? quocirca hic quoque dicit: Niſi quia Dominus erat in nobis. Erant enim admodum pauci & contempti, & eos revertentes multi adoriebantur &c. forte vivos deglutiſſent. Vides quomodo oſtendit quàm ſint feri, & immanes, qui eos invadunt. Hi enim homines, vel ferarum immanitatem oſtendunt: imò verò eis magis ſæviunt in illos, qui ſunt ejuſdem generis. Fera enim cùm ſemel invaſerit, ab irâ deſtitit, & recedit: homines autem cùm ſæpè res ceſſerit aliter, quàm putabant, ſæpè invadunt vel ipſas carnes guſtare cupientes. Cui ſubſcribens Dionyſius. *Populus* (inquit) *fidelis Deum fideliter ſpeculans profiteatur jam corde devoto & grato, quòd niſi Deus gratioſè fuiſſet nobiſcum, hoc eſt per gratiam defenſionis ſuæ nos protexiſſet, cùm Infideles, Hæretici, Tyranni, Maligni contra nos mala pœnalia nobis inferentes, noſque ad mala culpæ inducere ſatagentes; ita nos occidiſſent, ſicut occiditur, quod à beſtiâ vivum deglutitur. Propriè autē convenit vox iſta Martyribus, quia Tyranni conati ſunt eos ad idololatriam, ſeu Chriſti negationem inducere, quo facto abſorpta eſſet anima eorum non carō, & ita vivi abſorpti fuiſſent. Nam viventes in corpore mortui fuiſſent in animâ, habenteſque vitam naturæ, perdidiſſent vitam gratiæ & gloriæ.* Quæ verba explicari poſſunt de Eccleſiâ Romanâ, tot Hæreticorum, Tyrannorum machinis exagitatâ, quæ divino tamen præſidio fulta ſplendidior evaſit.

Dionyſ.

XI. Undè Pſalmo 128. v. 1. canit David. *Sæpe expugnaverunt me à juventute meâ dicat nunc Iſrael, etenim non potuerunt mihi* S. Chryſoſtomus ibi ait. *Hoc ipſum uſu venit in Eccleſiâ: cùm enim inciperet enaſci, omnes eam aſſiduè invadebant, in principio quidem reges, populi & tyranni: poſtea autem inſidiæ hæreticorum, & maximum, & variam, ac multiplex bellum undique ſuſcitabatur: ſed tamen non prævaluit, ſed fuſi quidem, & profligati hoſtes: floret autem & viget Eccleſia.* Id fuſius explicat noſter Michael de Bononiâ poſt S. Auguſtinum. *Sciendum* (inquit) *quod hic Pſalmus loquitur in perſonâ militantis Eccleſiæ, ut ejus confortentur fideles perſecutionem patientes à malis. Eccleſia enim licet permixtos habeat malos cum bonis, tamen in ſolis bonis conſiſtit; quoniam mali ad Eccleſiam non pertinent, quoniam non ſunt Chriſti membra.* Dicit non eſſe Chriſti ſeu Eccleſiæ membra, ſcilicet actu, ſed potentiâ, ut docet D. Thomas 3. p. q. 8. art. 3. ſubdit Michael Bonon. *Et ſic quia aliquando erat unus ſolus bonus, & tunc Eccleſia erat in uno ſolo bono; aliquando multi, & tunc erat in multis. Et in omni ſtatu in quo fuit, paſſa eſt à malis. Volens ergò Eccleſia nos in adverſis conſolari, oſtendit quod ab initio ipſa paſſa eſt à malis, non tamen conſumpta, quia Deus juvit ipſam. Vnde Eccleſia paſſis fidelibus, ait. Sæpè expugnaverunt me à juventute meâ. Eccleſia de his loquitur, quos tolerat; quæ non ſolummodò patitur in ſanctis ſuis, ſed ab initio paſſa eſt. Aliquando in ſolo Abel erat Eccleſia, & expugnatus eſt à fratre malo, & perdito Cain. Aliquando in ſolo Enoch erat Eccleſia, & tranſlatus ab iniquis. Aliquando in ſolâ domo Noe erat Eccleſia, & pertulit omnes, qui diluvio perierunt, & ſola arca natavit in fluctibus, & evaſit ad ſiccum. Aliquando in ſolo Abraham erat Eccleſia, & quanta pertulerit ab iniquis, novimus. Aliquando in ſolo filio fratris ejus Loth, & in domo ejus in Sodomis erat Eccleſia, & pertulit Sodomorum iniquitates, & perverſitates, quo uſque de medio ipſorum eam liberavit. Cœpit eſſe in populo Iſrael Eccleſia, pertulit Pharaonem & Ægyptios. Cœpit in ipsâ Eccleſiâ, ideſt in populo Iſrael numerus ſanctorum, ut Moyſes & cæteri ſancti, pertulerunt iniquos Iudæos populum Iſrael. Ventum ad Dominum Ieſum, prædicatum eſt Evangelium, & multiplicati ſunt fideles ſupra numerum, & pertulit Dominus noſter Ieſus Chriſtus iniquos, pertulerunt & Apoſtoli, & alii ſancti. Nunquam ergò modo ſolùm paſſa eſt Eccleſia. Et ideò nè miretur modò quis volens eſſe bonum membrum Eccleſiæ, ſi modò aliquid patiatur. Audiat matrem ſuam dicentem ſibi. Noli mirari ſi adverſa pateris, fili ab iniquis, quia ipſi ſæpè expugnaverunt me à juventute meâ. Sic enim reſpōdet aliquorum cogitationibus dicentibus, quanta mala perferimus, quanta ſcandala contremiſcunt quotidie. Reſpondet Eccleſia ex voce fortium, ut conſoletur infirmos, & dicit. Sæpè expugnaverunt me à juventute meâ, ideſt à princi-*

Pſalm. 128. v. 1. Chryſoſt.

Michael Bonon.

principio iniqui expugnaverãt me. Nunquid delere potuerunt Eccleſiam? dicat hoc nunc Iſrael? ideſt boni, patientes, qui ſunt de Eccleſiâ, quæ Deum videt per fidem, hoc nunc dicant in cordibus ſuis. Sæpè expugnata fuit Eccleſia, & tamen à Deo adjuta permanſit. Hæc ultima verba declarant Eccleſiam eſſe ſanctam, ſeu firmam. Idem ferè habet Dionyſius. Et concludit. *Quamvis ergo hoſtes Eccleſiæ corpus occidant, aut animam ad tempus decipiant, non finaliter, neque ſimpliciter prævalent, imò tempore perſecutionis tyrannicæ augebatur Eccleſia merito ſanctitatis, & numero converſorũ ad fidem magis, quàm tempore pacis.* Alludere videtur ad arborẽ, quę hyemalibus acta ventis & frigoribus, creſcit non tantùm dilatatione ramorũ, ſed etiam craſſitie & ſoliditate trunci & radicis.

Dionyſ.

§. 4.

Oracula Prophetica de ſanctitate & firmitate Eccleſiæ.

I. *Ezech. cap. 48. v. 35.*

QUAM congruè de hac Eccleſiæ militantis firmitate vaticinatur Ezechiel cap. 48. v. 35. *Nomen civitatis ex illâ die Dominus ibidem.* Jonathas Chaldæus Paraphraſtes. *Nomen civitatis exponent à die, quo poſuit Deus diuturnitatem ſuam ibi.* S. Hieronymus. *Nomen quoque ipſius civitatis nequaquã erit, ut prius Ieroſolyma, quæ interpretatur viſio pacis, ſed Adonai ſamnia, quod in latinum ſermonem vertitur, Dominus ibidem, qui recedat nunquam ab eâ, ut à priori populo ante diſceſſit, dicens ad Diſcipulos: Surgite abeamus hinc. Et ad Judæos relinquetur vobis domus veſtra deſerta; ſed æternam habeat poſſeſſionem, & ſit ei ipſe poſſeſſio, iiſdem Diſcipulis repromittens: Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi.* Eidem ſubſcribunt Hugo Card. Vatablus, Maldonatus, Hector Pintus, Dionyſius, quibus ſubſcribens Barradius tomo 4. in Evangelia lib. 9. c. 7. *Dominus ibidem* (inquit) *hoc eſt nomen Eccleſiæ, Dominus Deus ibidem eſt; ibidem cum Chriſtianis habitat, eos protegens, præſidio defendens ſuo uſque ad conſummationẽ ſæculi.* Quibus verbis patet Eccleſiam eſſe firmam, quia Deus illi adeſt & protegit. Cui arridens Iſaiæ oraculum c. 7. v. 14. *Vocabitur* (inquit) *nomen ejus Emmanuel.* Cornelius. *Nobiſcum Deus fortis, qui dæmonem, carnem, peccatum, mundũ, omneſque hominum hoſtes fortiter debellabit.* Quaſi diceret, ideò genus humanum, ſeu Eccleſia fortis eſt, quia forti præſidio munita eſt, ſeu fortem habet ſui defenſorem. Infra quæ de privatis ait, de eádem Eccleſiâ magis verificari debẽt. *Per ſuam opem, gratiam, illuminationem, corroborationem, conſolationem, & protectionem ipſe tentatis peculiariter adeſt, eoſque conſolatur & confortat, ſicut promiſit dicens, cum ipſo ſum in tribulatione eripiam & glorificabo eum.* Id ipſum prænunciavit Deus per Zachariam c. 2. v. 5. *Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio ejus.* Chaldæus. *Verbum meum erit ei, dicit Dominus, velut murus igneus, illum per circuitum ambiens.* Ideſt quaſi murus igneus cingam & protegã Jeruſalem, hoſtes quoſcumque fugabo, meoſque clientes conſolabor, fortiter fovebo. Quid per Jeruſalem ita cinctam & muratam intelligit? Eccleſiam. Barradius citatus. *Murus igneus in circuitu Eccleſiæ dicitur, quia Dominus illã defendit inſtar muri, eſt autem in medio in ſummâ gloriâ, quia ab omnibus Chriſtianis colitur & adoratur.* Alludere videtur ad Cherubinum c. 3. v. 24. qui mucrone flammeo paradiſum cuſtodit, ſeu (ut vult Lactantius) lib. 2. c. 13. Muro igneo ita Jeruſalẽ ſeu Eccleſiam protegam, eamque reddam perpetuò glorioſam, & celebrẽ apud omnes gentes ratione cultus, tutelę, protectionis, legis, ſacramentorũ, orationis, miraculorum; vel ſuſtinebo per filium meum, qui eſt ſplendor & figura paternæ ſubſtantiæ, & glorię, & caput cõgregationis fidelium.

Cornel. *Zachar. c. 2. v. 1.* *Barrad.*

II. *Iſaiæ c. 26. v. 1.* *Vatabl.*

His conſonat oraculum Iſaiæ c. 26. v. 1. *Salvator ponetur in ea murus & antemurale* pro *ante murale.* Symmachus vertit. *Firmamentum.* Vatablus. *Vrbs fortitudinis nobis eſt ſalus, ponet muros & propugnaculum*, ideſt quemadmodum domus, arx, civitas quæ habet murum, & ante murale fortis eſt, & expugnari nequit ab hoſtibus, ſic Eccleſia fortis, firma, & ſancta eſt, divino præſidio cincta. Dionyſius, *Vrbs fortitudinis noſtræ Sion: ſupple eſt ipſa Eccleſia, Chriſti virtute munita. Non autem exprimit nomen civitatis hujus,* *Dionyſ.*

ſicut

Iſaiæ c. 7. v. 14.

ſicut nec in Pſalmo 86. *Fundamenta ejus in montibus ſanctis, Salvator ponetur in eâ murus bonorum operum, & antemurale fides ſancta, eritque munimentum & propugnator ſuorum.* Vel alludit ad illud Proverb. c. 18. v. 20. *Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſum currit juſtus & exaltatur.* Aquila & Theodot. *Turris potentiæ.* Syrus. *Extra telorum jactus eſt.* Auctor Catenæ Græcæ. *Deus præpotens, magnarumque virtutum Dominus appellatur, talesque efficit eos, qui ſe ad illam adjungunt.* Cùm igitur Eccleſia ſit illi juncta per ſponſalia ſpiritualia: quemadmodum in matrimonio ſeu unione hypoſtaticâ & reali humanitatē Verbum ſemel aſſumptam nunquam dimiſit. Sic Eccleſiam (quæ eſt corpus, ſeu ſponſa myſtica) nunquam dimittet, ſed illam fortiſſimam, firmiſſimam, & ſanctiſſimam efficiet, etiamſi univerſæ Paganorum, Judęorum, Hæreticorum, Schiſmaticorum acies quotquot fuerunt, quotquot ſunt, & quotquot erunt, turmatim & unitim in ipſam ſæviant & debacchentur. Illis accinit Cantor Regius Pſalm. 124. v. 1. *Qui confidunt in Domino ſicut mons Sion non commovebitur in æternum, qui habitat in Ieruſalem.* Dionyſius ibi egregiè. *Poteſt* (inquit) *exponi de militante Eccleſiâ, quæ per Ieruſalem deſignatur, ut ſit ſenſus non movebitur in æternum à fide Catholicâ, à vitâ fideli, à gratiâ, quamdiu in præſenti ſæculo degit, qui habitat in Ieruſalem, ideſt militante Eccleſiâ per fidem charitate & gratiâ adornatam.* Paulò poſt ad v. 2. *Montes in circuitu ejus,* ſubdit *Angeli Dei, qui propter naturæ excellentiam montes vocantur, ſunt in circuitu ejus, ideſt militantis Eccleſiæ, tanquam ad cuſtodiam hominum ordinati, ac miſſi. Sed nè quis hoc ſufficere putet, vel in illis finaliter ſperet, adjungitur. Et Dominus in circuitu populi ſui. Quemadmodum in Evangelio Ioannis c. 14. Non relinquam vos orphanos. Et Matthæi cap. 28. Ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi.* Eandem explicationem habet Baptiſta Folengius, cui ſubdit. *O tutam cuſtodiam! ponetur clamat Iſaias, in eâ murus & antemurale. Ecce mons (ait lib. 4. Reg.) plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu Eliſei, videte oro. Quomodo cuncta in hac cuſtodiâ concita, præſentia, atque ardentia ſint. Cum eis equis, curribus igneis circumcurrentibus comparat. Sicut igitur montes in circuitu ſunt terrenæ Ieruſalem, quæ occidit Dominum, ita ipſe humani generis amantiſſimus eſt in circuitu populi ſui.* Quis eſt populus Dei? Cōgregatio fidelium.

Prover. cap. 18. v. 10. *Pſalm. 124. v. 1.* *Dionyſ.* *Folenq.* *l. 4. Reg.*

III. Vel alludit ad oraculum divinum Jeremiæ cap. 1. v. 28. *Ego dedi te in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum ſuper omnem terram, regibus Iuda, principibus ejus, & ſacerdotibus, & populo terræ, & bellabunt adverſum te, & non prævalebunt, quia ego tecum ſum, ait Dominus, ut liberem te.* Quæ verba quamvis ad litteram ad Jeremiam dirigantur, tamen tropologicè ad omnem animam Deo conſecratam proferuntur, quæ quaſi athleta & pugil conſtans in fide, & firma in amore Dei perſeverare monetur. Tamen allegoricè de Eccleſiâ militante & Romanâ intelligenda ſunt, illi enim à tot ſæculis undis & fluctibus perſecutionum agitatæ, at non ſubmerſæ. Hæc Virgilii encomia appellari poſſunt.

Ieremi. 1. v. 28. *Virgil.*

Ille velut pelagi rupes immota reſiſtit,
Vt pelagi rupes magno veniente fragore
Quæ ſeſe multis circũ latrantibus undis
Mole tenet ſcopuli, nec quicquam & ſpumea circum
Saxa fremunt laterique illiſa refunditur alga.

Vel ſanè arridere videtur ad ſponſam, quam chariſſimus ſponſus vocat hortum concluſum. Cant. cap. 4. v. 12. *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus fons ſignatus.* Vocat concluſum hortum quam prius immaculatam nuncuparat. v. 6. *Tota pulchra es amica mea & macula non eſt in te.* Ghiſlerius, *Tota pulchra dicitur ob eximia fidei dogmata, & ob inſignem ſanctorum morum doctrinam. Nulla verò in ipsâ reperiri dicitur macula, quia nihil ſit in Oecumenicis Conciliis invenire quod vitium ſonet, quodvè reprehenſione ſit dignum.* Quibus verbis duplicē Eccleſiæ ſanctitatē inſinuat, vel enim dicitur ſancta ob ſanctitatem morum, vel ſancta quia fidei dogmata tenaciter propugnat cōtra quoſcumque, Hæreticos, Schiſmaticos, Ethnicos, & Judæos: illi arridens Dio-

Cantic. 4. v. 12. *Ghiſler.*

nyſius ita de hoc firmo Eccleſiæ cacumine differit. *Hic hortus concluſus eſt, quia multiplici circumvallatus munimine; quia ſalvator ponitur in eo murus & antemurale & Dominus in circuitu ejus. Angelicæ quoque virtutes eum cuſtodiũt: ſed & Prælati ipſius, & prædicatores; & viri ſancti pro communi bono Eccleſiæ ſemper ſolliciti ac orantes: vallatur enim, clauditur ac munitur hic hortus valle charitatis, timore filiali, cuſtodiâ cordis, circumſcriptione prudentiæ, quotidiano profectu, oratione aſſiduâ, documentis ſcripturæ; nè Hæretici, Schiſmatici, Infideles, Iniqui, aut inviſibiles hoſtes valeant eam ingredi & demoliri.* Cur ſponſa nõ tantùm horto concluſo, ſed etiam fonti ſignato aſſimilatur? Quid ſponſa ſeu Eccleſia cum fonte ſignato com-

Ghiſler. mune habet? Ghiſlerius ait vocari ſignatum fontem, quia aquas ſcripturæ ſacræ non limoſas, vel colore aliquo extraneo fœdatas profert. *Ne ob fœdorum pedum conturbationem deturbata, ab iis, qui limoſos pedum affectus habẽt; nèvè ob mortiferum dogma ab hæreticis injectum corrumpantur; & nè falſo colore ab ignorantibus immiſſo genuinam amittãt puritatem, fons ſignatus ſit, neceſſe eſt. Signatus* (inquam) *ſignaculo cœleſtis Regis, quod nullus audeat attingere: ſignaculo, quod ille ſolus ſolvere poteſt, qui lib. apoc. cap. 5. v. 9. dicitur extitiſſe dignus accipere librum, & ſolvere ſignacula ejus, quivè ſicut & oſtium horti eſt, & aperit, clauditque ſe ipſum, ita etiam ſignaculum ipſum eſt, quo ſpiritalis fontis aqua, ſacraque Eccleſiæ doctrina pura, & immaculata ſervatur.*

IV. Ecce quomodo Eccleſia vinea eſt, hortus eſt, fons eſt, non omnibus patens, ſed vinea muris Æneis, & igneis cincta: hortus concluſus, fons ſignatus; quorum cuſtodiam & protectionẽ Deus ipſe ſuſcepit; itaut nec Judæi ſuis blaſphemiis, nec Tyranni ſuis perſecutionibus & ſuppliciis, nec Hæretici pravis ſuis dogmatibus ejus doctrinæ puritatem, myſteriorum ſanctitatem labefactare queant. Quia Deus nõ unius Nabuthe ſed Chriſti, ſed innumerabilium ſanctorum cruore, ſudore, ut olim domus Iſraelitarum vel lapides fundamentales aſperſit. Quis robuſtior Valente, Valentini Imperatoris fratre? qui non ſolùm Imperii gradum adeptus eſt; ſed etiam Arianorum fautorem acerrimum ſe exhibuit, & ortodoxos Nicænæ ſynodi propugnatores omnibus modis perſecutus eſt ſub Damaſo Pontifice Romano, Anno 378. apud Paulum Diaconum rerum Rom. lib. 12. Sozomenum hiſt. Eccleſ. lib. 6. cap. 36. Nicephor. lib. 11. cap. 45. Quis Leone Iſauro Imperatore ferocior? qui cùm toto ferè Oriente graſſaretur Iconomachorum hæreſis, indicto conciliabulo centum triginta novem Epiſcoporũ, quos partim auro, partim minis in ſuam ſententiam pertraxerat ſtatuit ſolemni edicto, ut imagines è templis tollerentur & cremarentur; quæ tamen edicta & acta & totum cõciliabulũ ſeptima ſynodus Nicæna ſub Irene & Conſtantino ejus filio Auguſtis damnavit. Anno 718. & 787. Apud Paulũ Diaconum rerum Rom. lib. 21. Joannem Baptiſtam Egnatium lib. 2. de Romanis Principibus, Carionem chron. lib. 3. Qui crudeliores Gothis, Viſſe-Gothis, Wandalis? qui Pannoniam, Galliam, Italiam ita vexaverunt ut Honorius Sævus Wandalorum Africæ Rex 4965. orthodoxis relegatis bona eorum & omnium Eccleſiaſticorum ſuis Arianis diſtribuerit circa annum 405. ſub Honorio, & Arcadio Auguſtis ex Nicephoro lib. 15. cap. 56. Paulo Diacono rerum Roman. lib. 12. Sigeberto, & Carione in chronicis. Conſtantinus V. Imperator Leonis Iſaurici filius Paterni Imperii tyrannidis hæres publicè prohibuit, nè quiſquam ſeruus Dei ſanctus nuncuparetur vel invocaretur: ſed ſanctæ eorum reliquiæ ſpernerentur, imò neminem Catholicum ſub ſe militare permiſit. Ita Paulus Diaconus lib. 21. & 22. Suidas in hiſtoricis litteris. Nauclerus in chron. generat. 27. Quis potentior & crudelitate & robore Totilâ Rege Hunnorum Ariano; qui ſeptingentis millibus ſtipatus Cepidarũ, Gothorum, Marcomannorum, Quadorum, Heralorum, Turcilinguorum, ſive Rugorum, Italiam invaſit ac ſpoliavit, Romamque ad eas anguſtias redegit, ut parentes prolium carnibus veſcerentur. Quis viſâ hac Romanæ Urbis ſtrage non credat Romanam Eccleſiam fundi-

tùs

ditus perituram? Quis ſpectatâ tantâ procellâ non exiſtimet navem Petri æternum naufragium paſſuram? Contrarium omninò contigit: nam ex Paulo Diacono lib. 15. Sigeberto in chronicis ad annum 454. Pontificali & Romano, occurrit Leo Pontifex non armatâ manu, vel multo militari apparatu cinctus, ſed Pontificali authoritate inſignis, aſpectu gravis, qui eum voce ita terruit, ut in Pannoniam remeare coegerit. Et interrogatus à ſuis quid eſſet, quod præter morem tam humiliter Romani Pontificis juſſis paruerit. Reſpondit ſe aſtantem quendam alium (illo loquente) ſacerdotali habitu veritum, ſibi ſtricto gladio minitantem necem, niſi Leoni obtemperaret. Sic Conſtantius Auguſtus Arianam hæreſim promovere ſtudens in bello cæditur teſte Oroſio lib. 7. Nicephoro lib. 9. cap. 50. Vel ex Paulo Diacono febri acerrimâ correptus obiit. Julianus Chriſtianæ religioni infenſiſſimus (non ut olim Achab rex Iſrael lib. 3. Regum c. 22. v. 34. incertâ ſagittâ) ſed certâ S. Mercurii haſtâ ſecundùm Nicephorum lib. 10. c. 34. transfigitur. Gothi occiderunt in caſâ ruſticâ Valentem Imperatorem, à quo læthali Arianâ doctrinâ imbuti fuerant, ut referunt Paulus Diaconus lib. 12. Nicephorus lib. 11. c. 50. Anaſtaſius Imperator dum contra Catholicam veritatem S. Eccleſiæ Romanæ Eutychianorum partes ſuſtinet fulmine cœleſti percutitur, ut narrant Paulus Diaconus lib. 15. Nicephorus in chronicis ad annum 517. Apud Paulum Diaconum citatum Theodoricus rex poſtquam interfecit Joannem Papam & Symmachum Patricium, viſus eſt ab Anachoretâ quodam deduci ad luparam inſulam & in ollam Vulcani demergi. Nicephorus lib. 15. c. 57. ait Attillam Arianorũ fautorem haſtâ cõfoſſum interiiſſe. Apud eundem Theodoricus ſagittâ configitur. Apud Paulum Diaconum lib. 15. Alaricus Wiſſe-gothorum Rex in Eccleſiam debacchans perimitur. Apud Suidam in hiſtoriis litteris Cõſtantinus Copronymus elephantiæ morbo correptus ejulans ſalute deſperatâ ultimũ diem claudit. Baptiſta Egnatius lib. 2. de Rom. princip. Compt. hiſt. aiunt quod Leo IV. ſacrilegè carbunculo caput ornans apoſtemate in capite laborans miſerè obiit. Poſtquam Genſericus Wandalorum Rex Africam domuit, & Arianas partes contra Eccleſiam ſuſtinuit, refert Sigebertus ad annum 429. quod Gaudericus ejus frater à dæmone ſuffocatus eſt. Honoricus, vel (ut alii) Honorius in regno Wandalico & odio erga Eccleſiam ei ſuccedẽs à vermibus corroditur; ex Sigeberto ad annum 483. Coſcus poſt deletum ſuum exercitum à Gallis, tandem per oppida ignominiosè raptatus miſerrimè interiit, juxta Sigebertum ad annũ 452. Poſtquam Nicephorus Imperator Orientis Manichæorum partibus favit, tandem à Crumo Bulgarorum Principe jugulatus eſt, & teſta capitis ejus in cyathum verſa eſt, ut teſtatur Zonaras lib. 3 annalium Nicephori Imperatoris. Plura ſupra & apud Bellarminum lib. de notis Eccleſiæ cap. 14. & Hiſtoriam Eccleſiaſticam. Ecce quomodo Eccleſia Romana ab infenſiſſimis hoſtibus impugnata nequaquam ſuperari & deleri potuerit: imò potius Acatholicorũ Cotiphæi miſerrimè perierint, ut infra fuſius referemus.

V. Meritò cum ſancto Ambroſio lib. 9. in Lucam Eccleſiam, longè excellentiorem vineâ Naboth affari poſſumus, *Salve vinea tanto digna cuſtode non unius Nabuthe ſanguis, ſed innumerabilium prophetarum; & quod eſt amplius pretioſus cruor Domini conſecravit. Ille licet non regalibus minis territus conſtantiam metu preſſerit, non præmiis uberrimis provocatus religioſum vendiderat affectum; ſed ſtudio regis obſiſtens nè in hortulis ſuis malvarum olus ſucciſâ vite ſereretur, quando aliud facere nequibat parata vitibus incendia proprio cruore reſtrinxerit: temporalem tamen vineam defendebat. Te verò in perpetuum multorum nobis Martyrum plantavit interitus. Te crux Apoſtolorum æmula Dominicæ Paſſionis uſque in orbis totius terminos propagavit.* Expende illa verba: *Te verò in perpetuum.* Quaſi diceret: Monarchiæ & Imperia bellis deſtruuntur & pereunt. At Eccleſia in mœroribus, perſecutionibus, tormentis, funere Martyrum ſumpſit exordium, incrementũ accepit, Achabo

& Jezabele, aliisque perſecutoribus & tyrannis infœlici morte pereuntibus, Ut clarius idem Sanctus Doctor exprimit in pſalmo 48. *In tribulationibus fundatur Eccleſia, in tempeſtatibus & procellis, in ſolitudinibus & mœroribus, in rebus adverſis, & in fluminibus præparatur. In quibus fluminibus? audi dicentem. Elevaverunt flumina vocem ſuam &c. In his ergò fluminibus præparatur Eccleſia, in quibus profluit Dei grátia.* Ecce qualiter Eccleſia fundata fuerit. Quod iiſdem perſecutionum cardinibus innixa perſeveret, audi eundem in pſalmum 33. *Non timeamus, quia facti ſumus ſicut oves eſcarum. Sicut enim Domini caro, & ſanguis ipſius nos redemit, ita etiam Petrus pro Eccleſiâ multa toleravit; multa etiam S. Apoſtolus Paulus & cæteri Apoſtoli pertulerunt cùm cæderentur virgis, cùm lapidarentur, cùm in carceres traderentur. Illâ enim tolerantiâ injuriarum, & uſu periculorum Domini fundatus eſt populus, & Eccleſia incrementum eſt conſecuta, cùm cæteri ad Martyrium feſtinarent, videntes per illas paſſiones nihil Apoſtolorum deceſſiſſe virtutibus, ſed etiam propter hanc brevem vitam immortalitatem illis eſſe quæſitam.* Quod incrementum ex perſecutionibus comparatum probat exemplo ſeu teſtimonio Chriſti Joan. cap. 15. v. 16. *Quia propterea vos miſi, ut vos eatis, & fructum plurimum afferatis, & fructus veſter maneat. Factus eſt Dominus ſicut ſemen ſecundùm quod dictum eſt ad Abraham Galat. cap. 3. Et ſemini tuo, quod eſt Chriſtus. Semen ergò omnium Chriſtus: & ideò ſe cadere paſſus & ſpargi ut conforme corpori ſuo transfiguraret corpus humilitatis noſtræ. Hoc ergò ſemen ſalutare omnibus hominibus, & ex illo ad ejus imaginem figurati, quaſi ſemina Apoſtoli miſſi ſunt per diverſa, atque diſperſi, ut in agrum Eccleſiæ gentes congregatæ diverſis fructibus refulgerent toto orbe terrarum.* Quaſi diceret meritò Eccleſia vineæ & horto aſſimilatur, quandoquidem ſanctorũ Martyrum greges quaſi ſemina fuerint, qui tolerantes cruciatus pro Deo, Eccleſiã non tantùm radicitùs corroborarunt, ſed etiam auxerunt. Quod confirmat ex illo pſalmi 146. v. 2. *Ædificans Ieruſalem Dominus diſperſiones Iſraëlis congregabit. Quibus ſubjicit: diſperſi ſunt enim, ut novos fructus facerent, & poſtea veluti triticum novum Eccleſiæ horreis inveherentur. Hæc autem diſperſio non in inferioribus ſit; hoc eſt in terrâ, ſed in cœlo.*

Idem S. Doctor ad ultimum verſum pſalmi 118. iterùm oſtendit, quomodo ſit vinea, & quidem optimo muro firmata, fortalitiisque inexpugnabilibus inſtructa, ut omnium hoſtium inſidias detegat, eorum inſultus retundat: introducitque ſapientem de ſponsâ illud cant. c. 8. v. 11. dicentẽ. *Vinea fuit pacifico in eâ, quæ habet populos, tradidit eam cuſtodibus.* Quibus ſubdit: *Clamat ſpiritus, plantata eſt congregatio populorum, ſed vitis æternæ radice fundata, & ſpiritualia ſub jugum verbi corde manſueto colla ſubjecit. Plantata eſt autem in multitudine nationum, repudiata vetus copula, quæ fructum afferre nõ poterat. Data eſt vinea novis, fidelibuſque cultoribus, qui non ſolùm facere fructum poſſent, ſed etiam cuſtodire. Una ovis erravit; ſed revocata totius ſpatia orbis implevit. Unam ovem error abduxerat; ſed multitudinem Domini gratiâ congregavit. Erravit homo; ſed Eccleſia jam murus eſt, & murus validus. Erravit Adam; murus eſt David, qui mandata Dei oblitus non eſt. Cuſtodita igitur, & vallata hæc vinea munimine ſpirituali mille fructus dat Chriſto, ducentos autẽ dat cuſtodibus, ideòque ait Eccleſia vinea mea in conſpectu meo, mille Salomoni, & ducenti ſervantibus fructum.* VI. Clariùs infra oſtendit quomodo ita vallata Eccleſia, & munimine ſpiritali firmata, etſi innumeris frigoribus ſeu perſecutionibus ſit vexata non deficiat, nec pereat, ſed firmiores ac ſolidiores radices faciat. *Quia* (inquit) *futurum erat, ut cùm ad plenitudinem Eccleſia peruenisſet perſecutionibus variis tentaretur; ideò cùm verbi gratiâ delectaretur ſubitò cernit inſidias perſecutorum, & quæ plus ſponſo quàm ſibi timeret, aut quia à perſecutoribus Chriſtus magis appetitur in nobis; ideò ait fuge frater meus, & ſimilis eſto capreæ aut hinnulo cervorũ ſuper montes aromatum.* Idem proſequens oſtendit qui ſint illi montes, & cur montes aromatum nuncupentur. *Montes aromatum ſancti ſunt; ad eum confugit Chriſtus, quia fundamenta ejus in montibus ſanctis. Ad eos igitur con-*

fugit

fugit, qui ſunt ejus ſtabilia fundamenta, in nobis fugit, in illâ fidâ ſtatione conſiſtit. Vocat Apoſtolos fundamenta Eccleſiæ conformiter ad illud Apoc. cap. 21. v. 12. *Et vidi ſanctam civitatem Ieruſalem novam deſcendentem de cælo.* Ideſt Eccleſiam Chriſti. veri. 14. *Et murus civitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina duodecim Apoſtolorum agni.* Quomodo vocentur duodecim Apoſtoli fundamenta Eccleſiæ cujus Chriſtus eſt lapis angularis, & Petrus nuncupatur petra, conſule Cornelium in cap. 2. ad Epheſ. v. 20. in cap. 21. apocal. v. 14. & alios. Miror quomodo Apoſtoli fundamenta ſtabilia denominentur. Nunquid omnes Apoſtoli nō obierunt (excepto fortè S. Joanne Evangeliſtâ?) Apoſtolorum nomine Eccleſia deſignatur cujus ſanctitatem ſeu firmitatem ut exprimeret S. Ambroſius dixit ejus fundamenta eſſe ſtabilia, *& quod Chriſtus ſeu Eccleſia in illis fida ſtatione conſiſtit.* Quibus verbis ultimis alludere videtur ad exercitū, qui tunc invincibilis cenſetur quando in fidâ ſtatione cōſiſtit; & maximè quando ſtatio illa in montibus cōſtituta eſt. Quamvis enim undequaque ab hoſtibus expugnetur, tamen ſeparari non poteſt; non quod arma armis, vires viribus, ferrum ferro, ſanguinis effuſioni ſanguinis effuſionem viciſſim opponat ſed fidem.

VI. Audi eundem S. Ambroſium in pſal. 43. *Non in brachio, neque in gladio ſuo ſeras expulit gentes, & non certamine bellico turmas fugavit hoſtiles; ſed manſuetudine ac fide terras inimicorum ſine ullo cruore poſſedit. Fides enim ſola pugnavit; & ideo triumphos meruit, quod non revocaret perfidia, ſed augeret; quia perſecutionibus ſuis non vincitur Eccleſia.* Paulò poſt oſtendit diſcrimen inter ſynagogam & Eccleſiam; quod illa pugnarit militaribus armis & ferro, hæc ſpiritu & fide militet. *Non pugnavit militaribus armis & ferris populus Eccleſiæ, ſicut populus Iudæorum. Ille in figurâ pugnavit, illos pugnamus in ſpiritu.* Vis videre noſtram Eccleſiam militantem non corpore ſed ſpiritu, non tormentis bellicis, ſeu armis corporalibus, ſed ſpiritualibus; intuere Chriſtum cruci affixum, erat totus exanguis, exanimis; & tamen emittens ſpiritum pugnavit, vicit, Eccleſiam firmavit, ac ſuo cruore perfuſam inexpugnabilem reddidit. Quomodo id fieri potuit? quomodo non ferro, ſed ligno vicit mundum? Alexandri, Cæſares totius orbis Dominiū ac Imperium prœliando adepti ſunt; quomodo Chriſtus ſic majus ſibi cōparavit imperiū. *Quid* (inquit S. Cyprianus de duplici Martyrio) *homine mortuo contemptius? quis vel Cæſarem mortuum metuat? ſed Chriſti morte quid efficacius? velum templi ſciſſum eſt, terra concuſſa, ſol medio die obtexit faciem ſuam. Nunquam per omnem vitam declaravit potentiam ſuam.* Nunquid ſuam potentiam magis manifeſtavit cùm vendentes & ementes ejecit è templo? minimè tunc enim nè unum quidem convertit. Nunquid ſuas patefecit vires cùm patravit miracula? nō; tunc enim plurimi illum mirati ſunt, ſed tunc vix unum atque alterum Eccleſia in ſuum gremium ſuſcepit. *At nunquam per omnem vitam declaravit potentiam ſuam*, quàm in cruce. Nunquam Eccleſia magis in lucem prodiit, plures fœtus produxit, firmior & fortior apparuit, quàm quando Chriſtus inter media opprobria & ſupplicia interiit. Doctè Rupertus lib. 2. de operibus Spiritus ſancti. *De patefacto Chriſti latere ſanguinis & aquæ ſacramentum productum eſt, & exinde ſtatim Eccleſia reformata, nam ſtatim univerſa priſcorum electorum quantacumque ab origine mundi collecta fuerit, apud inferos redemptionem ſuam ſpectans, illo ſanguine, & illâ aquâ emundata, atque huic viro copulata eſt.* Ideſt, quotquot juſti ab origine mundi per quatuor annorum millia extiterunt, Chriſti ſanguine, & aquâ emanante è latere generati ſunt. Et tantùm abeſt, ut Eccleſia tunc naufragiū fecerit, & quaſi ſtatua Nabucodonoſoris in favillā & cineres reducta fuerit: quin potiùs eò magis ſolidata eſt, uberioresque fructus protulit. Tunc (inquit S. Ambroſius ſer. 3. in pſal. 118.) *In ligno cōpunctus eſt lanceâ, & exivit ſanguis & aqua omni unguento ſuavior, accepta Deo hoſtia per totum mundum odorem fructificationis effundens.* Quaſi diceret: tantùm abeſt ut vinea Nabuthe myſtici occiſi juſſu ſynagogæ Jezabelis impiæ

Cyprian.

Rupert.

Ambroſ.

in

& novi orbis terrarum conſtitutionem. Ut autem oſtendat ejuſmodi fabricam licet immenſam & toto orbe diffuſam nullis temporum & perſecutionum injuriis obnoxiam eſſe ſubdit v. 2. *Etenim firmavit orbem terræ, qui non commovebitur.* Titelmannus ita elucidat: *Ipſe enim eſt qui orbem terræ ſtabilivit, atque firmavit; qui Eccleſiam ſuam ſanctam in firmitate fidei ſuper petram firmiſſimam fundavit, ut non poſſit commoveri in ſæculum ſæculi: adverſum quam nec portæ inferi poſſint prævalere. Ipſe poſt reſurrectionem & glorioſam aſcenſionem miſſis in omnem terram Apoſtolis ædificavit, fundavitque fidei firmitate Eccleſiam ſanctam, velut novum orbem terrarum; quæ uſque ad conſummationem ſæculi nunquam deficiet; quemadmodum in initio creationis rerum, materialem orbem terrarum fecit, qui perſtabit in ſæcula.* Titelm. Cui arridens Dionyſius in illum pſalm. ait: *In tantùm namque confirmavit Chriſtus Eccleſiã, ut dicat Apoſtolus,* Timoth. cap. 3. *Eccleſia Dei vivi eſt columna & firmamentum veritatis. Vndè in actibus Apoſtolorum c. 9. Lucas teſtatur Eccleſiã per totam Iudæam & Samariam habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & conſolatione Spiritus ſancti replebatur: idcircò nunc ſubditur, qui non commovebitur: Eccleſia namque uſque in finem mundi ſtabilis permanebit in fide, ſervituteque Chriſti: quia regnabit in domo Iacob in æternum & regni ejus non erit finis juxta teſtimonium Gabrielis.* Dionyſ. In quo hanc firmitatem ſtabilivit? in perſecutionibus & ſuppliciis. Audi eundem Pſaltem v. 4. *Elevaverunt flumina Domine, elevaverunt flumina vocem ſuam.* Genebrardus. *Elevaverunt flumina ſonitum ſuum, & ſtrepuerunt ad orbem terræ obruendum atque ſubmergendum. Item mare mirabiles elationes ſuas extulit, ſed in his cunctis fragoribus ea inſignior, & terribilior; ut proindè orbis terræ in ſuis integritate & ſtatu perſiſtat, neque deleatur.* Subdit hæc oracula allegoricè de Eccleſiâ militante eſſe intelligenda. *Seu de motibus & bellis impiorum contra regnum Dei & Eccleſiam.* Dionyſ. Cui arridens Dionyſius cum nonnullis. *Quidam utraque flumina cum ſuis elevationibus exponunt de adverſariis Chriſti, & perſecutoribus ſacroſanctæ Eccleſiæ. Flumina autem, hoc eſt Tyranni elevaverunt fluctus ſuos per ſermones, ſeu verba multorum populorum, qui edicta Tyrannorũ perduxerunt ad actum. Erant namque miniſtri, & executores ſententiæ quam contra Eccleſiam dictitabant Tyranni. Mirabiles elationes maris. Mirabiliter magna, & atroces erant perſecutiones ſæculi hujus, ſeu hominum impiorum adverſus Chriſti Eccleſiam, ſed mirabilis in altis Dominus. Ideſt Chriſtus, qui Martyres ſanctos confortavit, Eccleſiamque protexit. Mirabilis apparebat, & ſuam omnipotentiam oſtendebat tempore perſecutionum Eccleſiæ, in altis, hoc eſt in magnis miraculis, in ſublimibus ſignis, in prodigiis inauditis, quæ fecit Deus per ſuos fideles, in tantùm ut per crudeliſſimas perſecutiones Eccleſiæ non ſolùm non timeret, neque deficeret; ſed mirabiliter dilataretur, augeretur, confortaretur, & cum ingenti alacritate univerſa tormenta perferret, donec tandem Tyranni deficerent, ipſumque Romanum Imperium fidei Chriſti collum ſuum ſubjiceret.* Eandem explicationem habent Jacobus à Valentiâ & alii; maximè noſter Michael de Bon. cujus aliqua verba proferemus. *Fluctus fluminum differunt à voce, ſeu ſono aquarum: quia vox aquarum ſolùm terret; ſed fluctus non ſolùm terret, ſed etiam necat. Sic impugnatio Iudæorum fuit quaſi vox fluvii; quia de facto paucos ex Apoſtolis occiderunt: ſed vocibus præcipiendo ipſos terrere conabantur, ſed impugnatio Paganorũ fuit crudelior; qui gladiis ubique Chriſti fidem perſequebantur, & trucidabant fideles: & ideò impugnatio Iudæorum dicitur vox fluminis. Sed impugnatio Gentilium & Romanorum dicitur fluctus. Vndè Gentilibus dicit, elevaverunt flumina fluctus ſuos. Sub iſtis enim ſuccubuit Petrus, & Paulus, Andreas, Thomas, & cæteri Apoſtoli. Ideò Tyrannis & Romanis Principibus, qui gladiis Chriſti regnum impugnabant, dicebat Eccleſia Chriſti pſalm. 40. Omnia excelſa tua, & fluctus ſui ſuper me tranſierunt. Et pſalm. 87. Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.* Poſteà declarat creviſſe, & ſolidiorem evaſiſſe Eccleſiam. *Mirabilis fuit Chriſti regni, & Chriſtianorum multiplicatio & confirmatio: quia quantò amplius Chriſti nomen perſequebantur, & Chriſtiani trucidabantur,*

Michael de Bon.

cidabantur, tantò plus creſcebant, & augebantur. Sic enim incœpit augeri & confirmari in capite Chriſto; quia plures convertit moriendo, quàm vivens. Quia, (ut dicit Gregorius lib. 29. moral. c. 7.) *Chriſtus moriens fidem ſuam in gentibus dilatavit &c.* Infra: *Apoſtoli & fideles in perſecutionibus ſunt multiplicati, & confirmati in fide. Et hoc eſt, quod ait: Mirabiles elationes maris.* Quid enim elationes maris ſunt? *niſi contra fideles mirabiles perſecutiones malorum, inter quas mirabilis Dominus apparuit; quia in illis perſecutionibus mirabiliter perſecutorum multitudinem convertit ad fidem. Vndè iſtum textum ad propoſitum inducens S. Gregorius lib. 9. moral. cap. 5. Super illo verbo Iob cap. 9. Graditur ſupra fluctus maris, dicit.* Quid enim maris nomine, *niſi in bonorum necem ſæviens hujus mundi amaritudo ſignificatur &c. Dicit ergò mirabiles elationes maris, ideſt mirabiles fuerunt perſecutiones malorum contra Eccleſiam, ſcilicet, dum fideles ubique perſequebantur, & trucidabantur. Sed mirabilis in altis Dñus; ſcilicet plus apparuit, qui ſcilicet fidem ſuam maximè in perſecutionibus creſcere fecit.* Hæc ultima verba, *creſcere fecit*; non tantùm ſignificant dilatationẽ ramorũ, productionẽ frondium, florum, & fructuum; ſed etiam radicationem, ita ut ſenſus ſit fidem in perſecutionibus profundiores, & magis inextirpabiles radices feciſſe docet experientia, res iiſdẽ conſervari, quibus producuntur: ut patet in piſcibus, qui in aquis generantur & conſervantur: plantis, quæ in terrâ producuntur & ibidem creſcunt, & foventur. Sic Eccleſia nata in cruce, per crucem ſuſtentatur.

II. Ne mireris ſi Eccleſia perſecutionibus firmior efficiatur, quandoquidem ex iiſdem ſuam originem accipiat, ut ſupra oſtendimus, dùm ex latere Chriſti flueret ſanguis & aqua, Eccleſiam à Chriſto generatam, ſeu præcipua ſacramenta ſuam ſumpſiſſe originem. Nonnulli ejuſdem Eccleſiæ Romanæ maternitatem refundunt in illa Chriſti verba ad Mariam Joannis cap. 19. v. 26. *Mulier ecce filius tuus.* Et ad Joannem *Ecce mater tua.* Quam matrem intelligit, & quem filium illi aſſignat? ſcio ad litteram per matrem intelligi Mariam, & per filium Joannem. Scio alios nomine Matris accipi Mariam, & per filium omnes fideles. Juxta illud melliflui Bernardi ſermone 2. in die Pentecoſtes. *Ad illam, ſicut ad medium, ſicut ad arcam Dei, ſicut ad rerum cauſam, ſicut ad negotium ſæculorum reſpiciunt, & qui in cælo habitant, & qui in inferno, & qui nos præceſſerunt, & nos qui ſumus, & quî ſequimur, & nati natorum, & qui naſcentur ab illis. Illi qui ſunt in cælo, ut reſarciantur: qui in inferno, ut eripiantur: qui præceſſerunt, ut prophetæ fideles inveniantur; qui ſequuntur, ut glorificentur.* Quod autem nomen matris illi Chriſtus meritò attribuat, ſubdit. *Eò Beatam te dicunt omnes generationes, Genitrix Dei, Domina mundi, Regina cœli: in te enim Angeli lætitiam, juſti gratiam, peccatores veniã invenerunt in æternum. Meritò in te reſpiciunt oculi totius creaturæ; quia in te & per te, & de te benigna manus omnipotentis quidquid creavit, recreavit.* Quomodo recreavit? non tantùm per eam ut mediatricem, ſed etiam matrem, ut patet ex Hymno Eccleſiæ. *Maria Mater gratiæ, Mater miſericordiæ.* Et Antiphonâ *Salve Regina, Mater miſericordiæ.* Sanctus Bernardus de amplitudine viſcerum maternorum ejus differens ſermone 4. de Aſſumptione. *Quis* (inquit) *miſericordiæ tuæ, ô Benedicta, longitudinem, & latitudinem, ſublimitatem & profunditatem queat intelligere? nam longitudo ejus uſque in diem noviſſimũ invocantibus eam ſubvenit univerſis, latitudo ejus replet orbem terrarum; ut tuæ quoque miſericordiæ plena ſit omnis terra. Sic & ſublimitas ejus civitatis ſuperna invenit reſtaurationem. Et profundum ejus ſedentibus in tenebris & umbrâ mortis, obtinuit redemptionem.* Quibus verbis innuit Beata Virgo maternitatis omnium fidelium nomen & munus adeptam dum Cruciaſtaret: ita ut nullus ſedeat in tenebris & umbrâ mortis, quem illa redimere & ad vitam gratiæ revocare parata non ſit.

Bernar.

Bernardus.

Ioannis cap. 19. v. 26.

III. Non minùs oportunè S. Ambroſius lib. 7. in c. 9. Lucæ, docet Chriſtum his verbis. *Mulier ecce filius tuus.* Miſticè Eccleſiæ Romanæ; & illis, *Ecce mater tua.* Omnibus ejus alumnis locutum eſſe

Ambroſ.

eſſe ſic etiam fideles affatur. *Dicat & tibi de patibulo crucis Chriſtus: Ecce mater tua. Dicat & Eccleſia, Ecce filius tuus. Tunc enim incipis eſſe filius Eccleſiæ, cùm in cruce victorem videris Chriſtum nam qui crucem ſcandalum putat, Iudæus eſt. Eccleſiæ filius non eſt, qui crucem ſtultitiam putat; Græcus eſt ille. Eſt autem Eccleſiæ filius, qui crucem triumphum putat, qui crucem Chriſti triumphantem agnoſcit.* Quaſi diceret: Scire vis, ubi Eccleſia ſuæ maternitatis ſigna demonſtrarit? non quando Chriſtus in monte Tabor gloriâ & honore coronatus apparuit. Non quandò ingredienti in urbem Jeroſolymitanam occurrerunt turbæ cum ramis palmarum clamantes, *Oſanna filio David.* Sed quando crucis patibulo affixus fuit, & eum tunc adoravit, & agnovit, ut tunc de noſtræ ſalutis hoſtibus triumphantem, & ſynagogam ſepelientem. Hujus ſepulturæ, & illius ortus meminiſſe videtur Sponſus Cant. cap. 8. v. 5. *Sub arbore malo ſuſcitavi te. Ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.* Quaſi diceret: O Eccleſia Romana, quæ ſuccedis ſynagogæ, ſcire vis ubi ſuſcitata fueris, ubi ſynagoga cum ſuis ritibus deſierit eſſe? in Calvariæ monte, dùm Chriſtus Cruci affixus omnibus opprobriis, calumniis, ſuppliciis afficeretur. Dionyſius articulo 25. *In Chriſti crucifixione ſynagoga mater Eccleſia & violavit ſeipſam ſuis ſceleribus negando, abjiciendo, occidendoque ipſum unigenitum Dei, Hæredem, Sponſum, Regem, & Salvatorem ſibi deſuper miſſum, dicens coram Pilato, Tolle, tolle, crucifige eum. Et rurſus non habemus regem niſi Cæſarem, itemque ſanguis ejus ſuper nos & ſuper filios noſtros. Ioannis cap. 19. Vnde per Ieremiam cap. 12. Sponſus prædixit. Facta eſt mihi hæreditas mea quaſi leo in viâ, dedit contra me vocem ſuam, ideò odivi eam. De hoc Daniel Propheta apertiſſimè eſt vaticinatus. Poſt hebdomadas (inquit) ſeptuaginta duas occidetur Chriſtus, & non erit ejus populus, qui negaturus eſt eum, & civitatem, & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce futuro, & finis ejus vaſtitas, & uſque ad finem perſeverabit deſolatio. Pſalmiſta quoque, obſcurentur oculi eorum nè videant, & dorſum eorum ſemper incurva, effunde ſuper eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos.* Hanc explicationem emendicaſſe videtur à Juſto Orgelitano. *Sub arbore malo* (inquit) *ô Eccleſia ſuſcitavi te, in odorifero Crucis patibulo, ubi ego occubui, illic te à peccatorum interitu Juſcitavi, quando te credentem ſigno Crucis prænotare præcipio. Ibi corrupta eſt mater tua, ubi tu per meam mortem ſuſcitari meruiſti. Ibi per ſuam impietatem Synagoga capta eſt, quando crucifige clamabat.* Quaſi diceret, tunc ſuſcitata eſt Eccleſia Romana, quando in Crucem elatus eſt Chriſtus. Tunc Eccleſia Romana totius orbis effecta eſt mater, quando ſynagoga deleta eſt: tunc autem deleta & contrita eſt eadem Synagoga, quando de terris Chriſti memoriam delere voluit, & conterere immanibus ſuppliciis.

Cantic. c. 8. v. 5. — Dionyſ. — Iuſtus Orgel.

VI. Suam emanationem à Cruce procedere ipſamet Eccleſia fatetur Cantic. cap. 1. verſ. 4. *Nigra ſum, ſed formoſa, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.* Sanctus Bernardus Sermone 28. in Cant. ita elucidat. *Induit ſe compaſſionis Næmium, ut morbum in altero levet, vel ſanet, nigreſcit candoris Zelo lucro pulchritudinis. Multos candidos facit unius denigratio. Et expedit, ut ſplendor & figura ſubſtantiæ Dei obnubiletur in formâ ſervi pro vitâ ſervi: ſpecioſus formâ præ filiis hominum, pro filiis hominum illuminandis obſcuretur in paſſione, turpetur in cruce, palleat in morte, ex toto non ſit ei ſpecies neque decor, ut ſibi ſpecioſam, atque decoram acquirat ſponſam Eccleſiam ſine maculâ & ſine rugâ.* Expende illud: *Vt acquirat &c.* Quaſi non ſit melior arra, efficacius & nobilius motivum ſeu medium ad deſponſandam Eccleſiam, ad generandam ſanctam ſobolem, ac producenda membra hujus corporis myſtici, Cruce & paſſione. Videtur his verbis alludere ad illud Apoſtoli Act. cap. 20. verſ. 28. *Attendite vobis, & univerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo.* Sanctus Chryſoſtomus ibi homil. 44.

Cantic. c. 1. v. 4. — Bernardus. — Actor. cap. 20. v. 28. — Chryſoſ.

Multum oſtendit dum dicit pretioſam rem & non parvum eſſe periculum, quandoquidem Dominus pro Eccleſiâ, nempè ſanguini ſuo non pepercit: ſed totum effudit, ut illâ procrearet, propagaret, firmaret.

V. Hujus rei figuram hiſtoria Regũ ſuggerit lib. 4. c. 6. ubi. S. Eliſeus ferrum ſecuris in aquâ merſum ad lignũ, quaſi ad ſuum membrum enatare facit. *Accidit ut cùm unus materiam ſuccidiſſet, caderet ferrum ſecuris in aquam. Exclamavitque ille, & ait: Heu, heu, heu, Domine mi, & hoc ipſum mutuò acceperam. Dixit autem homo Dei, ubi cecidit? at ille monſtravit ei locum, præcidit ergò lignum, & miſit illuc, natavitque ferrum, &c.* Quid per ferrum ſignificatur? cor durum, Pagani, peccatoris. Quid Eliſeus denotat? Chriſtum. Hic verè Eliſeus eſt, non tantùm nomine, ſed etiam factis. Eliſeus enim ſecundùm Hebræos idem eſt ac *Salus Dei*, vel *Deus Salvator*, ut notant Beda, Eucherius, Angelomus, poſt S. Auguſtinum lib. contra Fulgentium Donatiſtam. Cùm igitur hic myſticus Eliſeus videret humanum genus gurgiti, ſeu potius barathro peccatorum immerſum, quid fecit, ut illud eriperet? Paſſione & Cruce ſuâ illud ferrum obduratum in idololatriâ & peccatis evexit ſurſum ad gremium militantis, & poſtea triumphantis Eccleſiç, hominesque ex filiis diaboli in filios Dei & Eccleſiæ adoptavit. Audi S. Auguſtinũ ſer. 210. de tempore. *Securis illa in profundo jacebat, quia genus humanum in omnium criminum abyſſum infœlici ruinâ corruebat: ſicut ſcriptum eſt, defixus ſum in limo profundi. Et iterùm deveni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. Fluvius enim ille, ubi ſecuris cecidit ſignificat præterfluentem & fugitivam, & in abyſſum deſcendentem voluptatem vel luxuriam hujus ſæculi. Fluvius enim à fluendo nomen accepit. Et quia omnes peccatores tranſitoriis voluptatibus inhærentes fluere dicuntur, ideò ſecuris illa in fluvio, & in limo jacebat, oppreſſa. Veniens verò Eliſeus miſit lignum, & natavit ferrum. Quid eſt lignum mittere, & ferrum in medium producere, niſi patibulum crucis aſcendere, & de profundo inferni humanum genus eripere, ac de omnium peccatorum limo per Crucis myſterium liberare, poſtquam verò natavit ferrum miſit manum Propheta & recepit illud, & rediit ad utiles uſus domini ſui. Ita & de nobis factum dilectiſſimi fratres, qui de manu domini ſuperbiendo cecideramus, per crucis lignum iterùm ad manum vel ad poteſtatem domini redire meruimus.*

l. 4 Reg. c. 6. v. 5.

Auguſt.

Expende hæc verba. *Per crucis lignum iterùm ad manum vel ad poteſtatem, &c.* per manum & poteſtatem intelligit protectionem, tutelam, dominium rei tam firmæ, ut inamiſſibilis ſit, ut patet ex verbis Chriſti Joan. c. 10. v. 28. ubi de ovibus. *Et non rapiet eas quiſquã de manu meâ. Pater meus quod dedit mihi majus omnibus eſt, & nemo poteſt rapere de manu Patris mei.* Quaſi diceret: Sicut nemo poteſt eas rapere de manu patris, ſic nec de manu meâ; quia eadem eſt manus ideſt vis, poteſtas, & fortitudo Patris ac mea, ſicque quod manibus teneo mihi eripi non poteſt. Ita Beda Maldonatus, Cornelius poſt Tertullianum contra Praxeam, S. Hilarium lib. 7. de Trinit. & S. Ambroſium lib. 3. de Spiritu ſancto cap. 18. dicit ergò S. Auguſtinus naturam humanam ſeu Eccleſiam per Chriſtum regeneratam, tam tutè protegi à Chriſto, ut hoſtiles inſidias, technas, inſultus gentilium, hæreticorum &c. facile evadere, & ſuperare poſſit. Seu quemadmodum id quod manu tenemus auferri nequit; ſic Eccleſia paſſione Chriſti à dæmonis ſervitute liberata, & non tantùm ſub ejus alis, ſed etiam ſub poteſtate conſtricta avelli nequit. Quomodo manus Chriſti poſſunt eſſe ſymbolum tutelæ firmæ? licet filius pelliceas manus habeat, ſicut nos, ſeu formam ſervi acceperit, & habitu inventus ſit ut homo tamen inquit illi Pater pſal. 2. v. 8. *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſiones tuas terminos terræ.* S. Bernardus citatus ita illum affatur. *Tuam hæreditatem, tuam poſſeſſionem dabo tibi. Quomodo dabis tibi ſi tua eſt? & quomodo ſuum mones, ut poſtulet? aut quomodo ſua, ſi neceſſe habet ut poſtulet. Mihi proinde poſtulat, qui meã ad hoc inducit formam, ut ſuſcipiat cauſam, quippe diſciplina pacis noſtræ ſuper eum Iſaiæ cap. 53. Et Dominus in eo poſuit iniquitatem omnium noſtrum. Vndè & debuit per omnia aſſimilari, ſicut ait Apoſtolus*

Ioannis cap. 10. v. 28.

Bernardus.

Apostolus Hebr. cap. 2. ut misericors fieret. Propterea vox quidem vox Iacob est; manus autem manus sunt Esau.

VI. Quid illis manibus villosis operatus sit audi Psaltem, qui psalm. 43. v. 2. Ita verbum incarnatum affatur. *Manus tua gentes disperdit, & plantasti eos.* Dionys. Dionysius ita luculenter elucidat. *Potestas tua, ô Domine Iesu omnipotens, gentes, idest tyrannos & persecutores Ecclesiæ, populumque Iudæorum, qui primitivam Ecclesiam penitùs extinguere proponebant, quemadmodum narratur in actis c. 4. Quod Principes sacerdotum præceperunt Apostolis, ne omnibus loquerentur in nomine Iesu. Has itaque gentes manus tua disperdidit; quoniam multi eorum in præsenti vitâ pessimâ morte consumpti, & omnes æternaliter perierũt. Sæpè etiam principum Christianorum gladio gentiles disperdidisti videlicet Theodosii, Caroli magni, & Godefridi de Bullonia. Vndè per Michæam de Christo prædictum est cap. 5. Egressus ejus ab initio à diebus æternitatis, & magnificabitur in medio universæ terræ. Et apud Isaiam c. 53. Pater æternus ait de Christo. Dispertiam ei plurimos, & fortium dividet spolia. Et Zacharias cap. 14. de Christo egredietur (inquit) Dominus, & præliando contra gentes, & stabunt pedes ejus super montem Olivarum: & plantasti eos, scilicet patres nostros, Apostolos constituendo eos Principes super omnem terram, sicut psalmo sequenti. Afflixisti populos infideles, secundùm modum prædictum, & expulisti eos, nam Iudæos de terrâ promissionis ejecisti, & in eâ Christianos habitare fecisti. Multas enim Regiones olim gentilibus subditas Christianis dedisti. Nec enim in gladio suo possederunt Patres nostri fideles terram, idest orbem terrarum, quem fidei subjecerunt, & Christianis impleverunt. Apostoli enim pauci, & idiotæ fuerunt, nec humanâ eloquentiâ præditi. Vnde ait Apostolus 1. Corinth. cap. 2. Prædicatio mea, non in persuabilibus humanæ sapientiæ fuit, sed in sapientiâ spiritus & virtutis. Et brachium eorum, idest naturalis eorum potentia non salvavit eos de periculis, à quibus frequenter salvati sunt. Nam cùm Apostoli in custodiâ positi essent. Act. cap. 5. Angelus eos deduxit. Paulum quoque tertiò naufragantẽ Christus de pelago liberavit. Ioannem de fero ventis olei dolio sanum eripuit, sed dextera tua, idest pia custodia tua, & brachium tuum, idest operatio miraculorum, & illuminatio vultus tui, idest sapientia quam eis dedisti, præsertim in die Pentecostes, mittendo eis Spiritum sanctum, qui docuit eos omnem veritatem, ac futurorum præscientiam contulit eis: per hac enim instituta, aucta, & stabilita Christi Ecclesia.* His ultimis verbis docet originem, incrementum, & sanctitatem, seu firmitatem Ecclesiæ in cruces, & afflictiones (quas viri Apostolici, & fideles passi sunt) esse refundenda, quod consequenter probat. *Ita ut* (inquit) *Christiani qui sunt semen & filii Apostolorum possident terram, & ab hostibus invisibibus, visibilibusque salvantur. Hinc ait Apostolus 2. Corinth. c. 12. Signa Apostolatus mei facta sunt super vos in signis, & prodigiis, & virtutibus, & ad Hebr. cap. 2. Quomodo effugiemus, si tantam neglexerimus salutem, quæ in nos confirmata est, contestante Deo signis, & portentis, & virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus, de illuminatione quoque vultus sui super Apostolos Christus prædixit Lucæ cap. 21. Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes adversarii vestri. Denique de dextrâ, idest gratiosâ suâ præsentiâ, ac piâ custodiâ, ait Matth. c. ult. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationẽ sæculi.* Quasi diceret sæviat tota inferorum rabies ut Ecclesiam destruat, potius illam astruet, roborabit, firmabit.

VII. Aliter succedet possessio Ecclesiæ, quàm vineæ Naboth. Hic enim vivus illam Achabo dare noluit, at post necem rex Achab eam invasit, possedit, quasi confiscatam obtinuit, lib. 3. Regum cap. 21. v. 15. *Factum est autem cùm audisset Iezabel lapidatum Naboth & mortuum, locuta est ad Achab, surge, & posside vineam Naboth Iezraelitæ qui noluit tibi acquiescere & dare eam acceptâ pecuniâ. Non enim vivit Naboth, sed mortuus est, &c.* Notant ibi Dionysius, Cornelius, Tostatus, Salianus & alii Jezabelem voluisse occupare tam vineam Naboth, quàm cætera ejus bona, & ut Regem turpi avaritiæ

l. 3. Reg. cap. 21. v. 15.

infamiâ exueret, curavit Nabuthem accuſari crimine læſæ majeſtatis tàm divinæ, quàm Regiæ; ideòque condemnari: ut ſic hæredes bonis illius privarentur, ſed illa in fiſcum regium tranſcriberentur. Occiſos etiã Nabuthę filios innuit textus ſacer lib. 4. Reg. c. 9. v. 25. Ubi occiſo Joramo, Jehu ait: *Tolle, projice eam in agro Naboth Jezraëlitæ.* Et mox: *Si non pro ſanguine Naboth, & pro ſanguine filiorum ejus, reddam tibi in agro iſto dicit Dominus.* Quæ verba ſignificant filios Naboth de medio ſublatos fuiſſe, ne fortè ipſi Achabo, & Jezabeli negotium faceſſerent. Dionyſius: *Utique in ultionem effuſionis ipſius Naboth filiorumq; occiſorum de præcepto Jezabel, & conſenſu ipſius Achab puniam te in agro ipſius Naboth.* Ecce quomodo vineam Naboth occupat, poſſidet Achabus. Quid per vineam illam intelligit ſacra pagina? Eccleſiam. Gloſſa Ordinaria. *Vinea Naboth Eccleſia de gentibus.* Chriſtus myſticus Naboth plantavit illam. Ad illam viſitandam Vates Regius eum invitans pſalmo 79. v. 10. canit. *Viſita vineam iſtam, quam plantavit dextera tua.* Illam Gentiles, Judęi, Hæretici, Tyranni, eradicare ſtuduerunt. Hanc (inquit eadem Gloſſa) *Occiſo Chriſto mali præripere moliebantur, cùm fidem, quæ per eum eſt, extinguere, & ſuam, quæ ex lege eſt, juſtitiam; præferre, ac gentibus imbuendis conabantur inſerere.* Sed fruſtrà. Nam Chriſtus eam non tantùm plantavit, ſed etiam perfecit, firmavit. Pſaltes: *Perfice* (inquit) *eam, quam plantavit dextera tua.* Dionyſius. *Viſita in propriâ perſonâ Eccleſiam tuam. Viſita quoque corda humana quotidie per gratiæ infuſionem & ſpiritualium bonorum augmentum, & perfice Eccleſiam, dando ei ſpiritualem profectum, & Evangelica conſilia, quibus perficiuntur præcepta, quam plantavit in fide, & individuâ charitate, miſericordia tua, ſeu potentia benigna. Chriſtus enim ſtabilivit Eccleſiam in terrâ.*

l. 4. Reg. 9. v. 25.

Gloſſa ordinar.

Pſal. 79. v. 10.

Dionyſ.

VIII. Ejuſdem ſtabilem ac firmum ſtatum iterùm prænunciat pſal. 67. v. 20. *Etenim non credentes inhabitare Dominum Deum.* Ideſt in gentibus converſis ad Chriſti fidem firmam ſtationem collocavit, in quibus antea dæmon, ſeu idololatria ſuam ſedem fixam ſtatuerat. Dionyſius, *Chriſto enim merito ſuæ paſſionis datum eſt, ut per eum fideles converterentur ad fidē, ſicq; in illis inhabitaret Deus, in quibus ante inhabitabat diabolus.* Quod probat exemplo, currus qui licet per loca lubricoſa, ſaxoſa, inaquoſa incedat, tamen ſuos tutè vehit, quia ab induſtrio aurigâ dirigitur. Sic inquit S. Chryſoſtomus hom. 3. de Eliâ: *Equi pio onere in auras, ventoſq; proſiliunt, & rapidis per inane paſſibus aëris ſpatia corripiunt. Hoc illis aer, quod campus erat: hoc inane, quod terrenum. Ubi rogo alternos figunt pedes, dum citis paſſibus glomerant curſus? quod eſt in aëre ſolùm quod duro calcibus cornu feriunt? ubi roturum inſtabilis illa ſic currit inverſio, ut impetu globoſo continuo in ſemet volubilitate redeunte radiorum tibi diſcrimine velox vertigo confuſâ luce ſurripiat, ut omninò dubitari poſſis an currant? incredibile penè ſpectaculum, equis currere ſupinis utique ad regna cæleſtia tendentibus. Stat ſecus auriga, nec funditur, ſed omnia ignis erat, qui levitate naturæ & per inane diſcurrit, & ad ſuperna ſemper inſurgit. Hoc ipſum magis mirum eſt, tenue ac liquidum corpus ignis ſolidum auferre potuiſſe, at immutare non potuiſſe.* Quaſi diceret: Mirum quòd ignis totum currum ambiebat, ipſumque aurigam, nec tamen hunc vel illum ullo modo immutabat, ſic Elias ſynagogam: ſic Deus Eccleſiam & ſedem Romanam, ſic totum Chriſtianum orbem regens, ſtat, nec funditur. Dionyſius in pſalm. 67. *Deus* (inquit) *eos dirigit, ſicut auriga dirigit currum. Undè Eliſeus lib. 4. Reg. cap. 2. vocat Eliam currum Iſrael & aurigam ejus. Nam ſicut paſtor gregem ſuum portat ac dirigit, ſic Elias filios Iſrael portavit atque direxit. Simili quoque modo Rex Iſrael Eliæ morituro dixit lib. 4. Reg. cap. 13. Pater mi, currus Iſrael, & auriga ejus. Itaq; currus Dei, ideſt populus fidelis decē millibus multiplex, ideſt ex innumerabilibus populis, linguis, ac tribubus conſtans ac congregatus, nam ex omni genere hominum collecta eſt Chriſti Eccleſia &c.*

Chryſoſ.

§. 6.

Eccleſiæ firmitas ab Euchariſtiâ.

I. QVOD perpetuum ſubſidium ac protectionem ſanctam ac firmã Eccleſia Romana cœlitùs ab Euchariſtiâ habeat. Audi aureum S. Chryſoſtomi diſcurſum homiliâ 61. ad populum.

Chryſoſ.

populum. *Nemo unquam carnem suam odio habuit: sed nutrit & fovet eam, sicut & Christus Ecclesiam: quia membra sumus corporis ejus de carne ejus, & de ossibus ejus.* Subdit: *Vt ipsa re in illam misceamur carnem, hoc per escam efficitur, quam largitur nobis, volens ostendere desiderium, quod erga nos habet. Propterea semetipsum nobis immiscuit, & Corpus suum in nos contemperavit, ut unum quid efficiamur, tanquã corpus capiti coaptatũ: ardenter enim amantiũ hoc est.* Quasi diceret quemadmodum secundùm Theologos Christus corpus humanum, quod semel assumpsit nunquã dimisit: Sic corpus mysticum Christo, capiti coaptatum, nunquam dimissum: quia (qui semel mortuus est jam nõ moritur) ejusdem secum incorruptibilitatis & firmitatis prærogativâ & beneficio illud corpus mysticũ seu Ecclesiam per Eucharistiã gaudere fecit. quod aureum os paulò post patenter innuit docens maximũ esse discrimen, inter Christum cum Ecclesiâ & parentes carnales. *Nam parentes (inquit) quidem aliis sæpè filios tradunt alendos. Ego autem (inquit Christus) non ita; sed carnibus meis alo, meipsum vobis appono, vos omnes generosos esse volens & bonas vobis prætendens de futuris expectationes; quippè qui vobis hic meipsum trado, multò magis in futuro.* His ultimis verbis perpetuitatem suæ protectionis pollicetur. Quod consequenter confirmat. *Volui frater esse vester, carnem propter vos, & sanguinem assumpsi: vobis vicissim ipsam carnem & sanguinem, per quæ cognatus vester factus sum trado. Hic sanguis floridam nobis reddit regiam imaginem, Hic decus indelebile, hic animæ generositatem tabescere non permittit, eam irrigans jugiter & nutriens.* Ex his verbis, *Eam irrigans jugiter & nutriens &c.* colligo quòd si animam jugiter irriget ac nutriat, à fortiori Ecclesiam, quæ est sponsa ejus, & omnium fidelium mater: irrigabit & nutriet; ut olim S. Elias priùs mulierem Sareptanam, deindè universam ejus familiam, juxta illud Eucherii in lib 3. Regum. cap. 17. *Facta est igitur manus viduæ torcular, mola jugiter fundens &c. Omnia & in omnibus sermo Prophetæ affatim viduæ ministrabat.* Id ipse S. Chrysostomus citatus

l. 3. Reg. cap. 17. Eucher.

munere videtur. *Hic Mysticus Sanguis dæmones quidem expellit, & procul esse sinit: ad nos autem Angelos vocat, & Angelorum Dominum. Vbi namque Dominicum viderint Sanguinem dæmones quidem fugiunt, concurrunt autem Angeli: hic Sanguis effusus omnem terrarum orbem abluit.* Quæ verba non de quatuor elementis, seu universâ mundi machinâ intelligenda sunt, sed de humanâ naturâ, seu Ecclesiâ, quam dæmones per se & suos emissarios expugnare contendunt.

II. De hâc firmitate ac sanctitate Ecclesiæ hæc nomine ejusdem Ecclesiæ inter alias prærogativas prænunciat Cantor Regius Psal. 22. v. 4. *Nam etsi ambulavero in medio umbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Ubi eruditissimè noster Michael de Bonon. *Hæc est (inquit) quarta gratia Ecclesiæ facta per Christum, scilicet constanter superare omnes mundi adversitates.* Ubi postquam ostendit per umbram mortis intelligi vitam præsentem, subdit. *Ad propositum ergo Ecclesia cognoscens se per Christum fortificatam ad omnia mala vitæ præsentis pro fide constanter toleranda, dicit: Nam etsi ambulavero in medio umbræ mortis; inter omnia mala præsentis vitæ etiam usque ad mortem, non timebo mala, scilicet pati, quoniam tu mecum es, in corde scilicet per fidem, ut scilicet post umbram mortis ego tecum sim per speciem.* Quomodo Christus Ecclesiæ suæ adest, illamque firmam ac constantẽ efficit? Audi eundem Psaltem v. 6. *Parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me.* Idem Interpres. *Per mensam accipe communionẽ corporis Christi. Postquam enim Christus consecravit corpus suum in cœnâ, communicavitque Discipulis de isto Sacramento, sub mensæ nomine, dixit eis Lucæ cap. 22. Ego dispono vobis regnum, ut edatis & bibatis super mensam in regno meo, idest in Ecclesiâ militante. Tunc enim instituit istius sacramenti usum. De hâc mensâ corporis Christi dicitur; Sapientia* Proverb. c. 9. *Ædificavit sibi domum, excidit columnas septem, immolavit victimas suas, & proposuit mensam. Tunc enim Sapientia ædificavit sibi domum, quando Verbum Dei, quod est Sapientia Patris Ecclesiam suam congregavit*

Psal. 22. v. 4.

Michael de Bon.

gavit ex gentibus. Excidit columnas ſeptem; quando ipſam ſeptem donis Spiritus ſancti roboravit. Immolavit victimas ſuas, quando ſeipſum pro nobis in Cruce moriens obtulit Patri. Propoſuit menſam, quando in menſâ altaris Corpus ſuum conſecrandum nobis reliquit, ut meritò ſibi gratias Eccleſia dicat. Paraſti in conſpectu meo menſam. Et de hac menſa ad litteram dicit Apoſtolus 1. *Corinth. cap.* 10. *Non poteſtis calicem Domini bibere; & calicem dæmoniorum. Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.* Qualem effectum Euchariſtia Eccleſiæ communicat? *Adverſus eos qui tribulant me.* inquit Eccleſia per Pſaltem. Michael de Bon. *Si dignè ſumatur fugat dæmones, & nos adverſus eos facit fortiores.* Et paulò poſt cum Petro Damiano. *Corpus Chriſti etiam ore carnis ſuſcipere perutile eſt: terretur enim adverſarius noſter diabolus, cùm Chriſtiani labia Chriſti videt cruore madentia. Agnoſcit enim profectò ſuæ perditionis judicium, & divinæ victoriæ quâ captivatus eſt, & obtritus non tolerat inſtrumentum.* Undè textui citatum vertunt Græci. *Poculum illud inebrians, quàm potens, quam forte!* Ambroſius in pſal. 35. *Quàm validū eſt!* Quaſi diceret Euchariſtiæ ſacramentum validius eſt, fortius eſt pane ſubcinericio quem Angelus S. Eliæ contulit. Nam lib. 3. Reg. cap. 9. v. 8. Propheta poſt comeſtionem. *Ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus uſque ad montem Dei Oreb.* Ideſt per 40. dies & 40. noctes iter jejunus peregit. At Eccleſia virtute cibi Euchariſtici non unum Eliam, ſed univerſam Eccleſiam Romanā pavit: nō hæc tantùm itineris & militiæ moleſtias contra Infideles, Hæreticos, Schiſmaticos & quoſcumque alios hoſtes per 40 dies, nec hebdomadas, nec menſes, nec annos, ſed per ſedecim amplius ſæcula firma perſtitit & ſtabit. Ut ipſe Pſaltes vaticinatus verſ. 8. *Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ.* Quibus Michael Bon. *Eccleſia enim Dei licet multas preſſuras patiatur, nunquam tamen à fide deficiet.* Nec mirum: ſicut enim Deus eſt immortalis, nec ullis Athæorum, Gentilium, Hæreticorum &c. telis potuit

Michael Bonon.

tranſverberari, & offendi, ita nec Eccleſia ejus ſponſa: hanc rationem ſuggerit S. Irenæus lib. 3. cap. 40. *Vbi Eccleſia ibi ſpiritus Dei; ubi ſpiritus Dei, illic Eccleſia: ſpiritus enim, &c.* *Irenæus*

III. De hàc inexpugnabili Eccleſiæ firmitate adverſus omnes ſuos hoſtes hęc olim effabatur fuſiſſimè & elegantiſſimè S. Chryſoſtomus homiliâ 6. ad populum. Ubi poſtquam diſſeruit de immenſâ charitate, quam nobis Chriſtus in hoc Sacramento demonſtravit, ſubdit. *Tanquam leones igitur ignē ſpirantes ab hâc menſâ recedamus, facti diabolo terribiles, & caput noſtrum mente revolventes, & charitatem quam nobis exhibuit.* Introducit Chriſtum in hæc verba prorumpentem. *Parentes quidē aliis ſæpè filios tradunt alendos, ego autem (inquit) non ita, ſed carnibus meis alo, meipſum vobis appono, vos omnes generoſos eſſe volens, & bonas vobis prætendens de futuris expectationes, quippe qui vobis hic me ipſum trado, multò magis in futuro.* Particulæ *vos omnes generoſos, &c.* ſignificant generoſitatem & conſtantiam non uni atque alteri; ſed omnibus, ſed toti Eccleſiæ cōmunicari cōtra quaſcumque hoſtiles manus. Unde ut illud probet. *Volui frater (inquit) eſſe veſter, carnem propter vos, & ſanguinem aſſumpſi, vobis viciſſim ipſam carnem & ſanguinem, per quæ cognatus veſter factus ſum, trado. Hic ſanguis floridam nobis reddit regiam imaginem: hic decus indelebile: hic animæ generoſitatem tabeſcere nō permittit eam irrigans, ac nutriens. Nam ex cibis quidem ſanguis in nobis naſcens non ſtatim hoc efficitur, ſed aliud quiddam. Hic autem non ita, ſed ſtatim animum irrigat, & magnam quandam inducit virtutē.* Quibus oſtendit quem effectū in animâ Sacramentum Euchariſtiæ ritè & devotè ſuſceptum producit. Qualiter autem eandem imò univerſam Eccleſiam militantem & ſemper prælіantem corroboret, docet. *Hic Myſticus Sanguis dæmones quidem expellit & procul eſſe facit, ad nos autem Angelos vocat, & Angelorum Dominum. Vbi namque Dominicum viderunt Sanguinem dæmones quidem fugiunt, concurrunt autem Angeli. Hic Sanguis effuſus omnem terrarum orbem abluit.* Supra dixit, *animam irrigat.*

Nunc

Digitized by Google

Nunc verò subdit. *Sanguis effusus omnẽ terrarum orbem abluit.* Non tantùm irrigat, sed abluit; non quandam partẽ terræ, sed *omnem terrarum orbem.* Sed specialiter Ecclesiam, quod probat figuris veteris testamenti. *Hic Sanguis adyta mundavit, & sancta sanctorum. Si vero figura ipsius tantam habuit virtutẽ, & in Hebræorum templo, & in Ægypti medio, superliminaribus inunctis, multò magis veritas. Hic sanguis aureum altare sanctificavit, sine hoc Pontifex adyta non audebat intrare. Hic sanguis sacerdotes creabat: hic in futuris peccata purgabat. Si verò tantam habebat vim in figuris; si mors umbram ita perhorrebat, quomodo veritatẽ ipsam quæso non timuerit? Hic est salus animarum nostrarũ, hoc abluitur anima, hoc adoratur, hoc inflammatur: hic mentem nostram igne reddit splendidiorem, hic auro clariorem animã facit. Hic sanguis effusus est, & cælum fecit accessibile, horrenda scilicet Ecclesiæ mysteria, horrendum altare.* Quasi diceret, non tantùm animæ prodest, sed etiam Ecclesiæ, cui tantam confert vim, tam inexpugnabilem efficit, ut ipsa ejus mysteria, ipsum altare hostibus timorem, imò horrorem incutiant

IV. Id aliâ figurâ confirmat. *Ascendebat ex Paradiso fons fluvios emittens sensibiles. Ex hâc mensâ fons ascendit spirituales emittens fluvios. Apud hunc fontem plantatæ non infructuosæ salices, sed arbores ad ipsum cælum pertingentes, fructum habentes semper maturum, & immarcessibilem. Si quis æstuat ad hunc veniat fontem, & æstum refrigeret; nam & siccitates resolvit, & cuncta refovet inflammata, non à sole, sed à jaculis ignitis; superne enim principium habet, & inde radicem, undè & derivatur. Multi fontis hujus rivi, quos emittit Paracletus & mediator filius efficitur, non ligonem habens, & viam præparans, sed nostrum aperiens affectum. Hic fons veritatis radios effundens, fons luminis. Huic & supernæ potestates assistunt, & in fluentorum respicientes decorem. Quoniam & illæ nobis manifestius propositorum virtutem speculantur & inaccessibiles admirantur splendores, sicut enim auro liquescente, sive manum, sive linguam aliquis immittat eam statim auream reddit, ita & hic proposita pretiosam reddunt animam. Effervet quidem fluvius, & igne vehementius, sed non comburit; sed tantùm baptizat quidquid acceperit. Hic sanguis antea semper præsignabatur in sacrificiis, in justorum cædibus. Hic terrarum orbis est pretium: hoc Christus emit Ecclesiam, hoc eam omnem adornavit.* Quæ sunt ornamenta, quibus Christus Ecclesiam emptam adornasse dicitur? non monialia, vestes ex serico intextæ auro & gemmis, sed ferro, sed armis. Cant. cap. 4. v. 4. *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex eâ.* Quibus inexpugnabilis redditur. Sanctus Chrysostomus citatus. *Hujus sanguinis participes cum Angelis & Archangelis, & supernis manent virtutibus, ipsam Christi induti stolam arma gerentes spiritualia.* Quibus telis, & armis tota inferorum acie deleatur. O quantam virtutem & firmitatem Eucharistiæ! quæ non Pharaonis, sed Dæmonis phalanges enervat, & evertit. *O poculum* (inquit sanctus Cæsarius sancti Gregorii Nazianzeni Frater dialog. 4. *diabolos vulnerans, dæmones fugans, peccata ventilans, æternam vitam operans.* Potius Patri æterno de Ecclesiâ dicendum ad Synagogam occurrit, quod olim Isaac de suo Jacobo aiebat ad primogenitum Esau, Genesis c. 27. v. 37. *Frumento & vinò stabilivi eum, tibi ultra quid faciam?* Sanctus Paschasius de Corpore & Sanguine Christi c. 21: *Hoc est apertè dicere, firmavi eum pane Corporis Christi, & vino Sanguinis.*

V. Quo navigio, quibus velis & remis usi sunt SS. Elias & Eliseus, ut Jordanem transirent, & ejus fluctus tumentes sedarent? Melote Eliæ lib. 4. Reg. cap. 2. v. 8. *Tulit Elias pallium sum & involvit illud, & percussit aquas, quæ divisæ sunt in utramque partem, & transierunt ambo per siccũ.* Quid per pallium intelligendum est Eucharistiæ sacramentum, in quo sub speciebus panis & vini latet Christus, seu humanitas Christi in quâ divinitas seu verbum habitat corporaliter. Hoc pallium convertit gentes ad fidem, seu mentem nostram à mortiferis & illicitis cupiditatibus liberat juxta illud Jeremiæ Thren. cap. 4. v. 20. *Thren. 4. In 4 v. 20.*

In umbrâ tuâ vivemus in gentibus. Ideſt (inquit S. Ambroſius in pſal. 118. ſer. 19.) *Umbra tua caro fuit, quæ noſtrarum æſtus refrigeravit cupiditatum, quæ compeſcuit inſolentiam vitiorum, quæ reſtinxit ignes libidinum, quæ avaritiæ, diverſarumq; paſſionum incendia temperavit.* Efficacius ſanè, quàm umbra Apoſtoli Petri ſi enim act cap. 5. v. 15. ad eum omnes infirmi confluebant. *Ut ſaltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus ſuis.* Optimè cum S. illo Doctore poſſumus deducere. *Et quid dicam de umbrâ Domini, quando Apoſtolorum umbra ſanabat?* Sanè à fortiori Chriſtus, per ſpecies ſacramentales ſe nobis etiam inter gentes exhibens, non tantùm liberabit nos ab infirmitatibus corporis, ſed etiam ſpiritualibus, vitamque præſtabit. Juxta illud Chriſti Joannis cap. 6. v. 52. *Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi; ſi quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum.* Et Theophilactus, *Attende quod panis qui à nobis in myſteriis manducatur non eſt tantùm figuratio quædam Corporis Domini, ſed ipſa caro Domini &c.* Eadem umbra Euchariſtica ſpiritualem dulcedinem nobis communicat. Ut teſtatur ſponſa cant. cap. 2. v. 3. *Sub umbrâ illius, quem deſideraveram ſedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo.* Ghiſlerius: *His, qui hoc pacto cum ſponſâ ſub umbrâ illius, quem deſideraverant ſedent, dulcis eſt; nec ſimpliciter dulcis, ſed dulcis gutturi eorum: quia plenisſimè illorum ſatisfacit appetitui, appetitu inquam triplici, eſcæ, potus, & vitæ; quibus ſummopere indigent, eſurientes, & ſitientes, cùm anima eorum in ipſis deficiat &c. Quam dulcedinem ab hoc ſacramento ob triplicem appetitus ſatisfactionem ii, qui illud ſumpſerint præſtitam egregiè & Propheta modicis expreſſit verbis, cùm dixit, Vivent, & inebriabuntur tritico, appellans namq; illud nomine tritici, quod vitâ conſert, ſimulq; eidem tribuens & ebrietatem, planè apertiſſimè indicat, quàm dulce id eis ſit, qui & cibo indigeant & potu, quivè animâ deficiant & vitâ.* Cui arridens melliſluus Bernardus ſerm. 48. in cant. *Mihi quoque quomodo non obumbrat caro, qui in myſterio manduco eam &c.* Hanc plenitudinem dulcedinis in Euchariſtiæ ſacramento percipiendam prædixit Oſee cap 14. v. 8. *Convertentur ſedentes in umbrâ ejus, vivent tritico.* Septuaginta *bibent, & inebriabuntur tritico.* Scilicet ſpirituali ebrietate rerum humanarum oblivionem & contemptum cauſante. Unde S. Auguſtinus in pſalm. 35. loquens de Martyribus hâc eſcâ Euchariſticâ paſtis. *Quid tam ebriati, quàm non agnoſcere uxorem ſtantem, non filios, non parentes; nolite mirari, ebrii erant; unde ebrii erant? videte acceperunt calicē unde inebriaremur.* Sed cur Propheta ait: *Convertentur ſedentes in umbrâ ejus?* ideſt ſedebunt fideles fortunati, ſecuri, ſtabiles, firmi ſub umbrâ Euchariſticâ ad aſpectum, ad adorationem, ad ſumptionem ſacramenti Euchariſtici; ita ut vi illius Eccleſia firma perſiſtat.

Id manifeſtius prænunciavit Cantor Regius pſalm. 71. v. 17. *Et erit firmamentum in terrâ in ſummis montium.* Chaldæus: *Erit ſubſtantificus panis.* Brugenſis: *Erit placentula frumenti.* Joathan: *Placenta tritici in vertice ſacerdotum.* Quaſi diceret Eccleſia, ſeu fideles Chriſti per præſentiam, aſpectū, & ſumptionem ejus, ita vivificabuntur, ita corroborabuntur, ut nullas tribulationes, nullas perſecutiones pertimeſcant, ſed illas facilè ſuperent. Quid placentula frumenti cum firmamento? quid minus placentulâ? quid ſolidius firmamento? quid per ſummitatem montium intelligit Pſaltes? Noſter Incognitus, Jacobus à Valentiâ, Dionyſius, Folengius, & alii communiter intelligunt per placentulam Chriſtum ſub ſpeciebus panis & vini, per verticem montium capita ſacerdotum. Dionyſius. *Erit placenta tritici, quoniam Chriſtus Dominus ſub formâ panis triticei in modum placentæ congeſti continetur, atque in Eccleſiis reſervatur: & ipſe Chriſtus eſt tale frumentum in ſummis montium, ideſt in capitibus ſacerdotum hoſtiam altaris in ſublime tollentium. Dicuntur autem ſacerdotes montes propter eminentiam ordinis, ſapientiæ, & poteſtatis.* Vocatur autem firmamentum in terrâ, quia *eſt cauſa totius firmitatis, ac ſtabilitatis hominum in terrâ manentium.* Seu hominum viatorum fidelium in terrâ militantis Eccleſiæ degentium. Noſter Michael de Bonon. per vertices montium intelligit Epiſcopos & Prælatos Eccleſiæ. *Et erit firmamentum*

VI.

Pſal. 71. v. 17.

Michael Bonon.

ſcilicet

Digitized by Google

ſcilicet ſacramentum Euchariſtiæ in terrâ in ſummis montium, quia Epiſcopi & Sacerdotes, qui ſunt in Eccleſiâ Dei, quaſi montes ſuper capita ſua elevant hoc ſacramentum. Fideles, Sacerdotes, Epiſcopi, uno verbo Eccleſia infidelium, hæreticorum, Schiſmaticorum perſecutionibus vexati non ſuccumbent, ſed triumphabunt, imò multiplicabuntur, modò ſuper capita ſacerdotum, & Epiſcoporum Euchariſtiæ ſacramentum elevetur. *Et florebunt de civitate ſicut fœnum terræ.* (inquit Pſaltes citatus. Michael Bonon. *Ibi Chriſtiani, (qui, in Eccleſiâ, velut in civitate) uniuntur fide & charitate: civitas enim dicitur civium unitas. De iſtâ civitate florebunt Chriſtiani ideſt muliplicabuntur; & hoc ſicut fœnum terræ. Quid ideò ſit dicit; quia ſicut fœnum, ubitò multiplicatur, ſic & Chriſtiani in parvo tempore per totum orbem multiplicati fuerunt.*

Michael Bonon.

Jacobus à Valen.

Non minùs ingeniosè Jacobus à Valentiâ. *Quia frumentũ & panis eſt firmamentum & ſuſtentamentum vitæ hominis; ideò aliquando in ſcripturâ pro frumento ſive pane ponitur firmamentum. Vndè pſalm. 103. dicitur panis cor hominis confirmet. Item pſal. 104. habetur. Vocavit famem ſuper terram, & omne firmamentum panis contrivit. Quomodo tum ſue ergò ponatur hic memoratur, & prædicatur ſacrificium Euchariſtiæ, in quo Chriſtus offertur in formâ panis quotidie: nam Chriſtus elevatur ſuper capita ſacerdotum quotidie, ſicut figuratum eſt Exod. cap. 29. Vbi Deus præcepit cruſtulam panis elevari ſuper capita ſacerdotum coram populo. Eadem figura præceſſit de panibus propoſitionis. Exod. cap. 25. & Levitici c. 24. Et ideo in aliâ traditione habetur, quæ dicitur Targum. Erit placentula tritici ſuper capita ſacerdotum. Dicit ergo David ſic iſte Rex Meſſias erit firmamentum, ſive frumentum, ſive memoriale triticum in terrâ, in ſummis montium, ideſt ſuper capita ſacerdotum elevabitur in formâ panis. Nam ſæpè in ſcripturâ per montes intelliguntur ſacerdotes propter eminentiam dignitatis. Ideo ſequitur extolletur ſuper Libanum fructus ejus, fructus enim hujus ſacramenti ſunt collatio & reſtauratio gratiæ deperditæ, reconciliatio membrorum ad caput, multiplicatio fidelium &c. qui fructus ſunt uberiores & altiores, & prætioſiores, quàm ſit Libanus, & fructus ejus: qui quidem Libanus eſt fertilior cæteris montibus. Et ideo ſequitur fructus hujus ſacramenti, quæ eſt multiplicatio fidelium, florebunt & multiplicabuntur per mundum ſicut fœnum terræ: ex quibus omnibus fidelibus conficitur unum corpus Eccleſiaſticum, ſicut ex multis granis, unus panis conficitur: & etiam iſti fideles, qui nutriuntur ex iſto pane florebunt virore gratiæ, & multiplicabuntur ſicut multiplicatur & viret fœnum terræ, &c.* Hoc vaticinio Pſaltes docet quantum firmamentum & incrementum percipiat Eccleſia militans ab Euchariſtiæ Sacramento.

VII.

Deus bone, quomodo placentula tam mirabiles effectus poteſt producere? Quomodo tenue ac vile pallium Eliæ myſtici ita intumeſcentes perſecutionum fluctus cohibere poteſt, & Eccleſiam firmiorem & ſolidiorem efficere? *Et quis* (inquit Drogo Hoſtienſis Domin Paſſionis ſer. 1.) *tam providus, ut terrorem illius poſſit ſuſtinere.* Nihil refert: per pallium Eliæ ideſt Sacramentum Euchariſtiæ Eccleſia nõ tantùm ſuſtinet, ſed etiam ſuperat, perſecutionũ torrentes quantumvis inundantes, imò in illis induroſcit. Idem Drogo. *Attamen velimus, nolimus certè ſuſtinendus eſt, certè tranſmeandus. Sed noli obliviſci pallium Eliæ, alioqui tibi torrẽs ſine illo non dividetur.* Quod illo pallio anima torrentes inundantes peccatorũ evadat. Subdit. *Sunt & alii torrentes iniquitatis, pelagus peccatorum meorum, qui conturbant me, atque utinam ſic cõturbarent; ut tum dolore clamarem: Pater mi, Pater mi, currus Iſrael, & auriga ejus. Conturbant enim me torrentes iniquitatis, auferentes lumen oculorum meorum, ut non poſſim videre piiſſimum Eliam, quando tollitur à me: ſi enim viderem profectò ſpiritus ejus duplex fieret in me, & clamarem Pater mi, Pater mi. Miſit Deus ſpiritum filii ſui in corda noſtra. (ait Apoſtolus Galat. cap. 4. clamantem:) Abba Pater. Duplex ſpiritus duplò clamat. Pater mi, Pater mi. Pater mi creator! Pater mi reformator! Pater mi, Pater mi, ô vox affectuoſa! currus Iſrael & auriga ejus. Portas, & regis: ſuſtines, & gubernas: quem?*

Iſrael credentem in te, ſperantem in te, ſuſpirantem ad te! ecce ſublatus es; amplius te tuus non videbit Eliſeus: remanſit tamen ei pallium tuum in memoriam tui, ut præſentia abſentiæ tuæ dolorem ejus & augendo leniat, & leniendo augeat. Lucæ cap. 22. v. 19. *Hoc ſumite in meam commemorationem: hoc eſt Sacramentum corporis tui, quod ſumimus in tui commemorationem, corporis tui, donec venias. Pallium tuum eſt caro tua, quâ veſtitus ad nos proceſiſti, & latuiſti quidem perfidos, ſed fidelibus tuis te ipſum oſtendiſti, ſicut & uſque hodie ſub hoc pallio abſcondita eſt Abacuc. cap. 3. Maxima fortitudo tua, ô fortiſſime Samſon! quam etiam dilectæ, & non diligenti te ad ultimum non celaſti ut inimicum verteres in amicum.* Expende hæc verba. *Sub hoc pallio abſcondita fortitudo tua.* Non dicit ſub hoc pallio Euchariſtico latere magnâ fortitudinem, ſed maximam, quâ ſcilicet non tantùm peccatum, ſed hæreſim, Judaiſmum, Atheiſmum, &c. & reliquas inferorum phalanges exterminaſti, ac Eccleſiam Sponſam tuam inexpugnabilem & incorruptibilem reddiſti.

VIII. Intuitu hujus firmitatis ac incorruptibilitatis futuræ in Eccleſiâ ſuâ ait Chriſtus Joannis cap. 6. v. 37. *Omne quod dat mihi Pater ad me veniet, & eum qui venit ad me non ejiciam foras.* Quæ verba S. Cyrillus lib. 3. in Joannem ſic elucidat. *Cùm ait ſibi à Deo Patre allatum iri omne quod dat ipſi, fidelem Gentilium populum jam jam affuturum videtur innuere, quod quidem interminantis eſt eos privatum iri, & in eorum locum Gentiles omnes per Dei, ac Patris bonitatem adducendos, tanquam ad ſalvatorem, & vivificum illum ſecundùm naturam filium, ut Eulogiæ, quæ ab ipſo facti participes, naturæ quidem divinæ jam redderentur participes, atque ad vitam & incorruptionem revocarentur, & in priſcum naturæ habitum reformarentur.* Quaſi diceret, quemadmodum Deus Pater & tota Trinitas eſt incorruptibilis, Filius etiam incarnatus incorruptibilis eſt, homo in ſtatu innocentiæ futurus fuiſſet incorruptibilis, at poſt lapſum corruptioni idem homo obnoxium ſe reddidit: ita deficiente Synagogâ ob repudiatum Salvatorem, in quo eſt vita, ſalus, & reſurrectio noſtra; Eccleſia per ſuſceptionem Sacramenti Euchariſtici vivifici illius cibi vitam, incorruptibilitatem, ſeu prioris naturæ & firmitatis habitū reſumit, adeò ut lapidis ſolidiſſimi firmitati non cedat. Hujus indefectibilitatis vaticinium extat Apocal. cap. 21. v. 11. *Vidi ſanctam Ieruſalem deſcendentem de cælo, à Deo habentem claritatē Dei, & lumen ejus ſimili lapidi pretioſo tanquā lapidi jaſpidi. Quæ eſt iſta civitas ſancta Ieruſalem?* Eſt Eccleſia militans. Quæ eſt illa claritas, quis ille lapis? eſt Euchariſtiæ ſacramentum. Juxta illud Davidicum pſalm. 80. v. ultimo. *Cibavit eos ex adipe frumenti, & de petrâ melle ſaturavit eos.* Quem locum omnes ferè interpretes myſticè exponunt de hoc myſterio: unicum Dionyſium audiamus. *Cibavit Chriſtus illos ſcilicet Chriſtianos ſacramento corporis ſui ſub formâ triticei panis, & melle, quo deſignatur dulcis effectus ſacramenti Corporis Chriſti, videlicet conſolatio ſpiritualis, infuſio gratiæ ſacramentalis, impinguatio mentis, hoc melle fluente de petrâ, ideſt Chriſto, ſeu merito paſſionis, & ſanguinis ejus. Nam per meritum Chriſti datur nobis quidquid gratiæ participamus: ſaturavit eos ſaturitate interiore dando eis deſiderium cordis ſui.* De hâc petrâ Euchariſticâ accipienda eſt benedictio Joſephi Geneſis cap. 49. v. 24. *Indè paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael.* Aliqui Hebraizantes vertunt, *Indè paſcit lapis Iſrael.* Quomodo lapis poteſt eſſe paſtor, vel panis? quomodo paſcere poteſt Iſrael? Quis eſt ille lapis qui nomen paſtoris & panis ſortitur? Eſt Sacramentum Euchariſticum. Panis eſt & Paſtor; quia Chriſtus nobis ſeipſum porrigit comedendum. *Bone Paſtor panis vere,* (inquit Eccleſia) nos paſcens tuetur, & firmat Eccleſiam. *Tu nos paſce, nos tuere.* Mendoza in expoſitione litterali cap. 6. v. 16. lib. 1. Regum, ita ad intentum noſtrū explicat de Chriſto domino. *Qui in Euchariſtico convivio pretioſus eſt, & lapis propter munimentum, quod præſtat, & panis propter oblectamentum quod affert.* Claritas quâ illuſtratur Jeruſalem ſeu Eccleſia militans eſt eadem Euchariſtia. *Et lumen ejus ſimile lapidi jaſpidi.* Non dicit adamanti

Joannis cap. 6 v. 37.

Cyrillus.

Pſal. 80. v. ult.

Geneſis cap. 49. v. 24.

Mendo.

manti, smaragdo, topazio, quia jaspis est coloris viridis. Christus autem ab Ecclesiâ militante sub speciebus panis susceptus, ita illam protegit & fovet, ut arescere & marcescere nequeat, sed eam perpetuò virere faciat. Dionysius. *Iaspis namque suâ viriditate pulcherrimâ visum valdè delectat, atque confortat, estque grandis vigor, & firmitas lapidis hujus.* Quod hæc proprietas Christo competat clarè insinuat Andræas Cæsariensis Episcopus. *Hic autem per jaspidem delineatur, tanquam perpetuò virens cunctisque viventibus vitam largiens.* Quem virorem Ecclesiæ communicat, ita ut de Christo ad Eucharistię species redacto magis philosophari oporteat, quod S. Chrysostomus de paupertate ait homil. 2. ad populum Antiochenum. *Magna possessio paupertas sapientibus ipsam ferentibus, thesaurus qui nequeat auferri, baculus firmissimus, inculpabilis possessio, diversorium ab insidiis tutum,* At contemnitur, opprimitur Ecclesia, multa incommoda patitur. Eadem responsio occurrit, quam de paupertate profert S. Chrysostomus citatus. *Pauper si philosophari sciat, neque ab ipso diabolo expugnari potest. Iob & ante hoc, cum fortis esset, postquàm omnia amisit, tunc factus est fortior, & egregiam contra diabolum victoriam reportavit.* Quam paupertatis fortitudinē probat exemplo Eliæ figurativi Ecclesiæ Catholicæ. *Quid enim dic mihi Eliâ pauperius? sed propterea omnes divites vincebat, quoniam pauper hic erat, ipsam verò paupertatem ex mentis opulentiâ elegit.* Hanc paupertatem Elianam probat ex eo, quod. *Ideirco Rex pauperis indigebat, & verbis nihil plusquàm Melotem habentis inhiabat, qui tantùm habebat auri, adeò splendidiòr trabeâ erat Melote, & regalibus aulis justi spelunca. Propterea & in cœlum ascendens nihil aliud quàm Melotem discipulo reliquit.* Quid est pallium illud? illa Melote, quam ascendens in cœlum discipulis, imò toti Ecclesiæ reliquit? Secundùm Drogonem est sacramentum Eucharistiæ, quòd eandem, imò majorem firmitatē tribuit Ecclesiæ, quam ab ipsâ Melote Elianâ poterat provenire: itaut Ecclesia potiùs dicere debeat quàm Elias. *Cum hâc* (inquit) *cum diabolo pugnavi, & tu contra illum armatus hanc capies. Validum enim inopia, & inexpugnabile habitaculum, & terris inconcussa. Tanquàm maximam hæreditatem Eliseus Melotem suscepit. Etenim verè maxima fuit hæreditas omni auro pretiosior. Et erat posthac duplex Elias ille: & erat sursum Elias, & deorsum Elias.* Verè Christus est sursum Elias, & deorsum Elias, quia idem est in cœlo, & in Venerabili Eucharistiæ Sacramento, sursum in throno Ecclesiæ triumphantis, deorsum in altari Ecclesiæ militantis. Quod autem Corpus & Sanguis Christi æquivaleant, imò superent virtutem Chlamidis Elianæ, accipe citati Doctoris aurea verba. *Novi quod justiũ illum beatum putatis & velletis quisque esse, ut ille. Quid igitur si vobis demonstravero quid aliud, quod illo multò majus omnes sacris mysteriis imbuti recepimus. Elias nempè Melotem discipulo reliquit; Filius autem Dei ascendens suam nobis carnem dimisit, Sed Elias quidem exutus: Christus autem & nobis reliquit, & ipsam habens ostendit. Nè igitur animo concidamus neque lamentemur, neque temporum difficultatem timeamus. Qui enim suum sanguinem pro nobis effundere non recusavit, & carnem suam, & rursus ipsum sanguinem nobis communicavit, nihil pro salute nostrâ recusabit.* Quasi diceret si S. Eliseus Melote Elianâ ad instar magistri sui Eliæ divisit aquas Jordanis lib. 4. Reg. cap. 2. Christus nullum auxilium pro sanctitate & firmitate Ecclesiæ suæ recusabit, sed inundantes persecutionũ fluctus facile superabit, quibuscumque hostilibus telis impetatur.

Andr. Cæsar. *Chrysost.* *l. 4 Reg. cap. 2.*

IX.

Id ni fallor significasse videtur Christus sepulturâ suâ. S. Joannes cap. 19. v. 41. refert Christum fuisse sepultum in horto in monumento novo exciso de petrâ. *Erat in loco ubi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum novum.* Lucæ cap. 23. v. 53. *Posuit eum in monumento exciso.* Matth. cap. 27. v. 60. *Posuit illud in monumento suo novo quod exciderat de petrâ.* Quid per hortum intelligit? Ecclesiam. S. Ambrosius lib. 10. in Lucam. *Posuerunt eum in horto cui frequenter Ecclesia comparatur, quæ diversorum habet poma meritorum, floresque virtutum.* S. Gregorius Papa in cap. 4.

Joannis cap. 19. v. 41. *Lucæ c. 23. v. 53* *Matth. cap. 27. v. 60.* *Ambros.* *Cantic. 4. v. 12.*

cap. 4. v. 12. Cant. *Hortus ſancta Eccleſia exiſtit, quia dum multos in fide gignit, quaſi flores pulchros bona terra emittit.*

Anſelm. S. Anſelmus. *Hortus Eccleſia dicitur, quia profert diverſa virtutũ genera, in quibus ſponſus delectatur, & paſcitur.* Quibus

Dionyſ. ſubſcribens Dionyſius. *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, ideſt tu Eccleſia per ſimilitudinem rectè hortus vocaris: nec ſolùm hortus; ſed & concluſus. Hortus es, quem ego hortulanus cæleſtis colo, purgo, fœcundo, in quo tanquam in pulcherrimo horto oriuntur flores virtutum, fructus actuum meritoriorum, gramina cæleſtium ferculorum, ideſt gratiæ Eccleſiaſticorum ſacramentorum, quibus homines jumentis aſſimulati ſeu tanquam pium obediensque jumentum effecti reficiuntur. Arbores fructuoſæ, atque frondoſæ, ideſt homines virtuoſi, in quo horto jugiter perſeverat viriditas ſuperna floritionis, ac fœcunditatis interna virorum venuſtus. Hic hortus conclusus eſt, quia ſalvator ponitur in eò murus & ante-murale, & Dominus in circuitu ejus: Angelicæ quoque virtutes eum cuſtodiũt ſed & prælati ac ipſius prædicatores, & viri ſancti pro cõmuni bono ſemper ſolliciti ac orantes. Vallatur etiam, clauditur ac munitur hic hortus valio charitatis, timore filiali, cuſtodiâ cordis, circumſpectione prudentiæ, quotidiano profectu, oratione aſſiduâ, documentis ſcripturæ nè Hæretici, Schiſmatici, Infideles, iniqui, aut inviſibiles hoſtes valeant eum ingredi & demoliri. Poſſunt tamen pulſare, atque forinſecus impugnare, atque primam januam introire ſuggerendo corporaliterque vexare: ſed conſenſum nequeunt extorquere, aut mentem dejicere: niſi ipſemet hortus iſte, ſeu in eo exiſtentes ſponte aperiant ac permittant. Idò monet Apoſtolus. Nolite locũ dare diabolo. Iacobus quoque. Reſiſtite (inquit) diabolo, & fugiet à vobis.* Ecce quomodo Eccleſia ſit non omnibus obnoxia, & patens, ſed clauſa infidelibus, hæreticis, Schiſmaticis, &c. quam clauſuram & monumentum innuunt ſacri Evangeliſtæ narrantes Chriſti ſepulturam fuiſſe in horto, in quo erat monumentum novum, ideſt Eccleſia nova, Synagogâ abrogatâ. Quod monumentum novum erat exciſum de petra. Cur dicitur de petrâ exciſum, & non de ligno, de latere, de terrâ, vel aliâ materiâ? ut Eccleſiæ firmitudinem & ſoliditatem demonſtret, quæ nullis temporum vel hoſtium injuriis diſſolvi poſſet. Sanctus Auguſtinus ſerm. de Cathedrâ Petri. *Petra pro virtute nuncupatur.* Idem habet tractatu 7. in Joannem. S Leo ſermone 3. de anniverſario Aſſumptionis ſuæ. *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, ſuper hanc fortitudinẽ æternum extruam templum.* Dicit æternum, ideſt nullis bellorum, &c. moleſtiis obnoxium. Inſurgant gentilitas, hæreſis, ſchiſma, & tyrannus: inſurgant in Eccleſiam: hæc ſemper ſtabit immota.

Auguſt. *S. Leo.*

Audi S. Chryſoſtomum homil. 55. in Matth. *Vt Eccleſia tot, tantiſque fluctibus irrumpentibus immobilis maneat,* Omni ſæculo agitata fuit, ſed non ſubmerſa: impugnata, ſed non expugnata, juxta ipſius Chriſti vaticinium Matthæi cap. 16. v. 18. *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* Sanctus Chryſoſtomus tomo 3. ſerm. de Pentecoſt. *Petram (inquit) vocavit Eccleſiam fluctus ſuſcipientem, & non titubantem: etenim Eccleſia tot ſuſcepit tentationes non tamen vincitur. Quid eſt ſuper petram? hoc eſt ſuper confeſſionem, ſuper ſermones pietatis. Si forſitan interrogabis utrum hæc ædificatio ſuſcipiat lapides, aut ligna, aut ferrum: non (inquit) nec enim eſt intenſibilis ædificatio. Quod ſi talis eſſet ſolveretur tempore, confeſſionem autem pietatis, neque dæmones, neque ulla creatura vincere poteſt. Teſtantur Martyres, quorum latera radebantur, ſed fides non frangebatur.* Qualis conſtantia! qualis firmitudo! merito ſic conſequenter exclamat. *O nova rerum materies! partes effoditur, & theſaurus non auferetur. Caro ſcinditur, & fides non ſcinditur. Talis quippe Martyrum virtus. Etenim ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Attendite diligentiùs verba: Portas inferi pericula vocat quæ mortem pariunt. Quid ergo? in infernum intrabit quiſque quando periclitabitur? etiam: ſicut enim portæ introitus civitatum ſunt, ſic pericula introitus mortis ſunt. Et cur (inquit) non prohibet tentationes? ut oſtendat virtutem eius. Si nemo eam impugnare poſſet, dicere poterant, quoniam ſi impugnaretur, vinceretur. Propterea permittit eam impugnari, ut non*

X.

Chryſoſ.

Matth. cap. 16. v. 18.

Chryſoſ.

ut non imbecillitas impugnantium ſed fides victoriæ imputetur. Et portæ inferi; non dixit: non appropiant ei, ſed non prævalebunt adverſus eam. Quid ergo? impugnabitur quidem, non tamen vinci poterit. Tempeſtates ſuſcipit Eccleſia, ſed non demergitur. Iacula in eam mittuntur, ſed non perforatur. Machinamenta præparantur, ſed turris non elliditur. O mirabilem divinæ promiſſionis à Chriſto factæ virtutem! *Vnum ſermonem locutus eſt paſtor, & ſicut turris immobilis perſeverat. Quanti tyranni verbum hoc delere conati ſunt, ſed non potuerunt: ſupra petram enim fundatum erat. Conſidera tyrannos, reges, gladios acutos, beſtiarum dentes mortem minantes, caminos, ſartagines manus ferreas, & uncos, & omnia machinamenta parata, & pharetram quidem ſuam evacuavit Dominus, ſed nihil læſit Eccleſiam. Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* Et nè more Rhetoris rem exaggerantis loqui cenſeatur, ſui ſermonis teſtes producit. *Teſtatur res ipſa. Teſtatur horũ, quæ fiunt ἀſtipulatio. Quanti impugnaverunt, & nemo prævaluit? & impugnatores quidẽ taciturnitati, & oblivioni dati ſunt. Eccleſia autem quotidie virtutibus augmentatur. Vbi nunc Claudius? ubi Auguſtus? ubi Nero? ubi Tiberius? nomina ſunt nuda. Horum autẽ nemo, nec ulla horum mentio. Et quia Eccleſiã impugnaverunt, ideò & memoriam perdiderunt.* Cur ait Eccleſiam, nõ verò Eccleſias firmas, immobiles, inexpugnabiles ſtetiſſe: de quâ Eccleſiâ diſſerit? de Romanâ. Sacri codices ferunt Corpus Chriſti poſitum fuiſſe in monumento exciſo in petrâ. Cur non dicit in petris? S. Hieronymus in Matthæum. *In monumento* (inquit) *novo, quod exciſum fuerat in petrâ conditus eſt. Nè ſi ex multis lapidibus ædificatum eſſet, ſuffoſſis tumuli fundamentis ablatum furto diceretur.* Sed meo judicio ideo Chriſti ſepulchrum exciſum fuit in petrâ, & non in petris, ut ſignificetur unicã eſſe Eccleſiam ſcilicet Romanam; extra quam Chriſtus non eſt; non eſt religio & fides à Chriſto infuſa. Undè illa ſola inconcuſſa & immobilis eſt, ac inexpugnabilis. Vires inferorum prævaluerunt adverſus Antiochenam, adverſus Alexandrinam, adverſus Conſtantinopolitanam, adverſus Hieroſolymitanam, ſed adverſum Romanam nequaquàm, quamvis Romana fuerit variis perſecutionibus, & bellis agitata, nunquam tamen debellata fuit.

Hieron.

S. Chryſoſtomus citatus oſtendit Eccleſiam hortum eſſe non tantùm cõcluſum hoſtibus fidei, ſed etiam cujus folia, fructus, ideſt fides, religio, &c. marceſcere nequeant. *Plantaria ejus marceſcere non poſſunt, nec amittunt folia arbuſta ejus, non ſubjacet neceſſitati temporis, nec eſt conditioni, ut per æſtatẽ coma foliorum tegatur hyeme amittatur: Non tenetur temporum qualitate, ſed Spiritus ſancti eam gubernat gratia: & ideò non ſeneſcit, nec contrahitur, & multis impugnantibus non opprimitur.* Fortè ratio cur non impugnetur, eſt quia ſemper habuit adverſarios debiles, inermes, ſeu tantùm armatos linguâ, non ferro: fortes verbis non verberibus, habitantes in angulo alicujus civitatis, vel regni, non dominantes Urbibus, Provinciis, regnis: falleris. habuit enim hoſtes & viris, & viribus, & urbibus, & provinciis, & regnis, & imperiis, ac mundo univerſo potentiſſimè dominantes. *Quanti* (idem Aureum os) *ab initio impugnarunt Eccleſiam, cum fidei ſemina jacerentur, & arma contra eam commota ſunt.* Non dicit quantus, ſed quanti: quia non unum ſed plures, & quidem Monarchas habuit, qui bellum contra eam cruentiſſimum moverunt. Cur tot phalanges, & exercitus coëgerunt contra cœtum fidelium; qui nec armis nec viribus, pollebant, imò ad extremas paupertatis anguſtias redacti erant? *Et tamen, quanto magis* (inquit S. Chryſoſtomus) *Eccleſia impugnabatur, tantò clarior reddebatur, ſed nunc propter Dei gratiam & reges, & duces, & milites, & univerſus orbis repletus eſt. Nam in principio, & (ut ita dicam) in cunabulis Eccleſiæ reges fuere impii, duces inſani, populus ſeditioni deditus, & edicta judicũ ſeditioni ubique dabantur, aræ incendebantur dæmonibus, fumus & odor peſſimus ipſum maculabat aërem, terra coinquinabatur ſanguine, dæmones debacchabantur, diabolus dominabatur, pater abdicabat filium, filius inhonorabat patrem. Natura quidem ſcindebatur, ſed pietas nunquam dividebatur.*

XI. Chryſoſt.

Digitized by Google

dividebantur. Quanta firmitas & ſanctitas, quæ à nullis poteſt concuti adverſariis. *Tempeſtates* (inquit idem) *ſuſcipit Eccleſia, ſed non demergitur. Iacula in eam mittuntur, ſed non perforatur, machinamenta præparantur, ſed turris non elidítur.* Imo ut idem ſub finem: *Vniverſa religione plena. Ante hoc enim univerſa repleta erant impietate. Nunc autem non ſolùm civitates religione florent, & fide Chriſti, ſed etiam eremus in nomine Chriſti gloriatur. Antea namq; & reginæ in conviviis virorum ſaltabant, ſicut filiam Herodiadis feciſſe legimus; nunc verò vix famula dignatur hoc facere. Antiquitas gentis Perſarum filii parentibus ſociabantur connubio, & ſoror fratri jungebatur impunè. Nunc verò virginitatem appetunt. Ante hoc autem quoties in Britanniâ humanis veſcebantur carnibus, nunc jejuniis reficiunt animam ſuam. Meſſagetæ, & Iderbicos miſeros putant, qui ægrotatione moriuntur, & parentes, cognatos, propinquos, cùm ad ſenectam venerint jugulatos devorant, rectiùs eſſe dicentes, ut à, è potiùs, quàm à vermibus conſumantur. Nunc verò poſt Paſſionem Chriſti, & reſurrectionem ejus, abſtinentiâ & caſtitate devotè militant Chriſto, & propè omnes gentes paratæ ſunt pro nomine Domni fundere ſanguinem. Ante hoc impii & perſecutores erant reges: nunc verò ad cœlum præferunt pietatem, & ingredientes limen Eccleſiæ deponunt coronam, & crucem Chriſti depingunt ſuis in frontibus, foris arma, hic myſteria: foris ſcuta, hic ſacramentorum celebratio. Theodoſius pater Theodoſii religione ac pietate inſignes.* Quibus verbis docet, quomodo diverſæ nationes barbaræ benignitatem amplexatæ ſunt, quomodo impietatis & idololatriæ aſſertores facti ſint veræ religionis ſectatores, quomodo ſucceſſores tyrannorum & perſequentes Eccleſiam Dei, illamque funditùs evertere ſtudentes facti ſunt ejuſdem plantatores, ejus filiorum fundatores, & propugnatores acerrimi, ſeu quomodo eorum imperiis & ſtatibus pereuntibus Eccleſia ſemper immobilis perſeveret.

XII. Quâ ratione Deus bone Eccleſiam ita firmam, ſanctam, & ſtabilem reddidiſti? non armis, non propugnaculis militaribus, non copiis rerum temporalium, ſed perſecutionibus, ſed inopiâ. Quando enim nullum dominium temporale habebat Eccleſia, quando ubique perſecutionibus agitabatur, tunc miro modo crevit. S. Chryſoſtomus: *Horum, quæ dico Beati Martyres teſtes ſunt, qui fidem non perdiderunt, & poſt exceſſum de corpore fortiores ſunt vivis. Propterea* (inquit) *homo factus ſum, propterea carnem indui, ut orbem univerſum ſalvarem: multùm enim Deo Eccleſia chara eſt, non murîs circumdata, ſed fide circumſepta: propter Eccleſiam namque extenſum eſt cœlum, diffuſum eſt mare, extenſus eſt aer, terra fundata eſt, paradiſus plantatus eſt, mirabilia multa facta ſunt, pelagus ſcindebatur, & iterùm ſciebatur, petra findebatur, & iterùm pluebat de cœlo, & tanquam pruinoſa ponebatur menſa, propter Eccleſiam Prophetæ, propter Eccleſiam Apoſtoli. Et quid plura dicam? Vnigenitus filius Dei homo factus eſt, ſicut dicit Paulus Rom. c. 8. Qui proprio filio non pepercit, ut Eccleſia mederetur, ſanguinẽ filii effudit propter Eccleſiam. Hic ſanguis irrigat Eccleſiam.* Quaſi diceret quomodo Eccleſia non eſſet firma, inconcuſſa, ſancta, quæ tot habet ſuæ firmitatis auctores & cauſas. Meritò eodem ſermone citato provocat omnes, qui de Eccleſiæ immobilitate dubitant. *Vbi ſunt* (inquit) *nunc, qui audeant contraire, quando novella erat, & in nullo potuit ledi: & nunc quando uſque ad cœlum pervenit, exiſtimas eam poſſe ſuperari. Et nunc quidem cùm undecim eſſent Apoſtoli, nullus eos ſuperare potuit, ſed pauci homines totum ceperunt orbem; & nunc quando terra & mare, & orbis terrarum & inhabitabiles regiones, & civitates, & omnes fines terræ pietate repleti ſunt, putas eam te poſſe lædere, ſed non poteris.* Quaſi diceret fruſtra Lutherus jactavit ſe orbem univerſum ab Eccleſiâ Romanâ ſeductum. Si eum Imperatores & tyranni ſuis perſecutionibus & ſtratagematibus per tot ſæcula eam delere non potuerunt, quomodo Monachus Apoſtata biennio id præſtare poterit. Si anno 476. ex Marcell. in chron. Sigeberto in chron. ad annum 483. 492. 498. Biblioth. PP. Eccleſia devaſtari non potuit, licet eo tempore, eodem anno,

anno, Zeno Eutychetis labe infectus Orienti imperitaret, licet Wisigotthi Hispanias magnâ ex parte, & totam ferè Galliam occuparent, & reliquam Galliæ partem Ethnici Burgundi tenerent. Odoacer Arianus Italiam. Genserícus Arianus Africam possiderent. Toti Africæ Wandali Reges dominarentur. Ut testatur Victor Uticensis. Quomodo homo vino & Veneri addictus, id præsumet? *Christus enim propter eam passus est, porta inferi non prævalebunt adversus eam. Facilius cælum exterminari potest, & terra perire, quàm aliquid mali pati Ecclesia.* Expende hæc: *Facilius cælum exterminari potest &c.*

XII. *Iob c. 27 v. 18. Psal. 92. v. 2.*

Nunquid teste Jobo cap. 37. v. 18. *Cæli solidissimi quasi ære fusi sunt?* Nunquid canente Psalte Regio psalm. 92 v. 2. *Firmavit orbem terræ, qui non commovebitur?* Quomodo igitur ait: *Facilius cælum exterminari potest & terra perire, quam aliquid mali pati Ecclesia?* Nè mireris (inquit S. Doctor) non ex me hæc profero, sed ab ipsâ sapientiâ increatâ edoctus hanc de firmitate Ecclesiæ orationē institui. *Quis est* (inquit) *qui hæc dicit? ipse Christus loquitur: cælum & terra transibunt. Benè enim verbum Dei cælo validius est, quia cælum opus verbi est. Dixit quippè Deus, fiat cælum, & verbum in opus apparuit. Currebant naturæ, & nemo impediebat, quia naturæ dominus imperabat, qui & facere & immutare potest.* Introducit ipsum Christum loquentem de ista firmitate & sanctitate à minori ad majus, si cœlum est immutabile, propter quod non subii mortē ignominiosam, sanguinem meum non fudi: Cur Ecclesia propter quam hæc omnia patrata sunt non erit magis immutabilis? *Ego eam ædificavi, qui cælum statui. Sed propter cælum non fudi sanguinem, propter cælum crucifixus non sum, nec propter cælum cæleste corpus accepi. Et quid dicam cæli? Angelorum corpus non assumpsi, ut dicas, quoniam cælo & Angelis & omni creaturâ honorabilior Ecclesia est. Ideò cælum & terra transibunt, Verba autem mea non præteribunt. Adsit Gentilis, adsit Iudæus, si hæc inania sint verba, redarguant, si autem veritas est quæ dicta sunt, adorent virtutem Dei. Dixit Christus, cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt, facilius est cælum præterire, & terram devorari, quàm verba mea excidere, quæ autem sunt ejus, adducamus in medium, videamus nè fortè interciderint. Non dubitans dico, sed hæreticis occludo. Quæ ergò sunt verba, cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Qui sunt sermones, quæ verba Matthæi c. 16. v. 18. Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Quibus verbis ostendit Ecclesiam esse firmam & sanctam; quandoquidē à Deo omnipotente condita, Christi Sanguine redempta, ac tot Martyrum cruce purpurata. De quibus fusius alibi.

§. 7.

Ecclesiæ & Sedis Romanæ perpetuitati seu firmitati plurimùm conducit pius zelus.

QUIDQUID in rerum naturâ est, mutationi, & corruptioni obnoxiū est: imò & dignitatū, & honorum fastigia quæ tum armis tum divitiis, tum aliis fulcris innixa sunt, à corruptione libera esse deberent: iis tamen sunt magis obnoxia. Rectè Seneca: *Seneca.*

Nunquam placidam sceptra quietem:
Certumvè sui tenuere diem.

Huic accinit Horatius lib. 1. Od. 35. *Horat.*

Fortuna nunquam perpetuò est bona
Fortuna sano læta negotio, &
Ludum insolentem ludere pertinax
Transmutat incertos honores
Nunc mihi, nunc alii benigna.

Tibullus lib. 1. *Tibullus.*

Verjatur celeri sors levis orbe rotæ.

Menander. *Menan.*

Mortalia omnia mutationes multas habent.

Hanc rerum mortalium vicissitudinē, humanæque cōditionis inconstantiam exprimit Isaias sub nomine floris c. 40. v. 6. *Isaiæ 40 v. 6.* *Omnis caro fænum, & omnis gloria ejus quasi flos agri, exsiccatum est fænum & cecidit flos.* Idest (inquit Dionysius) *Omnis homo assimilatus est fœno propter suam instabilitatem ac fragilitatem.* Juxta illud Psalmi 101. *Percussus sum ut fœnum, & aruit cor meum.* Rursusque Psalm. 36. *Tanquam fœnum velociter arescent, & quemadmodum olera herbarū* *Ps. 101.*

citò decident, & omnis excellentia, fælicitas, atque jucunditas hominis carnalis citò evanescit ac defluit, quasi flos qui virorem sunm citò ac faciliter perdit. Me-
Augustin. liùs D. Augustinus in psalm. 102. *Quid superbit fœnum ad tempus modo florens, post paululum arescens? quid superbit fœnum ad tempus vigens, & hoc ad parvum tempus donec sol candescat? totus splendor generis humani, honores, potestates, divitiæ, typhi, minæ, tumores flos fœni est. Floret illa domus & magna domus: floret illa familia, & quàm multis, aut quàm multis annis vivunt. Flos cujuscumque domus sic est quomodò flos agri. Vix est annua omnis pulchritudo anni. Quidquid ibi viget, quidquid ibi candet, quidquid ibi pulchrum est, non perennat.* Quid inter flores magis delectat, & magis odoriferum, quàm rosa? vis scire ejus
Basilius. durationem, audi D. Basilium homil. de Paradiso. *Hic quidem transitoria ac brevis momenti vernorum florum gratia, adhuc desiderantes destituit. Nondum enim ab eorum collectione domum reversi sumus, & ecce in ipsis adhuc manibus cõstituti marcescunt.* Hanc horariam rosę
Horat. l. 2. Car. Ode 3. durationem ita deflet Horat. 2. Carm. Ode 3.

—— Nimium breves
Flores amœnæ ferre jube rosæ.

Virgil. Et Virgilius.

Mirabar celerem fugitivâ ætate rapinã:
Et dum nascuntur consenuisse rosas.
Quam longa una dies, ætas tam longa rosarum (premit.
Quas pubescentes juncta senecta

Sed audiantur peccatores, qui ipsas mundi delicias, divitias, & dignitates per rosas exprimunt teste omnium ho-
Sapient. 2. v. 3. minum sapientissimo, Sapientiæ cap. 2. v. 8. *Coronemus nos rosis.* Cur diademata, bona rosacea, &c. quærunt? cur non potius aurea, gemmata, &c? Non tantùm ut illorum brevitatẽ, sed etiam imminentem calamitatem ostendant.
Ambros. lib. 3. Hexam. cap. 11. D. Ambrosius lib. 3. Hexam. cap. 11. *Irrutiles igitur ó homo licet, aut splendore nobilitatis, aut fastigio potestatis, aut fulgore virtutis, semper tibi spina proxima est, semper inferiora tua respice, semper spinas germinas, nec prolixa gratia manet, brevi unusquisque decurso ætatis flore marcescet.* Et Plinius lib. 16. cap. 15.
Plinius l. 16. c. 15. non minus acutè. *Vt in rerum naturâ, quæ spectatissimè florent, celerrimè marcescunt, velut rosæ, lilia, viola, cum alia durent, ita in hominum vitâ quæ florentissima sunt, citissimè vertuntur in diversum.* Nec minus appositè Valerius
Valerius Max. l. 6. c. ult. Max. lib. 6. cult. de varietate casuum. *Caduca* (inquit) *nimirùm & fragilis, puerilibusque cõsentanea crepundiis sunt ista quæ vires, atque opes humanæ vocantur. Affluunt subitò, repentè dilabuntur. Nullo in loco, nullâ in personâ stabilibus nixa radicibus consistunt, nec incertissimo statu fortunæ huc atque illuc actа, quos in sublime extulerunt, improviso recursu destitutos in profundo cladium miserabiliter immergunt.* Ei subscribunt Marsilius,
Marsil. Ficin. Ficinus lib. 3. epist. *Fortuna quem ad summa rerum fastigia evexit, statim sine morâ, vel jubet eum è monte sponte descendere, vel ipsa præcipitat.*

Sed ad D. Ambrosium redeamus, II.
Ambros. & audiamus jussu Dei cum Isaiâ clamantem, & rerum humanarum flores meliori penicillo depingentem, quam ipsimet pictores lib. 3. Hexam. cap. 7. *Viret* (inquit) *& gloria hominis in carne quasi fœnum & quæ putatur esse sublimis, exigua quasi herba est, & præmatura ut flos, caduca quasi fœnum germinat, vitæ viriditatem in specie, non in fructu soliditatem, hilarioris vitæ, quasi flos prætendens, jucunditatem breviori spatio occasura sicut herba fœni, quod priusquàm evellatur arescit. Quæ enim firmitudo in carne, quæ salubritas potest esse diuturna, hodie videas adolescentem, validum, pubescentis ætatis virtute florentẽ, gratâ specie, suavi colore: crastinâ die tibi facie & ore mutatus occurrit: & qui pridie tibi lautissimus decoræ formæ visus est gratiâ, alio die miserandus apparet, ægritudinis alicujus infirmitate resolutus. Plerosque aut labor frangit, aut inopia macerat, aut cruditas vexat, aut vina corrumpunt, aut senectus debilitat, aut evirratos deliciæ reddunt, aut luxuria decolorat. nonnè verum est, quia arnit fœnum, & flos decidit? alius abavis, atavisque nobilis & majorum honestatus insulis, prosapiæ veteris clarus insignibus, amicis abundans, stipatus clientibus, & utrumque latus tectus secum producens maximam, ac reducens familiam, repentè aliquâ accidentis periculi mole turbatus destituitur ab omnibus, à sodalibus derelinquitur*

quitur, impugnatur à proximis. Ecce verum eſt, quia ſicut fœnum vita hominis, priuſquàm evellatur areſcit. pſalm. 128. Eſt etiam, qui dudum ubertate affluens copiarum, liberalitatis famâ volitans per ora ſingulorum, clarus honoribus, præminens poteſtatibus, tribunalibus celſus, ſolio ſublimis, beatus, populis æſtimatus, dum præconum clamore deducitur ſubitâ rerum converſione in eum carcerem rapitur, quo alios ipſe detruſerat, & inter reos ſuos imminentis pœnæ deflet ærumnam. Quantos pridie catervâ plaudentium, & invidioſa faventis populi frequens domum pompa deduxit, & nox una glorioſa illum ſplendorem deductionis abolevit. Hujuſmodi igitur eſt gloria hominis ſicut flos fœni.

III. Attentiùs illa roſarum marceſcentium diademata inſpiciamus, ea (inquã) ſimul florida & marcida, ſimul odorifera, & mortifera intueamur. Juvenalis
Iuvenn. ſic id uſu & experientiâ receptiſſimum decantat Satyra 10. *(pauci*

Ad generũ Cereris ſine cæde & vulnere
Decedunt Reges, & ſiccâ morte tyranni.

Lucan. Et Lucanus.

— In ſe magna ruunt.

Petrarc. Nihil verius illo Petrarchę placito dialogo 96. de regno & imperio. *Magnus eſt ad imperiũ aſcenſus, magni in imperio labores, magnus quoque cum aſcenderis ex alto caſus. Verè enim fruſtra Principes premit invidia, cum illis potius miſeratio*
Curtius. *debeatur.* Et citat illud Curtii lib. 7. *Magnæ arbores diu creſcunt, unâ horâ extir-*
Seneca. *pantur* Cui accinit Seneca in Thyeſte, Traged. 2.

Habere regnum caſus eſt.

Idem in Tragœdiâ 8. citatâ.

O regnorum magnis fallax
Fortuna bonis, in præcipiti
Dubioque nimis, excelſa loco.

Et alter Stoicus quidem, ſed tamen verus epiſt. 4. *Neminẽ eò fortuna provexit, ut non tantum illi minaretur, quantum permiſerat. Noli huic tranquillitati confidere, momento mare vertitur, eodem die ubi luſerunt navigia ſorbentur.* Bre-
Plinius. vius quidem Plinius lib. 7. c. 43. ſubtiliter tamen. *Magnum & ſublime, ſed pro oculis datum.* Quaſi diceret Reges, & Principes nobis ſpectatiſsimi ſunt, ſed unâ die, unâ horâ, apparent, & alterâ omninò evaneſcunt, modò ſurſum volvuntur, modò deorsũ revolvuntur. Quàm verum eſt Chilonis reſponſum: hic ab Æſopo interrogatus quid ageret Jupiter. *Excelſa* (inquit apud Laertium) *deprimit, depreſſa extollit.* Et illud Æſopi apud Stobæum ſerm. 103. *Stobæum* ſcilicet, *Deos alia ſtruere, alia deſtruere.* Melius dicerent, quod ſcilicet eadem & extollat, & ſtatim deprimat Deus: eadem ſtruat, & illicò deſtruat. Undè Apoſtolus monet 1. Corinth. c. 7. v. 31. *1. Cor. 7. v. 31.* *Qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur, præterit enim figura hujus mundi.* Ac ſi apertè diceret (inquit D. Anſelmus) *Nolite conſtanter mundum diligere, quando & ipſe non poteſt quem diligitis, ſtare. In caſſum cor quaſi manentes figitis, dum fugit ipſe quem amatis.* Videant illi qui non unâ horâ, uno die, ſed anno integro, imò pluribus, vel potius totâ vitâ mundum tanto amore proſequuntur, quem tamen à ſe non deflectere, ſed fugere vident: illi blandiuntur homines, mundus illis viciſſim abblanditur, ita ut illud Narciſſi canere & de hoc conqueri poſſit amator mundi apud Ovidium lib. 3. Me- *Ovidius*
tamorph. Fabul. 8.

Voce veni magnâ clamat: vocat illa vocantem (inquit
Reſpicit & rurſus nullo veniente, quid
Me fugis? & totidẽ, quot dixit verba
recepit (vocis
Perſtat & alternæ deceptus imagine
Huc coeamus ait: nulliq; libentius unquã
Reſponſura ſuo coeamus retulit Echo,
Et verbis favet ipſa ſuis, egreſſaq; ſylva
Ibat ut injiceret ſperato brachia collo.
Ille fugit, fugiens q; manus complexibus
aufert.

Non minus appoſitè Dionyſius illud *Dionyſ.* Apoſtoli citati. *Præterit enim figura hujus mundi*, ajt: *Indeſinenter* (inquit) *cadit, ſeneſcit, & variatur diſpoſitio, pulchritudo, & ſtatus terrenarũ ac temporalium rerum, quæ ſunt in tranſmutatione continuâ.* Hanc fugam & permutationẽ mundi ſatis manifeſtant hiſtoriæ ſacræ & prophanæ lib. 3. Reg. c. 16. v. 18. Rex Zambri poſt 7. dies ab occupato regno obſeſſus ab Amri ingreſſus eſt palatium, & ſuccendit ſe cum domo regia. lib. 4. Reg. c. 15. v. 14. Rex Sellum occupato Regno Iſrael tantùm per unum menſem occiſus fuit à Manahen

filio Gadi de Therſa. Cajus Cotta pridie ſui triumphi expiravit. Caninius quo die creatus eſt Conſul expiravit. Omitto plurimos Reges & Imperatores Chriſtianos qui monarchicum dominium potius aſpexiſſe, quàm comparaſſe, vel poſſediſſe cenſendi ſunt. Ita ut de illis omnibus Cicero meritò exclamet lib. 3. de Oratore. *O fallacem hominum ſpem, fragilemque fortunam, & inanes noſtras contentiones, quæ in medio ſpatio ſæpè franguntur & corruunt, & ante in ipſo curſu obruuntur quàm portum conſpicere potuerunt.* Quàm verum eſt illud ejuſdem Orat. pro Cœlio. *Amores & delicia celeriter defloreſcunt*, addam & *dignitates*. His accinit Boëtius lib. 7. Metr. 7.

Cicero.

Boëtius lib. 7 metr. 7.

Habet omnis hoc voluptas,
Stimulis agit fruentes
Apumque par volantum
Vbi grata mella fudit,
Fugit & nimis tenaci
Ferit icta corda morſu.

Quaſi diceret, rerum mundanarum fruitio grata eſt, & jucunda, florida, ſed mellea eſt, vel quia ſpiculis non carent apes, quæ illam fabricant, vel quia tandem areſcit, & fit fellea. Non poſſum illud Senecæ lib. de Providentiâ ſub finem omittere. *Iſti* (inquit) *quos pro fœlicibus aſpicitis, ſi non qua occurrunt, ſed qua latent videritis miſeri ſunt, ſordidi, turpes ad ſimilitudinem parietum, ſuum extrinſecus culti. Non eſt iſta ſolida & ſincera fœlicitas, cruſta eſt quidem tenuis. Itaque dum illis licet ſtare, & ad arbitrium oſtendi, nitent & imponunt, cùm aliquid incidit quod diſturbet ac detegat, apparet quantum altæ ac veræ fœditatis ſplendor abſconderit.* Produci poſſent huc, ſicut & ſupra, innumeri Principum exercitus, imò & urbes, quas Seneca refert, quæ cùm florere & aliis præeſſe viderentur, ſtatim in favillam & cinerem redactæ ſunt. *Paucis* (inquit Seneca epiſt. 75.) *deponere fœlicitatem molliter licuit, cæteri cum his inter quæ eminuere labuntur, & illos degravant ipſa quæ extulerant.* Et paucis interjectis addit. *Hoc multarum tibi urbium oſtendet eventus, quarum in ipſo initio luxurioſa imperia ceciderunt.* Sed quid ſublimius, quid venuſtius, quid floridius, & fragrantius iis qui ſummum Pontificatum gerunt? & tamen quid fugacius? quid iis (qui iſto potentatu perpetuo fruuntur) brevius? & tamen quid illâ ſede & ejus Imperio ſeu Eccleſiâ firmius? quid cõſtantius? quid incorruptibilius, & diuturnius?

Seneca.

VI. Hanc diuturnitatem & incorruptibilitatẽ Eccleſiæ cum fœcunditate conjunctam deſcribere videtur Iſaias c. 54 v. 4. ubi inter cætera ſic illam alloquitur. *Noli timere quia non confunderis, neque erubeſces.* v. 10. *Montes commovebuntur & colles contremiſcent, miſericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non movebitur.* Quaſi diceret, alia regna, ſtatus, & imperia, eſtò corruptioni ſubjaceant, Eccleſia ſemper ſtabit. Potius montes è loco ſuo tranferentur, potius colles contremiſcent, quàm ego non miſerear tui, quàm nõ te protegam. Tui enim ſemper miſerebor, fœdusque & pacem quod tecum pepigi fixum & irrevocabile manet. Id probat v. 11. *Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſaphiris: & ponam aſpidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides ſculptos.* Ideſt ita fundabo, & ſtabiliam te, ut tempeſtate concuti & convelli nequeat, tam fortibus arcibus, propugnaculis, & portis muniam, ut perpetua & inexpugnabilis appareas. Non ab aſtrorum influxu & fato Eccleſiæ firmitas & diuturnitas continget, ſedà me, ex ordinatione meâ. Illam enim ædificaturus aſſumam jaſpidem ad facienda propugnacula, ad illius fabricam ſternam lapides per ordinem, fundamenta illius erunt ſapphiri. In portis apparebunt lapides ſculpti, politi, & nihil deſiderari poteſt, vel excogitari, ad perpetuitatem & inexpugnabilitatem alicujus domus, quod in illâ non reperiatur. *Sancta Eccleſia* (inquit D. Gegorius lib. 9. moralium cap 6.) *perſecutiones iniquorum ſine ceſſatione tolerat, ſed tamen uſque ad mundi terminum ſine defectu perdurat, ſæpè namque eam reprobi uſque ad internecionem perſecuti ſunt, quaſi hanc ſe funditus extinxiſſe crediderunt, ſed eo multiplicius ad ſtatum ſui profectus rediit, quo inter manus perſequentium moriendo laboravit.* Quaſi diceret, quemadmodum

Iſaiæ cap. 54 v. 4.

Gregor.

admodum ædificium nunquam melius exurgit, & diutius perseverat, quã cùm lapides benè scinduntur, poliuntur, &c. Ita Ecclesiæ durabilitas & firmitas constat ex lapidibus per persecutiones benè quadratis. Undè Ecclesia ipsa canit:

Tunsionibus, pressuris
Expoliti lapides,
Suis coaptantur locis,
Per manus artificis:
Disponuntur permansuri
Sacris ædificiis.

Id videtur prædictum à Jacob: cùm enim Judæ benedictionem daret Genes. cap. 49. v. 10. *Non auferetur* (inquit) *sceptrum de Judâ, & dux de fœmore ejus donec veniat qui mittendus est.* Genesis cap. 49. v. 10.

Perer. Hæc verba sic explicat optimè Pererius in Genesim. *Non deficiet* (inquit) *Regnum Christi, quod est Ecclesia, nec Regni ejus Princeps, qui est Pontifex summus, ejus vicarius: qui dicitur de fœmore ejus, vel quia sicut filius succedit in dignitatem & auctoritatem patris, ita summus Pontifex subit vicem Christi quantùm ad dignitatem & authoritatem patris, vel quia scriptum est in Apocalypsi Christum visum esse Ioanni habere in vestimento, & in fœmore suo scriptum: Rex Regum, & Dominus dominantium. Indè summus Pontifex tantam habet dignitatis vim & excellentiam.* Quamdiu ejusmodi status Ecclesiæ & dignitas pontificia duratura sit textus ostendit his verbis. *Donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.* Licet omnes Doctores id intelligant de Christo; qui est promissus, & ab humano genere expectatus: tamen ferè omnes existimant intelligendam esse de primo adventu; Pererius præfatam explicationem prosequens interpretatur de secundo adventu his verbis. *Vsque ad diem judicii stabit Ecclesia militans, & in eâ summus Pontifex; ideò Dominus dixit Matth. ultimo. Ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi. Et Petro dixit Matth. cap. 16. Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam &c. Tota expectatio militantis Ecclesiæ est secundus adventus Christi, sicut Paulus ad Titum cap. 2. Expectantes beatam spem, & adventum gloriæ magni Dei.* De hâc Romanâ Ecclesiâ & sede decantandum credo, illud, quod olim Erinna Lesbia dixit in laudem Romæ.

Martis ô proles mihi Roma salve,
Auream bellis decorans coronam
Quæ vel in terris stabiles Olympi
Incolis arces.
Hoc dedit soli tibi parca munus
Sceptra quod gestas labefacta nunquam,
Imperatricis tua quâ potestas
Cuncta gubernet.
Ipsa quæ gaudet dare cuncta pessum
Resq; transformans hominum vetustas
Implet æternum tua sola ventis
Regna secundis.

Sed audiamus Vatem Regium qui illam firmitatem & perennitatem Ecclesiæ inter tot persecutionum fluctus rectè decantat psalm. 45. v. 4. & seq. *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei, sanctificavit tabernaculum suum altissimus, Deus in medio ejus non commovebitur, adjuvabit eam Deus manè diluculo. Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna, dedit vocem suam, & mota est terra. Dominus virtutum nobiscum susceptor Deus Iacob.* Psal. 45. v. 4.

Quæ verba sic elucidat Titelmannus. *Impetum magnum fecerunt, & conturbatione vehementi conturbatæ sunt contra populum Domini multitudines terrenorum hominum, & ad populi Dei oppressionem undèquaque confluxerunt in modum aquarum multarum, & uno impetu unanimes irruerunt in populum Domini, sicq; eum possent absorbere penitus: tantus quoque fuit hic impetus, & tanta turbatio, ut etiam eminentes quique, sive sæculi potentiâ, sive mundanâ sapientiâ conturbarentur à fortitudine multitudinis illius, & impetu ac violentiâ persecutionis ejus gravissimæ. Civitas autem Dei ex tanto aquarum impetu adeò nihil accepit nocumenti, adeò opprimi non potuit, ut etiam magis inde profecerit. Nam impetus ille fluminis & maris, ideſt persecutionis gravissimæ in modum maris aut fluminis per circuitum ipsam aggredientis & concutientis etiam lætificat civitatem Dei, quæ quò magis exteriùs affligitur, & coangustatur, eò magis intra se reficitur in spirituali cõsolatione & dilatatur intra semetipsam. Novit enim in tribulationibus gaudere & gloriari, sciens quoniam tribulatio patientiã operatur, & spem inconfusibilem, & quoniam sicut abundant passio-* Titelm.

nes in eo, ſic & per eum pro quo tribulatur ideſt civitatis ipſius dominũ abundat conſolatio. Nam quò magis exteriùs quatiunt civitatem fluctus maris, & alienorum fluminum, eò qui intra civitatem ſunt fontes copioſiùs aquarum viventium dulciſſimos rivulos effundunt. Ipſe enim altiſſimus & potentiſſimus Rex Regum & Dominus dominantium ſuam Eccleſiam, quam in ciuitatis modũ ædificavit, atque circummunivit, etiam ſanctificavit in firmitate fidei, & ſtabilivit eam in habitationem ſibi, quaſi tabernaculum, & caſtrum ſuum: ita ut ipſo protegente nunquam valeat hoſtili impetu, vel quomodocumque expugnari. Deus fortiſſimus eſt in medio civitatis, & tabernaculi hujus, tanquam Dominus proviſor, cuſtos & protector eam inhabitans, & idcircò talem habens protectorem in medio ſui, ipſa non poterit conturbari: quoniam tali protectore ſe novit benè ſecuram; & ſi quando videatur grave aliquod periculum ei imminere per noctem, in tempore adverſitatis & deſolationis apparebit tamen opportunè, aderitque tempeſtivè Dominus, cuſtos ejus primo mane, antequàm quidquam valeant hoſtes oppugnando efficere: & ab omni periculo eam ſuo opportuno adjutorio ſalvabit. Vidimus conturbari, & irâ inſanâ nonnunquàm commoveri contra civitatem Dei populos multos: vidimus etiam regna ampliſſima, & reges fortiſſimos inclinatos & commotos cum ſuis populis, ad oppugnationem civitatis Dei, etiam terra univerſa velut conjuratione facta, & conſpiratione cõclamavit contra civitatem Dei. Et uno impetu commoti ſunt ad oppugnationem ejus. Quid verò valebunt, etiam ſi in unum fuerit agglomerata univerſa terra, & omnis infidelium natio? ecce enim Deus noſter, qui eſt cæleſtium exercituum Dominus nobiſcum eſt ac noſtras partes tueri nobis pollicitus eſt, & noſtram nobis civitatem cuſtodire ſecuram. Deus verus fidelium ipſe eſt defenſor atque protector noſter, qui nos ſuſcepit in defenſionem ſuam, cujus unius virtutem omnibus alienis incurſibus opponimus, ſuper quem civitas noſtra fundata eſt, & ita firmata, ut portæ inferi adverſus eam non poſſint prævalere. Aliqua Regna, aliqui ſtatus fortiſſimis Regibus, numeroſiſſimis exercitibus reſtiterunt, imò in remotiſſimas provincias ſuum dominium extenderunt, ſed tandem perierunt; Eccleſia verò uſque ad finem mundi etiam contra quoſcumque hoſtes inconcuſſa manebit, & per hanc inexpugnabilitatem oſtendit ſe ſanctam eſſe.

V.

Optimè idem Vates Regius pſalm. 47. v. 7. *Sicut audivimus ſic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei noſtri, Deus fundavit in æternum.* Quæ verba idem Titelmannus ſic elucidat; *Ecce Domine jam vidimus impleta omnia, quæcumque prædicta audivimus in lege, & prophetis de tempore adventus tui, & ædificationis novæ Eccleſiæ tuæ: & ſicut audivimus ea ventura, ita in temporis hîc plenitudine, datum eſt nobis ea impleta conſpicere in Eccleſiâ ſanctâ, quæ eſt civitas illa, quam jam diximus magni Regis cæleſtium exercituum, & civitas Domini Dei Saluatoris noſtri, quam ædificavit velut à fundamentis, quamq; ſtabilivit, & in ſoliditate ſuâ conſtituit ſuper firmiſſimam petram, ipſe Deus & non homo, ita ut in ſempitermũ non poſſit cadere neque deficere, adverſus quam nec portæ inferi poſſent prævalere.* Pſal. 47. v. 7.

Eandẽ Eccleſiæ perpetuam firmitatem ſupra omnes quæ immortalitatem aliquam ſibi polliceri videbantur oſtendit idem Propheta pſalm. 67. v. 17. *Mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo, & enim Dominus habitabit in finem.* Quaſi diceret (inquit Jacobus à Valentiâ) *O Judæi cæci & obſtinati quare ſuſpicamini & exiſtimatis montes terræ Chanaan & Palæſtinæ ſcilicet montem Oliveti, & Carmeli, & Hermon, & alios montes illius terræ eſſe montes coagulatos & pingues, de quibus locuti ſunt Prophetæ, & in quibus Deus habitat? vana, & falſa eſt ſuſpicatio veſtra, & exiſtimatio: quia montes pingues & coagulati, quos Deus fidelibus ſuis promiſit, non ſunt corporales nec temporales, ſed ſpirituales & æterni, & ideò veri montes & pingues ſunt iſta Eccleſia in quâ Deus habitat per gratiam.* Pſal. 67. v. 17.

Pondera *habitat.* Quod iterũ Pſaltes confirmat pſal. 103. v. 6. *Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam non inclinabitur in ſæculum ſæculi.* Dionyſius ſic ſpiritualiter explicat. *Fundavit Deus terram ideſt Eccleſiam militantem, ſuper ſtabilitatem ſuam, hoc eſt ſuper Chriſtum, tanquam ſuper immobile fundamentum, in quod omnes tendere & quieſcere debent: Eccleſia nunquam à fide in toto abibit.* Pſ. 103. v. 6. Dionyſ.

Id etiam

Tertull. etiam innuere videtur Tertullianus lib. ad Scapulam cap. 2. ubi de Romano Imperio *Christianus* (inquit) *nullus est hostis, nedum Imperatoris, quem sciens à Deo suo constitui, necesse est ut & ipsum diligat, & revereatur, & honoret, & salvum velit cum toto Imperio quousque sæculum stabit, tamdiu stabit.* Quæ stabilitas à fortiori intelligenda est de Ecclesiasticâ Monarchiâ per summũ Pontificem Romanũm administratâ. Sed cur Deus istam perennitatem Ecclesiæ cõmunicavit? ratio à priori, est voluntas & amor Dei in illam, seu quia innititur *Michael Bonon.* Christo. *Qui* (inquit noster Michael Bonon.) *sic stabilis est, quòd nunquam peccare potuit vel errare.* Tamen ratio à posteriori petenda est à Zelo Pontificum Romanorum, virorum Apostolicorum, Martyrum, & Doctorum. *Ecclesia* (inquit Michael Bonon.) *per Christum fundata per Martyres fuit roborata, & per sanctos Doctores illuminata; ut sic fulta à veritate inclinari non possit.* *Gregor. lib. 9. mor. c. 6* Probat autem ex D. Gregorio lib. 9. moral. cap. 6. ubi explicans illa verba Job cap. 9. *Qui fecit Arcturum, & Orionas, & Hyadas &c. quidnamque Arcturi nomine, qui in cæli axe constitutus septem stellarum radiis fulget, nisi Ecclesia universalis exprimitur, quæ Ioannis Apoc. cap. 1. per septem Ecclesias, septem candelabra figuratur. Quæ dum dona in se septiformis gratiæ spiritus continet, claritate summæ virtutis irradians, quasi ab axe veritatis lucet.* De ejus firmitate & perpetuitate inter turbines & fluctus persecutionum sic loquitur: *Pensandum quoque est, quòd Arcturus semper versatur, & nunquam mergitur, quia sancta Ecclesia persecutiones iniquorum sine cessatione tolerat, sed tamen usque ad mundi terminum sine defectu perdurat: sæpè namque reprobi eam usque ad internecionem persecuti sunt, quasi hanc se funditùs extinxisse crediderunt, sed eò multipliciùs ad statum suæ rectitudinis rediit, quò inter manus persecutorum moriendo laboravit. Arcturus ergò dum versatur erigitur, quia tunc Ecclesia valentiùs in veritate reficitur cùm ardentiùs pro veritate fatigatur.* Jam verò quantùm zelus & amor ardentissimus honoris Dei & salutis alienæ ad ejusmodi Ecclesiæ firmitatem, & perennitatem cõferat, demonstrat. *Aptè quoque post Arcturum Orionem subdit. Orionem quippè in ipso pondere temporis hyemalis oriuntur, suo quoque ortu tempestates excitant maria, terrasque perturbant. Quid ergò per Orionem nisi Martyres designantur? qui dum sanctam Ecclesiam ad statum Prædicationis erigunt, pondus persequentium, molestiasque passuri, ad cæli faciem quasi hyeme venerunt.* Per Prædicationem, non talem qualem intelligit, sed cum zelo factam, & amore ardentissimo Dei, & salutis alienæ: quod probant verba sequentia. *His etenim mare, terraque turbata est: quia dum Gentilitas mores suos destrui apparente illorum fortitudine doluit, in eorum necem non solùm iracundos ac turbidos, sed etiam placidos erexit.* Per fortitudinẽ intelligendus est zelus, quo nihil fortius potest excogitari. Juxta illud sæpius decantatum Cant. c. 8. v. 6. *Fortis ut mors dilectio dura sicut infernus æmulatio.* D. Gregorius subdit. *Ex orionibus itaque hyems inhorruit, quia clarescente Sanctorum constantia, frigida mens infidelium ad tempestatem persecutionis excitavit.* Et infra ostendit per hyades zelosos Doctores intelligi. *Nec immeritò* (inquit) *Doctores sancti hyadum nuncupatione signantur. Græco quippè eloquio hyetos pluvia vocatur, & hyades nomen à pluviis acceperunt. Benè hyadum appellatione expressi sunt, qui ad statum universalis Ecclesiæ, quasi in cæli faciem deducti super arentem terram humani pectoris sanctæ Prædicationis imbres fuderunt. Dum ergò hyades cum pluviis veniunt, ad cæli spatia altiora sol ducitur: quia apparente Doctorum scientiâ, dum mens nostra imbre Prædicationis infunditur, fidei calor augetur, & perfusa terra ad fructum proficit, cùm lumen ætheris ignescit, quia uberius frugem boni operis reddimus, dum per sacra eruditionis flammam in corde clarius ardemus.* Eruditionis flamma nihil aliud est, quàm Verbum Divinum cum zelo prædicatum. *Cant. 8. v. 6.* *Gregor.*

VI. Quod verò Ecclesia non deficiet, sed potiùs incrementum ac munimentum fortissimum accipiet usque in finem mundi, Verbo divino clariùs apparente, & ferventiùs prædicato, innuit his verbis. *Dumque per eos diebus singulis magis, magisque scientia cælestis*

ostenditur

oſtenditur quaſi interni nobis luminis uernũ tempus aperitur, ut novus ſol noſtris mentibus rutilet, & eorum verbis nobis cognitus ſe ipſo quotidie clarior micet. Urgente etenim mundi fine, ſcientia proficit, & largiùs cum tempore excreſcit. Hinc namq; per Danielem
Daniel. cap. 12. dicitur cap. 12. Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia. Hinc Joanni Apoc. cap. 10. Angelus dicit ſigna, quæ locuta, ſunt ſeptem tonitrua: cui tamen in ejuſdem revelationis termino præcepit dicens, ne ſignaveris verba prophetiæ libri hujus; pars quippè revelationis anteriori ſignari præcipitur terminus prohibetur, quia quidquid in ſanctæ Eccleſiæ initiis latuit quotidie oſtendit. Quæ verba declarant quotidie potius fidem intendi, quàm remitti: Eccleſiamque potiùs augeri, quàm decreſcere. Cæterùm quòd hæc intenſio & accretio ab ipſo zelo virorum Apoſtolicorum proveniat indubium
Cantic. 2. v. 7. eſt. Id innuere videtur Textus ſacer Cantic. cap. 2. v. 7. Adjuro vos (inquit ſponſus) filiæ Jeruſalem per capreas cervosq; camporum, ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis dilectam &c. Dilecta illa Eccleſia eſt, ſomnus mortis imago eſt. v. 10. ipſemet ſponſus illam expergefacit. Surge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni. Cur ſtatim illam excitat, ſi illam diligit? cur cum illâ ita importunè agit? quia Dei ſponſa vivere nequit niſi ambulet, niſi agat, & operetur, niſi animarum ſaluti incumbat: ſolus zelus eam incolumem ſervare poteſt, ſolus zelus illam per-
Bernar. Ser. 57. in Cant. ennare poteſt. Melliflue D. Bernardus ſermone 57. Audit (inquit) ſponſa ut ſurgat & properet, haud dubium, quin ad animarum lucra. Non ſurgeret, non properaret, non vigilaret, ſed dormiret & moreretur, niſi zelus animarum excitaret à ſomno, à morte præſervaret. Zelo ſancto vivit, & ſubſiſtit Eccleſia, nec illo ſtante deficere poteſt. Quare unusquiſque noſtrûm ejuſmodi incor-
Beda in c. 2. Ioan. ruptibilitati & perpetuitati Eccleſiæ cooperari ſtudeat. Zelemus (inquit Beda in cap. 2. Joannis & nos fratres domum Dei, ſi viderimus fratrem qui ad domum Dei pertinet, ſuperbia tumidum, detractionibus aſſuetum, ſi ebrietati ſervientem, ſi luxuriâ enervatum, ſi iracundiâ turbidum, ſi alicui cuiquam vitio ſubſtractum, ſtudeamus in quantum facultas ſuppetit caſtigare, polluta ac perverſa corrigere. Surge, propera. Noli deflectere, noli dormire. Quia qui omnia (inquit D. Auguſtinus in Joannem ad illa verba) zelus domus tuæ comedit me, quæ ſortè ibi videt perverſa, ſi agit emendare, nõ quieſcit. Quaſi diceret Eccleſiæ firmitati & perennitati ſtudens ad inſtar mortui eſſe non debet, ſed ſemper laborare & operari debet, ſemper ſaluti alienæ vacare. Quis hunc zelum exercere debet? omnes qui propriæ ſaluti incumbunt, ſtudeant etiam alienæ. Nemo dicat (inquit D. Gregorius hom. 16. in Evangelia) admonere nõ ſufficio, adhortari idoneus non ſum. Quantũ potes exhibe, nè malè ſervatum talentum quod acceperas in tormentis pendere exigaris. In quantum vos profeciſſe penſatis, etiam vobiſcum alios trahite: in viâ Domini ſocios habere deſiderate, ſi ad Deum tenditis, curate ne ad eum ſoli veniatis: hinc in Apoc. cap. 22. ſcriptum eſt. Qui audit, dicat veni. Ut qui jam in corde vocem ſuperni amoris acceperit: foras etiam proximis vocem exhortationis reddat, & forſàſſe panem, ut porrigenti porrigat, non habet: ſed majus eſt quod tribuere valeat, qui linguam habet: plus enim eſt verbi pabulo victuram in perpetuum mentem reficere, quã ventrẽ morituræ carnis terreno pane ſatiare. Pondera illa verba, plus eſt verbi pabulo, &c. Eâdem ratione utitur D. Laurentius Juſtinianus tractat. de inſtitutione & regimine Prælatorum cap. 4. Si quis eſurientem paverit, ſitienti potum dederit, veſtierit nudum, egenos & vagos humanitatis causâ introduxerit in domum ſuam, ægrotantem viſitaverit, in carceribus conſtitutos aluerit, & defunctorum corpora tradiderit ſepulturæ, quæ omnia exhibentur corporibus mortuis, ſi talis (inquam) domino famulari dicitur, & in cæleſti patriâ fœnore perpetuæ immortalitatis ditatur: quantam qualemq; fælicitatis gloriam in regeneratione promiſſam adepturus ſit, qui doctrinæ pabulo, & ſanctarum eruditione ſcripturarum famelicam cibaverit animam, fluctuantem ſano conſilio roboraverit, errantem ad veritatis viam revocaverit, conſolatus fuerit mœſtam, tentationibus ac calamitatibus oppreſſam ſublevaverit, in deſperationis profundo jacentem erexerit, delictorum mole obrutam ac mortuam ad vitam lacrymarum, orationumq; ſuffragio ſuſcitaverit; cogitare quis poteſt? tantorum ſiquidem meritorum

Gregor. hom. 16. in evan.

Laurent. Iuſtin.

Auguſt.

hujuſmodi

hujusmodi efficietur particeps, quantarum laudabilium actionũ ipse extiterit causa.

VII. E contra graviter offendunt, maximamque pœnam merentur præcipuè Prælati qui Ecclesiam tantisper vacillare suâ incuriâ & negligentiâ permittunt: hujus rei fidem facit id quod refertur lib. 2. Regum cap. 6. v. 3. & 6. ubi habetur quod Oza subitâ morte correptus fuerit, quia *extendit manum ad arcam Dei & tenuit eam, quoniam calcitrabant boves, & declinaverunt eam.* Cur ita plectitur Oza? potius laudandus & compensandus videbatur? in tali casu pium erat sustenstare eam, imò & licitum etiam cuicumque plebeio, cùm in tantá necessitate liceat unicuique res sacras attingere? Quid sanctius & augustius Eucharistiâ, licet tamen eam de pixide lapsam colligere nè in terram decidat? respondet Theodoretus in lib. 2. Reg. quæst. 20. *Cùm* (inquit) *Deus jussisset, ut Sacerdotes arcam suis humeris ferrent, præter legem, eam tulit in plaustro.* Quid est Ecclesia? est arca testamenti, quam zelo suo portare & propagare debent Prælati, & Doctores; si eorum negligentiâ vel incuriâ, fides & Ecclesia vacillare & titubare incipiat, graviter à Deo plectuntur: titubat autem & deficit in pluribus locis Ecclesia, quando cura animarum, & arca trahenda & dirigenda committitur bobus, seu vaccis, idest hominibus carnalibus, seipsos potius quærentibus, quàm Deum: parentes potius promovere studentibus, quàm Dei honorem, & animarum salutem. *Quippè* (inquit S. Laurentius Justinianus in tractat. de institut. & regimine Prælatorum c. 4.) *Ab ipso summa bona instituta, & præordinata ad laudem utique suam, ad mutuã exercendam dilectionem, ad profectum virtutum, ad meritorum additamentum, ad decorem fidei, ad perfectionem corporis sui, & ad singulorum membrorum unitatem servandam: quam profectò curam, quicumque prout decet administrare neglexerit, malus est, & penè innumerabilium criminum esse censendus est reus: quoniam pretiosum Domini thesaurum nedum multiplicare despexit, verum illũ dissipavit, atque furibus homicidis, & ipsius Domini inimicis, quantum in ipso fuit diripiendum exposuit. Accepit* (inquam) *vineam, ut vepres ex eâdem evelleret infructuosas, arbores eradicaret, illam coleret, sepibus propter spiritualium incursus ferarum circumdaret, in illâ plantaret vineas, fructuosas insereret arbores, & semen verbi Dei spargeret: ut produceret spirituale germen delectabile Domino: sed pròh dolor! ex ipsius incuriâ delictorum sentes profert, inculta manens & latronibus diripientibus patet. Undè de ipsa meritò Dominus per Prophetam dicit, expectavi ut faceret uvas, fecit autem labruscas. An non malus & nequam, qui pastorale officium indignus præsumpsit accipere, illudque negligenter exercuit, non Dei gloriam, nec animarum profectum, neque vel saltem propriam salutem quærens, sed tantùm privata commoda, & de prælatione honorem temporalem.* Ut ostendat se non ex propriâ scientiâ loqui, subdit. *Debuerat profectò formidolosam illam comminationem adversus pastores animarum prolatam corde retinere quâ dicitur Ezechielis cap. 34. v. 3. Væ pastoribus Israel, qui pascunt semetipsos, lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis, quod fractum fuit non alligastis, & quod perierat non quæsistis; sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentiâ; & dispersæ sunt oves eò quòd non esset pastor.* Quibus verbis subjicit sanctus Justinianus. *Nihil itaque periculosiùs quàm regiminis animarum onus suscipere, & terrena lucra ex eodem solummodo quaritare. Perdit* (qui talis est) *animam suam, & suorum* (quantum in eo est) *animas subjectorum negligentiâ utique suâ, exemplo suo ac abusione temporalium. Planè oportebit illum supra gregem sibi commissum sollicitè excubare, & non minùs salutem eorum quorum exercet curam, quam propriam anhelare.* Hæc verba sollicitè excubare, anhelare, zelum significant; cùm Dei honorem & proximi salutem studiosissimè quærendum docent.

1. Reg. c. 6. v. 3. & 6.

Theodor.

Lauren. Justin.

Ezech. 34. v. 3.

VIII. Talis erat zelus in D. Augustino, tali amore proximum complectebatur, ut se matri esse similem fateretur. *Me* (inquit hom. 26. inter 50.) *putate esse matrem animarum vestrarum, &*

ita vos velle componere, ut in vobis nec macula nec ruga posſit ante tribunal æterni judicis apparere. Animabus veſtris nõ ſolùm ornamenta, ſed etiam medicamenta deſiderans providere, ſtudeo diſſuta conſuere, conſciſſa ſarcire, vulnerata curare, abluere ſordida, reparare perdita, & ea quæ ſunt integra ſpiritualibus margaritis ornare. Vates regius Pſalm 92. poſtquàm oſtendit Eccleſiæ firmitatem ac perpetuitatem à Deo provenire, tamen inter preſſuras perſequentiũ concludit à viris Apoſtolicis tum doctrinâ, tum cõſtantiâ, tum ſanctitate & zelo prædi-
Pſal. 92. v. 1. tis eam dependere. *Dominus regnavit decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem & præcinxit ſe.* Quis eſt iſte Dominus? quandonam regnavit? quo decore induit ſe? quo robore ſe præ-
Titelm. cinxit? Titelmannus. *Chriſtus Dominus* (inquit) *morte victâ, cui de ſuâ voluntate ſubjecerat, jam regnum habet, & imperium tenet in dextra Patris. Omnia habens ſubjecta ſub pedibus ſuis, omni acceptâ poteſtate in cœlo & in terrâ, depoſitoq; habitu ſervi, in quo ab hominibus vijus, & cum hominibus converſatus fuerat. Iam gloriâ & honore circumamictus eſt, ſaccoque humanæ mortalitatis conſciſſo ſtolâ glorioſæ reſurrectionis, & perpetuæ immortalitatis eſt veſtitus. Abiit jam ab eo procul omnis infirmitas, induitque pro infirmitate fortitudinem, & quemadmodum vir pugnator ſeſe accingit, ut adverſus hoſtem dimicet.* Sic Chriſtus movit bellum contra dæmonem & ab ejus tyrannide populum liberavit. Quomodò? Titelmannus. *Per virtutem Evangelicæ prædicationis.* Fortitudo illa, gladius ille, quo adverſus hoſtẽ præcinxit ſe, nihil aliud eſt quàm zelus Dei quo animas è diabolicâ tyrannide liberari contendit. Videamus jam quomodò Eccleſiam fundaverit, & quam firmis fundamentis illam ſtabilierit per illum zelum. v. 2. *Etenim firmavit orbem terræ, qui non commovebitur.* Titelmannus. *Ipſe enim eſt qui orbem terræ ſtabilivit, atque firmavit: qui Eccleſiam ſuam ſanctam in firmitate fidei, ſuper petram firmiſſimam fundavit, ut non poſſit commoveri in ſæculum ſæculi, adverſus quam nec portæ inferi poſſunt prævalere, ipſe poſt reſurrectionem & glorioſam aſcenſionem miſſis in omnem terram Apoſtolis ædificavit, fundavitque in fidei firmitate Eccleſiam ſanctam velut novum orbem terrarum, quæ uſque in conſummationem ſæculi nunquam deficiet, quemadmodum in initio creationis rerum materialem orbem terrarum fecit, qui perſtabit in ſæcula.* Expende illa verba. *Miſſis in omnem terram Apoſtolis ædificavit, fundavitque in fidei firmitate.* Quaſi diceret ſcire vis undè Eccleſia ſit tam firma in fide? à zelo, prædicatione Apoſtolicâ. Addit Rodolphus, *Ad hoc enim decorem* Rodulph. *& fortitudinem induit, ut terram ideſt Eccleſiam fundaret* Quod autem eádem fortitudine zeli & gladio verbi Dei penetrabilioris omni gladio ancipiti viri Apoſtolici muniti fuerint tum ad propugnandam, tum ad propagandam Eccleſiam v. 4. *Elevaverunt flumina Domine, elevaverunt flumina vocem ſuam*, ideſt (inquit idem Rodolphus) *diſcipuli & prædicatores impleti ſpiritu ſancto, fluentis prædicationum arida corda gentium irrigantes fortiter & altè locuti ſunt Chriſtum, fidem ejus ferventer prædicando.* Vel *flumina* (inquit Titelmannus) *flumina in altum levaverunt vocem ſuam, exaltaverunt quaſi tuba vocem prædicationis ſuæ, ita ut in omnem terram exiret ſonus prædicationis eorum, & in fines orbis terræ perveniret ſonus eorum.* Ecce propagatio evangelii, dilatatio Eccleſiæ, zelo planè cœleſti facta; quomodò verò zelus ille fuerit fortis ut mors, ejuſmodi æmulatio dura ſicut infernus, ſequitur v. 5. *Elevaverunt flumina fluctus ſuos à vocibus aquarum multarum,* quaſi diceret ſecundùm Titelmannum. *Elevaverunt hæc tua flumina altè reſonantes doctrinas ſuas quaſi gurgites quoſdam, & fluctus inundantes, quibus totum orbem implerent, & velut concuterent orbem ad converſionem fidei: ita elevaverunt vocem, & fluctus ſuos præ vocibus aquarum multarum, ſupra & contra voces multorum populorum contra clamantium, & repugnantium priorum illorum fluminum, ita ut non potuerit reſiſtere contradictio multorũ infidelium: tale enim os & talis ſapientia data illis fuit: tam efficax fuit vox ſonitus eorum: ut non potuerint reſiſtere, neque contradicere: multò verò minus prævalere omnes eorum adverſarii.* Poſtea oſtendit quot

adverſarii

ſalutem & gaudium, ſalutem & pacem, ſalutem & vitam, ſalutem & ſanctificationem, ſalutem & Spiritum Sanctum, ſalutem & Chriſtum, ſalutem & Deum, ſalutem & Patrem, ſalutem & Filium, ſalutem & Spiritum Sanctum, ſalutem & Trinitatem, ſalutem & Unitatem, ſalutem & Deitatem, ſalutem & Majeſtatem, ſalutem & Gloriam, ſalutem & Regnum, ſalutem & Imperium, ſalutem & Poteſtatem, ſalutem & Dominationem, ſalutem & Virtutem, ſalutem & Sapientiam, ſalutem & Scientiam, ſalutem & Intellectum, ſalutem & Conſilium, ſalutem & Fortitudinem, ſalutem & Pietatem, ſalutem & Timorem Dei, ſalutem & Miſericordiam, ſalutem & Juſtitiam, ſalutem & Veritatem, ſalutem & Charitatem, ſalutem & Patientiam, ſalutem & Mitigationem, ſalutem & Temperantiam, ſalutem & Caſtitatem, ſalutem & Continentiam, ſalutem & Abſtinentiam, ſalutem & Jejunium, ſalutem & Orationem, ſalutem & Lectionem, ſalutem & Meditationem, ſalutem & Contemplationem, ſalutem & Actionem, ſalutem & Vitam Activam, ſalutem & Vitam Contemplativam, ſalutem & Vitam Mixtam, ſalutem & Vitam Æternam, ſalutem & Vitam Beatam, ſalutem & Vitam Gloriſicatam, ſalutem & Vitam Immortalem, ſalutem & Vitam Incorruptibilem, ſalutem & Vitam Impaſſibilem, ſalutem & Vitam Immutabilem, ſalutem & Vitam Inviolabilem, ſalutem & Vitam Indeficientem, ſalutem & Vitam Perpetuam, ſalutem & Vitam Sempiternam, ſalutem & Vitam Infinitam, ſalutem & Vitam Interminabilem, ſalutem & Vitam Incircumſcriptibilem, ſalutem & Vitam Incomprehenſibilem, ſalutem & Vitam Inacceſſibilem, ſalutem & Vitam Inviſibilem, ſalutem & Vitam Impalpabilem, ſalutem & Vitam Inſenſibilem, ſalutem & Vitam Inſuperabilem, ſalutem & Vitam Invincibilem, ſalutem & Vitam Indomabilem, ſalutem & Vitam Indomitabilem, ſalutem & Vitam Indomitam

Zum andern ist es nicht recht, daß sie mehr
thun, denn die andern Gebote, darinnen
sie nicht mehr gebieten, denn daß man
Gott fürchten, ihn lieben, ihm vertrauen,
ihn anrufen, ihn ehren, ihm dienen, ihn
loben, ihm danken, ihn preisen, seinen
Namen heiligen, ihn bekennen, ihn leiden,
ihn hören, ihn lernen, ihn lesen, ihn
handeln, ihn betrachten, sein Wort
lieben, ihn suchen, ihn erkennen, ihn
glauben, ihn hoffen, ihn lieben, ihn
loben, ihn

Aurelius Episcopus Ecclesiæ Mi-
levitanæ, & cæteri Collegæ nostri
Concilium Numidiæ Provinciæ
celebrantes, Dilectissimo Fratri
Augustino Episcopo, & cæteris
Fratribus nobiscum Concilium
Africanum celebrantibus, Salutem.

Cum Dilectionem vestram, Frater
Augustine, & cæteros Fratres, qui
nobiscum sunt, cognoscamus, Ec-
clesiæ Catholicæ, quæ per totum
mundum fructificat, & crescit, sicut
& vos ipsos videtis, & gaudetis, ad
vos scribere, & vestra audire gaudia
non dubitamus. Et ideo Dilectionem
vestram rogamus, ut Ecclesiæ Mi-
levitanæ, quæ Deo nostro gratias
agit, & vestra gaudia cognoscere
desiderat, & ipsa vestra audire gau-
dia, & nostra cognoscere, Epistolam
nostram dignetur recipere. Quæ
Epistola ideo missa est, ut Dilectio
vestra cognoscat, quia Ecclesia Mi-
levitana

tionis quàm unionis, ut rectè ipſe Chriſtus conqueritur pſalm. 37. v. 12. *Amici mei & proximi mei, adverſum me appropinquaverunt & ſteterunt.* Genebrardus: *me deſeruerunt in meis malis, ſteteruntque adverſi ſine metu, ſine humanitate, humanitatis officia erga me non exercuerunt.* Quomodo dies eſt lætitiæ cordis ejus? cùm Chriſtus ipſe Matth. cap. 26. v. 38. mœſtus dicatur? *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem*, & ex vi illius mœroris Lucæ cap. 22. v. 44. in agoniâ. *Et factus eſt ſudor ejus ſicut guttæ ſanguinis &c.* Parum iſta ſunt, dies enim illa Paſſionis ſpecialiter dicitur Deo dies deſponſationis, dies coronationis, dies lætitiæ, quia majorem tunc charitatem & zelum manifeſtavit. *Hinc* (inquit Dionyſius ibidem) *paſſione ſtante deprecatus eſt Patrem. Pater venit hora, clarifica filium tuum. Hoc diademate coronavit Chriſtum mater ſua ideſt Judæa, ſeu ſynagoga*, tunc enim *pietas magis enituit, ibi charitas plus effulſit, ibi amplius gratiâ radiavit.* Gui arridens Gilbertus Abbas ſerm. 20. in cant. ait: *Egredimini & videte Regem Salomonem in diademate. Videte quomodo jam benedixit coronæ anni benignitatis ſuæ, quomodo campi ejus repleti ſunt ubertate. Videte coronam, videte & copiam, coronam victoriæ, virtutum copiam. Undè hoc? quia granum frumenti cadens in terram mortuum fuit.* Quaſi diceret: ideò tempus Paſſionis tempus coronationis eſt, tempus deſponſationis eſt, quia eſt tempus benignitatis, amoris eximii, zeli magni, quia uberiores in nos tunc gratias effudit, majorem donorum cœleſtium copiam nobis communicavit, glorioſiorem de hoſtibus noſtris victoriam & triumphum reportavit. Dicitur dies lætitiæ, quia nunquam majus eſt gaudium in cœlo, quàm cùm peccatores convertuntur, nunquã Chriſtus magis deliciatur, quàm quando majori zelo eorum ſalutem intendit. Hoc autem in Paſſione ſuâ Chriſtus præſtitit. Optimè Gilbertus citatus. *Non levem dedit, intellige lætitiæ motum, quem eſſe cordis expreſſit: lætitiam dico, deliciæ ſunt. Deliciæ* (inquit) *meæ eſſe cum filiis hominum. Quàm carè tibi Jeſu bone conſtant illæ lætitiæ. Non gratis eas poſſides, quas Paſſione comparaſti.*

Pſal. 37. v. 12.

Matt. 26. v. 38.

Luc. 22. v. 44.

Dionyſ.

Giſbert. Abbas.

Quod autem tempus quo Chriſtus majorem charitatem erga nos exercet, majorem zelum nobis exhibet ſit tempus coronationis, & inaugurationis ad ſalvandum probat idem Gilbertus ex verbis Apoſtoli. *Quæ eſt ſpes noſtra, & corona gloriæ? nonne vos ante Deum? ſi Paulus hoc dicit, quomodo non magis Chriſtus? vivo ego (Iſaiæ cap. 46.) dicit Dominus, quia his omnibus velut ornamento veſtieris, advertiſti quomodo credentium ornamentum eſſe Chriſti in Eccleſia definit.* Quaſi diceret: Chriſtus tunc illuſtrior, tunc glorioſior cùm plures credunt in eum, ad fidem convertuntur, ad gratiam redeunt; meritò igitur Elias & Moyſes loquentes cum Chriſto de exceſſu amoris, de zelo ardentiſſimo quem in Paſſione ſuâ manifeſtare debebat etiam ſplendidiores apparent. *Viſi in majeſtate* (inquit D. Lucas) Syriacus, *viſi in gloriâ*: Noſter Sylveira: *corporibus nempe & veſtimentis ſplendentibus & glorioſis.* Meritò D. Petrus audito indubiè eorum diſcurſu de Paſſione Chriſti hominibus tam ſalutari ait Matth. cap. 17. v. 4. *Domine ſi vis faciamus hic tria tabernacula tibi unum, Moyſi unum, & Eliæ unum.* D. Lucas addit v. 33. *neſciens quid diceret.* Quia ſcilicet extra ſe raptus erat ob gloriæ magnitudinem, vel, ut D. Marcus, quia *erant timore exterriti.* Faciamus &c, quaſi diceret illi merentur divinos honores, expedit illis altaria, templa, & tabernacula deifica fabricare, qui de ſalute hominum reparandâ colloquuntur, eam urgent, & inducunt. Illi non homines vocari debent, ſed Dii. *Elias Deus meus Dominus.* Undè nè verè Deus, ſeu pro Deo haberetur & coleretur, Textus ſacer Eliæ mentionẽ faciens ſæpè utitur vocabulo (*vir*) lib. 4. Reg. cap. 1. v. 6. *Vir occurrit nobis* inquiunt ſervi Regis v. 7. hos interrogat Rex. *Cujus figuræ & habitus eſt vir ille?* v. 8. reſpondent: *vir piloſus.* Quaſi dicerent: Deus non eſt, ſed homo, villoſus ſeu opertus pilis, qui ſunt animalium exuviæ, ſed affectu incorporeus, ſpiritualis, ab omni creaturarum imperfectione alienus, ac defœcatus.

Matth. 17. v. 4.

4. Reg. c. 1. v. 6.

§ 8. *Auxilium*

§. 8.

Auxilium speciale omnibus Ordinibus Religiosis ab Eliâ & sequacibus ejus præstitũ horum zelum denotat, ut Ecclesia Romana sancta & firma sit.

I. *Roman. cap. 12. v. 12.* QVAMVIS juxta mentem Apostoli Rom. cap 12. v. 5. omnes status Ecclesiæ, imò omnes fideles sint membra ejusdem corporis mystici, quod est Ecclesia. *Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.* Ideſt quilibet status non sibi soli, sed & aliis operari debet. S. Thomas lect. 2. *Membrum quodlibet proprium actum habet & virtutem: in quantũm ergo unum membrum suâ virtute & actu alteri prodest, dicitur membrum alterius. Sicut pes dicitur membrum oculi, in quantum oculum defert. Et oculus dicitur membrum pedis, in quantum regit pedem. 1. Corinth. c. 12. Non potest dicere oculus manui, operâ tuâ non indigeo: ita etiam in corpore mystico ille qui accipit gratiam prophetiæ indiget illo, qui accepit gratiam sanitatum: & ita in omnibus aliis: unde dum unusquisque fidelis secundùm datam sibi gratiam alteri servit, efficitur alteri membrum. Galat. cap. ult. Alter alterius onera portate. Petri cap 4. Unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes.* Illi subscribens Dionysius; *Sicut in uno corpore naturali organico animato multa membra, videlicet manus, pedes, oculos habemus; omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi fideles unum corpus mysticum; puta per similitudinem spiritualem: quoniam sicut unum membrum servit & cõmunicat alteri suam utilitatem; ut oculus videt toti corpori, manus operantur pro sustentatione totius corporis, sic unus fidelium communicare debet alteri dona concessa &c.* Certum tamen est, quod unum membrum reliquis, & toti corpori magis inserviat, quàm aliud: corpusque possit magis carere uno membrorum quàm altero. Licet manus, pes ad integritatem & utilitatem corporis plurimùm conferant; nihilominus corpus animatum carens manu, pede &c, adhuc vivet & subsistet; non autem si illi caput abscindatur. Sic corpus mysticum Ecclesiæ carere quidem potest manu alterâ, vel utrâque: altero vel utroque pede: sed capite non potest: si enim sit acephalum, quomodo reliquum corpus dirigetur. Et sicut inter reliqua membra corporis naturalis aliqua sunt, quæ aliis ignobiliora sunt, & tamen magis utilia, eorumque majorem curam habemus, quàm reliquorum. Ut docet Apostolus, 1. Corinth. cap. 12. v. 21. *Non potest oculus dicere manui operâ tuâ non indigeo, aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarii; sed multò magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt; & quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorẽ circumdamus, & quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorẽ honestatem habent &c.* Sic esto in Ecclesiâ Dei, quæ est corpus mysticum aliqua membra, aliqui status, aliqui fideles aliis præluceant, tum ob rei familiaris copiam, tum ob alia dona, seu fortunæ seu naturæ: non ideò sunt magis necessaria seu corpori utilia, & reliquis ejus membris: imò verò minus apparenter confernut ad decorem & firmitudinem Ecclesiæ. Nihil primâ fronte videtur esse vilius in corpore mystico Ecclesiæ statu Ordinum Mendicantium, sive victum, sive vestitum, sive incessum, sive habitationẽ & monasteria spectes, de quibus consule S. Thomam 2. 2. q. 187. Tamen idem Angelicus Doctor a. 6 sequentis quæst. probat reliquis statibus monasticis esse præferendos: *Summum gradum in religionibus tenent quæ ordinantur ad docendum & prædicandum, quæ & propinquissimæ sunt perfectioni Episcoporum; sicut & in aliis rebus fines primorum coniunguntur principiis secundorum, ut Dionysius dicit in 7. cap. de divinis nominibus. Secundum autem gradum tenent illæ, quæ ordinantur ad contemplationem. Tertius est earum, quæ occupantur circa exteriores actiones.* Et consequenter religiones, quæ ordinantur ad docendum & prædicandum magis conferunt ad Ecclesiæ firmitudinẽ. Cùm igitur ex chronicis SS. Dominici & Francisci Ecclesia Lateranensis proxima lapsui & ruinæ visa sit à supremo in Ecclesiâ Christi Vicario, humeris præfatorum

Thomas.

Dionys.

1. Corin. cap. 12. v. 21.

præfatorum Patriarcharum ſuſtentari, ſanè ſi S. Elias, ejuſque ſucceſſores, ſeu Carmelitici ordinis alumni, prædictis ordinibus & aliis opem ſingularem præſtiterint, facile concludetur Ordinem Carmelitarum ab Eliâ inſtitutum non mediocri ſubſidio Eccleſiam militantem roborare, ſancire ac firmare.

II. At S. Elias ſeu Carmeli alumni non tantùm Carmelo affulgent, in illum influunt, illum fructificant, & fœcundant, ſed etiam alios Ordines in comparandâ perfectione & ſanctitate, ut fusè oſtendunt P. Alegré præambulo 16. & ſeqq. P. Vaſtelius in Apol. c. 18. & alii tam noſtri quàm aliorum Ordinum Scriptores: Ita ut de illis Eccleſiaſticus dixiſſe videatur cap. 24. v. 44. & ſeq. *Doctrinam quaſi antelucanum illumino omnibus, & enarrabo illam uſque in longinquum, penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino. Adhuc doctrinam quaſi prophetiam effundam, & relinquam illam quærentibus ſapientiam, & non deſinam in progenies illorum uſque in ævum ſanctum. Videte quoniam non mihi ſoli laboravi, ſed omnibus exquirentibus veritatem.* Elias ſol noſter vocat doctrinam lumen ſuum antelucanum, doctrinam, prophetiam, ſapientiam, veritatem: quia cœtum Prophetarum cõgregavit, fundavit in Carmelo priuſquam Chriſtus ſol juſtitiæ oriretur. Vocat lumen ſuum doctrinam, ut oſtendat ſe aliter illuminare quàm aſtra naturalia. Hæc ſiquidem terram irradiant, ſed non docent, quâ viâ eundum ſit Romam, Conſtantinopolim, &c. Viatoribus ignorantibus, errantibus illucent, ſed eos non dirigunt. Elias verò ſanctè vivendi documenta, & exempla tradidit. Vocat Prophetiam, non ſimilem illi quæ erat in Ethnicis, Vatibus, & Poetis, & Epimenide, quem Apoſtolus ad Titum cap. 1. v. 12. Vocat Cretenſium Prophetam: Nec 2°. quæ erat in Fanaticis, qui Arreptitiorum more mente abalienati, inſolita, inepta, & inſipientia operantur, ubi lib. 1. Reg. cap. 18. v. 10. Saul dicitur domi ſuæ à malo ſpiritu agitatus prophetaſſe. Et lib. 3. Regum cap. 18. Sacerdotes Baal etiam prophetaſſe dicuntur: Nec 3.° Prophetia hic ſumitur pro virtute miraculorum: ſicut Eccleſiaſtici cap 48. v. 14. Corpus Eliſei mortui dicitur prophetaſſe, quia contactu ſui corporis cadaver ad vitam revocatum eſt: Nec 4.° hîc Prophetia ſumitur pro eâ quâ res ſublimes, divinas, & ab humanâ cognitione remotas, quis pronuntiat, ac ſacræ Scripturæ arcana explicat, & docet, ſicut Doctores; quomodò Aaron vocatur Propheta, quia Pharaoni explicat oracula, quæ Moyſes acceperat à Deo. De quâ Prophetiâ Apoſtolus 1. Corinth. cap. 14. v. 5. *Qui loquitur linguâ ſemetipſum ædificat, qui autem prophetat, Eccleſiam ædificat. Volo autem vos omnes loqui linguis, magis autem prophetare.* Hæc porrò Prophetia definitur à Philone. *Interpres Dei dictitantis intus oracula.* Nec 5.° Prophetia ſumitur pro gratiâ, qua occulta Dei arcana per divinam revelationem accepta hominibus enunciat, quomodo Prophetæ communiter in ſcripturâ accipiuntur. Sed prophetia hic ſumitur pro divinarum laudum cantu ſic lib. 1. Paralipomen. cap. 25. v. 1. *David (inquit) & Magiſtratus ſegregaverunt filios Aſaph, & Heman, & Idithim, qui prophetarent citharis, & pſalteriis, & cymbalis.* Ideſt canerent tum voce tum inſtrumentis. Sic aliqui explicant illud lib. 1. Reg. cap. 10. v. 12. *Num & Saul inter Prophetas.* Sic Joannes 44. lib. de Inſtit. Monach. cap. 10. de Eliâ. *Qui (ut Frater primus Monachorum fieret) in ſuos diſcipulos elegit quoſdam viros, &c. quos etiam docuit prophetare, ideſt ad laudem Dei Pſalmos, & Hymnos cum inſtrumentis muſicis canere.* Vel Prophetia ſumitur pro veri Dei cultu & religione. Sic quidam intelligunt de veris Dei cultoribus & religioſis illud lib. 3. Reg. c. 18. v. 4. *Tulit ille centum Prophetas.* Lyranus & Cajetanus putant illos more modernorum Cœnobitarum abdicatis curis terrenis ſeorſim habitaſſe. Sic Prophetiam ab Elia omnes aliæ religiones acceperunt. Vocat *Sapientiam*, quæ ſcilicet animũ torpentem excitat ad omne bonum & rectum, eumque dirigit & illuſtrat, ut vitium fugiat, virtutem amplectatur. Juxta illud Horatii lib. 1. Epiſtolarum.

Eſt animi vitium fugere & ſapientia prima.

Ecclef. 24. v. 4.

Tit. c. 1. v. 2.

l 1. Reg. cap. 18. v. 10.

l. 3. Reg. cap. 18.

Ecclef. c. 48. v. 14.

1. Corin. 14. v. 5.

Philo.

l. 1. Par. 25. v. 1.

Joannes 44.

l. 3. Reg. 18. v. 4.

Horat.

Cui

Cui Salomon arridens Sap. cap. 10.
Sapient. cap 10. v. 10. loquens de Patriarchis Jacob, Joſeph, Moyſe. *Hæc profugum iræ fratris juſtum deduxit per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei, & dedit illi ſcientiam ſanctorum, &c. Certamen forte dedit illi ut vinceret, & ſciret quoniam omnium potentior eſt ſapientia.* Addit *veritatem*, quæ ſignificat fidem in Deum, juxta illud Proverb. cap. 3. v. 3.
Proverb. 3. v. 3. *Miſericordia & veritas te non deſerant.* Vatablus. *Beneficentia & fides nè deſtituant te.* 70. *Eleemoſynæ & fides ne deſerant te.* S. Chryſoſtomus argumento in epiſt. ad Philipp. *Miſericordia & fides ſit tibi vera.* Arabicus. *Eleemoſinæ & veritates non deficient à conſpectu tuo*, ideſt habeas ſemper veram fidem in Deum. Vel ut vult Beda. (*Veritas in verbis tuis eluceat.*) Vel (ut explicat Salazar) *Veram Dei cultum exhibeas.* Quibus Elias lumen ſuum immittit? quos doctrinâ ſuâ, prophetiâ, ſuâ ſapientiâ, & veritate inſtruit? omnes nō tantùm qui in Oriente, ſed etiã Occidente, Meridie, & Septentrione ſunt: non tantùm qui ſunt in Aſiâ, ſed etiam Africâ, Europâ, uſque ad remotiſſimas terræ plagas. Denique Eccleſiaſticus addit. *In progenies illorum uſque in ævum.* Syrus. *In generationes multas.* Quæ ſunt illæ generationes multæ? Sunt diverſæ Religiones, quæ ſuos Fundatores, quaſi quoſdam genitores reſpiciunt & venerantur, & quorum quilibet ſuum Ordinẽ, quaſi familiam, & generationem ſuam protegit ac gubernat. His omnibus inſtituentibus ſuum Ordinem Elias quaſi ſol illucet, in illos influit.

II. Audi Polydorum Virgilium lib. de
Polydor. Inventoribus rerum. *Quidquid* (inquit) *virtutis & perfectionis eſt in quolibet Monaſtico ordine à caſtiſſimo Prophetâ & Patre Eliâ, tanquam à primordiali Eremitarum, Monachorum, & etiam univerſorum Ordinum inſtitutore, velut à fontali principio emanavit.* Cui accinit
Baptiſt. Mant. noſter Baptiſta Mantuanus lib. 3. Parth.

Mons patrum pietate (acer, latèq; priorum,
Inclytus hoſpitio vatum, nam dicitur illinc
Diſcipulo ambuſtum jaciens ex aere veſtem
Elias ardenti cælum petiſſe volatu.
Illinc perpetuis ceu miſſi è fontibus amnes
Relligio & ſacri fluxit reverentia cultus.
Quidquid habent alii montes pietatis ab iſto
Ducitur, hâc unâ plures e vite racemi
Diffuſi latè terras, atque æquora implent:
Hinc Carthuſiacis æterna ſilentia clauſtris,
Hinc varias Benedictus oves collegit ab iſto
Canabe nodoſa tunicas arcere fluentes
Lignipedes didicere viri, quique arva colebant
Invia, & aſſiduò terras ardore calentes
Et quos Siriacus de littore vexit Ibero,
Hinc orti ſanctum & ſummo genus ordine dignum (montis
Hinc noſtri venêre patres habitacula
Culmen adhuc ſervat toto apparentia ponto
Quæ noſtri poſuêre atavi modo poſſidet hoſtis
Barbarus expulſæ ſolem petiêre cadentem
Arctoasq; domos, & gentis regna Latinæ,
Relliquiæ antiquî generis vatumq; propago.

Idem in eclogis canit. (*dicam*
Bembe genus noſtrum generisq; exordia
Venimus Aſſiriis ut candidus inquit ab oris,
Eſt pater Elias nobis, qui ſubſtulit armis
Paſtorum genus omne malum, qui traxit olympo (curru.
Flammiferos ignes, qui aſcendit in æthera
Paſtores alii quotquot per rura vagantur,
Omnes ſunt rivi noſtris de fontibus orti.
Nos dedimus leges, paſcendi oſtendimus artem:
Nos radix, alii rami: ſed nos quoque rami
A veteri radice patrum, jam ætate caduci
Tradidit Elias certam paſtoribus artem.

Illi arridens ex nobili S. Benedicti ordine Abbas Vercellenſis. *Omnibus ordinibus prior Carmeliticus, de cujus plenitudine omnes alii acceperunt.* Abbas Trithemius lib. de laudibus Carmelitarum c. 3. *Antiquiſſimus omnium ordinum in Eccleſiâ Dei Carmeliticus eſt, à quo cæteri ordines principium & formàm ſuæ inſtitutionis acceperunt.* Quaſi diceret ſi noſter ordo tot ſæculis Eccleſiæ Romanæ tot ſummos Pontifices, tot Patriarchas, tot Archi-Epiſcopos, tot Epiſcopos, tot Martyres, Doctores &c, ſubminiſtravit, S. Eliæ & Carmeli acceptum referre debet. Ex quibus doctiſſimus Carthagena ex ordine S. Franciſci tom. 4. lib. 17. hom. 1. optimè infert dum putat. *Hinc collige quanta ſit Carmelitanæ religionis celſitudo, cujus fundator omnes aliarum religionum inſtitutores velut novitios habuit, qui ab eo prima religioſæ diſciplinæ elementa didicerunt; quæ lubentibus animis poſtea tradiderunt.* Ex univerſitate Pariſienſi prodeat unus Clithovęus, ut

Abbas Vercell. *Tritem.* *Carthagena.* *Clithov.*

alios omittam in conc. de laud. Carm. *Conſtat* (inquit) *itaque antiquiorem Carmelitanæ religionis quam aliorum ordinum eſſe originem, & ratione exordii cæteris præſtare.* Adeò in cæteris Ordinibus Religioſis hęc verba Iſaię c. 51. v. 1. applicari queant. *Attendite ad petram undè exciſi eſtis, & ad cavernam laci de quo præciſi eſtis.* Item S. Elię hæc verba Zachariæ v. 12. proferri poſſint. *Ecce vir oriens nomẽ ejus, & ſubter eum orietur, & ædificabit templum Domini.* Quomodo ſubter eum ædificabit templum Domini? quia Elias in ſucceſſoribus ſuis reliquarum religionum Patriarchis illuxit. Et nè ad veterum ſcripta pervolvenda excurramus, ſufficiant inpræſentiarum: quæ de hoc poſtremo ſæculo referunt chronica noſtrorum PP. Diſcalceatorum lib. 5. c. 43. 1.° P. Petrum à matre Dei Generalem Diſcalceatorum congregationis Italicæ fuiſſe creatum à Clemente VIII. Commiſſarium, Viſitatorem, & Prælatum ſupremum Auguſtinianorum Diſcalceatorum Italiæ abſque ullâ temporis limitatione, ſed ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ: quo officio plenariè & ampliſſimè functus eſt quamdiu vixit, cum facultate viſitandi, reformandi, condendi leges, & conſtitutiones: ut patet ex brevi emanato 10. Julii anno 1599. quod incipit. *De religioſorum quorumlibet ſtatu.* Ab eodem Clemente VIII. in Bulla quæ incipit: *Ad militantis Eccleſiæ regimen.* Data Romæ 20. Auguſti 1599. Pater Elias à S. Martino Generalis Carmelitarum Diſcalceatorum Hiſpaniæ deputatus fuit Commiſſarius & Viſitator Apoſtolicus, cum ampliſſimâ poteſtate ad promovendam reformationem PP. Trinitariorum diſcalceatorum Hiſpaniæ. Gregorius XV. in Bullâ quæ incipit: *Cum ſicut nobis innotuit.* Data 18. Auguſti 1621. P. Ferdinandum à S. Mariâ Præpoſitum Generalem Carmelitarum Diſcalceatorum congregationis Italicæ inſtituit Vicarium Generalem PP. Franciſcanorum Diſcalceatorum, ut ſeptem Provinciis eorum reformatis advigilaret. Idem Gregorius XV. commiſit P. Dominicum à Jeſu Maria Generalem Diſcalceatorum Carmelitarum, ut inſtitutum novæ religionis vulgò Scholæ Piæ dirigeret. Pro promovendâ reformatione Camaldulenſi Urbanus VIII. deputavit in Commiſſarium Generalem Apoſtolicum P. Agat-Angelum à Jeſu Maria, & in Magiſtrum Novitiorum P. Ludovicum à S. Joſepho. Idem Urbanus VIII. anno 1635. 20. Novembris in brevi quod incipit: *Cùm ſicut dilecti.* Creavit P. Paulum Simonẽ à Jeſu Mariâ aliàs Generalem Carmelitarum PP. Diſcalceatorũ in Commiſſarium Trinitariorum Gallorum Romæ, ut eorum reformationi cum aliquot aliis Religioſis etiam Diſcalceatis incumberet. Ordo S. Dominici pro reſtituenda obſervantiâ in Regno Neapolitano accepit à PP. Diſcalceatis non mediocre ſubſidium, quaſi mercedem officiorum, quæ præfati ordinis ſancti Dominici Patres aliàs S. Thereſiæ exhibuerunt. Omitto reliquos ordines, qui parem in ſua obſervantiâ propagandâ ab hoc ordine opem accepere. Tantùm referam teſtimonium Eccleſiæ Caſtellanæ ſcribentis Clementi VIII. anno 1602. pro canonizatione S. Thereſiæ. *Mater hæc primitivi Carmelitani ordinis mirâ ſanctimoniæ claritate lucentis, evangelicas & virorum & fœminarum familias ſanctæ vitæ teſtimonio, & miraculorum gloriâ propagavit: uſque adeò, ut cœnobiorum numerus, & monaſticæ diſciplinæ puritas recentibus recollectionum ſocietatibus archetypus ſit admirandus & cœleſti gaudio Hiſpania Catholica ſuffuſa, illud cantitet ſapientiæ. O quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate: Immortalis eſt enim gloria illius: nam apud Deum nota eſt & apud homines.* Expende illa verba, *Archetypus admirandus:* Scilicet aliis ordinibus religioſis.

Chronic. Diſcal.

§. 8.

Elias & ejus Alumni Eccleſiam Militantem univerſalem ſpecialiter ſanciunt ac firmant.

NOn tantùm omnibus Ordinibus ab Eccleſia approbatis S. Elias & ejus ſucceſſores quaſi exemplaria ſe exhibent, ſed etiam Eccleſię Orthodoxæ, adeò ut Eliæ dicere liceat illud D. Bernardi lib. 4. de Conſider. cap. 7. *Te eſſe conſidera* I.

Digitized by Google

conſidera, &c. ſal terræ, orbis lumen. Vel illi applicari hæc S. Chryſologi verba de S. Joanne Baptiſta ſerm. 127. *Eſt ſchola virtutum, magiſterium vitæ, ſanctitatis forma, norma juſtitiæ, virginitatis ſpeculum, pudicitiæ titulus, caſtitatis exemplum, pœnitentiæ via, peccatorũ venia, fidei diſciplina, major homine, par Angelis, legis ſumma, Evangelii ſanctio, Apoſtolorum vox, ſilentium Prophetarum, lucerna mundi, præcurſor Chriſti, metator Domini, Dei teſtis, totius medius Trinitatis.* Expende illa verba, *Schola virtutum, magiſterium vitæ, ſanctitatis forma, norma juſtitiæ, lucerna mundi, &c. fidei diſciplina, Evangelii ſanctio, &c.* quæ etiam Eliæ ſingulariter convenire videntur. Undè Iſidorus de ortu & interitu Prophetarum cap. 35. ſic de Eliâ loquitur. *Elias Sacerdos magnus, atque Propheta, habitator ſolitudinis, fide plenus, devotione ſummus, in laboribus fortis, induſtria ſolers, excellenti ingenio præditus, in exercitatione diſciplinæ rectus, in ſanctâ moderatione aſſiduus, metuque mortis intrepidus,* vocatur *fide plenus, devotione ſummus.* Alludens ad ſolem, qui ità lumine plenus eſt, ita inter aſtra ſummus, ut aliis aſtris ſe communicet, totum mundum quotidianis ac infallibilibus radiis illuſtret, & omnium tum antiquæ legis heroum virtutes & lumen ità poſſidet, ut omnibus liberaliſſimè & potentiſſimè diffundat, meritiſſimèque de Elia effari poſſimus mutato nomine Pauli in Eliam, quæ S. Chryſoſtomus homil. 8. de laudibus S. Pauli in fine tomi 3. refert quandoquidem nunquam Eccleſiam perſecutus fuerit, ſed eam ſemper acerrimè propugnarit, & in fine mundi, ut verus Chriſti athleta iterùm defenſurus ſit. *Cui te* (inquit) *juſtorum veteris vel novi teſtamenti audeam cõparare? omnium quippè virtutem, quaſi in arcâ quadam, ſed cum multò prorſus cumulo condidiſti. Denique etiamſi totum contra te aliquis ſigillatim juſtorum appendat chorum, inveniet trutinam virtutum ponderibus à tuâ parte depreſſam. Elias verò ſecundus Abel, verum non ſemel, ſed per dies ſingulos immolatus. Elias alter Noe, ſed abſque arca inſurgentes adverſũ ſe undas impietatis enavigans. Elias alter Abrahã nõ modò à Patriâ vel gente, ſed poſt vocationẽ ſuam ab ipsâ etiam vitâ prorſus abſciſſus. Elias alter Iſaac ſponte in hoſtiam colligatus. Elias alter Iacob quaſi pro uno quodam totius mundi grege ſemper invigilans. Elias alter Ioſeph ſpirituali fame tabeſcente mundo veritatis alimenta diſtribuens. Elias alter Moyſes, qui omnes gentes à tyrannide diaboli reduxit ad Chriſtum. Elias tanquam alter Aaron totius mundi populis inunctus ſacerdos. Elias alter Phinees impietatem Iudæorum atque Gentilium quaſi fornicationem mentium uno fidei mucrone confodiens. Elias alter David, qui velut quemdam Goliam in certamen diabolum provocat.* Vocat (*Iacob*) non unius Ordinis vel ſtatus regimini invigilans, ſed totius mundi. Unde infra ſubdit. *Etiamſi Angelorum, etiamſi juſtorum hominum circumvolvam choros, non inveniō computatiomem, cui non cumulo meritorum occurrat Elias.*

Chryſol. ſer. 12.

Iſidor. de ortu Prophet. c. 35.

Chryſoſ. homil. 8. de laud. Pauli.

II. *Ser. de Eliâ & Petro.*

Id confirmat idem S. Chryſoſtomus ſerm. de Eliâ & Petro, vocans *Eliam terreſtrem Angelum, & cœleſtem hominem.* Quaſi diceret ſicut Angelorum munus eſt inferiores illuminare, ita Elias homo ſic Eccleſiam militantem inceſſanter illuminat, ut Angelus videatur, ſeu totus in aſtrum cœleſte commutatus. Sic enim in omnes influit, omnes vivificat, ut nemo ſit qualiſcumque ſtatus & conditionis exiſtat, etiam ſi foret Pœno profundior, Scythâ aſperior, Scythauris inhoſpitalior, Parthis vanior, Thracibus bibacior, Sybaritâ faſtuoſior, Milæſiis effœminatior, Arabe ditior, Arcade ſtolidior, Care vilior, Cretenſi mendacior, cui ad meliorem vitam inſtituendam Elias & ejus ſequaces ſuo lumine plurimum conferre & prodeſſe non poſſint. Undè de Eliâ & Enoch, de S. Thereſiâ & ſimilibus Eliæ ſequacibus dicere licet quòd Xiſtus IV. in Bullâ canonizationis ſancti Bonaventuræ refert in laudem illius & D. Thomæ. *Hi ſunt duæ olivæ & duo candelabra in domo Dei lucentia, qui & charitatis pinguedine, & ſcientiæ luce totam Eccleſiam colluſtrarunt.* Et ſpecialiter Clemens VI. ſerm. de S. Thomâ *Fuit exemplar virtutum omnium eorum: quæ exempla erant membra ejus ſingula. In oculis relucebat ſimplicitas, in vultu benignitas, in auribus humilitas, in guſtu ſobrietas*

ſobrietas, in linguâ veritas, in odoratu ſuavitas, in actu integritas, in manu liberalitas, in inceſſu gravitas, in formâ honeſtas, in viſceribus pietas, in intellectu claritas, in affectu bonitas, in mente ſanctitas, in corde charitas: ſicut ſpecies decorque corporis fuerit effigies animæ, & imago virtutis. Expende illa verba exemplar virtutum &c, quæ demonſtrant Eliam, Thereſiam, & ſequaces fuiſſe ſoles lucidiſſimos, liberaliſſimos. Et quemadmodum ſol non unam civitatem, vel provinciam illuſtrat, ſed totum orbem: nec tantum concurrit ad florum, & herbarum, ſed etiam quorumcumque fructuum productionem: nō tantùm ad auri, & argenti, ſed etiam ad aliorum metallorum generationem, imò ad gemmarum & unionum in viſceribus maris efficientiam: ſic Elias ejuſque ſequaces non unam tantùm urbem & gentem, ſed omnes, ſed totum orbem illuminant: nō tantùm plebeis, ſed etiam regibus, non tantùm probis, ſed etiam improbis, ſed ſuperbis, ſed avaris, ſed impudicis &c, uno verbo omnibus illuceſcūt, qui in tenebris, & in umbrâ mortis ſedent ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.

III. Id nos clarè docet Eliæ diſcipulus & ſucceſſor Eliſeus. Cùm enim illum videret curru igneo & ſolari in cœlos ferri, ſic eum affatus eſt lib. 4. Reg. cap. 2. v. 12. *Pater mi, Pater mi currus Iſrael & auriga.* Chaldæus *magiſter mi, magiſter mi:* quamvis illum vocet Pater mi, magiſter mi, illum tamen nomine totius ſynagogæ & Eccleſiæ alloquitur, quarum curam habet, ut pater filiorum, ut magiſter diſcipulorum, ut auriga eorum quos vehit, ut currus eorum quos portat. Id colligo ex S. Gregorio lib. 2. in Ezechielem homil. 21. ubi maximè ponderat hæc duo Iſrael, currus Iſrael. *Quid eſt* (inquit) *quod Elias currus Iſrael & auriga dicitur? niſi quia auriga agitat, currus portat? doctor ergò qui mores populi, & per patientiam ſuſtinet, & ſacri eloquii verbis docet, & currus dicitur, & auriga? currus, quia tolerando portat, quia populum bonis admonitionibus exercet.* Expende illas particulas *ſuſtinet, portat*, ne ſcilicet irreparabiliter labantur. Vel ſi mavis, alludit ad currum ſolarem, cujus auriga eſt ſol, currus ſol, equi ſol, equites ſol idē ſunt, Virgilius lib. 1. Georg.

Virgil. l. 1. Geor.

Noſq; ubi primus equis Oriens afflavit Aheneis.

Idem lib. 12. Æneidos.

Lib. 2. Æneid.

Poſtera vix ſummos ſpargebat lumine montes
Orta dies, cùm primùm alto ſe gurgite tollunt,
Solis equi, lucemq; elatis naribus efflāt.

Tibul. lib. 3.

Tibul. l. 4

Expectata dies aderat, novamq; ſerenā
Auroram Phaetontis equi jam luce vehebant.

Ovidius epiſt. 8.

Ovidius epiſt. 8.

Cùm tamen altus equis Titan radiantibus inſtat.

Syl. Ital. lib. 2.

Sil. l. 2.

At rutilus primis ſonipes hinnitibus altos
Afflarat montes, roſeasque movebat habenas,
Et jam curriculo nigram mox roſcida metam
Stringebat, nec ſe Thalamis Tythonia conjux
Protulerat, ſtabatque nitens in lumine primo.

Idem lib. 11.

lib. 11.

Poſtera lux Phaëtontis equos proferre parabat
Iam rapidos anni curru ſplendente ſub undis

Idem lib. 16.

lib. 16.

Iamq; novum terris pariebat lumine primo.
Egrediens aurora diem, ſtabulisque ſubibant
Ad juga ſolis equi, necdumque aſcenderat axem
Sed prorupturis languebāt æquora flammis.

Claud. de Phœbo.

Claud. de Phœb.

——— Lucus qui primus anhelis
Sollicitatur equis, vicinaque verbera ſentit,
Humida rorantes reſonant cum lumina curru
Vndè rubet vextura dies, longèq; coruſcis
Non affiata rotis refugo palleſcit amictu.

Statius lib. 8. Theb.

Stat. l. 8 Theb.

Sentit equos penitùsq; cavam ſub luce parata
Oceani mugire domum, ſeſeq; vagantē
Colligit & moto leviter fugat aſtra flagello.

Idem Statius 1. Achil.

l. 1. Achil

Iam premit aſtra dies, humiliſque ex æquore Titan
Rorantes evolvit equos, & ab æthere magno
Sublatum curru pelagus cadit——

Sic Elias ſol, & currus, & equi, & auriga eſt. Undè Hebr. habet: *Currus Iſrael & equites ejus.* 70^12. *& eques ejus.*

l. 4. Reg. 2. v. 12.

Gregor. lib. 2. in Ezech. hom. 21.

Quaſi

Quasi diceret : Cùm jam ex pelago hujus mundi sursum eveharis tuo zelo, tuâ oratione, tuâ virtute, radiis fidei, flammis charitatis, rorem gratiæ, influentias omnium donorum meliores, efficaciores; & nobis adhuc magis proficuos quàm ante infunde; canens illud Claudiani in frat.

Claud. in frat.

Sol qui flammifer is mundum complexus habenis
Volvis inexhausto redeuntia sæcula motu,
Sparge diem meliore comâ, crinēq; repexi
Blandiùs elato surgant temone jugales
Efflantes roseum frænis spumantibus ignem.

Vel vocatur ab Eliseo *Currus Israel & auriga*: quia majorem lucem, & calorem infundit; magis pro omnibus, pro totâ Ecclesiâ operatur quàm innumeri Prophetæ, Doctores, Confessores &c, ita Vatablus, Cajetanus & alii. Tantus enim est ejus zelus, tam efficax est ejus oratio, tam exemplaris est ejus & sequacium vivendi ratio, ut meliùs ducat, vehat, protegat, auriget Ecclesiam Dei, foveat integris observantiâ, in studio virtutis, in cursu & contentione ad gloriam & fœlicitatem æternam, quàm ingens exercitus prædicatorum, & animarum sanctarum, vehantur & vehant, quas D. Ambrosius lib. de Isaac cap. 8. vocat currus. Denique si omnia naturæ portenta & miracula à sole præcipuè producuntur (ut docent omnes philosophi & Astrologi) sanè Elias omnibus potentior videtur esse in miraculis producendis, ut innuit Ecclesiast. 9. cap. 48. v. 4. *Sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis.* De quibus infrà.

Eccles. 48. v. 4.

IV. Seu potiùs, sic zelo & industriâ Elianâ amplificata seu roborata, sancita & firmata est Ecclesia in fide & religione, ut de illo prophetâ & successoribus ejus dicendum sit id, quod S. Ambrosius ait lib. 1. de Isaac & animâ cap. 8. explicans illa verba cant. cap. 6. v. 11. *Nescivit anima mea, conturbavit propter quadrigas Aminadab.* Subdit. *Anima currus, qui bonum rectorem sustinet: si currus est anima habet equos vel bonos vel malos. Boni equi virtutes sunt animæ: mali equi passiones sunt corporis. Bonus ergo rector malos equos refringit & revocat, bonos incitat. Boni equi sunt quatuor, prudentia, temperantia, fortitudo, justitia. Mali iracundia, concupiscentia, timor, iniquitas, interdum ipsi equi inter se dissident, & aut iracundia protendit, aut timor; & se invicem impediunt, & cursum retardant: at verò boni equi volant, & à terris ad superiora se suberigunt, animamque elevant, maximè si jugum habeant suave & onus leve dicentis Matth. cap. 11. Tollite jugum meum super vos: jugum enim suave est, & onus meum leve. Ipse rector est, qui novit equos proprios gubernare, ut æqualis omnium cursus sit. Si velocior est prudentia, tardior justitia, admonet flagello proprio segniorem. Si temperantia mansuetior, fortitudo durior, novit copulare discordes, nè fortè currum suum dissipent, itaque licet intelligibili spectaculo videre unamquamque animam cum summo certamine ad cœlum rapi festinantes equos, qui priores perveniunt ad bravium Christi, quo priùs imponatur palma cervicibus.* Ecclesia etiam currus: est illius bonus rector est Elias seu Eliæ discipulus, & quivis alius zelotes boni: equi sunt fides, spes, charitas, seu quatuor virtutes cardinales, quibus Ecclesia suos in supernas cœli regiones evehit. Mali equi, qui cursum retardant, seu fideles ad Barathrum vehere student, sunt: infidelitas, Iudaismus, Hæresis, Schisma. Vel equi sunt animæ fideles juxta mentem S. Ambrosii citati. *Isti sunt equi subjecti fidei jugo, astricti vinculo charitatis, justitiæ frænis, retinaculis sobrietatis. Pulchrè ait: Posuit me currus Aminadab, hoc est pater populi. Ipse autem qui pater populi, idem pater Naason idest serpentum. Iam tu recole quis sicut serpens in Cruce pependit pro salute universorum, & intelligis illam animam esse pacificam cui pater Deus præsul sit, Christus agitator & hoc nomen in nostris. Pater, pater agitator Israel. Hic ergo agitator dicit: convertere, Sulamitis convertere &c.* Ecce quæ verba Christus currum ascendens, illum dirigens pronunciat. *Convertere, convertere.* Non sunt verba perdere volentis, sed salvare; non vindicis sed zelotis: Non armis præcincti, sed coronas & palmas præliantibus vincentibus pollicentis. Ut paulò post idem innuere videtur. *Ascendit equos suos Christus, ascendit verbum Dei animas pias.* Scilicet quando in Calvariâ & Crucē ascendit,

Ambros.

ut nobis peccata deleret, ascendit gradibus charitatis & zeli. Idē S. Ambrosius infra. *Bona charitas, quando obtulit morti se pro delictis, bona charitas, quæ peccatum remisit.* Paulò post. *Bona charitas habens alas ignis ardentes, quæ volitat per pectora, & corda sanctorum, & exurit quidquid materiale atque terrenum est; quidquid verò sincerum probat, & quod contigerat suo igne meliorat. Hunc ignem in terrâ misit Dominus Iesus, & resulsit fides, accensa devotio, illuminata est charitas, justitia resplenduit.* Nonnè verè amplificata, seu magnificata est anima, dum tali curru flammeo charitatis, seu zeli vecta ad cœlestia tendit: nonnè amplificatus est Christus, dum zelo salutis humanæ animatus ad nos descendit? Joannis cap. 3. v. 16. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.* S. Ambrosius lib. de Jacob & vitâ beatâ, sic animas nostras affatur. *Tantum fuit Domino studium tuæ salutis, ut propemodùm periclitaretur, dum te lucraretur.* Quasi diceret si zelus est amôr intensus. *Sic Deus dilexit mundum. Vel tantum fuit Domino studium tuæ salutis.* Cornelius. *Tantâ amoris vehementiâ, conatu, excessu, non Rex, non Cæsar, non Angelus, sed Deus; dilexit: scilicet prior; & gratis & sine merito, imò sine desiderio nostro; mundum sibi contrarium hostem, & reum damnationis. Vt non hominem, non Angelum, non mundum alterum daret* in hujus zeli seu intensi amoris signū. Quid ergò præstitit? *Filium non alienum, non adoptivum, sed suum proprium ac naturalē, eumq; non unum è multis, sed unigenitum & unicū, non venderet pretio, non mutuaret, sed gratis daret, non ad regnum & triumphos, sed ad mortem & Crucem. Id fecit, non sibi, non Christo fructum aliquem quarens, sed ut ipse nos, ideò Creator creaturas suas suâ morte vivificaret, suâ humilitate exaltaret, suâ exinanitione æternâ gloriâ operibus & bonis immensis cumularet.* Si apud eundem Joannem cap. 2. v. 17. ascendit Jerosolymam & venit in templum, indeque vendentes boves, & oves, & columbas, & nummularios sedentes ejecit; id ex motivo zeli. *Zelus domus tuæ comedit me &c.* Cornelius *Fervor, ardensque studium procurandæ gloriæ templi tui, in quo tu Domine quasi in domo tuâ habitas, atque indignatio quam in vendentes, qui illud prophanant; & pessumdant concepi, absorbuit me.* Quod hoc curru in Calvariam & Crucem elatus fuerit. Audi eundem Christum citato cap. 3. v. 14. *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis; ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.* S. Augustinus lib. 1. de peccatorum meritis cap. 32. *Exaltatus serpens, est mors Christi.* Quod autem zelo salutis humanæ, collige ex effectu illius exaltationis, & analogiâ Christi cum serpente Æneo. *Si* (inquit S. Chrysostomus) *ad Ærei serpentis simulachrum aspicientes Iudæi morte liberabantur: quanto majori, qui in Crucifixum credunt beneficio fruentur, illic enim mortem fugerunt Iudæi temporalem. Hic sempiternam fideles, illic ictus serpentum suspensus serpens sanavit, hic incorporei serpentis plagas Iesus cruci affixus curavit. Illic corporis oculo suspicientes corporis salutem, hic incorporeis omnium peccatorum remissionem consecuti sunt. Serpens illic mordebat, & serpens sanabat; hic mors perdidit, & mors salvum fecit. Ad hæc qui interimebat serpens, veneno sæviebat; qui liberabat nullo. Sic & hic, quæ perdebat mors, peccatum habebat; quemadmodum serpens venenum. Domini autem mors ab omni immunis erat peccato, ut Æreus serpens veneno. Vides ut figura consentiat veritati.* Denique quod Christi amplificatio in ascensione facta fuerit ex motivo zeli salutis humanę, ipse Christus innuit Joannis cap. 16. v. 7. *Si enim non abiero paraclitus non veniet ad vos, si autem abiero mittam eum ad vos. Et cùm venerit ille arguet mundum de peccato, & de justitiâ & de judicio.* Dionysius. *Postquā Spiritus sanctus vobis cum tantâ plenitudine fuerit datus, ita quod abstulerit omnem inordinatam formidinem, atque infuderit veram animi libertatem, inconcussam constantiam, justitiæ tenacitatem, & fervidam Dei ac proximi dilectionem, quod totum factum est in die Pentecostes, ille per vestram prædicationem increpabit mundanos & reprobos &c.* Denique quod S. Propheta Elias eodem zelo sursum evectus sit, quo Apostoli animati sunt, accipe verba S. Ambrosii

Joannis c. 3. v. 16

Ambros.

Cornel.

Augustin.

Chrysost.

Ioann. c. 16. v. 7.

Dionys.

Ambros.

loco

loco citato. *Spiritus sanctus descendit, & replevit totam domum in quâ erant plurimi sedentes, & visæ sunt dispertitæ linguæ, tanquam ignis. Bonæ alæ charitatis, veræ alæ, quæ volitabant per ora Apostolorum, & alæ ignis, quæ purgatum sermonem loquebantur. His alis evolavit Enoch raptus ad cœlum Genes. cap. 5. His alis evolavit Elias curru igneo, & equis igneis ad superna translatus &c.* Id patenter innuit Deus per Malachiam Prophetam cap. 4. Scire vis, cur Eliam à societate hominum transtulerim? ut zelum suum manifestet adveniente Anti-Christo. Cornelius. *Ob ingentem zelum quo præ aliis Prophetis dotatus fuit Elias. Cùm enim mitteretur à Deo ad corrigendos sæculi sui corruptissimi mores, & ad idololatriam ex Israele extirpandam, opus erat ei ad hoc perficiendum ingenti animi robore & zelo: quem providè Deus ei indidit, eoque conflixit & debellavit tam impiissimam Iezabel cum Achab marito suo, quàm omnes Prophetas Baal, quos & occidit, lib. 3. Regum cap. 18. Simili zelo opus erit in fine mundi, quando refrigescet charitas, abundabit iniquitas. Mittetur ergò Zelosus Elias, ut cum Anti-Christo confligat, ut perversissimos illius ævi mores emendet, itaque viam sternat Christo venturo.* Infra. *Quia Elias ob Zelum cœlestem raptus est in cælum, è cœlo quasi cœlestis venturus testis adveniet.*

V. S. Eliæ pro Ecclesiæ firmitudine applicari possunt quæ Siracides in laudē Oniæ magni sacerdotis refert Ecclesiastici c. 50. v. 5. *Qui prævaluit amplificare civitatem, qui adeptus est gloriam in conversatione gentis, & ingressum domus, & atrii amplificavit.* Quid per civitatem & templum intelligit? Ecclesiam, quæ in suâ amplificatione seu incremento humanum corpus imitata est. Ecclesia enim corpus est, fideles membra ejus. De quibus Apostolus ad Ephes. cap. 1. v. 23. & cap. 4. v. 4. & 16. cap. 5. v. 30. 1. ad Colos. cap. 1. v. 18. cap. 3. v. 25. Quemadmodum igitur sensim corpus humanum crescit, & adolescit, transitq; ab infantiâ ad pueritiam; à pueritiâ ad adolescentiam, ab adolescentiâ ad ætatem virilem, ab hâc ad senium, tandemque ad annos decrepitos. Ita Ecclesia progressu temporis crevit, majorque, ac firmior evasit. Optimè Vincentius Lirinensis arguens hæreticas novitates, ita hanc analogiam corporis humani & Ecclesiæ premit ac elucidat cap. 29. *Multum interest inter pueritiæ florem, & senectutis maturitatem: sed & iidem fiunt senes, qui fuerunt adolescentes; ut quamvis unius ejusdemque hominis status, habitusque mutetur, una tamen nihilominus ejusdem natura, una eademque persona sit: parva lactentium membra, magna juvenum, eadem & ipsa sunt, tamen quot parvulorum artus, tot virorum. Et si quæ illa sunt, quæ ævi maturioris ætate pariuntur, jam in seminis ratione proferta sunt, ut nihilominus postea proferatur in senibus, quod in pueris jam ante latitaverat. unde non dubium est hanc esse legitimam & rectam proficiendi regulam, hunc ratum atque pulcherrimum crescendi ordinem si eas semper in grandioribus partes ac formas numerus deterat ætatis, quas in parvulis creaturis sapientia præformaverat. Quod si humana species in aliquam deinceps non sui generis vertatur effigiem, aut certè addatur quippiā membrorum numero, vel detrahatur necesse est, ut totum corpus, vel intercidat, vel prodigiosū fiat, vel certè debilitetur: ita etiā christianæ religionis dogma sequatur has decet profectuum leges ut annis scilicet cōsolidetur, dilatetur tempore, sublimetur ætate, incorruptū tamen illibatumq; permaneat.* Quasi diceret, quamvis Christiana religio, & Ecclesia Romana firmior in dies evadat & magis magisque per universum orbem legis Evangelicæ doctrina disseminetur, ac posterioribus sæculis sublimior appareat, quam in anteactis; tamen eadem semper fides, eadem mysteria creduntur: quod consequenter ostendit his verbis. *Et universis partium suarū mensuris cunctisque quasi membris, sensibus propriis atque perfectum sit, quod nihil præterea permutationis admittat, nulla proprietatis dispendia, nullam definitionis sustineat varietatem.* Quasi diceret, quamvis dicamus Ecclesiæ firmitudinem quotidie majorem aliquorum studio & zelo apparere, non est tamen alia, sed eadem prorsus in modernis doctrina fidei, & morum, qualis olim fuit in Patribus & majoribus. Videmus quidem

Vincent. Lirinen.

dem ampliatam, auctam, & magis radicatàm Eccleſiam numerọ fidelium, conſtantia Chriſtianorum, & firmitudine in credendo, non cumulo myſteriorum, aut dogmatum fidei incremento vel multiplicatione articulorũ.

VI. Idem Vincentius cap. 30. probat exemplo. *Severunt majores noſtri antiquitus in hac Eccleſiaſtica ſegete triticeæ fidei ſemina.* Nomine majorum intelligeS. Eliam, Eliſeum, Filios Prophetarum & eorum ſucceſſores: ita ut Elias non tantùm Ordinum Religioſorum typus ſit, & magiſter, ſed etiam totius Eccleſiæ, ſeu omnium fidelium. Quid autem de præfatis ejuſmodi ſucceſſoribus Eliæ, Patres ſentiant, audiamus. Primò occurrit Joſephus Antiochenus in ſpeculo perfectæ militiæ Eccleſiæ, cujus meminerunt nonnulli Authores optimæ fidei apud Patrem noſtrum Lezanam tomo 1. Annalium Ordinis noſtri in apparatu cap. 6. n. 2. *Perfectorum* (inquit cap. 12. vel 72.) *Militum Chriſti Apoſtolorum coadjutores ſurrexerunt viri ſtrenuiſſimi ſolitarii, contemplationi dediti, ſanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſei ſequaces; qui de monte Carmeli deſcendentes per Galilæam, Samariam, & Paleſtinam fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt; quique in V. Mariæ honore in Carmeli montis declivio fabricantes oratorium, Salvatoris Matri ſpecialiter ſervierunt.* *Joſeph. Antioch.*

Sigebertus Gemblacenſis in hiſtoriâ Hieroſolymitanâ. *Cùm Carmelitæ in ſanctâ pœnitentiâ perſeveraſſent à tempore ſanctorum Eliæ, & Eliſei Prophetarum, tandem Chriſtum prædicantem audierunt. Qui religioſi fidem Catholicam confitentes in Chriſto baptizati ſunt. Deindè perſeverantes in doctrinâ Apoſtolorum, habentes gratiam ad omnem plebem veritatis Evangelicæ, Nuncii fideles, & religionis Chriſtianæ legitimi confeſſores effecti ſunt.* Armachanus apud noſtrum Waldenſem tom. 3. de Sacramental. tit. 9. cap. 89. *Inſuper in principio naſcentis Eccleſiæ in partibus illis prædicando evangelium ſollicitiſſimè laboraverũt.* Joannes Bonifacius lib. 2. de hiſt. virg. cap. 1. *Neque ſolùm ſe Apoſtolorum benevolos, & dociles auditores præbuerunt. Et cùm ex monte Carmelo deſcendiſſent, Chriſti fidem per Galilæam, Samariam, & Paleſtinam univerſam conſtantiſſimè prædicaverunt.* Clithovæus in ſerm. de excellentiâ & laudibus Carmelitarum. *Comprobatur hujus religionis utilitas eam ob cauſam, quod fuerit adjutrix Apoſtolorum in diſſeminandâ fide, & doctrinâ evangelicâ.* Luitprandus, ſeu Eutrandus in fragmentis per Thomam Tamaio de Vargas Philippi IV. Regis Catholici hiſtoriographum refert verbum Dei non tantùm in Paleſtinâ & locis vicinioribus ab illis fuiſſe diſſeminatum ſed etiam eos in Hiſpaniam peragraſſe. *Magna pars eorum, qui diſperſi in perſecutione S. Stephani ad varias partes trajecerant, & ad Hiſpaniam plurimi venerant, erant ex Monachis montis Carmeli prædicationibus Chriſti & Apoſtolorum ad fidem converſi, in quibus Elpidius, & ſocii Pontifices à S. Iacobo creati, & poſt Martyres effecti.* Idem aſſerunt Laurentius Beyerlinck in theatro vitæ humanæ littera R. Verbo Religioſus, Religio. Carthagena tom. 4 hom. 1. pro Carmelitis. Iſidorus, Badius, Aſcenſius, & Sebaſtianus Murrho, Baptiſtæ Manthuani Commentatores ad illos verſ. lib. 3. Parthen. *Sigebert.* *Armac.* *Ioannes Bonifac.* *Clithov.* *Luitpr.*

Namq́ ipſi ſeſe, mox ut vulgata ſalutis
Fama fuit, Chriſti magnis mixêre miniſtris
Fautores operis ſancti, ſociosq́ laborum.

Ex authoribus ordinis noſtri plurimos producere poſſem; celebriores tantùm audiamus. Joannes 44. qui florebat 4. ſæculo lib. de inſtit. Mon cap. 31. *Illi ab Apoſtolis edocti ſublimiùs & nobiliùs velut per ſpeculum inſpicientes, & in ipſis litteræ nominibus admirandas quaſi ſpecies intelligentiæ, concipientes, diviniùs & profundiori ſapientiâ ſacrorum voluminum tanquam copioſis dapibus imbuebantur. Eorum multi, quæ ab Apoſtolis hauſerant cæteris effundentes fidem Chriſti per Phœniciam & Paleſtinam prædicabant, dilatantes dogma fidei, & moribus vitæ Monaſticæ converſationem Eccleſiæ inſigniſſimam demonſtrantes.* Idem cap. 36. docet Eliæ ſucceſſores conſtruxiſſe & dedicaſſe Virgini Mariæ quoddam ſacellum in Monte Carmeli juxta fontem in ſitu illo, ubi Elias orans viderat nubeculam illam quaſi veſtigium hominis aſcendentem de mari in Carmelum. *Vbi* (inquit) *profeſſores* *Joannes 44.*

Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ μὲν ἐκ τῆς Γραφῆς ἐπιδεικνύναι τὸν ἐπίσκοπον τῆς Ῥώμης ἐπὶ τῶν ἀποστόλων οὐκ ἔστιν, ἐκ δὲ τῆς ἱστορίας ἔστιν, ἐπὶ τοῦτο τὸν λόγον ἐπανάγωμεν. Ἐπὶ τοίνυν τῶν ἀποστόλων ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπίσκοπος οὐκ ἦν, ἀλλὰ Πέτρος καὶ Παῦλος ἐπῆλθον τῇ Ῥώμῃ, καὶ ἐκήρυξαν τὸ εὐαγγέλιον, καὶ ἐπὶ τέλει τῆς ζωῆς αὐτῶν ἐμαρτύρησα

legium ejusdē institutī quod amplexamur & veneramur in cæterorum hominum exemplum probatissimū. Expende illa verba *Ecclesiæ Dei &c. In cæterorum hominum exemplum probatissimū.* Non omittendū

Testim. univers. Cracov. testimonium Universitatis Cracoviensis quæ PP. Discalceatis capitulariter congregatis hęc scribit. *Nisi in nobis vestra in nos benevolentia multis argumentis effusè testata, perspecta esset; nunquam animū adjiceremus, ut vos in hoc sacro Conventu congregatos, & sanctissimi ordinis vestri deliberationibus intentos, interpellare anderemus. Sed si quid intempestivum est à vestrâ charitate, quâ in omnium salute propenditis, profectū, judicate. Duo enim sunt quæ maximè in vestrâ religione suspicimus: vitæ innocentiam ad normam veteris disciplinæ monasticæ revocatam, & studiū indefessum in cognitione divinorum mysteriorum occupatum. Quorum uno salutē propriam altero proximorum requiritis. Sint hæc utinā vobis, & vestræ religionis integra & illibata in omne (ita vovemus) ævum, nè ullo unquam ætū veteratoris diminuta, & in dies multiplici fructu virtutum, & lucris animarum aucta. Sed quod hæc amplioribus utrobiq; spatiis provecta, latiùs se effundant; postulandum obnixè ab admodum R. P. V. duximus ut in sanctitatis vestræ gremium, & meritorum societatē, more aliarum academiarum recipi possimus: ut juventus nostra, in Ecclesiâ D. Michaeli dicatâ, locum aliquem pro exercitiis pietatis, benevolentia vestra inveniat. Cujus quidem gratiæ magna olim præmia in illâ retributione quam expectamus, recipietis. Dum vestra innocentia vobis, sæcularibus negotiis impeditis, iisdem in studiis divinis nobiscum deditis, Deum placabilem reddetis: vestroq; exemplo dum nos ad pietatem ardentiùs promovendā accenditis, nostramq; juventutē dum in timore Dei, & in mandatorum ejus custodiâ eruditis.* Expende illa verba. *In omnium salute propenditis profectū.* Item, *quorum uno salutem propriam, altero proximorū requiritis.* Insuper, *in dies multiplici fructu virtutum, & lucris animarū aucta.* Denique, *ut juventus nostra locū aliquem pro exercitiis pietatis benevolentia vestra inveniat.* Et paulò post, *vestroque exemplo dum nos ad pietatē ardentius promovendam accenditis nostramq; juventutē dum in timore Dei, & in mandatorum ejus custodiâ eruditis.* His verbis, *Vestrâ charitate quam in omnium salute propenditis,* zelū significat: studium autē illis verbis. *Altero proximorum requiritis.* Idē innuunt ista, *lucris animarū aucta.* Item *in timore Dei, & in mandatorum custodia eruditis.*

VII. *S. Theſiſ.*

Et ut propius accedamus ad ineffabilis veritatis sacrariū, audiamus quid sacrum Cōsistorium & supremum Tribunal Romanū proferat à Paulo V. deputatum in examine processus Canonizationis S. Theresiæ in 1. relat. art. 1. hæc dicit. *Cùm omnipotens Deus elegisset illam suam servam Theresiam de Iesu ad fundandam reformationem sacrosanctæ religionis Fratrū & Monialium Discalceatorum S. Mariæ de Monte Carmelo, ex quâ tot uberrimi fructus Ecclesia Catholica, & omnibus fidelibus per totum orbem erant proventuri, ut ex postfacto evidens & notoria experientia docuit, illam futurā fundatricem tantæ ac tam perfectæ, & sublimis religionis sicut dignatus fuit tot virtutibus heroicis, & excellentibus, tantoq; spiritu dotare ardentissimoque Dei amore ipsius pectus & cor inflammās, &c.* Expende illa verba. *Ex quâ tot uberrimi fructus Ecclesiæ Catholicæ & omnibus fidelibus per totum orbē erant proventuri.* Non dicit per Hispaniam, per Italiam, per Galliā, per Germaniam, per Poloniam, &c. sed per totū orbem. Idē habetur in 2. relat. a. 2. §. 1. Nō omittenda existimo testimonia Regum & Principum. Philippus II. Rex Hispaniarum anno 1592. 11. Junii scripsit summo Pontifici asserens quàm speciali devotione feratur in illum ordinem Carmelitarū ob bonum exemplū quod cūctis præbet. Philippus III. anno 1607. scribit Marchioni Daiēton suo legato, ut urgeat Canonizationē S. Theresiæ; quia inter alias rationes Deus utitur illâ tanquā instrumento seu exemplari, ut toti mundo, & Ecclesiæ universali illuceat. Eandē fidem reddit Regina Marguarita ejus uxor scribens Paulo V. anno 1607. & 1610. Philippus IV. 1626. 28. Septembr. idē testatur. Sigismundus Rex Poloniæ scribens Paulo V. anno 1608 suam mentē his verbis exprimit. *Cùm ejus sanctitatis (quâ B. V. Theresia toti orbi Christiano his tēporibus illuxit) radii ad regnū hoc meum penetrarint, dēductaq; ibi sacra Monachorū Colonia eximio virtutū studio & religiosæ pietatis ardore ita resplendeat, ut omnes in sui amorem excitarit. Ego quoque hoc tam præclaro*

Testim. Philip. 2. Hisp. reg.

Testim. reg. Pol.

claro pietatis incremento vehementer delectatus, plurimum hanc religionem ejus q. in propagandâ Catholicâ veritate, pietate in animis hominum excitandis diligentiã ac eximium ſtudium amplector. Expende hęc verba: *In propagandâ, &c.* Regnum Caſtellæ ſcribens Clementi VIII. anno 1597. pro Canonizatione S. Thereſiæ certiorem facit Pontificẽ quantum progreſſum faciat prædicta religio ſuâ vitâ exemplari, & rarâ doctrinâ ad ſanctitatem Eccleſiaſticam promovendã.

VIII. *Paul. V.* Reſtat ut ipſa Eccleſiæ oracula audiamus. Paulus V. ſcribens Henrico IV. Galliarum Regi. *Chariſſimo* (inquit) *filio Henrico Francorum Regi Chriſtianiſſimo Paulus Papa V. Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem, & Apoſtolicã benedictionẽ. Hoc uno ſolatio in tot tantiſq. noſtris laboribus atque ſollicitudinibus recreamur, quòd etſi humani generis hoſtis perpetuus nunquã ceſſat novis artibus, atque perturbationibus divinum cultũ & ſalutem animarum impedire, non deſunt tamen ex alterâ parte, qui zelo honoris Dei, & proximi charitate incenſi, ſatagunt verbo & exemplo errantes in ſemitam rectã dirigere & laborantibus in vineâ Domini auxiliũ & conſolationem afferre; ex quorum numero certe ſunt dilecti filii Fratres Carmelitani Diſcalceati, quiin hac almâ urbe noſtrâ, & per Italiam ferè totã cum magno animarum emolumento aſſiduè laborantibus orationibus, jejuniis, pradicationibus, confeſſionibus, aliiſque piis operibus intenti, eximia religionis, & pietatis exempla edidere; ita ut meritò à nobis in Domino diligantur, atque ab omnibus magna in veneratione habeantur. Cùm autẽ intellexerimus hunc religioſum Ordinem valdè deſiderari in florentiſſimo Majeſtatis tuæ regno, & exiſtimemus horum piorum virorum præſentiam perutilẽ fore inſtaurationi antiquæ illius diſciplinæ Eccleſiaſticæ, cujus meritò regnum illud Chriſtianiſſimum appellatum fuit: quàm tu quoque non minus prudenter quàm piè cupere te eſtendis: his noſtris litteris Majeſtatem tuam hortari etiam atque etiam volumus ad Carmelitanorum Diſcalceatorum in Galliam ordinem introducendum: confidimus quippè te brevi experturum magnam utilitatem, ex eorum cum ſubditis tuæ Majeſtatis conſuetudine. Mirum certè eſt quantùm valeant ad pietatem in hominum animis introducendam: ut potè qui nihil aliud quarant, quàm Dei gloriam & animarum ſalutem, ſummam paupertatẽ in ſimplicitate cordis colentes.* Pondera iſta verba. *Ex quorum numero certè ſunt dilecti filii fratres Carmelitani Diſcalceati, qui in hac almâ urbe noſtrâ, & per Italiam ferè totam cum magno animarum emolumento aſſiduè laborantes, &c.* Item hæc. *Mirum certè eſt quantum valeant ad pietatem in hominum introducendam: ut potè qui nihil quærant quàm Dei gloriam & animarum ſalutem, ſummã paupertatem in ſimplicitate colentes.* Idem Paulus V. ſcribens Archiduci Alberto Auſtriaco anno 1610. ſic loquitur: *Et certè ad Catholicæ religionis reparationẽ in iſtis partibus nihil opportunius excogitari poterat; eam namque & virtus horum ſervorum Dei, & inſtitutum veræ religioſæ vitæ ab iis ſuſceptæ diligenter & accuratè cuſtodiunt: itaut non minus exemplo, quàm doctrinâ & exhortatione homines in viam ſalutis dirigant. Præ ſe ferunt enim quandam charitatis Chriſtianæ minimè adumbratam ſpeciem, quâ facilè hominum animos alliciunt, & divini amoris ardore accendunt, &c.* Expende illud. *Ad Catholicæ religionis reparationẽ nihil opportunius excogitari poterat.* Idẽ Pontifex in hęc verba ſcribit Sereniſ. Ferdinando Bavaro Archiepiſcopo Colonienſi, Epiſc. Leodien. &c. *Quantũ utilitatis ſperandũ ſit ad Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ exaltationem, & quantũ adjumenti in tuis paſtoralibus laboribus polliceri poſſis ex iſtis bonis operariis, fructus animarũ, qui admirabilis colligitur ubicumque hactenus ſe receperunt, abundè demonſtrat. Soli Deo ſerviunt, ejus honori & animarũ ſaluti tantummodò ſatagunt, cæleſtia meditantur, terrena deſpiciunt, doctrinâ & charitate apoſtolica pleni Chriſtianã virtutẽ, quàm verbo docent, exemplo demonſtrant, &c.* Quid clarius dici poteſt ad exprimendũ hujus ordinis zelum pro animarum ſalute & Eccleſiæ firmitudine. Et nè quis exiſtimet illum Europæ terminis circumſcribi, accipe quę Clemẽs VIII. ſcribit regi Perſarũ. *Illuſtri ac potentiſſimo Sciahabas, Perſarum regi, Clemens Papa VIII. Illuſtris ac potentiſſime Sciahabas Perſarum rex, adſit tibi Deus, & perfectã in omnibus rebus veritatẽ & vitã* Clemens VIII.

oſtendat. Miſimus jam ad te Paulum, Simonem, Ioannem Thadæum, & Vincentium, Fratres Ordinis B. Mariæ de monte Carmelo: eisque mandavimus ut nonnulla negotia noſtro nomine tibi exponerent, Cùmque facile futurum ſit, ut eâ de cauſâ aliquamdiu apud te moram trahant, eis injunximus, ut interea Chriſti fideles, qui ſub tuâ poteſtate ſunt, noſtro nomine inviſant: utque memores ſint ſalutis æternæ, eos ſalutaribus præceptis inſtruant; & juxtà Chriſtianorum ritum, & facultates eis conceſſas, ſpiritualibus remediis, & ſacro-ſanctis ſacramentis reficiant. Vt autem tu aliqua de eorum inſtituto intelligas, pauca quædam tibi ſignificanda duximus, ex quibus cætera facile conjicias. Habuerunt olim religionis hujus profeſſores ſicut à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris memoriâ proditum eſt, ſui inſtituti authores ſanctos Prophetas Eliam & Eliſeum omnibus nationibus, & gentibus notos, & à B. Alberto Patriarchâ Hieroſolymitano magni nominis viro proprias regulæ conſtitutiones acceperunt: quibus illis in primis præcipitur, ut ſummam obedientiam, perpetuam paupertatem, & caſtitatem ſervent. Deinde ut in lege Domini meditantes contemplationi, & orationi vacent: tum prædicationi verbi Dei atque animarum ſaluti incumbant; atque ideò ad regiones longinquas mittuntur, & jam Hiſpaniarum Regna, & Indiam Occidentalem, nonnullasque Italiæ civitates peragrarunt. In chronicis citatis fertur quòd Petrus à Matre Dei annō 1599. creatus fuerit ſuperintendens miſſionibus de propagandâ fide in terris infidelium à Clemente VIII. quod munus Paulus V. confirmavit. Ut verò majus incrementum accepit illa ſacra congregatiō de propagandâ fide P. Petrus à Jeſu Mariâ in eâ locum ſuis meritis congruum præ aliis religioſis habuit. De Apoſtolis ſeu miſſionariis in Perſidem, Moſcoviam, Pontum Euxinum, Tartariam, Armeniam & alias Regiones conſule præfata chronica. Solùm pro Coronide dicam ex noſtro ordine aſſumptum eſſe Illuſtriſſimum Dominum Franciſcum Suarez Epiſcopum Memphëos qui in Ægypto ſuâ doctrinâ, zelo, & exemplo ibi Chriſtianos in verâ religione fovit & animarum perditarum converſioni ſtudioſè incubuit, quamdiu ibi benevaluit. Undè non miror ſi ob illud ſtudium honoris Dei & animarum, impenſum pro ſtabiliendâ ibi Eccleſiâ Romanâ firmius & ſanctius Deus tantis favoribus, & Sedes Apoſtolica tam ſingularibus privilegiis hunc ordinem decoravit.

§. 10.

Fortunati Principes, quorum eximius Zelus pro firmandâ & ſanciendâ fide Eccleſiæ Romanæ enituit.

TAceo hîc zelum virorum Apoſtolicorum, Præſulum, necnon Fundatorum diverſorum Religioſorū: quia non uno Paragrapho comprehendi poſſunt, ſed integrum volumen expoſtulant. Hic dumtaxat de aliquorum Principum zelo ſermonem inſtituemus. Quamvis hoc argumentum nullâ probatione indigeat, tamen illud tum ſacris Textibus, tum Hiſtoriis aſtruemus: ac primò occurrit divina promiſſio juramento confirmata Pſal. 131. v. 11. *Juravit Dominus & non pœnitebit eum, &c. de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam, ſi cuſtodierint Filii tui teſtamentum meum, & teſtimonia mea hæc, quæ docebo eos. Et filii eorum uſque in ſæculum ſedebunt ſuper ſedē tuam.* Titelmannus duplicem hujus loci affert explanationem, prima litteralis eſt, introducitque Regem Salomonem, qui Deum ita affatur. *Tu Domine pollicitus es Patri meo David, & tanquam juramento firmiſſimè promiſiſti rem veram, quam etiam ſuo tempore veriſſimè impletre cogitaſti, & ab eâ veritate, quam promiſiſti nunquam averteris, neque fiet aliquando ut obliviſcaris, ſive omittas eam, neque ab ipſo etiam David ſic unquam averteris, ut promiſſum illi non impleas. Iuramentum autem & promiſſum, quod feciſti tale erat. Filium, qui de lumbis tuis egredietur faciam regnare poſt te in regno tuo omnibus diebus vitæ ſuæ, qui vir quietiſſimus erit, & ædificabit mihi domum. Quod ſi obſervaverint filii tui præcepta mea ambulando coram me in corde perfecto, ſicut tu ambulaſti*

1. *Pſ. 131. v. 11.* *Tiulm.*

lasti, & si judicia mea, atque ceremonias, quæ eos docui, & docebo, custodire voluerint, non recedentes post Deos alienos, neque transgredientes præcepta, atque judicia mea: si (inquam) hæc ita observaverint, polliceor tibi, quod etiam filii filiorum tuorum, donec sic in justitiâ perstiterint, in sempiternum sedebunt in throno regni Domini, super Israel, neque deficiet vir ex semine tuo, qui sedeat super sedem tuam, &c. Postquam textum citatũ sic litteraliter elucidavit, in annotationibus docet hanc promissionem de Ecclesiæ militantis stabilitate ac firmitudine esse intelligendam. *Quæcumque dicuntur in hoc psalmo de domo, habitatione, & requie Dei, sive de ædificatione ipsius, sicut juxta historiam Salomonis templo aptantur, ipsique Salomoni; ita secundùm mysticam intelligentiam aptari possunt ædificationi domus Dei, quæ est Ecclesia & Christo Domino: ut secundùm hanc intelligentiam Psalmus iste vox sit populi fidelis petentis à Deo acceptam fieri Ecclesiam novam, quam ipsi ædificavit filius ejus.* Quod autem Ecclesiam stabilem ac firmam esse Deus decreverit, docet Psaltes Psalmo citato v. 14. *Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi.* Quid per habitationem intelligit, & cur vocat habitationem, & non ait commorationem? quia secundùm Grammaticos commorari est alicubi manere ad exiguum tempus, habitare autem diuturnam sedem significat. Ut ergò doceat Ecclesiam fore firmam ac stabilem Dei sedem egregiè Titelmannus, *Elegit Dominus civitatem sanctam Sion, locum Ierusalem, Ecclesiæ sanctæ typum atque figuram, desideravit eam, & habere voluit inhabitationem suam, complacuitque ipsi habitare, & stabilem mansionem accipere in eâ, dum in illâ quidem materiali Ierusalem templi locum designavit: in hac autem sanctâ Ecclesiâ permanere decrevitun à cũ suis fidelibus usque ad consummationem sæculi.* Quasi diceret, sæviant Tyranni, nova dogmata cudant hæretici hydras bicipites, tricipites & septicipites producant Schismatici, & in S. Ecclesiã Romanã totam suam rabiem infernalem evomant, nunquam eam delere poterunt, sed inter medias ejusmodi persecutionum undas stabit usque ad finem mundi. Id confirmat psaltes v. 15. sequenti, ubi Patrem Ecclesiæ conditorem introducit. *Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo quoniam elegi eam.* Quæ Titelmannus sic elucidat: *Vox Dei Patris de ædificio & electione sanctæ Ecclesiæ. Hæc Sion, hæc sancta civitas, Ecclesia sancta locus est, quem mihi ad quietem, & jucundam habitationem elegi, in quâ coletur, & invocabitur nomen meum: & in hac civitate ego habito in medio fidelium permansurus usque ad consummationem, tanquam Pater familias in domo suâ.* Quomodò permansurus? non sicut Enoch & Elias, quorũ ille Genesis cap. 4. v. 24. *Ambulavit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus. Et Elias ascendit per turbinem in cælum.* Scilicet in Paradisum Terrestrem quò Enoch raptus fuit. Ecclesiastici cap. 48. v. 7. Et post S. Irenæum lib. 5. cap. 5. S. Justinum quæst. 85. S. Isidorum lib. de ortu & interitu sanctorum PP. cap. 5. docet S. Thomas 1. p. q. 102. a. 2. Illum Paradisum non custodiunt sed incolunt, seu ibi vivunt absque cibo, sed tamen morituri. *At Christus mortuus jam nõ moritur, mors illi ultra nõ dominabitur.* Rom. c. 6. v. 9. Suamque Ecclesiã tuetur. Nonnulli authores ferunt Enoch ante diluvium in Paradisum translatum fuisse, qui locus per diluvium inundatus fuit, ita ut postea in amœnum locum Enoch translatus fuerit, ubi cum Eliâ agit vitam quasi beatam; ac immunem à concupiscentiâ & à nostris ærumnis in in altissimâ contemplatione. At Ecclesiam non tantùm Deus inhabitat, sed etiam tuetur; undè nunquam peritura sit, nisi in fine mundi, quando altare deficiet, & militans tota in triumphantem transibit ita ut de Ecclesiâ militante nunc effari liceat, quod S. Irenæus lib. 5. ait de SS. Eliâ & Enoch, *Conspicientes immortalitatem.* Ideſt non quidem possident immortalitatem quamvis usque ad diem judicii sint immunes à miseriis hujus mundi; sunt tamen morti obnoxii, quâ perpessâ immortalitatem perfectam consequentur. Quod si Tertullianus de Eliâ & Enoch lib. de resurrectione carnis cap 58. ait: *Æternitatis candidati ab omni vitio, ab*

Genes. 2. v. 14.

4. Reg. c. 2. v. 11.

Roman. c. 6. v. 9.

S. Iren.

Tertul.

omni damnò, ab omni injuriâ & contumeliâ immunitatem carnis ædiscunt. Ecclesia militans & Romana æternitatis est candidata. Ephes. cap. 5. v. 27. *Non habens maculam, neque rugam aut aliquid ejusmodi: sed ut sancta & immaculata.* Ideſt habet legem & fidem ſanctam illibatam, firmam ac ſtabilem, quæ nullis unquam contumeliis, erroribus hæreticorum, infidelium, & tyrannorum perſecutionibus potuit ſeu poterit labefactari, vel deſtrui: quia Deus illam inhabitat, tuetur, ab eâ arcet omnia incommoda, quæ ejus excidium cauſare poſſent. *Hic habito quoniam elegi eam.* Titelmannus. *Ambulabo inter illos tanquam in medio filiorum meorum ad illis protectionem liberationem & opportuna omnia impendenda beneficia.*

Ephes. c. 5. v. 27.

Titelm.

II. Idem Vates Regius memor ſingularis protectionis & firmitatis, quam Deus Eccleſiæ ſponſæ ſuæ & ejus alumnis, ac propugnatoribus, communicat canit pſal. 128. v. 1. *Sæpè expugnaverunt me à juventute meâ, etenim non potuerunt mihi. Supra dorſum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem ſuam.* S. Chryſoſtomus ibi: *Hoc ipſum uſu venit in Eccleſiâ: cùm enim inciperet enaſci, omnes eam aſſiduè invadebant. In principio quidem Reges, populi, & tyranni: poſteâ autem inſidiæ hæreticorum & maximum & varium, ac multiplex bellum undique ſuſcitabatur: ſed tamen non prævaluit; ſed fuſi quidem ſunt, & profligati hoſtes, floret autem, & viget Eccleſia.* Ideſt poſt tot bella nō-debilis non infirma, ſed pulcherrima & firmiſſima apparet. Perſecutores autem ita confuſi & abjecti, ut vix eorum appareat veſtigium. Titelmannus *Confuſio ſempiterna, & erubeſcentia horribilis apprehendet in noviſſimo omnes, qui odio habent populum Domini, Eccleſiam ſanctā, bonos atque fideles Dei ſervos. Tu quoque Deus in machinationibus, quas contra populum tuum, meditantur, fac non prævalere eos nobis, ſed confundantur, & à cæpto turpiter deſiſtere cōgantur, tanquam non potentes te prohibente quæ cogitabant perficere.* Quando illi Eccleſiæ hoſtes peribunt? non tantùm poſt obitum ſuum, & cum Eccleſia ornata palmis, & coronis triumphabit; ſed etiam in pulvere & arenâ exiſtens, Vates Regius citatus v. 5. *Fiant ſicut fœnum tectorum, quod priuſquam evellatur exaruit.* S. Chryſoſtomus. *Non ſolùm* (inquit) *victi ſunt, ſed turpiter & ridiculosè: non eos tantùm fœno comparat, ſed fœno quod eſt ſupra domos; quamquàm enim id quod eſt in campis celeriter diffluit; volens tamen oſtendere quàm eſſent viles & abjecti adverſarii, comparat fœno, quod eſt ſuper domos; ut utrimque oſtendat, quàm ſint fragiles & caduci, nempe ex fœni naturâ, & ex naturâ loci. Tales* (inquit) *ſunt inſultus adverſariorum, qui non habent radicem nec fundamentum, qui aliquantiſper quidem videntur florere: poſteà autem arguuntur, & ex ſeipſis excidunt.* Id clarè patet in ſectis hæreticis, earum auctoribus & defenſoribus, de quibus ſupra, & fuſiùs infra oſtendetur.

Chryſoſ.

III. Eandem explanationem affert Dionyſius. *Quemadmodum* (inquit) *fœnum in tectis domorum naſcens celerrimè, ſole deſuper decoquente ſiccatur & cadit, ſic poteſtas gloriæ, atque proſperitas inimicorum Eccleſiæ Chriſto ulciſcente citò diſpareant, ne & ipſi diù vivendo gravius peccent, & Eccleſia ſupramodùm gravetur.* Contrarium accidet Eccleſiæ ſanctæ, & ejus alumnis ac propugnatoribus ejus, ut Cantor Regius innuit pſalm. 127. v. ultimo. *Et videas* (inquit) *filios filiorum tuorum pacem ſuper Iſrael.* Quaſi diceret ſcire vultis (ō Eccleſiæ Romanæ defenſores ac propugnatores terrimi) quam mercedem percipietis? non tantùm temporalem prolis fœcunditatem, & imperii veſtri perennitatem ac proſperitatem, ſed etiam ſpiritualem benedictionem. *Fœcundet quoque te Deus ſpirituali ſuâ fœcunditate in omnibus virtutibus, ita ut de virtute ſemper in virtutem proficiens, & ex unâ in alteram ſemper procedens, ſic quaſi filios accipias filiorum tuorum. Rurſum itaque te fœcundet virtutibus; ut in longas ac multas generationes permaneant tibi filii, quos Deo, ſive verbo doctrinæ, ſive exemplo vitæ genuiſti; quemadmodum ſolet virorum juſtorum ſemen ſpirituale in multas generationes permanere impiorum carnali pereunte ſemine.* Duplicem igitur Deus mercedem pollicetur fidelibus, maximè principibus, qui pro firmitudine Eccleſiæ decertarūt, ſuaſq; vires,

Dionyſ.

Titelm.

vires, opes, imò & vitam impenderint, de temporali benedictione collatâ iis, quilegem & fidem Dei ſervant, pro aris & cultu divino pugnant, ſeu militant. Patet in clariſſimo, & laudatiſſimo rege Joſaphat Chriſti Domini progenitore, cujus zelus, pietas & religio à ſcripturâ celebratur.

IV. Sacer Textus lib. 3. Regum cap. 22. *l.3.Reg. cap. 22. v. 34* v. 34 habet. *Ambulavit in omni viâ Aſa Patris ſui, & non declinavit ab eâ, fecitque quod rectum erat in conſpectu Domini.* Et lib. 2. Paralipp. c. 20. v. 32. *l.2.Par. cap. 20. v. 32.* *Ambulavit in viâ Patris ſui Aſa nec declinavit ab eâ, faciens quæ placita erant coram Domino.* Quaſi diceret ſuperavit zelo, pietate, religione Aſam Patrem ſuum, virum valdè inſignem, & à ſordibus idolorum immunem. Nam cauſam Dei ita ſuſcepit, ut auſus fuerit excelſa ſuperſtitioni dicata funditùs demoliri, reliquias effœminatorum eradere, populumque ſuum univerſum in divinâ lege erudire, omnia denique ordinare, quæ ad templum & cultum Dei ſpectant. Eodem lib. 2. Paralip. pius ille Rex ad bellum cum exercitu progrediens non haſtis, ſed pſalmis uſus eſt: non vibrando ſagittas, ſed orando & canendo, Ammonitas, Moabitas, & Syros terruit. v. 20. *Cùm mane ſurrexiſſent, egreſſi ſunt per deſertum Thecue, profectiſque eis, ſtans Ioſaphat in medio eorum, dixit, audite me Viri Iuda, & omnes habitatores Ieruſalem, credite in Domino Deo veſtro, & ſecuri eritis: credite Prophetis ejus, & cuncta evenient proſpera, deditque conſilium populo, & ſtatuit cantores Domini, ut laudarent in turmis ſuis, & antecederent exercitum, ac voce conſonâ dicerent: Confitemini Domino, quoniam in æternum miſericordia ejus.* Dionyſius hanc hiſtoriam ſic *Dionyſ.* explicat. *Diſpoſuit cantores ſicut erant à David diviſi, ut unaquæque eorum turma Deum laudaret, & antecederent exercitũ tanquam ſpeciales milites Dei, ad communitatis tutelam, & vulgi propugnatores ſpecialibus armis tuentes eos, qui perſequebantur.* Qualis fuerit ſucceſſus & effectus orationum & cantuum, audia- *Iſaiæ c. 30. v. 32.* mus oraculum Iſaiæ cap. 30. v. 32. *In tympanis & citharis & in bellis expugnabis eos.* Hebræus. *In bellis elevationis,* ideſt ſecundùm Vatablum, *Deus non armis, nec ferro pugnans, ſed tanquam ludens,* ideſt ſacrificando, orando, cantando, &c. hoc pacto Joſaphat ſuum, Dei, & religionis hoſtem fugavit, cædit. Huic vaticinio alludere videtur Apoſtolus 1. ad Timoth. c. 2. v. 8. *Volo ergò viros orare in omni loco,* ideſt non tantũ in templo, in oratorio, ſed in foro, in bello, &c. David ab omnibus illis locis abſtrahens Pſalm. 140. v. 2. *Elevatio manuum mearum ſacrificiũ veſpertinum.* Quaſi diceret quemadmodum Exodi c. 29. Numer. c. 20. Sacerdotes ſecundùm legem ſingulis diebus offerebant ſacrificium veſpertinum manibus ſurſum elatis. Vel quemadmodũ Exodi c. 17. v. 11. *Cùm levaret Moyſes manus vincebat Iſrael, ſin autem paululùm remiſiſſet ſuperabat Amalec.* Vel (ut explicat S. Chryſoſtomus tom. 1. ſerm. de Moyſe. *Stabat Moyſes in monte, non armis ſed precibus pugnaturus: ſtabat extenſis manibus ad cælum devoto orans affectu: non de terrâ ſed de cælo auxilium poſtulabat, pugnabat cum hoſtibus abſens, cum externis ſine bello decertabat, ut quẽ diverſitas ab inimicis ſejunxerat, orationis effectus bellatorem præſentem hoſtibus exhiberet. Fit Moyſe orante occulta pugna, ſed manifeſta victoria latentes dimicat, ut evidenter devincat, ſolus orat, ut multi ſalventur. Stabat Moyſes in monte proximus jam cælo, jam vicinus ſideribus. Et quantò eum ſublimitas montis extulerat, tantò oratio eum proximum exhibebat.* Videamus qualem victoriam reportavit Rex Joſaphat, qualem triumphum revexerit, qualem gloriam conſecutus ſit canendo potiùs, quàm præliando: potiùs orationes quàm tela ejaculando, quomodo hoſtilem exercitum fuderit. Lib. 2. Paralip. c. 20. v. 22. *Cùmque cæpiſſent laudes canere, vertit Dominus inſidias eorum in ſemetipſos, filiorum ſcilicet Ammon, & Moab, & montis Seir qui egreſſi fuerant ut pugnarent contra Iudam, & percuſſi ſunt. Nam filii Ammon & Moab conſurrexerunt adverſum habitatores montis Seir, ut interficerent, & delerent eos. Cùmque hoc opere perpetraſſent etiam in ſemetipſos verſi mutuis contidere vulneribus, &c.* Dio- *Dionyſ.* nyſius hoc factum ita elucidat. *Dominus miſcuit in his ſpiritum vertiginis & furoris, inquietudinem contentionis & litis*

1.Timot. c.2.v.8.

l.2.Par. cap. 20. v. 22.

litis sic quod contra se invicem corrixari, ac superbire ac insanire cœperunt, quod Deo permittente per Angelos malos creditur factum. In explanatione morali subdit. *Instruuntur Christiani, qualiter in omni tam corporali, quàm spirituali conflictu eis, vel à visibilibus aut invisibilibus imminente debeant se habere. Nempè Principes pugnâ corporali eis instante non debent immoderatè timere; sed se totos ad Dominum exorandum conferre, in ipso confidere, suditos suos per se & spirituales viros hortari, ut vitam suam in cunctis emendent, orationibus & jejuniis vacent.* Berchorius lib. 13. moral. c. 1. explicatius docet quid per Cantores intelligatur. *Cantores sunt Prædicatores seu laudis divina pranuntiatores, qui quia populum ad devotionem excitãt contra hostes victoriam sibi parant.* Non dicit quia populum ad prælium, ad cædem excitant glorioſam victoriam sibi parant, sed ad devotionem. Ecce quibus gradibus ad gloriam evehuntur, non tantùm Josaphat, sed omnes Principes qui debitum honorem Deo exhibent, subditosque ad illum nusquam & nullibi intermittendum hortantur.

V. Hoc pacto Moyses & populus hostẽ deleverunt. S. Chrysostomus supra. *Fit Moyse orante victoria, cessante mœstitia. Potentior efficitur hostis justi corpore fatigato. Dejunt Israel vincere Moyse desistente in prece, ut dum diversa populis exhibentur, orationis potentia nobis mõstraretur. Denique tamdiu ista diversitas valuit quamdiu oratio defuit. Perseverante prece perseverans victoria roboratur, jam geritur pugna cum hoste, jam Amalech precibus debellatur, commendatur Hebreorum populus Deo, quem hostilis immanitas provocarat ad bellum. Oratio in ultionem inimici dirigitur, cujus scelera jam interitum provocabant, ne dum Moysi oratio circa victoriæ effectum nimium valeret, inimici virtus in populum Dei potentior esset, & non jam cæleste, sed humanum certamen ab omnibus putaretur. Quis enim nostrum non orando pugnavit? quis hostem non orando devicit?* Quasi diceret si Deus strenuos pro religione pugiles tam insigniter compensat ad tantos honores effert, sanè non minùs, imò magis honorat eos, qui in prælio pro armis utuntur oratione (quæ est actus religionis) ex D. Thomâ 2. 2. q. 83. art. 3 1. in corpore his verbis. *Per orationem homo Deo reverentiam exhibet, in quantum scilicet ei se subjicit, & profitetur orando se eo indigere sicut authore suorum bonorum. Vndè manifestũ quod oratio est proprie religionis actus.* Thom. 2. 2. q. 83. art. 31. At Moyses ad debellandum hostem populi fidelis non arma sumit, sed vota emittit; non tela sed preces dirigit in cœlum; quare non mirum si tãm glorioſam de hoste reportet victoriam. Plura & aurea producit S. Chrysostomus citatus de efficaciâ orationis Mosaicę, & aliorum: cui arridens Origenes hom. 11. in Exodum. *Populus (inquit) non tam manu & armis quàm voce & linguâ pugnabat; ideſt orationem fundens ad Deum prosternebat inimicos.* Ante Moysem, si quando Joseph de hoste triumphavit & magnus effectus est, non tam ferro quàm animo; non tam ense quàm prece id assecutus est. Nam Genesis c. 48. v. 22. benedictionem Josepho impendens, *Do tibi (inquit) partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.* Quid per arcum & sagittas intelligit? scio S. Chrysostomum hom. 67. in Genesim intelligere arma, quibus Simeon & Levi Sichimitas expugnarunt. Genesis c. 34. v. 25. Scio S. Hieronymum in quæst. Hebr. existimare per gladium seu arcum intelligendam esse justitiam, per quam Jacob illam terram promeruit, seu nummos quibus terram illam sibi comparavit. Sed mihi magis arridet versio Caldaica, Aben-Esra, Tostati. *Quam tuli gladio; ideſt oratione ac precibus.* Cornelius. *Hæc enim sunt & gladii piorum & sanctorum, qualis erat Jacob.* His armis præmuniti qualescumque hostes aggrediamur, illos superabimus, modò instar præfatorũ Heroũm pro aris potiùs, quàm pro focis: pro justitiâ potiùs, quàm pro pecuniâ & prædio præliemur. Ideò regem Josaphat gloriâ & divitiis Deus inclytum reddidit, fortitudine ac fœlicitate donavit, ita ut hostes in seipsos arma converterent. Pro coronide honoris exhibiti Regi Josaphat meminisse sufficiat Mausolæi, quod ipsi erectum est in valle, quæ indè dicta est Josaphat sita inter Jerusalem & Montem Oliveti, ubi

Judicium

Digitized by Google

Judicium univerſale celebrandum eſt juxta oraculum Joelis cap. 3. verſ. 2. Adrichomius in deſcriptione Terræ Sanctæ notat etiam, *quod in hac valle pii ac religioſi Reges Aſa, Ezechias, Joſias templa combuſſerunt, eorumque cineres in torrentem Cedron projecerunt.* Et nè faſtidioſus ſim in referendis benedictionibus temporalibus, quas olim Deus contulit ſuæ religionis & altarium propugnatoribus.

VI. Aliquos tantùm principes proferã, qui in lege gratiæ, de Religione Chriſtianâ, ſeu Eccleſiâ Romanâ benè meriti ſingulari benedictione temporali donati ſunt à Deo. Ac primò prodeat ex Galliâ Clodoveus Rex nonne ob amplexam & propagatam fidem Chriſtianam Deus illi benedixit, regnavitque in poſteris ducentis quinquaginta annis, ut teſtantur annales Franciæ. Pipinus potitus Francorum monarchiâ cum ſucceſſoribus per ducentos quadraginta tres annos ex iiſdem annalibus. Hugo Capetius anno 987. ejuſdem Regni Francorum adminiſtrationem ſuſcepit, illudque ſummoperè amplificavit, ex cujus ſtirpe modernus Rex Chriſtianiſſimus vivit & floret, florebitque in dies quamdiu adverſus Janſenianos, aliosque hæreticos vindicias Eccleſiæ & Sedis Romanæ ſuſcipiet. Regnum Hiſpaniæ à Recharedo rege fœlicitatem ſuam auſpicatum eſt, dum anno quingenteſimo octuageſimo ſexto Catholicæ & Romanæ Eccleſiæ nomen dedit. Hujus enim poſteritati Deus perennitatem conceſſit uſque ad annum milleſimum quingenteſimum, decimum-ſextũ quando Ferdinandus objit. Quo tempore ampliſſima regna ad domum Auſtriacam ratione affinitatis acceſſere, ut fusè narrat Rodericus Sanctius part. 1. cap. 16. Imò nonnulli probatæ fidei auctores ad unicum Recharedum referunt omnium Regum potentiſſimorum, etiam nunc in Europâ dominantium maternum genus. Nam Blancha Sancti Ludovici Galliarum Regis Mater, erat filia Alphonſi VIII. Regis Caſtellæ. Bona avia Sigiſmundi III. Regis Poloniæ, orta ex Iſabellâ filiâ Ferdinandi Arragonenſis Regis Neapolitani oriundi ex ſtirpe Recharedi. Rodolphus Imperator & Rex Bohemiæ ac Hungariæ, ejuſque Fratres & Patrui procedunt ex filiâ Ferdinandi, qui Monarchiam Hiſpanicam ad Auſtriacos tranſmiſit. Eodem modo diſcurrendum eſt de Regibus Angliæ ſecundùm lineam maternam, Reges Luſitaniæ deſcendentes ex genere Biſuntini Comitis regnarunt ferè quingentis annis. Bojorum ſive Bavarorum ex Gentiliſmo ad fidem converſio eſt facta, precone S. Ruperto Epiſcopo Vangionenſi, ut teſtantur ejuſdem S. Ruperti vita, apud Surium 27. Martii. Valent. in annalibus Bojorum lib. 3. Baronius ad annum Chriſti 580. ſub Principe Theodone hujus nominis III. quo tempore plebs Bavarica Chriſto regenerata eſt, ac Romanæ Eccleſiæ ſubjecta. Omitto ſanctiſſimum Henricum Auguſtum, & alios ſanctimoniâ conſpicuos ſtirpis Bavaricæ ſurculos; unicum dicam, domum illam ſereniſſimam in Chriſtianâ fide ſemper perſeveraſſe: & quod ſtupendum eſt in poſtremis tumultibus Germanicis per Lutheri, & aliorum ſectariorum diabolicas induſtrias ſuſcitatis cùm omnia ferè Germaniæ dominia ad hæreſim deflecterent, gens Bavarica ſub auſpiciis Sereniſſimorum Ducum pientiſſimorum ac Romanæ Eccleſiæ filiorum fideliſſimorũ partibus hæreticis nunquam adhæſit, aut à fide Catholicâ vel minimùm aberravit. Imò Sereniſſimus Erneſtus noſtro ævo ita fidẽ Catholicam, & Eccleſiam Romanam propugnavit, & invictum ſe præbuit, ut Romanus Pontifex eum judicarit dignum, qui non unum gregem, ſed multos ampliſſimos eodem tempore paſceret, & è diabolicis hæreſis faucibus liberaret. Quippè (quod prius in Eccleſiâ inſolitum & inauditum erat) juſſu Pontificum Romanorum quinque celeberrimorum Epiſcopatuum onus ſuſcepit, quos hæretici ſacrilegis ac impiis ſuis dogmatibus labefactare contendebant. Ac primò Friſingenſem, qui protenditur uſque in Auſtriam & Styriam, necnon Tyrolenſem Comitatum & ſatis ad hæreticas pravitates propenſum, in Eccleſiæ Romanæ obedientiâ continuit auxiliante Alberto

Patre ſuo Bavaro. Suſcepit etiam Hildesheimenſem in Saxoniâ in quâ ſunt pluſquam mille ſeu civitates, ſeu oppida, ſeu caſtra, ſeu villæ quæ vindicavit à poteſtate Ducum Brunſvicenſium & Holſatiæ. Leodienſem quoque, (cujus juriſdictio vaſtiſſima eſt) integram illibatamque ſervavit, etſi undequaque fremerent Eccleſiæ Romanæ hoſtes infenſiſſimi; adeò ut nuſquam Leodii, quæ eſt caput iſtius Diœceſis hæretici publica ſua dogmata ex cathedrâ, vel alio modo producere auſi fuerint, quamvis ſecundùm Florimundum Remundum Calvinus puellam Leodienſem in uxorem duxerit. Cùm Batavi arcem Huenſem ſubdolè cœpiſſent, Princeps generoſus induſtriâ ſuâ planè martiali eam recuperavit. Ejus zelus pro fide & Eccleſiâ Romanâ propugnandâ & Imperio ſub Catholico Monarchâ fovendo maximè enituit in ſuſcipiendo clavo Archi-Epiſcopatus & Electoratus Colonienſis. Ibi enim cùm Truceſius Archi-Epiſcopus hæreticâ labe infectus ſuas oves eâdem ſcabie inquinare ſtuderet, eum tandem Joannes Franciſcus Vercellenſis Epiſcopus vir Apoſtolicus excommunicavit, & exauctoravit conceſſitque Capitulo Colonienſi facultatem alium Electorem in ejus locum eligendi. Quod datâ die Sereniſſimum Erneſtum Bavarum elegit. Hic electus omnium Catholicorum votis ſatisfecit. Si Geneſis cap. 18. v. 23 Abraham fuit Atlas Sodomæ. Si exodi cap. 12. v. 14. Moyſes fuit Judæorum. Si lib. 1. Regum cap. 7. verſ. 10. Samuel fuit eorundem. Item libr. 3. Regum cap. 11. v. 12. David. Et lib. 4. Regum c. 20. v. 6. Ezechias. Sanctus Laurentius Juſtinianus Venetiarum Patriarcha fuit & earum Atlas. Deus enim cuidam Sancto viro revelavit ſe illam civitatem perditurum fuiſſe niſi ſanctus Patriarcha divinum furorem avertiſſet. S. Simeon cognomento ſalus, ideſt ſtultus quia ſanctitatem ſtultis operibus celabat, Atlas fuit Emeſæ, imò totius orbis; quia ſeipſum deſpiciens ſalutem corporum & ſpiritualem proximorum operatus eſt. Cùm enim quidam civis Emeſanus Hieroſolymam profectus ſe precibus Joannis Abbatis commendaret, hoc ab eo reſponſum accepit. *Miror te cum Emeſa habeas Abbatem Simeonem, ad me hominem vilem & abjectum divertere. Nam non ego ſolum, ſed etiam mundus totus indiget ejus precibus.* Vide Leontium Neapolitanum Epiſcopum in vitâ S. Simeonis. Erneſtus ſuo conſilio, authoritate & potentiâ ampliſſimarum iſtarum Diœceſeon Atlas fuit, imò Imperii; ſeu potius alter Elias, quem cum Eliiseo tunc affari poterat Germania lib. 4. Reg. c. 2. v. 12. *Pater mi, Pater mi, currus & auriga.* Vel cum Rege Joas, lib. 4. Reg. c. 13. v. 14. quia populorum onera ſuſtinuit, bajulavit, direxit, ac impedivit nè inſtar Hollandiæ vicinæ, & plurimarum civitatum Germaniæ, Genevæ &c, jugum temporale ſuorum Principum, & ſpirituale Eccleſiæ & Sedis Romanæ inſolenter excuterent; tandemque cum ſuo præſule Truceſio apoſtatâ Eccleſia & civitas Colonienſis anathemate percuteretur, juxta illud Malachiæ cap. 4. v. 6. *Nè forte veniam & percutiam terram anathemate.* Ateum aliosque Atlantes Deus affari viſus eſt Jeremiæ cap. 1. v. 18. *Ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum ſuper omnem terram Regibus Iuda, & Principibus ejus, & ſacerdotibus ejus, & populo terræ; & bellabunt adverſum te, & non prævalebunt; quia ego tecum ſum (ait Dominus) ut liberem te.*

Quomodo Davidem, Ezechiam, Joſaphat, Patrem noſtrum Eliam aliosque pientiſſimos Principes ac Prophetas imitatus eſt? quemadmodum Sanctus Elias Baalitas eorumque ſectam deleturus preces & ſacrificium præmiſit libr. 3. Regum cap. 18. Sic Erneſtus electus auxilium potius ſanctorum, quàm Principum Chriſtianorum implorandum exiſtimavit. Et ante omnia precibus & ſacrificiis ſibi contra Truceſium exauctoratum, & alios Eccleſiæ Romanæ & fidei hoſtes divinum Numen conciliandum duxit. Quare per tres Dominicas inſequentes indixit ſupplicationes. Præterea in ſingulas ſeptimanas tria jejunia aliaque pia opera ordinavit, quibus ritè peractis Truceſium aggreſſus eſt, exerci- VII.

l. 4. Reg. cap. 2. v. 12. &c. 13. v. 14.

exercitumque ejus dissipavit. Monasterienſem Eccleſiam ſatis notam Saxoniæ ducis hæretici jugo liberavit. Patrem ſollicitudinem, & curam ſuſcepit Eccleſiarum Paterbonenſis, Oſnaburgenſis, Myndenſis. Ejus vigilantia præfatarum Eccleſiarum limitibus non potuit coarctari, ſed in Germaniâ universâ ſuum erga Eccleſiam Romanam zelum, conſilium, prudentiam, directionem &c. patefecit, quæ hic longum eſſet commemorare. Hinc non mirum ſi Eccleſiæ præcipuè Colonienſis & Leodienſis hujus zeli & protectionis memores ex eâdem familiâ Bavaricâ Sereniſſimos Principes Ferdinandum & Maximilianum Henricum modernum Præſulem (cui Deus fœlices & multos annos largiatur) quaſi alios ejus ſucceſſores elegerunt, qui turbato ſæpius rerum Leodienſium ſtatu tum in domibus ſacris, tùm prophanis & ſenſim gliſcente diſcordiâ & ſacrorum contemptu ſtudioſiſſimè caverunt nè in iſto turbato æquore Leodienſi, ut antehac in Belgio hæreſis ſua prava dogmata edendi, & prædicandi anſam arripuit. Poſſem producere in medium quanto zelo Duces Sabaudiæ & aliæ nobiliſſimæ, ac antiquiſſimæ familiæ, pro Eccleſiâ Dei laborarint: quibus ſuperſedeo nè effuſior in hiſtoriis recenſendis videar. Breviter etiam dicam Auſtriacam familiam ex quo anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo octavo Germaniæ Imperium adminiſtravit tantâ pietate, zelo religionis Catholicæ, & in Romanâ Eccleſiam affectu negotia publica peregiſſe, ut ſicut dignitate imperii cæteros Principes præcedit, ita & deſiderio fidei cõſervandę ac propagandę nemini cedat.

VIII. Hinc de illâ & pluribus aliis præfatis quorum zelum Deus & temporaliter & ſpiritualiter compenſavit hoc Iſaiæ cap. 61. verſ. 9. ingenuè effari licet. *Et ſcient in gentibus ſemen eorum in medio populorum, qui viderint eos, cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemen, cui benedixit Dominus.* His enim verbis Propheta alludere videtur ad promiſſionem Iſaaci filio ſuo Jacob. Geneſis capit. 27. v. 27. *Ecce odor filii mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Quæ oracula magis ſpiritualiter, quàm litteraliter eſſe intelligenda teſtantur interpretes, præcipuè Dionyſius in illum locum. *Cognoſcetur, atque videbitur verbi cæleſtis, ſeu bonæ operationis Apoſtolorum, & Apoſtolicorum virorum, quorum doctrinam, & vitam gentes noverunt, & conſpexerunt: filii ſpirituales Apoſtolorum ſcientur, & erunt ubique in omni natione, quæ ſub cælo eſt; in omnibus namque finibus mundi cognoſcuntur, & demorantur Chriſtiani. Vndè ſupra dictum eſt Iſaiæ cap. 27. Florebit, & germinabit Iſrael, & implebunt faciem orbis. Et in Michaâ. Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum quaſi ros à Domino, & quaſi ſtella ſuper herbam quidam ex omnibus, qui viderint Apoſtolos, Apoſtolorumque filios ſcient, quibus ſpiritualia gratiæ dona copiosè largitus eſt. In tantum enim interior & virtus & gratia in ejus vultu, ſermone & opere ſignis & ordine vitæ reſplenduit, quod cunctis cernentibus patuit eſſe populum Dei: imò omnis perfectus Chriſtianus cogit quemlibet intuentem fateri ſe eſſe Dei miniſtrum propter ordinatiſſimam vitam, quam ducit, ad quod nos hortatur beatiſſimus Petrus 1. epiſt. cap. 2. Hæc eſt* (inquiens) *voluntas Dei, ut bene facientes obmuteſcere faciatis impudentium hominum ignorantiam.* Dionyſ.

IX. De hâc fœcunditate ſpirituali potius quàm temporali intelligendus videtur Cantor Regius pſalm. 111. v. 2. *Potens in terrâ erit ſemen ejus, generatio rectorum benedicetur.* Sanctus Chryſoſtomus ibi. *Scit ſcriptura ſæpè ſemen vocare, non id quod naſcitur ex naturæ conſequentiâ, ſed quod ex ſocietate virtutis. Quocirca quoque Paulus interpretans illud Roman. capit. 9. Tibi dabo & ſemini tuo terram hanc, dicebat: non enim omnes, qui ſunt ex Iſrael, neque quia ſunt ſemen Abrahæ omnes filii, ſed in Iſaac vocabitur ſemen. Et rurſum in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Quod non dictum ſit de Iudæis res ipſa indicant. Quomodo fuerint alii cauſa benedictionis, ſed dicit de Eccleſiâ, quæ ex ſocietate fidei ejus ſemen eſſe dicitur. Tales ſunt ergo, qui ſunt virtute præditi, & filii eorum, qui Deum timent. Potens in terrâ erit ſemen ejus. Quare dicitur in terrâ?* Pſalm. 3. v. 2. Chryſoſt.

ut ostenderet id esse etiam antequàm hinc excedant, & antequàm bonorum, quæ illic sunt, faciant periculum. Quemadmodum in ipsâ operatione habet remunerationem etiam ante præmia. Quod qui talis est habeat semen potens; & qui est virtutis præsidio munitus, sit omnium potentissimus docuerunt Apostoli, ostenderunt Prophetæ. Quibus verbis ostendit quàm potens & fœcundum sit semen verbi divini ex zelo populis annunciatum. Ex quo enim per viros & Principes Apostolicos lumen fidei resplenduit in populis, qui ambulabant in tenebris idololatriæ, hæreseos, schismatis innumeræ proles spirituales genitæ sunt. Titelmannus de hâc benedictione spirituali ex zelo proveniente hæc scribit in psalm. 111. citatum. *Talis siquidem viri semen atque posteritas vehementer multiplicabitur, etiam super terram: quoniam partim verbis ædificatoriis, partim exemplis bonis, partim humilibus precibus plurimos sibi filios comparabit Christus sic eos gignens atque parturiens, etiamsi juxta carnem videatur sterilis. Et nè quis hujusmodi generationem pro nihilo pendat, sciendum est hanc spiritualem generationem, quâ sancti de Deo filios in spiritu generant, multò amplius quàm carnalem esse placitam, & à Deo accipere benedictionem ampliorem, nempe æternæ retributionis mercedem: quemadmodum è contrario eorum, qui in luxuriâ filios procreant secundùm carnem, maledictionem accipit æternæ condemnationis.* Quasi diceret calor divini zeli potentior & efficacior est ad procreandos filios spirituales quàm calor naturalis ad prolem corporalem generandam.

X. Nec quisquam dicat Apostolorum & Prophetarum zelum miros fructus produxisse, quia illi nullis contradictionum, minarum, suppliciorum imbribus, ventis, procellis frigoribus agitati fuerunt. Id enim falsum esse supra docuerunt, & signanter docet Christus familiari similitudine Matth. cap. 7. v. 24. *Omnis qui audit verba mea hæc, & facit, assimilabitur viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram, & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat super petram.* Arabicus, pro *irruerunt* habet *percusserunt*. Græcus, *impegerunt*. Per pluviâ intelliguntur tentationes mundi, per flumina sensualitates carnis, per ventos suggestiones diaboli. Quemadmodum enim secundùm Cornelium pluvia deorsum descendens, terramque irrigans, inflans, tumefaciens illam fœcundat: ita mundus hominem delinire conatur honorum & dignitatum ambitione, divitiarum cupiditate; ut hoc pacto à lege divinâ & à fide Catholicâ deflectat, item sicut flumina ex terrâ oriuntur, & domum circumlambunt, sic tentationes carnis, gulæ & aliarum, quæ ex ipsâ carne procedunt eam oblectant, illi blandiuntur, & quasi circumlambunt; ut per sensualitates à lege Dei declinet. Denique sicut venti lateraliter & invisibiliter in domū sufflant, ita tentationes dæmonis, qui est spiritus invisibilis, & princeps aëris hujus seintus ingerunt, nostræque imaginationi mille pravas affectiones & imaginationes, ingenerāt; ita ut dubites an ab Angelis, an verò à dæmone procedant. Nam ex Apostolo 2. Corinth. cap. 11. v. 14. Satanas se in Angelum lucis trāsfigurat. Ecce quomodo mentes piorum hominum agitantur, rotantur, colliduntur. Audiamus aurea verba S. Chrysostomi hom. 25. in Matthæum. *Solus iste, & quidem multorum cumulo bonorum suorum possidet firmitatem, qui potentissimâ virtutum cohorte munitur, atque inter hos tumentes sæculi fluctus plurimâ tranquillitate perfruitur. Hoc enim omninò mirabile, quia cùm nulla serenitas sit, imò cùm sit validа tempestas & magna commotio, & crebræ tentationes, ipse nè tantulum quidem poterit commoveri. Hic autem & pluviam, & flumina, & ventos translatione verborum afflictiones & ingruentia hominibus pericula nuncupavit; calumnias videlicet, insidias, luctus, interitus, aliorum impugnationes, desertiones suorum, cæteraque omnia vitæ præsentis incommoda. Sed nulli (inquit) horum talis anima succubuit: causa verò istius firmitatis est supra petram esse fundatam.* Et paulò post. *Id testantur Apostoli qui fluctibus totius orbis in se pariter irruentibus Tyrannorum scilicet atque populorum, Judæorum atque Gentilium, & suorum, & alienorum, & diaboli & dæmonum, ad*

Matt c. 7. v. 24.

conjuratas

conjuratas, adversus se impugnationis machinas pulsatâ fluctibus rupe firmiùs constiterunt, quodque est adhuc amplius, omnia ista domuerunt. Quasi diceret: cùm præ nimio zelo honoris Dei, & salutis animarum motus persecutionum & adversitatum Apostoli superabant, tunc temporis Ecclesia firmior reddebatur.

§. II.

Ecclesia Romana firma & sancta ex Miraculis.

I. POSTQUAM aliquid diximus de zelo & Eucharistiâ &c, ostendimusque ab illis Ecclesiæ firmitudinem non parùm dependere: cõgruum erat, ut idem de aliis virtutibus & sacramentis demonstraremus; tamen his, sicut & aliis nominis sancti acceptionibus nunc supersedendũ duxi, tantumq; de miraculorũm virtute intuitu Ecclesiæ differemus; nõ scilicet ea esse solùm veræ divinitatis indices, sed & cõgregationis fidelium, seu synagogę ac Ecclesię formandæ augurium, formatæ notã, & conservandę characterẽ infallibilem &c. ita ut illis apparentibus de ejusdem veritate minimè dubitare debeamus. Dico igitur vera miracula, quæ per omnes ætates seu immediatè à Deo seu à sanctis patrata sunt non tantũ fuisse divinę virtutis testimonia, sed rectę fidei, sanę doctrinę indicia, seu Ecclesię Romanę obsignationes, quibus non solùm increduli ad Christianam fidem amplectendam cõmoveantur; sed etiam fidelium cœtus seu Ecclesia in possessione Catholicæ veritatis ac suæ religionis adversus impios magis, magisque corroboretur. Accipe S Augustini verba lib. de utilitate credendi cap. 6. lib. 10 de civitate Dei c. 8. *Miracula fiunt, ut fidem concilient aut ut ad fidem infidelitas cogatur; sed etiam ut moneamur: sapientes esse possimus, idest veritati hærere queamus, quod sordidis animis, idest, qui quarumlibet rerum præterquam amore Dei ducuntur contingere nequit &c, ad corroborandam fidem piorum, ut ipsi Christo conciliemur, ad commendanda in hæreticos veritatis eloquia cultumque veri Dei.* Expende illa verba. *Vt fidem concilient, aut ut ad fidem infidelitas cogatur, &c. ad corroborandam fidem piorum.* Idest ut per illa peccatores & obstinati ad fidem convertantur, & fideles in Ecclesiâ Romanâ firmiter persistant, seu Ecclesia vera esse demonstretur Quod hoc capite mihi probandum incumbit.

Id totum Christus innuit Joan. cap. 4. v. 48. *Nisi* (inquit Christus) *signa & prodigia videritis non credetis.* Joannis cap. 6. v. 30. Inquiunt turbæ. *Quod ergo tu signum facis, ut videamus & credamus tibi?* Dico igitur 1.° quòd latentẽ ac nobis invisibilem divinitatem miracula manifestent. Licet enim mundus sit liber divinitatis, & speculum, in quo Deus clarè se depinxit & expressit; tamen in quâ congregatione per specialem suam directionem sit miraculis manifestat. Sed quomodo, & cur Deus ad sui manifestationem utitur illis? Id Vates Regius Psalm. 18 declarat. *Cæli enarrant gloriam Dei.* Et Apostolus Rom. c 1. v. 20. *Invisibilia* (inquit) *ipsius à creaturâ mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur sempiterna quoque ejus virtus & divinitas.* Hoc modo Orpheus ait: *Mundi* (inquit) *machina est musica, & admirabilis consonantia prædicans & laudans Deum; Cæli enim enarrant gloriam Dei.* Hoc modo Philo lib. de unitate Dei & dupliciti templo mundum vocat Dei templũ. *Dei* (inquit) *templum alterum, verumque existimandum est, mundus scilicet hic universus cujus sacrarium sit cælum; in totâ rerum naturâ præstantissimum, donaria verò sunt sydera, sacerdotes & aditui sunt potestates Angelicæ, ratione sinceritatis unitati similes. Alterum verò templum est manufactum &c.* Si loquuntur, quâ linguâ? Si canunt, si prædicant quâ voce? idem sibi objicit & solvit D. Chrysostomus hom 9. ad populum de superstitione. *Quomodo* (inquit) *narrant? dic mihi? vocem non habent? os non possident? ipsis non est lingua, quomodo igitur narrant? per ipsum aspectum. Cùm enim videris pulchritudinem, magnitudinem, celsitudinem, situm, formam per tantum temporis permanere, tanquam vocem audiens, & ad aspectum discens, adoras eum, qui tam pulchrum & admirabile corpus creavit. Tacet cælum, sed ipsius aspectus vocem tubâ clariorem emittit per oculos, non per aures nos docens.*

II. *Joan. c. 4. v. 48.* *Joan. c. 6. v. 30.* *Psalm. 18. v. 1.* *Rom. 1. v. 20.* *Philo.* *Chrysost. homil. 9 ad pop.*

Hic enim ſenſus à naturâ eſt illo certior, & manifeſtior. Si enim per libros docuiſſet, neſciens verò, nihil indè adjutus abiiſſet: ſi quis alius non induxiſſet & dives quidem librum emiſſet: pauper autem emere non potuiſſet. Rurſum quidem illam per litteras ſignificatam ſciens: intus poſitam noſſet, Scytha verò & Barbarus & Indus, & Ægyptius & omnes linguâ carentes illi nihil docti abiiſſent: hoc autẽ de cælo dicere non licet: ſed & Scytha & Barbarus, & Indus, & Ægyptius, & omnis homo ſuper terram incedens hanc vocem audiet, non enim per aures, ſed per oculos in mentem incidit noſtram. Viſibilium autem participatio eadem neque differens, ſicut linguarum. In hunc pariter & idiota & ſapiens intueri poterunt, & pauper & dives, & quicumque quis venerit cælum inſpiciens ſufficiet, capiet doctrinam ex aſpectu. Quod quidem ipſe Propheta innuens & demonſtrans, quod vocem creatura Barbaris emittit & Græcis, & omnibus univerſaliter hominibus ſic intelligi facilem dicebat v. 3. Non ſunt loquelæ, neque ſermones quorum non audiantur voces eorum. Quod autem dicit tale, non eſt gens, neque lingua, quæ hanc vocem intelligere non poſſit &c. Quæ totius naturæ cognitio nos ad amorem Supremi Auctoris efferre poteſt. *Cælum*

Ambroſ. lib. 2. de vocat. c. 1.

quippè (inquit D. Ambroſius lib. 2 de vocatione gentium cap. 1.) *ac terra, & mare omnisque creatura, quæ videri, atque intelligi poteſt, ad hanc præcipuè diſpoſita eſt humani generis utilitatem, ut natura rationalis de contemplatione tot ſpecierum, de experimentis tot bonorum, de perceptione tot munerum ad cultum & dilectionem ſui imbueretur auctoris.* Tamen plurimi ad iſtos luminis naturalis radios cœcutiunt, plurimorum corda ad tot amoris ſcintillas frigent, ad tot gratitudinis motiva indureſcũt, negantes non tantùm Deum omnium auctorem eſſe; ſed & Deum eſſe. Id innuere

Pſalm. 91. v. 5.

videtur Vates Regius pſal. 91. v. 5. *Quia delectaſti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo.* D.

Hieron.

Hieronymus in illum pſalmum doctè. *Chriſtianus* (inquit) *quodcumque viderit ſemper ædificatur. Monachum nihil deſtruet niſi peccatum. Quodcumque aſpexeris ædificium tuum eſt. Vides cælum, vides ſolem, vides ſtellas, vides lunam, hoc ædificat te. Debes enim cogitare & dicere: Si ſol, & luna, & cælum, & ſtellæ Deo ſerviunt, quare ego non ſerviam? vides terram, vides animalia, & omnia quæ in terris ſunt, & hoc confer cum animo tuo & ædificat te: & dic animo tuo. Omnia in ſuo tempore currunt: ſiquidem ver & æſtas, autumnus, & hyems nunquam mutantur hæc tempora, ſed ſecundùm Domini nutum omnia ſerviunt. Cælum ſervit, & terra ſervit, & infælix ego homo non ſervio. Veniamus ad minuta animalia, dimitto nunc de elephantibus, dimitto de leonibus, dimitto de diverſis animalibus; venio ad minuta animalia: reſpice apem, reſpice formicam, vide corpus, & inquire ſapientiam. Major ſapientia, quàm corporis magnitudo. Apes & formicæ cogitant hyemem eſſe venturam, & Monachus, & Chriſtianus non cogitant judicium eſſe venturum. Hoc totum quare dixit? quoniam ſcriptum eſt. Quia delectaſti me Domine in facturâ tuâ quodcumque aſpexero, delectat me, intelligo enim factorem, & benedico Deum, & in operibus manuum tuarum exultabo. Video arborem, & conſidero quomodo cortex arboris eſt quaſi tunica quâ veſtitur: & quaſi germen viret. Et deindè video quomodo floret, & quomodo flos cadit, & ipſe flos vertatur in pomum, video paulatim per ſingulos dies in ſingula tempora mihi naturam operari, & in meos cibos creſcere: video quomodo Deus in omnibus mihi laborat, ut mihi nihil deſit, propterea exulto in te Domine.* Adjungit Vates v. 6. *Quam magnificata ſunt opera tua Domine.* Quare hæreticorum dogmata deſtruat? *In hoc Marcion & Manichæus* (inquit) *erumpunt. Quid enim dicunt? ſi omnia Deus fecit, & in utilitatem hominum fecit: quid neceſſe fuit cimicem facere & pulicem? ego tibi breviter reſpondeo. Vt oſtenderetur, ô homo, fragilitas tua. Qui enim cogitationem tuam in cælum ponis, reſpice: morderis à cimice & contremiſcis. Quid erigeris in cælum, & cogitatio tua tranſcendit in cælum. Ecce à pulice vulneraris. Quàm magnificata ſunt opera tua Domine. Parva quidem corpora, ſed magna ratio. Singula habent utilitates ſuas. Ego ſic miror Dominum in elephantis, quomodo & in formicâ, ſic illum prædico in camelo quomodo & in culice. Vide culicem quomodo quaſi punctũ*

cujuſdam

cujusdam corpusculi est: & tamen vide in ipso puncto corpusculi omnia esse membra divisa. Habet sex pedes, habet duos oculos, habet os, habet & ventrem, habet & tubam vocis, habet & alas. Si consideraveris membra, corpus non invenis, & tamen magnificatur Deus, quia sine corpore sunt membra omnia. Vates Regius prosequens. *Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc.* Quid per insipientem & stultum intelligis? non amentes, & omnis rationis expertes. Quos ergo? *Quicumque* (inquit Hieronymus) *non est Christianus, & in operibus non intelligit creatorem, iste insipiens est.* Genebr. Quis stultus? Genebrardus. *Pravè desipiens, qui non cupiditate, vel ignoratione victus peccat, sed mentis perversitate.* Cujusmodi sunt, Pagani, Atheistæ: quandoquidem ad eorum infidelitatem evincendam nec creaturæ, nec earum providentia, quidquam efficere possit miraculis eam urgere oportet; ut docet D. Augustinus lib. de utilitate credendi cap. 16. & factum fuisse ostendit lib. 10. de civitate Dei cap 8.

III. Ratio est quia hominum ingenium tale est, ut prodigiis potiùs, & factis credant, quàm virtuti vel scientiæ, Marci cap. 6. v. 20. *Herodes metuebat Joannem, sciens eum virum justum & sanctum, & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.* Marci 6 v. 20. Hæc paulò attentius expendamus, dicit Textus *metuabat*, quia (ut explicat Glossa.) *Timebat eum reverendo*, seu extimescebat cum verecundiâ, seu commovebatur honestatis gratiâ. Quod Evangelista probat. 1.° *Sciens* (inquit) *eum virum justum & sanctum*, non tantùm justum, sed etiam sanctum vocat. Quare justum, quare sanctum? Glossa. *Sciebat* (inquit) *Baptistam justum quoad homines, sanctum verò quoad Deum.* Ejus justitia tanta erat, ejus sanctitas tam excellens, ut etiam ab homine improbo suspiceretur. 2.° *Et custodiebat eum.* Syriacus. *Observabat eum.* Arias & alii ex Græco. *Conservabat eum.* Ex Glossâ illud ad Herodiadem refertur, nè ab illâ interficeretur. Alii ad ejus dicta. Quasi diceret libenter eum audiebat, non animo ficto & politico, ut auram populi aucuparetur secundùm D. Anselmum, Lyranum, Cajetanum, sed potius sincero, devoto, & benè affecto ut docent Albertus Magnus, Barradius, & Abulensis in cap. 4. Matth. q. 8. & colligitur ex verbis Evangelistæ. *Sciens eum virum justum & sanctũ, custodiebat eum.* 3.° *Et libenter eum audiebat.* Syrus. *Et suaviter audiebat eum.* Arias. *Promptè ac suaviter audiebat eum.* 4.° *Et audito eo multa faciebat.* Addit Glossa. *Quia putavit eum spiritu Dei loqui. Cur igitur cognitâ ejus sanctitate, auditâ ejus sapientiâ Herodes non convertitur, imò potiùs urgente Herodiade ejus necem machinatur.* Et ut narrat D. Matthæus cap. 14 v. 5. *Volens eum occidere timuit populum?* Quia Herodis luxuria cum Herodiade perpetrata eum tantâ perfuderat caligine, ut ad Atheismum deduxisset. Id accipio ex D. Basilio Seleuc. Orat. 18. *Herodias* (inquit) *nobis hodie invulgat Evangeliorum vox, & Atheam mulierum illarum publicitùs pandit insaniam; Herodem sub jugo libidinis captivum Baptistam pro continentiâ capite truncatum.* Quasi diceret, non mirum si Hærodes post tot Joannis prædicationes non convertitur, nonobstante affectu & propensione quam in Joannem habet, tamen eum morte affecit. Herodias eum sub jugum libidinis redigens, tandem ad Atheismum deduxit. Atheistæ autem nec virtutis exemplo, nec prædicationis vi ad meliorem frugem reflecti possunt. Sed miracula adhibenda sunt. At Joannis cap. 10. v. 41. *Joannes quidem signum fecit nullum.* Arabicus *Non fecit signum aliquod.* Theophilactus *Signum edidit nullum.* Licet Joannes in sermone esset efficax, & in vitæ sanctitate conspicuus, tamen his non potuit moveri Hærodes quia libido eum ad idololatriam, & ad Atheismum perverterat, quo infecti solâ miraculorum virtute possunt converti, imò nec ipsi obstinati. Id docet Christus Lucæ cap 4. v. 23. nam (ut animadvertunt D. Bonaventura, noster Beauxamis, Toletus, Barradius, & alii) videns Christus Judæos hæc occultè intra se cogitare, & velle sibi objicere. *Quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patriâ tuâ.* Quasi dicerent licet aureo & divino tuo eloquio omnium aures demulceas, licet sanctitas tuæ

Albert. Barrad. Tolet. Glossa. Matth. c. 14. Basilius Seleuc. Joan. c. 10. v. 41.

tua nobis notiſſima ſit, & indubitata: tamen non crederemus tibi, ut Joannis c. 6. v. 30. aliqui ex turbâ (quæ Chriſtum concionantem audiebat) dixerunt. *Quod ergo tu facis ſignum? ut videamus & credamus tibi.* Nunquid virtutes ejus heroicas vidiſtis? nunquid doctrinam ejus cœleſtem audiviſtis? Non ſufficiunt nobis, non credemus niſi aliqua prodigia & miracula palam nobis faciat: his enim denegatis, & nobis non exhibitis, non credemus ei. Id adhuc clarius citati Herodis reproductione refert D. Lucas c. 23. v. 8. quod *Viſo Ieſu gaviſus eſt valdè: erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audierat multa de eo, & ſperabat ſignum aliquod videre ab eo.* Et tamen v. 12. *Herodes ſprevit illum, & illuſit indutum veſte albâ.* Cur illi illudit, cur veſte albâ quaſi amentem induit? nunquid ex famâ communi ſciebat eum eſſe juſtum & ſapientem? nunquid audierat quale teſtimoniũ Joannes Baptiſta de ipſo perhibuerat? *Ecce* (inquit) *Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Et iterùm. *Cujus non ſum dignus ut ſolvam corrigiam calceamenti ejus.* Si remiſſionem peccatorũ ſuorum prætendit, cur ejus Conciones non audit? verbis ejus fideto non adhibet? ſanctitatis famâ, exemplo & tot actionibus non movetur? Cur denique non eum tantùm veretur, ſeu veneratur quantùm Joannem? Cur poſt viſam ejus manſuetudinem, modeſtiam, ſilentium, patientiam ſpernit illum? quia nullum miraculum edidit *Si autem* (inquit Dionyſius in Lucam) *feciſſet coram eo miraculum non permiſiſſet Herodes eum occidi* Quaſi diceret: etſi Herodes eſſet perditiſſimus homo (utpotè qui Joannem Baptiſtam virum juſtum, & ſanctum juſſerat occidi, qui tot annis in perpetuo adulterio vixerat) tamen non ſpreviſſet Chriſtum, non permiſiſſet illum occidi, ſi aliquod miraculum operatus fuiſſet. Quia verò divinam ſuam eloquentiam, heroicas ſuas virtutes nullo miraculo corroboravit, uno verbo nullum ſignum fecit, ideò ipſe vitam ſuam non mutavit, non honoravit, ſed ſprevit eum, ſed permiſit eum occidi. Ex quo patet qualis ſit vis miraculorum ad ſalutem hominum promovendam.

Id Vates Regius animadvertiſſe videtur Pſal. 17. ubi oſtendit quid miracula non tantùm Athæis & obduratis, ſed etiam Eccleſiæ contulerint v. 17. *Miſit ſagittas ſuas & diſſipavit eos, fulgura multiplicavit, & conturbavit eos.* Quid per ſagittas, quid per fulgura intelligis? Per ſagittas intelligit Prædicatores & Apoſtolos, qui alis amoris Dei aliarumque virtutum in Deum feruntur, vel in corda hominum diriguntur, eaque pungunt. Fulgura verò miracula ſunt, quæ mirabilem ſtragem faciunt in cordibus hominum. *Nam per miracula* (inquit Rodolphus) *coruſcantia in cordibus auditorum, & ſtupidos reddentia conturbavit eos bona conturbatione ſcilicet ad pœnitentiam.* Idem Pſaltes virtutem miraculorum proſequens, ſubdit v. 18. *Et apparuerunt fontes aquarum, & revelata ſunt fundamenta orbis terrarum.* Idem Rodolphus, *Apparuerunt* (inquit) *auditoribus fontes aquarum ſalientium in vitam æternam, ideſt profunditates ſcripturarum, ſeu vetus & novum teſtamentum, quæ nimirum ſpirituales fontes cæteros ex ſe ſcripturarum rivulos emittunt, & intellecti ſunt Prophetæ, qui ante non intelligebantur, ſuper quos ædificatur credens Domino, ideſt Eccleſia univerſalis, quæ de toto Orbe colligitur, cujus fundamenta ſunt Prophetæ, quia per ipſos fundata eſt fides.* Verſibus ſequentibus oſtendit mirabiles alios effectus, qui conſequenter ad miracula producuntur. v. 19. *Ab increpatione tua Domine; ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ.* Ideſt (inquit idem Rodolphus) *Intus te eos increpante, Spiritu ſancto incutiente eis timorem iræ tuæ.* v. 20. *Miſit de ſummo & accepit me, aſſumpſit de aquis multis.* Addit *Eccleſia, ſeu anima hactenus in omni genere peccatorum obvoluta, Deoque rebellis, ejusque jugo ſubjici nolens, ait: miſit* (inquit) *Pater filium de cœlo, vel de ſinu ſuo, Eccleſiam ſponſam in hæreditatem vocando de multitudine populorum, quia ex multis populis me inſtituit, vel miſit Spiritum ſanctum, qui eſt donum de alio, & accepit me quaſi fugitivam per gratiam juſtificantem, vel proficientem, & aſſumpſit me extrahendo de vitiis, in altitudinem virtutis, & boni operis.* Plures alios

IV. *Ioannis cap. 6. v. 30.* *Lucæ c. 23. v. 8.* *Dionyſ.* *Pſalm. 17. v. 17* *Rodolph.*

effectus

effectus in explicatione verſuum ſequentium proſequitur. Ex dictis patet quomodo miracula ad Eccleſiæ propagationem plurimùm conferant & eam firment.

V. Eandem miraculorum virtutem oſtendit pſal. 96. v. 3. *Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ, vidit & commota eſt terra.* Jacobus de Valentiâ per fulgura intelligit miracula. *Quia* (inquit) *ex miraculis crediderũt: & tunc vidit miracula, & cõverſa eſt ab infidelitate, & idololatriâ & nefanda ſuperſtitione ad veram fidem, & cultum latriæ Chriſti.* v. 4. *Montes ſicut cerà fluxerunt à facie Domini, à facie Domini omnis terra.* Quomodo, & qui ſunt illi magni montes fluidi? Rivorum eſt fluere non montium. *Magni illi montes ſunt Imperatores* (inquit idem) *& Reges & Principes & Philoſophi gentium hoc videntes (ſcilicet illa miracula) fluxerunt, & liquefacti ſunt à duritiâ ſuâ, & mollificati ſunt, ſicut cera fluit, & mollificatur calore ignis, ita omnes iſti, & omnis terra, ideſt populares mollificati à facie caloris Spiritus ſancti, & prædicationis Apoſtolorum.* Undè v. 6. & 7. ſubdit. *Annuntiaverunt cœli juſtitiam ejus & viderunt omnes populi gloriam ejus. Confundantur omnes qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulachris ſuis.* Rodolphus. *Apoſtoli annuntiaverunt juſtitiam & legem ejus Evangelicã, & ſic omnes populi viderunt gloriam ejus, primò per miracula, poſtea per fidem, & ſic omnes ſunt ad fidem converſi. Tunc confuſi omnes qui adorant ſculptilia & idola, & conſecraverunt templa idolorum in Baſilicas & Eccleſias Chriſti, & coluerunt Chriſtum verum Deum.* Hanc miraculorum energiam prævidiſſe videtur Job cap. 38. v. 35. *Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & revertentia dicent tibi adſumus.* Doctè alludit ad nubes naturales, quæ in ſinu ſuo fovent fulgura, & illa emittunt. Sic viri Apoſtolici qui teſte Iſaiâ cap. 60. v. 8. *Vt nubes volant.* Ut radicitus Atheiſmum, idololatriam, & vitium evellant, virtutemque & veram religionem inſerant, & dæmoniorum Synagogam in Eccleſiam Chriſti convertant, miraculorum fulgoribus humana corda percellunt. Audi Dium Gregorium id fusè & clarè explicantem lib. 30. Moralium cap. 2. *Fulgura quippè* (inquit) *ex nubibus exeunt, cum mira opera ex ſanctis Prædicatoribus oſtenduntur: qui idcirco nubes vocari ſolent: quia & coruſcant miraculis, & verbis pluunt: & quia humana corda poſtquam per prædicationem mota non fuerint, iſtis miraculorum fulgoribus conturbantur. Prophetâ attestante didicimus, qui ait: Fulgura multiplicabis & conturbabis eos, ac ſi diceceret, dum verba prædicationis tuæ non audiunt, per prædicantium miracula perturbantur. Vndè aliàs ſcriptum eſt: In lumine jacula tua, ibunt, in ſplendore fulgoris armorum tuorum. Iacula Dei in lumine Dei ire eſt verba ejus aperta veritate reſonare: ſed quia ſæpè homines verba vitæ etiam intellecta deſpiciunt, adjunguntur etiam miracula, Vndè illic ſubdit. In ſplendore fulgoris armorum tuorum. Fulgor quippè armorũ eſt claritas miraculorum. Armis namque nos tuemur, jaculis adverſa deſtruimus.* Comparat miracula armis, quia verum eſt quod per articulos & myſteria fidei idololatriam & vitium deſtruimus: per miracula tamen Dei, Eccleſiæ, & juſtorum ſanctitatem contra impiorum blaſphemias & calumnias tuemur, tandemque gentes confixæ, percuſſæ convertuntur ad Chriſtum, & exurgit Eccleſia, mirificè augetur, & propagatur.

Pſal. 69. v. 3. — Jacob à Valent. — Rodolph. — Job 38. v. 35. — Iſaiæ c. 60. v. 8. — Gregor.

VI. D. Joannes Apoc. cap. 4. v. 4. & 5. id totum oſtendit, ſcilicet Viros Apoſtolicos & ſanctos per 24. ſeniores ibi repreſentatos, qui ſplendore miraculorum atheiſmum & idololatriam deſtruunt, plurimosque ad Chriſti fidem convertunt, & Eccleſiam novis prolibus augent. *In circuitu* (inquit) *ſedis ſedilia viginti quatuor, & ſuper thronos 24. ſeniores ſedentes, circumamicti veſtimentis albis, & in capitibus eorum corona aureæ, & de throno procedebant fulgura & voces, & tonitrua.* Rupertus lib. 3. in Apocal. hanc viſionem ænigmaticam ſic doctè explicat. *Poſtquam* (inquit) *ſeniores noſtri, vel ſedilia eorum diſpoſita ſunt circa thronum, fulgura, & voces, & tonitrua procedunt. Quia poſtquam Apoſtoli Iudices orbis conſtituti, officium prædicandi acceperunt fulgura miracu-*

Apoc. 4. v. 4. & 5. — Rupert.

lorum, voces prædicationum, & tonitrua comminationum de futuro judicio, atque gehennalibus malorum pœnis dare non desierunt. Istæ nubes non tantùm volant, sed & sonum edunt prædicando, & instruendo; tonant comminando, ut patet ex Epist. Judæ v. 12. *Væ qui in viâ Cain abierunt, &c.* Et alii passim. Epist. Judæ v. 12.

Imò & fulgurant patrando miracula, & hoc modo plus aliquando movent, plus prosunt, quàm aliis modis. Christum hanc potestatem illis contulisse ostendit Rupertus supra & probat his verbis D. Marci c. ult. *Illi autem profecti prædicaverunt ubique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.* Nota. *Domino cooperante, illi autem profecti.* Ecce nubes ubique, ecce quomodò volant. *Prædicaverunt.* Ecce voces, ecce tonitrua. *Sermonem confirmante sequentibus signis.* Ecce miracula, ecce fulgura. Hæc omnia (inquit) fulgura scilicet voces ac tonitrua de throno procedunt ab eo, qui sedet super thronum. Neque enim fulgurare, voces dare, & tonitrua facere à semetipsis habuerunt, sed desursum acceperunt. Etenim Jacobi cap. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectũ desursum est, descendens à Patre luminum.* Jacobi cap. 1. Citatus Doctor ostendit eodem modo esse philosophandum de Prædicatoribus seu viris Apostolicis, de eorum concionibus, minacibus verbis, virtute miraculorum, sicut Philosophi differunt de origine nubium. Sicut enim materia nubium est vapor: Causa efficiens est sol vaporem ipsum calore suo è locis humentibus sursum elevans. Sic Christus Apostolos suos è mari evocavit ad Apostolatum, supremum Ecclesiæ gradum. Undè eos omnès alloquens. *Non vos (inquit) me elegistis, sed ego elegi vos.* Nubes illæ Apostolicæ errantes sunt. *Elegi vos ut eatis.* Ita volant *ut in omnẽ terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Quod verò à Patre luminum inflammentur, emittant fulgura illa mystica patet ex eo, quod sicut fulgur est exhalatio accensa in nube & igneo colore tinctâ, quę accensio præcipuè fit vehementi spiritus ad nubes collisione; Non secùs ac ligna cùm multas siccas inspirationes in meatibus continentia uruntur, crepitum movent exhalatione in apertum prodeunte, lignaque disrumpente. Sic in nubibus multò spiritu fœcundis facta earum dissectione vehemens ille sonitus exilit, ut rectè notat Lucretius lib. 6. sui poëmatis hisce versibus. Lucret.

Aridior porrò si nubes accipit ignem
Vritur ingenti sonitu, succensa repente:
Lauricomos, ut si per montes flamma vagetur (magno:
Turbine ventorum, comburens impetu
Nec res ulla magis, quàm Phœbi delphica laurus
Terribili sonitu flammâ crepitante crematur.

Sic Ecclesia apud Jeremiam Thren. cap. 2. v. 13. *De excelso* (inquit) *misit ignem in ossibus meis, & erudivit me.* Thren. cap. 2. v. 13. Quæ sunt ossa illius? Sunt Viri Apostolici, qui in fide ita constantes & solidi fuerunt, ac in religione ita perseverarunt, ut nullis vel minis, vel persecutionibus potuerint ab eâ deficere. Juxta Christi vaticinium Lucæ c. 22. v. 23. *Rogavi* (inquit ille de Petro) *ut nõ deficiat fides tua, & tu aliquando cõversus confirma fratres tuos.* Luc. 22. v. 23. Vel potuerint in aliquam hæresim, vel errorem impingere, ut fusè ostendit Bellarminus lib. 1. de Romano Pontifice, & PP. plurimi apud illum. Bellarm. Ignis ille ossibus insertus Spiritus sanctus est, zelus animarum, & charitas. *Ossa* (inquit Dionysius) *sunt sancti Apostoli, quibus in igneis linguis missus est Spiritus Sanctus, & fervor amoris in die Pentecostes, tuncque per eos Deus erudivit Ecclesiam.* Dionys. illas nubes Apostolicas cœlitus accensas maximè in die Pentecostes clarè ostendit D. Gregorius homil. 30. *Hodie Spiritus Sanctus repentino sonitu super Discipulos venit, mentesque carnalium in sui amorem permutavit, & foris apparentibus linguis intus facta sunt corda flammantia. Quia dum Deum in ignis visione susceperunt, per amorem suaviter arserunt. Ipse namque Spiritus sanctus amor est.* Gregor. Quorsum sanctus ille Doctor ait corda Discipulorum carnalia in Dei amorem permutata, factaque fuisse flammantia & ardentia? Nunquid ante visibilem Spiritus sancti descensum ignis erat in ossibus eorũ? nubes illæ carebantnè igne?

Quid

Quid per Spiritum sanctum supervenientem illis ossibus, illis nubibus accidit? Nunquid Apostoli & Discipuli varia ediderunt miracula? Quæ igitur dona prioribus superaddita fuerunt? Erant quidem mentes Apostolicæ accensæ, sed non omninò in Dei amorẽ permutatæ, erat in illis amor inchoatus sed non perfectus, non consummatus, non alios accendens & inflammans. *S. Leo.* At *Cùm* (inquit S. Leo serm. 3. Pentecostes) *Discipulos Spiritus sanctus implevit, non fuit inchoatio muneris, sed adjectio largitatis.* Et infra. *Oportebat* (inquit) *capacitatem eorum qui docebantur augeri, & multiplicari constantiam illius charitatis, quæ omnem formidinem foras mitteret, quod utique Apostoli posteaquàm Spiritus sancti novâ abundantiâ sunt repleti, ardentius vellè & efficacius posse cæperunt, proficientes à præceptorum scientiâ ad tolerantiam passionum, ut sub nullâ jam potestate trepidantes fluctus sæculi, & elationes mundi fide supergrediente calcarent, & morte contemptâ omnibus gentibus Evangelium veritatis inferrent.* Ecce quales pennas, quas alas flammeas acceperunt juxta illud Cantic. 8 v. 6. *Lampades ejus, lampades ignis atque flammarum.* 70. *Ala ejus, ala ignis.* Et expressius Philo Carpathius. *Ala ignis, carbones ignis.* Quandoquidem totum orbem percurrant, barbaras & feras nationes & corda frigidissima amore Dei succendant, quæcumque vitæ discrimina, quæcumque supplicia mentis suâ constantiâ superẽt, & inter mũdi illecebras quasi per quandam antiperistasim magis ad Dei amorẽ inflammentur, debẽt renitentes fidei principiis; ut Atheistas, Idololatras, Hæreticos, & obstinatos fulgure miraculorum quasi carbonibus ignitis concutere, juxta illud Cant. 8. v. 7. *Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem, nec flammæ obruent illam.* Quasi diceret. Sicut multitudo stipularum non extinguit, non lædit ignem: sed potius auget & in se convertit, saxa durissima scindit, muros diruit, aquam ipsam lambens in se cõvertit, ita viros Apostolicos nulla hostium arma, nullæ minæ, nullæ persecutiones terrere, vel lędere possunt, nullæ blanditię, nullę voluptates demulcere; sed hæc omnia quasi flabra & fomenta igneam eorum charitatem accendunt, imò in Atheismo, Idololatriâ, Hæresi, Judaismo, & obstinatione persistentes fulgure miraculorum percussi mollescunt; & sicut fulgur pluviam causat, ita illi in fletus & lachrymas effunduntur; denique quemadmodum fulgur seu fulmen (secundùm Theophrastum lib. 5. de causis planetarum cap. 17. *Theoph.* Aristotelem lib. 3. Meteor. cap. 1.) ossa, *Arist.* aliasque res duras & densas incinerat, & comminuit, eorumque contumaciam quodammodo vincit, imò ipsa venenata omni veneno exuit, ita virtute miraculorum homines illi exterius quidem iidem manentes, interius mutantur, ita venenum seu odium, quod contra Ecclesiam, ejusque ministros conceperant, deponunt, ut planè alii sint quàm antea erant: & qui ante erant filii Diaboli efficiantur filii Dei & Ecclesiæ.

Testor Paulum: ejus cor ita durum erat, ita intoxicatum, seu tanto odio in Christi Ecclesiam flagrabat; ut *D* VII. *vastaret* (inquit D. Lucas Act. cap. 8. *Act. 8.* v. 3) *Ecclesiam per domos intrans, & v. 7.* *trahens viros ac mulieres traderet in custodiam.* Cap 9. v. 1. *Saulus autem adhuc spirans minarum, & cædis in Discipulos Domini accessit ad Principem sacerdotum.* *Act. 9.* v. 2. *Et petiit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas, ut si quos inveniisset hujus viæ viros ac mulieres vinctos perduceret in Ierusalem.* Imò ipsemet fatetur se ita obstinatum in Judaismo suo fuisse, & tanto odio Christi sequaces persecutum, ut nemini in hoc cederet. Galat. cap. 1. v. 13. *Supra modum* (inquit) *persequebar Ecclesiam Dei* *Galat. 1.* *& expugnabam illam, & proficiebam in* *v. 13.* *Judaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum,* ideſt (inquit D. Anselmus) *Ferventiori* *Anselm.* *zelo conabar ulcisci in eos, qui ad Evangelium conversi violabant traditiones seniorum, quas à parentibus acceperant, vel omnia legis mandata carnalia, paternæ traditiones vocantur, quia prius erant mandata Dei, sed nunc sunt traditiones hominum postquam veritas apparens umbram repuli.* Divus Chrysostomus licet *Chrysost.* Paulinæ sanctitatis propugnator acer-

rimus, tamen ejuſdem ante converſionem ſuam ferventem zelum, & ferventiorem ubi creſcebat Eccleſia, ſic exprimit in caput 1. ad Galatas. *Vides* (inquit) *ut ſingula cum exaggeratione commemorat, nec pudet ſua mala confiteri, non enim tantùm eſt perſecutus, ſed omni cum vehementiâ, nec perſecutus eſt modò, verum etiam expugnavit, hoc eſt conatus eſt Eccleſiam extinguere, ſubvertere, demoliri, abolere: nam id eſt expugnatoris opus.* Ita ut in Paulo myſticè impletum ſit illud Jacob de Benjamin oraculum, ut explicant D. Chryſoſtomus, D. Ambroſius, D. Hieronymus, & Beda. *Benjamin lupus rapax mane comedet prædam, & veſperè dividet ſpolia,* ideſt ita ſæviet ſicut lupus in Chriſti Eccleſiam, ut eum nec Apoſtolica prædicatio à Judaiſmo deflectere poſſet. Dum ergò eos hoſtiliter proſequeretur, v. 3. *Cùm iter faceret contigit, ut appropinquaret Damaſco, & ſubitò circumfulſit eum lux de cælo. Sicut* (inquit Lyranus) *fieri ſolet in coruſcatione & fulgure.* Et patet ex v. 4. ſequenti. *Et cadens in terram.* Quaſi diceret cum Artabano. *Sicut vides ut prægrandia animalia fulmine Deus ferit, nec ſini inſolenter efferri: parva verò nihil lædit? Vides ut magna ſemper ædificia, magnaſque arbores hujuſmodi fulminata tela percutiunt? Gaudet enim Deus eminentiſſimo quàque deprimere, unde & ingens exercitus ab exiguo profligatur.* Non tantùm ferit & percutit, ſed etiam ſternit animalia, homines, arbores, domos, templa. Sic Saulus cœleſti ac ſupernaturali fulmine & fulgure non tantùm percuſſus eſt, ſed etiam conſternatus, ita ut in faciem ceciderit, quaſi pœnitens vitæ præteritæ veniam rogaturus. Quid ad hoc miraculum Paulus. Minaturnè adhuc? inſidiaturnè iterùm Chriſtianis? paratnè arma ad omnium fidelium internecionem? Eccleſiæ ruinam, Chriſti odium magis acuendum? Minimè, ſed v. 5. *Quis es Domine?* (inquit.) Audiviſti in Synagogis tanto zelo Apoſtolos paſſim prædicantes, audiviſti Stephanum tantâ animi fortitudine myſteria fidei publicantem, ut primarii Doctores legis *non poterant reſiſtere ſapientiæ & Spiritui ſancto qui loquebatur in eo,* & nunquam eum Deum agnoſcere, nunquam ei ut Domino te ſubmittere voluiſti? & jam eum vocas Dominum? cur hoc? iſto fulmine, iſtâ proteſtatione miraculoſâ, *alius à ſe ipſo effectus eſt.* Effectus eſt (inquam) *Vas electionis*, qui ante perſecutor erat Chriſti. *An non* (inquit D. Bernardus ſerm. de converſione S. Pauli) *perſequebatur Chriſtum, qui Chriſti membra trucidabat in terris? An verò perſecuti ſunt Chriſtum, qui ſacratiſſimum illud corpus crucis affixere patibulo? & non perſequebatur eum, qui adverſus corpus quod eſt Eccleſia odio furebat iniquo?* Et tamen hic ad mille conciones immotus uno miraculo percutitur, proſternitur, convertitur. *Ipſe* (inquit D. Auguſtinus in pſalm. 72) *Primo Saulus poſtea Paulus: ideſt primò ſuperbus, poſtea humilis. Saul enim undè dictum eſt nomen Saul, noſtis, quia rex ſuperbus & infrænis fuit, non quaſi aliquâ jactantiâ ſibi nomen mutavit Apoſtolus, ſed ex Saulo factus Paulus: ex ſuperbo modicus. Paulùm enim modicum eſt. Vis noſſe quid Saulus? ipſum audi. Iam Paulum recordantem per malitiam ſuam, & quid jam nunc ſit per gratiam Dei. Audi quomodò fuerit Saulus, & quomodò Paulus. Quid fuit prius? quid? Blaſphemus & perſecutor & injurioſus. Audiſti Saulum, audi & Paulum. Ego enim ſum* (inquit) *minimus Apoſtolorum. Quid eſt minimus? niſi ego ſum Paulus? & ſequitur qui non ſum dignus vocari Apoſtolus. Quare? quia fui Saulus. Quid eſt fui Saulus? ipſe dicat. Quia perſecutus* (inquit) *Eccleſiam Dei, ſed gratiâ Dei ſum id quod ſum.* Quando illi gratia Dei infuſa eſt? prædicantibus Apoſtolis? quando lapidibus obrutus interiit Stephanus? non: ſed quando à Chriſto proſtratus eſt, tuncquaſi alter Turnus ab Æneâ proſtratus lib. 12. Æneid.

Ille humilis ſupplex{que} oculos dextramque precantem
Protendens, equidem merui, nec deprecor (inquit)
Vtere ſorte meâ. —

Iam (inquit D. Auguſtinus ſerm. 14. de ſanctis) *parat ſe ad obediendum, qui prius ſæviebat ad perſequendum; jam formatur ex perſecutore prædicator, ex lupo ovis, ex hoſte miles. Ovis audiat quid facere debeat: cæcus ſanè factus eſt, ut interioris*

Lyran.

Bernard.

Auguſt.

1. Tim. 1. 2. 1. Corin. 15.

Virgil.

Auguſt.

interiori luce fulgeret cor ejus. Exterior lux ad tempus subtracta est persecutori; ut interior redderetur prædicatori. Quasi diceret, istud miraculum, ista cæcitas exterior, miraculosa ista privatio luminis naturalis, occasio fuit internæ illuminationis, justificationis, eõversionis. Ad illam Pauli submissionem. *Ego sum* (inquit) *Dominus Iesus, quem tu persequeris* subdit: *quem tui Barrabæ postposuerunt, quem ut seditiosum, ambitiosum, ut blasphemum crucifixerunt, quem tu falsum Prophetam existimas, cujus discipulos, & membra extra synagogam facis tanquam legis Mosaicæ violatores, paternarum traditionum contemptores. Volo deinceps meam sanctitatem & Ecclesiæ prædices, cujus antea spretor fuisti; meas leges sacras, illius edicta sacra, ubique promulges, ut nomen meum, quod tibi ita odiosum fuit, deinceps tanquam omnium gloriosissimum assumas, & nihil tibi sit frequentius in ore, & in litteris quàm Iesu nomen. Volo ut meum nomen tibi alias probrosum sit unicum tuæ militiæ signum & vexillum* unde ait Galat. cap. 6. v. 17. *Ego stigmata Iesu in corpore meo porto.*

Galat. 6

VIII. Sed hanc rem altius repetamus. Volens Deus educere populum de Ægypto, & liberare eum à jugo Pharaonis, ut aras in deserto erigat, sibique sacrificet, cœtus sacros faciat: quibus argumentis & mediis utitur, ut utrique divinitatem, sanctitatem suam probet, Moysisq; legationem legitimam ostendat, & synagogam esse veram ac Hebræi ritus Ægyptiorum deserentes in unam synagogam & familiam Dei redigantur? non Philosophorum rationibus, non Rhetorum eloquentiâ. Unde Moyses Exodi cap. 4. v. 10. *Non sum* (inquit) *eloquẽs ab heri & nudiustertius, & ex quo locutus es ad servum tuum, impeditioris linguæ Ego sum.* Ideſt (inquit Dionysius) *ab infantiâ vel nativitatis meæ exordio, & ab horâ, quâ mecum loqui cœpisti aucta est infacundia mea, tum quoniam comparatione eloquentiæ tuæ mea loquela amplius sordet, & deficit: tum quia ex hâc apparitione & allocutione divinâ, & signis quoque jam visis, multum in me ipso debilitata mea natura, & complexio alterata, & virtus obriguit: itaut vocem formare vix queam, quemadmodum ex talibus supernaturalibus, & insolitis visionibus, allocutionibus & portentis solet humana debilitari, & alterari, ac vereri fragilitas: propter quod Prophetæ in talibus corruunt in terram, Isaias quoque dixit cap. 21. Corrui cùm viderem emarcuit cor meum, tenebræ obstupefecerunt me. Ioannes quoque in Apoc. cap. 1. Cùm vidissem* (inquit) *eum, cecidi ad pedes ejus, quasi mortuus. Sic & Daniel dixit ad Angelum cap. 10. Quomodo poterit servus tuus loqui cum Domino meo? nihil enim in me remansit virium. Sed & halitus meus intercluditur, & in visione suâ dissolutæ sunt compages meæ. Itaque Moyses in tanto se excusavit officio propter ineloquentiam suam. Qui enim Regibus loqui debent præsertim extranei, & pro arduis causis, indigent voce tubali, cùm & remotè stare soleant à rege.* Et si forem eloquẽs ipsemet populus, qui auliciſimum ignorat, adhuc verbis meis fidem nõ adhibebit. Falleris ô Moyses, (inquit Deus) ego ostendam me esse Deum immortalẽ & sanctũ; ego congregabo de nationibus illis Barbaris, ego dispersos Israel per totam Ægyptum, in solitudinem deducam, ego aras & tabernaculum sanctum erigam, ego sacrificia sancta instituam, ritus sacros ordinabo, leges sacras condam, ad terram promissionis deducam, non ferro, nec armis, non verborum concentu, delectu, facundiâ, subtilitate, dulcedine, sed factis mirabilibus; fulgura immittã quasi sagittas igneas, & quasi malleos conterentes rebellium & superborũ pectora humiliabo, Deumq; Pharaonis ac totius populi licet numerosissimi & ad murmur proclivis Ducem ac Principem tuæque divinitatis ac principatus sceptrum, & robur, & insigne dabo Exodi cap. 4. v. 1. objicit Moyses. *Non credent mihi, neque audient vocem meam, sed dicent non apparuit tibi Dominus.* Quod istius divinitatis symbolum, quem hujus legationis & principatus characterem dabis? non scientiam meam, non immensitatem, non infinitatem, non immutabilitatem non immortalitatem, non invisibilitatem, vel aliquam protectionem divinam, sed omnipotentiæ meæ ministrum te efficiam, sed potestatem tibi dabo faciendi miracula, quæ nullus

Exod. 4. v. 10.

Dionys.

Exod. 4. v. 1.

unquam mortalium fecit. Scio Ariolos & Magos Pharaonis aliqua mira facere, ſed illorum præſtigias, & technas deteges, eorumque potentiam ſuperabis, quomodo? nam Moyſes pauper eſt, & imbecillis. Magi divites ſunt, poteſtate & authoritate Regiâ Pharaonis muniti v. 2. *Quid* (inquit Deus) *eſt, quod tenes in manu tuâ? reſpondit virga.* v. 3. *Dixitque Dominus projice eam in terram Projecit: & verſa eſt in colubrum, ita ut fugeret Moyſes &c.* Hoc facto Deus ſubdit v. 4. *Vt credant quod apparuit tibi Dominus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob &c.* Quare dicit: *Vt credant.* Quid minus efficax ad credibilitatem inducendam poteſt excogitari quàm virga ſicca, & infirma? nihil refert, ea quæ apud homines nihili reputantur, & in nullo ſunt pretio, imò quæ infirma ſunt, & ad ignem apta, ea (inquam) Deus aſſumit, iis Deus utitur ad divinitatis ſuæ potentiam & ſanctitatem manifeſtandam, ad populum à jugo Pharaonis liberandum, & in unum cœtum fidelem, gentem ſanctam, populum acquiſitionis congregandum, ut ſibi aras erigat, & victimas offerat? videamus qualiter Deus illam Pharaonis tyrannidem & Magorum aſſutiam glorioſo triumpho per virgam ſuperet. D. Auguſtinus lib. 10. de civitate Dei cap. 8. *Illa verò* (inquit) *quæ, & quanta ſunt, quæ jam per Moyſem populo Dei, de jugo ſervitutis eruendo in Ægypto mirabiliter geſta ſunt, ubi magis Pharaonis, hoc eſt Regis Ægypti, qui populum illum dominatione deprimebat, ad hoc facere quædam mira permiſi ſunt, ut mirabilius vincerentur; illi enim faciebant veneficiis & incantationibus, quibus ſunt mali angeli, hoc eſt dæmones, dediti: Moyſes autem tanto potentius, quanto juſtius in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram, ſervientibus Angelis eos facile ſuperavit. Denique in tertiâ plagâ deficientibus magis, decem plagæ per Moyſem magna myſteriorum depoſitione completa ſunt.* Cur D. Auguſtinus ait quod Moyſes *tanto potentius* maleficos ſuperavit? majorèn exercitum? potentioranè arma habebat? videtur idem D. Auguſtinus innuere quod malis angelis, & dæmonibus, quorum incantationibus & veneficiis Magi illi utebantur, Moyſes cum bonis Angelis ſervientibus ſe oppoſuerit; illosque tandem in 3. vel in 4 ſigno ſuperarit, ſcilicet cùm eduxit Cyniphes. Sed ſalvo honore ejuſdem S. Patris, dico illos maleficos in 1. ſcilicet converſione virgæ in ſerpentem, in 2. ſcilicet productione ſanguinis, 3. in productione ranarum fuiſſe ſuperatos, non ita apparenter; quia venefici cauſis naturalibus utebantur, nec vera ſed falſa miracula faciebant; Moyſes non cauſas naturales aſſumebat, ſed ſupra omnem naturæ ordinem operabatur; & tandem in 4. magis evidenter dico fuiſſe ſuperatos: quia Cyniphes producere nequiverunt. Hanc autem victoriam non miniſtrantibus Angelis reportavit Moyſes, ſed per virgam. Quod innuit textus facer Exodi cap. 8. *Exod. 8.* v. 19. *Dixerunt malefici ad Pharaonem:* *v. 19.* *Digitus Dei eſt hic.* Ideſt, divina potentia, & virtus, ſeu Spiritus ſanctus operatur per illam virgam. Undè Rabbi Paulus apud Dionyſium ait quod poſt illam plagam & prolationem verborum illorum ceſſaverunt reſiſtere Moyſi, & aſſiſtere Pharaoni, quaſi iſto tertio vel quarto ſigno tanquam fulgure fuiſſent perculſi; ita ut præ verecundiâ vel horrore non amplius comparuerint coram Moyſe.

Auguſt. l. 10 de civit. c. 8

Textus ſubdit, *Induratumque eſt cor* IX
Pharaonis. poſt ſuperatam illorum Magorum ſapientiam, ſeu potius artem dæmoniacâ. Quibus armis utitur Moyſes ad ſuperandum Pharaonem? Non aliis quàm virgâ. Audiamus D. Baſilium Seleuc. orat 9. qui illas priores plagas & ſubſequentes ſoli virgæ Moyſis aſcribit. *Obluctante* (inquit) *Pharaone flagellis divinitus immiſſis Ægyptus vapulabat. Ibi flumen virgâ percuſſum purpureſcebat. Ibi ranarum undantia per Ægyptum agmina: è cœlo locuſtæ, in morem, modumque nubium volabant. Rurſus tenebræ lumen evincebant, & diuturna tempeſtas inutili noctis impendio conſumebatur, ibi grando cum igne conferta ruebat, & quæ ab ingenio diſcordant, ita præter naturam concordabant, ut naturalem diſcordiam contra Ægyptios verterent. Ibi mors primatum primogenitos non ſine dolore depaſcebantur, & naturæ ordo fiebat ad imperium mortis.* Textus

Baſilius Seleuc.

Exodi

Exod. 12 v. 30 Exodi cap. 12. v. 30. ait. *Neque enim erat domus, in quâ non jacebat mortuus.* Et v. 31. *Vocatisque Pharao Moyse & Aaron nocte ait, surgite & egredimini à populo meo vos & Israelitæ, immolate Domino sicut dicitis.* Ideſt cultus Religioſos Deo exhibete, ſi Eccleſia ſacrificiis indiget, offerte. Horum miraculorum Moſaicorum meminit Vates Regius Pſalm. 77. v. 49. & ſequentibus pſalm. 104. v. 28. & ſeq. Pſal. 134. v. 9. Quæ omnia noſter Incognitus & alii interpretes referunt ad virgam Moyſis: imò ipſe D. Auguſtinus miracula decem plagarum ad virgam Moyſis refert, quam Crucis figuram eſſe ait ſerm. 86. de tempore. *Sicut enim* (inquit) *per virgam Ægyptus decem plagis percutitur, ita & per Crucem totus mundus humiliatur. Et ſicut Pharao, & populus ejus per virgæ ſacramentum affligitur, ut ad ſerviendum Deo populum dimittat Iudæorum, ita & diabolus & angeli ejus per Crucis myſterium fatigantur, & perimuntur; ut à Dei ſervitio revocare non poſſint populum Chriſtianum.* Et paulò poſt, quod myſticè virga in ſerpentem verſa ſit oſtendit. *Quid autem* (inquit) *virga projecta in terram verſa eſt in ſerpentem, quid ſignificet videamus. Serpens pro ſapientiâ reputatur. Sicut Dominus in Evangelio: Eſtote* (inquit) *prudentes ſicut ſerpentes &c. Virgam Crucem diximus figuraſſe. Crux ergo quæ infidelibus ſtultitia eſſe creditur* (ſicut dicit Apoſtolus) *gentibus ſtultitia, poſteaquàm in terram miſſa eſt, ideſt ad Paſſionem Domini præparata, verſa eſt in ſerpentem hoc eſt in ſapientiam, & in tantam ſapientiam quæ omnem mundi iſtius ſapientiam devoraret. Denique omnes ſerpentes quos Magi incantationibus ſuis fecerant deglutivit. Per virgam ergo Ægyptus flagellatur, & per Crucem mundus vincitur & diabolus ſuperatur.* Et ſermonem ſequentem ſic auſpicatur. *Moyses* (inquit) *ad Ægyptum veniens defert virgam quâ caſtigat, & verberat Ægyptum decem plagis.* Et mox. *Virga verò* (inquit) *per quam Ægyptus ſubjicitur & Pharao ſuperatur Crucis imaginem præferebat, per quam mundus hic vincitur, & Princeps hujus mundi cum principatibus, & poteſtatibus triumphatur.* Quibus omnibus manifeſtè patet populum eductum fuiſſe exÆgyptiacâ ſervitute, non vi verborum, ſeu eloquentiæ creatæ, ſed virtute miraculorum, & maximè virgæ Moſaicæ.

Exod. 8

Pſal. 77 v. 49. Pſal 104 v. 28. Pſalm. 134. v. 9 Auguſt.

X. Quod autem populus Hebræus ſic ex Ægypto eductus potius miraculis ejuſdem virgæ tactu vel aſpectu ad Dei cultum & venerationem ſe converterit; Audi Vatem Regium pſalm. 77. v. 5. *Narrantes laudes Domini & virtutes ejus & mirabilia ejus quæ fecit. v. 6. Suſcitavit teſtimonium in Iacob, & legē poſuit in Iſrael.* Ideſt volens ſynagogam inſtituere non opibus, Regum potentiâ, humanæ eloquentiæ gratiâ, ſed miraculis uſus eſt. Sic elucidat Titelmannus. *Narraverunt* (inquit) *nobis Patres noſtri narrando laudes Dñi, & mirabilem potentiam ejus: hoc eſt laudabilia & potentiſſima opera ejus ad gloriam & laudem Domini Dei ſui, mirabilia ſcilicet ſigna atque prodigia, quæ fecit pro ſalute populi ſui. Et in primis quidem ad laudem Dei memorandum eſt, quod populo ſuo Iſraelitico dare voluit legem præclaram, æquiſſimam, atque juſtiſſimam in teſtimonium illis, ſecundùm quam ſcilicet vitam ducerent, & gratam ſibi exhiberent ſervitutem, in quâ ſcilicet conteſtatus eſt de ſuâ voluntate, & de omnibus præceptis atque juſtificationibus ſuis, ut ſcirent quomodo ambularent in conſpectu ejus: hoc* (inquam) *teſtimonium hunc juſtificantem ipſe ſuſcitavit, erexit, & dedit, ſtabilivit atque conſtituit in ſuo populo Iſraelitico, quod nulli alteri fecit nationi.* v. 16. refert poſt eductum populum ex Ægypto miracula facta in hunc finem. *Interrupit mare & perduxit eos, & ſtatuit aquas quaſi in utre,* Cornelius in cap. 14. Exodi ait hanc diviſionem factam fuiſſe Moyſe extendente virgam ſuper mare. D. Auguſtinus lib. 10. de civitate cap. 8. reliqua miracula tum à Moyſe, tum à Pſalmiſtâ narrata ſic breviter præſtringit. *Cùm* (Pharao) *abſcedentes Hebræos conſequi conaretur illis diviſo mari per ſiccum tranſeuntibus unda hinc atque hinc in ſeſe redeunte cooperti, & oppreſi ſunt. Quid de illis miraculis dicam, quæ cùm in deſerto idem populus ductaretur, ſtupendâ divinitate crebuerunt: aquas, quæ bibi non poterant, miſſo in eas* (ſicut Deus præceperat) *ligno amaritudine caruiſſe, ſitientes*

Pſalm. 77. v. 5. Titelm. Cornel. Auguſt. l. 10. de civit. c. 8

sientesque satiasse ; manna esurientibus venisse de cælo : & cùm esset colligentibus constituta mensura , quidquid amplius quisque collegerat exortis vermibus putruisse ante diem verò die sabbathi duplũ collectum, (quia sabbatho colligere non licebat,) nulla putredine violatum : desiderantibus carne vesci , (quæ tanto populo nulla sufficere posse videbatur) volatilibus castra completa, & cupiditatis ardorem fastidio satietatis extinctum ; obvios hostes transitumque prohibentes atque præliantes orante Moyse manibusq; ejus in figuram crucis extensis nullo Hebræorum cadente, prostratos: seditiosos in populo Dei, ac sese ab ordinatâ divinitus societate dividentes , ad exemplum visibile invisibilis pœnæ vivos terrâ dehiscente submersos : virgâ percussam petram tanta multitudini abundantia fluenta fudisse : serpentum morsus mortiferos immissos ad pœnam justissimam peccatorum in ligno exaltato, atque prospecto , æneo serpente sanatos, ut & populo subveniretur afflicto, & mors morte destructa, velut crucifixæ mortis similitudine signaretur. Quem sanè serpentem propter facti memoriam reservatum (cùm postea populus errans tanquã idolum colere cœpisset.) Ezechias rex religiosâ potestate Deo serviens cum magnâ pietatis laude contrivit.

XI. Quid si tot & tanta miracula in condendâ lege scriptâ & synagogâ Judæorum stabiliendâ & firmandâ perpetrata sunt per Moysem; nõ pauciora sunt, nec mediocria, in ejusdem restauratione factâ per Eliam. Id probatur ex lib. 3. Reg. cap. 17. 18. lib. 4. Reg. cap. 1. 2. & alibi. Imò ex ejus nominis excellentiâ, quod non ab homine sed à Deo impositum est; hinc ejusdem Eliæ nomen ipsi Joanni Baptistæ omnium hominum præstantissimo applicatum est. Matth. cap. 11. v 13. *Ipse est Elias qui venturus est.* Matth. cap. 17. v. 12. *Dico vobis , quia Elias jam venit &c. Tunc intellexerunt discipuli ejus , quia de Ioanne Baptistâ dixisset eis.* Quare non Moysis, Davidis vel alterius Prophetæ aut Patriarchæ ipsi nomen imposuit? quia Eliæ nomen est omnium nominum & encomiorum præstantissimum & potentissimum ; quod ex eo clarius constat, quia sacerdotes & levitæ à Judæis ad Joannem missi (cujus vitam prodigiosam omnes mirabãtur) suppressis reliquis omnibus nominibus Patriarcharum, & Prophetarum, solum Eliam nominarunt. Joannis cap. 1. v. 21. *Elias es tu? & dixit non sum.* Tanti æstimat & nomen, & virtutem Eliæ, ut se illo nomine indignum, & ab ejus nomine remotissimum existimet. Id accipio ex D Bonaventurâ ad illa verba. *Trix (inquit) quæ homines ambiunt, contempsit Beatus Ioannes, & abdicavit se, scilicet sublimitatem excellentiæ, quando negavit se esse Christum, æstimationem sanctimoniæ , quando negavit se esse Eliam, opinionem incognitæ scientiæ, quando negavit se esse Prophetam.* Non dicit æstimationem sanctimoniæ, quãdo negavit se esse Moysem , David &c, sed quando negavit se esse Eliam. Nunquid Christus Matt. c. 11. v. 11. de sanctitate Joannis dixit. *Inter natos mulierum non surrexit major Ioanne Baptistâ.* Hebræus *Non extitit inter natos.* Et v. 9. *Etiam dico plusquam Prophetam.* Pagninus Vatablus : *Etiam dico excellentiorem Prophetam.* Syrus : *Prophetam præstantiorem.* Arias : *Et abundantius Prophetam.* Et v. 10. vocat Angelum. *Ecce mitto Angelum meum ante faciem meam.* Vocatur major inter natos mulierum; quia *præcellit* (inquit D. Ambrosius serm. 94.) *cunctis Ioannes , eminet universis , antecellit Prophetas, supergreditur Patriarchas, & quisquis ex muliere est , inferior est Ioanne.* Dicitur plusquam Propheta ; quia Christo proximus fuit , & de eo futuro alii Prophetæ vaticinati sunt. Audi D. Chrysostomum in imperfecto homil. 27. *Omnes (inquit) Prophetæ prophetarunt de Christo ; de illis autem non prophetatum est. Ipse autem non solum prophetavit de Christo , sed etiam alii Prophetæ prophetarunt de ipso. Quis aliquando dictus est vox clamantis in deserto ? nam omnes portitores verbi fuerunt , hic autem ipsa vox , quæ desertum facere poterat quasi agrum cultum. Quanto vox proximior verbo , non tamen verbum, tantò Ioannes propinquior Christo, non tamen Christus.* Alias egregias rationes quare Joannes reliquis Prophetis dicatur excellentior, vide apud nostrum Sylveiram tom. 3. in Evangelia lib. 5. cap. 13. q. 221. denique appellatur Angelus.

Idem

Matth. c. 12. v. 13.

Matth. c. 17. v. 12.

Ioannis c. 1. v. 21.

Bonaventura

Matth. c. 11.

Ambros.

Chrysost.

Idem Imperfectus ibidem. *Propter virtutis meritum Angelus est vocatus.* Si Joannes sit inter natos mulierum major? si sit plusquam Propheta? si sit Angelus? quo nomine eum appellabimus? non alio quàm Eliæ. *Ipse* (inquit Christus supra v. 13.) *Est Elias qui venturus est.* Ex quâ appellatione sequitur, quod quemadmodum Joannes maximus est inter natos mulierum, vel (ut Divus Augustinus serm. 4. de Baptistâ.) *Quisquis* (inquit) *Ioanne plus est, non tantùm homo, sed & Deus est.* *August.* Sic sanctus Maximus homilia 3. de Baptistâ; Divus Isidorus Pelusiota lib. 1. cap. 18. Algerus lib. 2. de Sacramentis cap. 7. aiunt ita Eliam esse secundum à Christo, vel omnium Prophetarum facilè Principem, non tantùm dignitate, sed etiam sanctitate, libertate, & efficaciâ prædicandi, prodigiis, miraculis, seu rerum gestarum excellentiâ: alioqui hæc Christi confirmatio nulla esset. Ejusmodi Christi confirmationi astipulatur Divus Hieronymus dicens: *In Eliâ esse omnem Prophetarum chorum.* Ideſt Eliam continere omne donum, omnem gratiam dicendi & faciendi miracula, quæ aliis Prophetis fuit à Deo olim communicata. Quod satis apertè Deus insinuasse videtur, dum cum Moyse suæ transfigurationis testem non chorum Prophetarum adhibuit, sed solum Eliam, quia scilicet unicus ille reliquis omnibus adæquatur seu potius illos superat.

XI. Præterea sicut Matthæi cap. 11. v. 11. Christus ait de Ioanne, *Non surrexit major.* Ita Ecclesiasticus cap. 48. v. 1. *Surrexit Elias quasi ignis.* Quasi diceret: sicut ignis præcedit omnia elementa ordine, dignitate, activitate, ita Elias major est omnibus hominibus, vel saltem Patribus veteris testamenti: eosque meritis & gratiâ miraculorum superat: Hinc Matth. c. 11. v. 9. *Matth. 11. v. 9.* antequam Christus diceret Joannem Baptistam esse plusquam Prophetam, dixit: *Quid existis in desertum videre? Prophetam, etiam plusquam Prophetam.* Vel ut Syrus *Prophetâ præstantiorem.* Postea v. 11. subjungit illum esse Eliam: seu eum Eliæ cõparat: sicut ergò Ioannes plusquam Propheta, seu Prophetâ quolibet præstantior est: ita & Elias. Denique postquam v. 10. iterùm subjungit textum c. 4. Malachiæ v. 1. *Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem meam, qui præparabit viam ante te.* *Malach. 4. v. 1.* Ubi vocat, seu assimilat Joannem Angelo, v. 13. gradatim ascendendo eundem vocat seu cõparat Eliæ Ex quibus concludo Eliæ nomen esse omnium hominum excellentissimum, & Eliam esse perfectissimis creaturis, si non majorem, saltem æqualem, nõ tantùm ob merita, & zelũ, sed virtutẽ miraculorum. Hujus opinionis fidem faciunt verba D. Chrysostomi qui post visam siccitatem ab Eliâ indictam, tom. 1. serm. 2. de Eliâ. *Elias* (inquit) *altior mundo, proximus cælo.* Quandoquidem igitur Christus imponat Joanni Eliæ nomen: possumus vicissim Eliæ imponere Joannis nomen, & mutato nomine dicere de Eliâ cum *Chrysost.* D. Chrysostomo homil. in Matthæum. *Non peperit mulier* (Eliâ) *majorem*, & S. Maximo homil. 3. de S. Ioanne. *Hic* *S. Max.* *est, qui judicio cælestis sententiæ cunctis mortalibus antefertur, dicente Domino: inter natos, &c. Christus* (Eliam) *majorem Prophetis prædicavit, ac universaliter majorem omnibus hominibus.* S. Petro Damiano Sermone de S. Ioanne Baptistâ *Considera cæli regnũ & universum ordinem humanâ generatione obambula, solumque Ioannem, tam novis, quàm veteribus videbis esse præpositum, vel æquatum.* Rationem adaptationis confirmat D. Augustinus quæst. 26. libri *Augst.* primi qq. veteris & novi testamenti. *Dictum est* (inquit) *à Spiritu sancto ad Zachariam, cujus meriti futurus esset Ioannes. Veniet* (inquit Lucæ cap. 1.) *Luc. 1.* *in spiritu & virtute Eliæ: parem ergò Ioannem Eliæ ostendit: & Dominus di-* *Matt. 11.* *cit Matthæi cap. 11. Nemo major inter natos mulierũ Prophetâ Ioanne Baptistâ. Non dixit omnibus major est: sed nemo illo major est; hoc est, æqualem habet, majorem non habet: Elias ergò par illi est, nulli utique minor.* Pondera illa verba. *Elias ergò par illi est, nulli utique minor.* Quasi diceret Ioannes & Elias iisdem encomiis commendari possunt, & quæ D. Chrysostomus in opere imperfecto in Matthæum homil. 27. dixit de Ioanne, de Eliâ effari licet. *Iste mi-*

rabilis est, qui in humanâ naturâ angelicam sanctitatem transgressus est, & obtinuit quod non habuit natura per gratiam Dei. Item hæc accipe doctissimi Gersonis tractatu super Magnificat. *Videtur* (inquit) *Elias primus post Mariam positus in ordine Seraphinorum loco Luciferi.* Insuper hæc Francisci Maironis sermone de S. Ioanne Baptistâ. *Collocatus* (inquit) *fuit loco Luciferi.* Et confirmatur ex dictis: maximè si nominis etymologiam spectes. Nam si Lucifer idem est quod lucem ferens, & ideò S. Ioannes dicitur Ioannis cap. 5. v. 35. *Lucerna ardens & lucens.* Quid est Elias seu ἥλιος nisi sol, nisi calorem & lucem ferens. Ecclesiastici cap. 48. v. 1. *Surrexit Elias quasi ignis & verbum ipsius quasi facula ardebat.* Cur quasi ignis? quia ignis solâ naturæ operâ producit, at Elias est ignis tam activus, tam potens, ut ad Ecclesiæ sanctitatem promovendam & firmandam ejus veritatem, plurimùm suis miraculis cooperetur. Omitto alia Sancti Ioannis encomia, quæ videri possunt apud S. Augustinum, Hieronymũ, Ambrosium, Chrysostomum, Hilarium, Euthymium, Theophilactum, S. Maximũ ser. de S. Ioanne Baptistâ, Theodorum Studitam, Petrum Damianum, Bernardum, Guarricum, & alios Patres, & novissimè apud Ioannẽ Ekium, Canisium, Baezam, Barradium, nostrum Sylveiram, & alios authores modernos, qui satis fusè Sanctum Ioannem Baptistam extollunt. Cujus laudes nostro Eliæ applicari possunt, quandoquidem in omnibus ferè conveniant. Consuli etiam possunt Cõmentaria in Evangelia & in Cap. 3. Malachiæ vers. 1.

Gerson. *Ioannis 5. v. 35.* *Eccles. 48. v. 1.*

XII. Expendamus tantùm alium locum Matthæi cap. 17. postquam v. 10. Discipuli retulerunt Christo quod Scribæ dicerent, *quod Eliam oporteat primùm venire.* Respondit Iesus v. 12. *Elias venit & non cognoverunt eum, &c.* Quæ verba significant Eliæ virtutem & nomen Ioanni competere, & Eliam esse Ioannem, & Ioannem esse Eliam, tùm ratione officii præcursoris, tum etiam ratione meriti, ratione castitatis, zeli, &c. tùm denique virtutis operativæ, & fortitudinis ac constantiæ, ut patet ex his verbis sequentibus v. 12. *Sed fecerunt in eo quæcumque voluerunt.* Quasi diceret quemadmodum Rex Achab, Iezabel, & Iudæi bellum intulerunt Eliæ: quia eorum impietatem, libidinem, & alia vitia ferre non poterat, quorum persecutiones Elias constanter toleravit, & eorum mentes obstinatas miraculis delinire studuit. Ita S. Ioannes Herodi, Herodiadi adulterium, Iudæis alia vitia improperavit, à quibus carcerem, & mortem inflictam tulit. Suam prædicationem, & correctiones proprio cruore sigillavit, & obsignavit. Eliani nominis dignitas & virtus adhuc efficaciter probatur ex legatione & quæstione factâ à Iudæis ad Ioannem. Ioannis cap. 1. v. 19. *Elias es tu?* D. Chrysostomus hæc tria verba ponderans, ostendit Eliam apud Iudæos in maximâ fuisse existimatione. *Tanta* (inquit homil. 15. in Ioannem) *Authoritatis Ioannem arbitrabantur, ut non solùm de aliis testimonium, verùm ipsi de se ipso omnia crederent. Neque enim, nisi eâ essent sententiâ ipsum interrogatum misissent, quid de se diceret.* Ideò Ioannes ob miracula in suâ Nativitate facta, vitam suam asperam, & solitariam, seu quasi angelicam, ob insolitum baptizandi modum, & continuas ad pœnitentiam exhortationes tantæ erat apud populum æstimationis, ut Pontifices & alii Iudæi putarint sui officii esse legationem ad ipsum destinare, & diligenter explorare quis esset, & maximè ab eo quærere an esset Elias. Tanta siquidem erat inter utrumque, non tantùm officii, sed etiam morum, potentiæ, & vitæ analogia, & similitudo, ut crediderint Ioannem & nominè, & personâ esse ipsum Eliam; Nam (ut vult Origenes in Ioannem, & Iansenius in Concordia Evangelica cap. 16. cap. 56. cap. 66. *Iudæi crediderunt Palingenesiam, ideſt iteratam generationem, seu Metempsicosim, ideſt transmigrationem Pythagoricam animarum in aliena corpora; & eo errore ducti miserunt legatos ad Ioannem, ut eum rogarent, an esset, Elias, vel Elias in Ioanne appareret. Et quod eorum hæc de transcorporatione, seu transmigratione fuerit opinio:* Patet

Matth. c. 17 v. 1. *Ioann. 1. Chrysost.*

1. Quia

1.° quia ſi non credidiſſent animam Eliæ in corpus Ioannis tranſmigraſſe, non rogaſſent eum an ſit Elias. 2.° Di-
Marc.6 vus Marcus cap. 6. v. 16. refert Herodem dixiſſe. *Quem* (inquit) *decollavi Ioannem, hic ſurrexit à mortuis.* Ideſt anima Joannis migravit in aliud corpus, ſeu Joannes in Chriſto revixit. 3.° Matth. cap. 16. v. 14. Chriſto in-
Matth. c. 16. terroganti. *Quem dicunt homines eſſe filium hominis?* Apoſtoli reſponderunt. *Alii Ioannem Baptiſtam, alii autẽ Eliam, alii verò Ieremiam, aut unum ex Prophetis.* Cajetanus, Baronius, Janſenius, & alii colligunt ex hoc loco Judæos fuiſſe opinionis Pythagoricæ, quâ anima defuncti putabatur tranſire in aliud corpus, vel nobilius, vel vilius pro ratione meritorum vel demeritorum præcedentis vitæ. Sed attentius conſiderans ſupra dictam legationem facilè videbit, quantæ Elias eſſet æſtimatio-
Ioannis c.1. nis apud Iudæos. Poſtquam enim Joannis cap. 1. v. 20. Joannes aſſeveranter reſpondit. *Quia non ſum ego Chriſtus.* v. 21. Interrogaverunt eum. *Quid ergò* (inquiunt) *Elias es tu?* Cur immediatè poſt illam reſponſionem. *Non ſum ego Chriſtus.* Inquirunt an ſit Elias? Cur potius nõ inquirunt an ſit Enoch? an ſit Moyſes? an ſit Iſaias, Jeremias, Daniel, &c. vel alius veteris teſtamenti Heros? ſed ſolùm Eliam immediatè & nominatim proponunt? niſi quia Elias tantus erat, non tantùm apud Deum, ſed etiam apud Iudæos ob gratias gratis datas, & gratum facientes; ut ſecundum à Chriſto locum ei deberi arbitrarentur. Huic reſponſioni Divus Chryſoſtomus tom. 1. ſerm. 2. de
Chryſoſt. Eliâ, favere videtur ubi dixit. *Elias altior mundo, proximus cælo.* ſubdit infra: *Stabat* (inquit) *medius inter Deum & populum.* Undè Origenes homil. 3. in
Origenes Matthæum, quæ eſt in c. 17. Matthæi, notat quod licet Eliſeus duplicem Eliæ ſpiritum obtinuerit, non tamen nomen. Quia ſcilicet non erat tantæ virtutis & meriti, quanti erat Elias. Ioanni verò nomen Eliæ datum eſt, quia cùm & ſpiritum, & virtutem Eliæ eſſet aſſecutus; ejus quoque nomen merebatur. Audiamus Origenem. *Quoniam* (inquit) *Spiritus Eliæ in Eliſeo quidem requievit: Ioannes autem præceſſit ante Chriſtum non ſolùm in ſpiritu, ſed etiam in virtute Eliæ, ideò Eliſeus non eſt quidem dictus Elias, Ioannes verò dictus eſt ipſe eſſe Elias.* Expende illa verba. *Ioannes præceſſit non ſolùm in ſpiritu, ſed etiam in virtute.* Quid clarius poteſt oſtendere excellentiam Eliæ ſupra Eliſeum & alios Prophetas, quàm analogia Eliæ cum Ioanne, & eadem ſpiritus, virtutis & nominis poſſeſſio. Quomodò verò nomen Eliæ Ioanni aptè conveniat. Patet primò: Quod naturam exprimat. Nomen Elias Iehova includit, idem ſignificans quod qui erat, eſt, & ſemper erit, vel idem eſt quod eſſe, & eſſentia, ſeu, qui eſt, & aliquando eſſe facit. Quæ ſignificatio oſtendit naturam Eliæ non longè diſtare à dignitate naturæ divinæ. Sicut enim Moyſi petenti nomen & naturam Dei. Reſpondit Deus Exodi cap. 3. v. 14. *Ego ſum qui ſum.* *Exod 3. v. 14.* Vel ut Septuaginta. *Ego ſum ille ens.* Secundùm Hebræos *Ero qui ero.* Secundùm Rabbi Salomon, & Burgenſem. *Ego ero.* Quaſi diceret (inquit Nyſſenus) *Sum pelagus immenſum, & interminum eſſentiæ.* Vel (ut inquit D. Bernardus ad Eugenium) *Deus eſt ſuum ipſius immenſum, & omnium aliarum rerum eſſe.* Et ante eos omnes Plato. *Deus* (inquit) *eſt* *Platõ.* *qui univerſitatem rerum omnium complectitur*, ideſt infinitatem quandam rerum omnium continet. Ita noſter P. Elias ſpectatus non ſecundùm naturam. Sic enim (inquit D. Iacobus) *eſt homo paſſibilis, ſimilis nobis*, ſed ſecundùm gratiam gratis datam, ſeu virtutem miraculorum pro Eccleſiâ patratorum omnes ſuperat: quæ miracula alibi expendemus, ubi de omnipotentiâ Dei agemus. Quod ſi ſecundùm ordinem gratiæ gratum facientis (quo creaturæ conſtitutæ accipiunt verum eſſe, ſeu ſupernaturale) Elias ſpectetur. tunc omnium creaturarum perfectiones quodammodo complectitur: quarum omnium ſeriem audire nè tædeat, unam tantùm producam ſcilicet virginitatem, quam Patres vocant Angelicam virtutem, quia ad comprimendos motus carnis opus eſt virtute extraordinariâ, ſaltem angelicâ, quia ejuſmodi victoria

carnis inter miracula censeri debet: quia vires humanas omninò superat. *Virginalis* (inquit D. Augustinus lib. de sanctâ virginitate cap. 13.) *Angelica portio est; & in carne corruptibili incorruptionâ perpetuæ meditatio.* D. Ambrosius lib. 2. de virginibus. *Quæ* (inquit) *non nubunt, neque nubentur, erunt sicut Angeli Dei: nemo ergo miretur, si Angelis comparentur, quæ Angelorum Domino copulantur.* D. Bernardus epist. 42. *Differt* (inquit) *homo pudicus & Angelus, non fælicitate, sed virtute: nam etsi illius castitas fælicior: hujus tamen fortior esse cognoscitur.* Sed clarius, & magis ad rem D. Athanasius lib. de virginibus. *Virginitas* (inquit) *est Angelorum vita.* Hæc autem virginitas maximè & primariò in Elia emicuit. In hujus rei testimonium possem producere PP. Ignatium, Hierohymum, Ambrosium, Chrysostomum, Isidorum, Damascenum &c, Doctores Suarem tomo 3. de relig. cap. 1. Thomam à Jesu lib. 1. de variis Reg. Carm. cap. 1. §. 1. Leznam tom. 1. qq. regul. cap 1. Sanctium in lib. 3. Reg. c. 17. v. 6. Salianum lib. 4. annalium ad annum 3139. numer. 39. & alios imò D. Thomam in 4. dist. 49. quæst. 5. art. 3. quæstiunculâ 1. ad 3. & ex Joanne 44. Hierosolymitano varia loca & capita sui libri de institut. Monach. Sed aliquid tantum præponã ex Joanne 44. c. 34. *Interpretatur* (inquit) *Carmelus scientia circumcisionis, ad quam scientiam ille præcipuè ascendit, qui ita scit præputium impudicitiæ à suâ carne, & à mente circumcidere, ut non solum se ab illicito carnalis contagionis cœno alienum per castitatem reddat, verum ab omni impudicæ voluntatis experimento se immunem per virginitatem custodiat.* Deindè infra sic de Eliâ loquitur. *Nemo autem* (inquit) *unquam ascendit ad hanc circumcisionis scientiam priusquam Elias & puer suus, ideſt cœtus filiorum Prophetarum & discipulorum ejus, ipsi namque primi virorum seipsos Deo per virginitatem perpetuam sponte dedicantes castraverunt prorsus venereis voluptatibus suas mentes; & propterea appellati sunt Carmelitæ, quod est interpretatum scientia circumcisionis.* Undè de Eliâ & ejus Discipulis Eliseo, Angelo, Alberto, Theresia, Mariâ Magdalenâ de Pazzi & similibus canere possumus illud Martialis lib. 3. *Mart. lib. 3.*

Hybernis objecta notis specularia puros
Admittunt soles, & sine fœce diem.

Elias enim seu ἄμωμος ita purus fuit ut nullam unquam in carne, vel in mente contagionem contraxerit, adeò ut de illo idem possimus philosophari, ac Patres passim de Beatissimâ Virgine. Sicut illa inter fœminas prima novit virginitatem, ac in virginitate supra cœteras excelluit, & ab Ecclesiâ vocatur *Virgo virginum*, à S. Jacobo in liturgia *Virginum gloria*, à S. Ephrem. *Corona Virginum*, ab Idiotâ in contemplatione Mariæ cap. 6 *Virginitatis primipila*, à S. Cyrillo Alex. homil. 6. contra Nestor. *Virginitatis corona*, à S. Epiphanio *Princeps virginitatis*, à S. Ambrosio *Magistra virginitatis*, à S. Damasceno *Imago virginũ & speculũ castitatis*, à S. Anselmo de excellentiâ virg. c. ult. *Mater virginitatis*, à S. Idelfonso serm. 1. de Assumptione, *Fastigium omnium virginum*, & serm. 3. *Exemplar virginitatis*, ab Alano *Sigillum virginitatis*, à Beda homil. de Annunt. *Prima inter fœminas glorioſiſſimũ Deo virginitatis munus obtulit.* Et in cap. 2. Lucæ, *Prima fœminarum tantæ virtuti se mancipavit*, à S. Antonino *Mater omnium in virginitate*, à S. Petro Chrysologo serm. 43. *Regina totius castitatis.* Sic quid Elias est? audi D. Hieronymum Epist. ad Eustochium. *Virgo Elias, virgo Eliseus, virgines multi filii Prophetarum.* Quasi diceret Elias non tantùm Eliseum & filios Prophetarum sui sequaces habuit in cultu veri Dei, seu in verâ fide & religione amplectendâ, sed etiam imitatores in virginitate servandâ. Idque eo maximè argumento probatur, quod (ex Nicephoro lib 8. cap. 29 Sozomeno lib. 1. histor. Eccles. cap. 12. Isidoro lib. 2. de divinis cap. 15. & aliis) Deo revelante professionis, & vitæ monasticæ fuerit primarius institutor, & exemplar. Quod Joannes 44 Jerosol. lib. de institut. monach. cap. 9. de virginitate specialiter ostendit. *Elias* (inquit) *ut per puritatem castitatis, & incorruptionis suæ carnis æquaretur Angelis, seipsum virginitate perpetuâ primus hominum sponte decoravit.* His verbis *primus hominũ*, ostendit *Joan. 44.*

Eliæ

Eliæ in colendâ virginitate patriarchatum deberi: illis verò *ſponte decoravit*. Innuit Eliam fuiſſe exemplar. Idē teſtatur Caſſianus lib. de inſtitutis monachorum cap. 2. *Qui* (inquit) *in veteri teſtamento virginitatis jam flores, & caſtimoniæ, continentiæque præfigurabat exempla.*

Caſſian.

XIII. Cœterùm hæc virginitas tam potens eſt, & per hanc tantam in dicendo gratiam, tantā in operando efficaciam Elias eſt aſſecutus, ut omnia miracula, quæ operatus eſt proximè in zelum & orationem ejus, remotè verò & quaſi principaliter in virginitatem debeat refundi. Id accipio ex Daniele cap. 6. v. 22. *Deus meus* (inquit) *miſit Angelum ſuum, & concluſit ora leonum, & non nocuerunt mihi.* Quare Angelus mittitur ad Danielem, & quare ora leonum famelicorum, vel potius ſævitiam comprimit? quia illibatam virginitatem Daniel ſervat. Quare tres pueri in fornacem conjecti, Daniel cap. 3 v. 88. illæſi ambulant, & ex eâ vegetiores, quàm antea egrediuntur, & benedicentes Deum aiunt. *Qui eruit nos de manu mortis, & liberavit nos de medio ardentis flammæ & de medio ignis eruit nos.* D. Joannes Damaſcenus lib. de fide cap. 25. non aliam hujus impaſſibilitatis miraculoſæ rationē affert quàm caſtitatem. Eadem virginitate etiam S. Thecla ignes & leones ſuperavit, ut canit S. Gregorius Nazianz. de Virg.

Danielis 6. v. 22.

Joannes Damaſ. lib. 4. de fide c. 25

Gregor. Nazian.

Quis Theclam, necis eripuit flammæq; periclo?
Quis validos ungues vicit, rabiemque ferarum?
Virginitas. O res omni mirabilis ævo!
Virginitas fulvos potuit ſopire leones.

D. Ambroſius martialem hujus Martyris, & invictam ab elementis, & feris virginitatem ſic proſequitur lib. 2. de virginibus. *Thecla* (inquit) *docuit immolari, quæ copulam fugiens nuptialem, & ſponſi furore, damnata naturam etiam beſtiarum virginitatis veneratione mutavit.* Et mox. *Cernere erat lingentem pedes beſtiam, cubitare humi, muto ieſtificantem ſono, quod ſacrum Virginis corpus violare non poſſet. Ergò adorabat prædam ſuam beſtia, & propriæ oblita naturæ, naturam induerat, quam homines amiſerant. Videres quaſi naturæ tranſfuſione homines feritatem indutos, ſævitiam imperare beſtiæ, beſtiam exoſculantem pedes virginis, docere, quid homines facere deberent: tantam habet virginitas admirationem, ut eam etiam leones mirentur, nam impaſtos cibus flexit, non citatos impetus rapuit, non ſtimulatos ira exaſperavit, non uſus decepit aſſuetos, non feris natura poſſedit; docuerunt religionē dum adorant Martyrem, docuerunt etiam caſtitatem dum virgini nihil aliud, niſi plantas exoſculantur, demerſis in terram oculis, tanquam verecundantibus, nè vir aliquis, vel beſtia nudam videret.* Sic natura ſolo verbo, & intuitu virginis Eliæ hæret; contra proprium impetū pati & agere coguntur cœlum, terra, aqua, ignis, &c ita ut meritò cōcludere poſſim cum S. Hieronymo in vitâ ſancti Malchi totam naturam virginitati Eliæ ita cedere, *ut ſciant* (inquit) *virgines & caſti inter gladios, & inter deſerta & beſtias, pudicitiam nunquam eſſe captivam, & hominem Chriſtianum poſſe mori, non poſſe ſuperari.* Imò ipſa virginitas contra mortis impetum & ſævitiam, ita hominem inexpugnabilem reddit, ut ei quaſi glorioſæ & Ovanti lauros & currus triumphales præparet; & ipſos Angelos tanti triumphi quaſi miniſtros & aurigas faciat. *Elias* (inquit D. Ambroſius ſerm. 83. de Eliſeo) *Angelis ducentibus raptus eſt ad cœlum, & quadrigæ igneæ impoſitus quaſi in quodam triumpho victor aſcendit.* Ut Deum ſequatur juxta illud Apoc. cap. 14 v. 4. *Hi ſequuntur agnum quocumque ierit.* Seu ut illi proximus ſit. Audi D. Ambroſium lib. 1. de virginibus. *Elias* (inquit) *quia nullius corporei coitus fuiſſe permixtus cupiditatibus invenitur: ideò curru raptus ad cœlum: incorruptio enim facit proximum Deo.* Quare potius incorruptio reddit Eliam, aliosque homines caſtos proximos Deo, quàm oratio, quæ eſt aſcenſus mentis in Deum? &c. Quia nihil in Trinitate magis commendabile eſt quàm virginitas, juxta illud carmen de virginitate S. Gregor. Nazianz.

Hieron.

Ambroſ. ſerm. 87.

Apoc. 14. v. 4.

Ambroſ.

Gregor. Nazian.

Prima virgo trias eſt: ſiquidem Patre natus Anarcho.
Filius eſt: nec enim Pater ortum traxit ab ullo.

Quasi diceret, scire vis quare virgo Elias? quia sicut Christus Corpore & anima fertur in cœlum, ita Elias (non sicut alii) Christum sequitur, sed comitatur; sed illi adest: Elias ita similis est illi. *Dei* (inquit D. Augustinus lib. 4. de doctrinâ Christianâ cap. 21.) *est imago respondens ad sanctimoniam Domini*. De quâ analogiâ Eliæ & Christi alibi.

XIV. *Apoc. 4. v. 1.* Hinc non miror cur apoc. cap. 4. v. 1. *Centum quadraginta quatuor millia virginum, quæ agnum sociantur.* Dicantur à S. Joanne habere. *Nomen ejus, nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis.* Cur nomen Dei gerunt, & quidem in frontibus suis? quid denotatur fronte? nisi pudicitiæ sedes. Nomen Dei in frontè gerunt? quasi pudicitiæ mercedem. Nemo enim divino honore decorari meretur, nisi qui virgo est: Elias, ideò Deus, tali nomine insignitur ob singularem præ aliis hominibus castimoniam. Si sapiens, si liberalis, si humilis, &c. esset, & non pudicus, Eliæ nomen non sortiretur, quia hoc divinum encomium solis debetur virginibus. Cùm verò Elias divinitatis sanctæque triadis imaginem referat ejus nomine honestari meretur. Danielis cap. 5. v. 12. Fertur quòd Rex Babylonis imposuit Danieli nomen Baltazar. *Cui* (inquit) *Rex posuit nomen Baltazar.* Quare tale nomẽ illi imposuit? & quale est nomen Dei Regis Babilonii? illud ipsum. Quid tam parvi æstimas, tuum Deum, ut ejus nomẽ puero, & extraneo imponas? quis antiquorũ nomen Jovis, Martis, Saturni &c, unquam privato homini vel servo imposuit? non tantum ab illo numine, sed etiam ab hominibus graviter plexus fuisset, & tamen iste Rex impunè, imò laudabiliter imponit Danieli nomen Dei sui. Respondet Theodoretus. *Vbi* (inquit) *eum vidit, ipsum divinâ virtute illuminatum, Dei sui nomine appellandum censuit. quæ est virtus divina? est virginitas quæ parit virtutem miraculorum. Prima virgo trias est, Dei est imago respondens ad sanctimoniam Domini.* Nihil sanctius in Deo quàm esse virginem, ideò qui corpus & animum illibatum gerunt nomine Dei omnipotentis insigniri, imò ipsum Deum, & eo coronari merentur; id accipio ex D. Bernardo ser. 3. super missus: ubi Doctor ille mellifluus invitat virginem ad verbum Dei susciendum. Quid in illâ deprehendit tantâ majestate dignum? prosapiam, & generis nobilitatem, divitias, corporis pulchritudinem, aliquam in dicendo eloquentiam, vel aliquod aliud donum naturale? non. Fortè inter dona supernaturalia, donum Prophetiæ, donum linguarum &c, vel inter virtutes fidem, patientiam &c? non aliam virtutem in eâ animadvertit Deo dignam, quam humilitatẽ cum virginitate conjunctã, *Aperi* (inquit Bernardus) *sinum, expande gremium, prepara uterum, quia ecce facturus: tibi magna qui potens est: in tantum ut pro maledictione Israel beatam te dicant omnes generationes.* Et mox: *Nescies virum, & gignes filium: qualem filium? illius erit Mater, cujus Deus est Pater, Filius paternæ charitatis, erit corona tua castitatis.* Quasi diceret virginitati, non tantum aureola debetur, & datur pro præmio, sed ipsa patris sapientia, ipse Deus omnipotens. D. Thomas rectè pro laborum & studiorum suorum coronide non aliam mercedem petiit, quàm Christum ipsum omnipotentem. Id potius virginitati, quàm alteri virtuti petere licitum est. Sicut castitatis studia, labores, certamina majora sunt quàm expugnationes urbium. Caro hostis gravior est, quàm tyrannus quam ignis &c. D. Ambrosius serm. 87. de Eliseo. Sic de Eliâ. *Victor* (inquit) *enim extitit non gentium Barbararum, sed sæcularium voluptatum, siquidem graviores sunt pravi mores, quàm hostes infesti.* Et consequenter majus est miraculum pravos mores quàm hostes superare. Hinc non mirùm si corona tuæ castitatis erit ipse Christus; cùm quot filios Ecclesiæ generabis tot erunt germina puritatis de quibus prolibus sapientiæ cap. 4. v. 4. dicitur. *O quàm pulchra est casta generatio cum claritate.* S. Cyprianus apud Dionysium. *Pudicitia est argumentum totius pulchritudinis, decus religionis, minoratio criminum, multiplicatio meritorum &c.* Plura alibi; cæterum quod Elias præcessurus sit, & præparaturus sit secundùm Christi adventum suis actionibus ex gratiâ gratum faciente, & gratis data

Danielis c. 5. v. 12.

Theodor.

Bernh.

Ambros.

tis datâ elicitis obstinatos ad fidem conversurus vacillantes, aberrantes, & dubios in fide & perfectâ Ecclesiæ Romanæ obedientiâ fovere sit conaturus docet Malachias cap. 4. Joannes Apocal. cap. 11. Hîc tantùm investigemus quantùm contulerint miracula ab ipso incarnationis exordio usque ad hodiernum diem ad firmandam & stabiliendam Ecclesiam Romanam. Ac primùm Apostolus qui differens de miraculorum opificio vocat operationes virtutum, & miraculorum patratores operatores virtutum. *Alii per spiritum datur & operatio virtutum.* Græcus habet *potestates.* 1. Corint. cap. 12. v. 10 quibus Cornelius subdit: *Miraculorum operatores, hi sunt quasi manus Ecclesiæ.* Quasi diceret quemadmodum manus sustentat, protegit, firmat rem quam gerit, ita Deus per miracula quasi per manus firmat Ecclesiam. Juxta illud Haiæ cap 49. v. 16. Ubi Deus Ecclesiam ita affatur. *Ecce in manibus meis descripsi te.* Ideſt perpetuò protexi, tuitus sum, firmavi. *Nam* (inquit Sanctus Ambrosius lib. 6. Hexam. cap 9. *manus est, quæ cibum ori ministrat. Manus est, quæ præclaris enitet factis, quæ conciliatrix divinæ gratiæ sacris infertur altaribus, per quam offerimus & sumimus sacramenta cælestia. Manus est, quæ operatur pariter & dispensat divina mysteria, cujus vocabulo non dedignatus est se Dei filius declarari, dicenti David psal 117. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me. Manus est quæ fecit omnia, sicut dixit Deus omnipotens. Nonnè manus mea fecit hæc? manus est totius corporis propugnaculum, capitis defensatrix.* Cum igitur Ecclesiâ ait: *Ecce in manibus descripsi te.* Idem est ac si diceret; Ecce firmavi per miracula: miracula sunt Ecclesiæ (quod est corpus meum mysticum) & Sedis Apostolicæ, (quæ est caput corporis mei mystici) propugnaculum ac defensorium. Ipsamet Ecclesia illi alludens eodem cap. 4. v. 20. ait. *In umbrâ manus suæ protexit me.* Septuaginta. *In protectione manus suæ abscondit me.* Nè scilicet ab hostibus deprehenderer. Et Jeremias Thren. c. 4 v. 20. *In umbrâ tuâ vivemus in gentibus.* Ideſt te protegente & firmiter nos tenente inter iniquas gentes tuti vivemus à malis omnibus, à quibuscumque hostibus inferantur. Et cant. cap. 2. v. 3. *Sub umbrâ illius quem desideraveram sedi.* Per umbram protectio intelligitur. Ghislerius de istius sponsi umbrâ disserit. *Sub illius nimirùm protectione, quia virtus altissimi illam obumbravit, tutissimèque protexit. Virtus* (inquam) *Altissimi quæ ex Christi humanitate instar umbræ emittebatur, ob divinitatis lumen oppositum, ob divinitatem quæ illi unita erat humanitati. Quid verò fortiùs, quid validiùs istâ Christi umbrâ? & quæ virtus Altissimi dicitur & umbra manus, ac fortitudinis Dei.* Juxtà illud Isaiæ cap. 51. v. 16. *In umbrâ manus meæ protexi te, ut plantes cælos, & fundes terram, Vmbra certè manus per quam veluti per man virtute Altissimi mirabilia facta sunt opera. Quid enim umbra Petri? virtutem Altissimi, quæ in eo operabatur manifestavit? & Christi umbra fortissima quænam efficere non potuit?* Omnia quæcumque voluit fecit, seu innumera miracula patravit, ut Ecclesiam suam stabiliret ac firmaret, adeò ut de illâ firmitudine per miracula liceat canere cum Vate Regio illud psalmi 43. v. 3. *Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos: & afflixisti populos & expulisti eos. Nec enim in brachio suo possederunt terram, & brachium eorum non salvavit eos; sed dextera tua, & brachium tuum & illuminatio vultus tui, quoniam complacuisti in eis &c.* Quasi diceret quemadmodum filii Israel olim seu populus tuus Israel abÆgyptiorum tyrannide liberatus est, non vi armorũ nec militum apparatu, sed in terram promissionis introductus, radicatus, firmatus, stabilitus, & possessione inexpugnabili donatus. *Quomodo* (inquit Titelmannus in elucid. 1.) *arbor in terrâ manu agricolæ in loco alterius infrugiferæ plantatur & radicatur, itaut eos illic ut in firmâ, & stabili mansione tuâ manu plantasti, & radicare fecisti, ac germinare, filios & filias procreare &c. Et rectè quidem dico manu suâ hæc omnia perfecta. Nequaquam enim potentes erant patres nostri suâ virtute absque te tantam facere victoriam, neque ipsi per virtutem aut experientiam bellicam quæ in ipsis erat pertigerunt ad possessionẽ terræ promissionis, neque propriâ virtute eorum ad tantæ*

salutis

1. Corin. c. 12. v. 13.

Ambros.

Thren. c. 4 v. 10

Cantic. 2. v. 3.

Ghisler.

Psalm. 43. v. 3.

salutis victoriam eos perduxit, ut de tantis, tamque fortissimis, & ditissimis gentibus possent reportare triumphum; imò nunquam manus illorum evadere potuissent, suâ tantùm fortitudine fussulti: sed tua fortis dextera, & tuum validissimum brachium, idest omnipotens fortitudo tua &c. Ita Ecclesiam tuam stabilisti, firmasti, & inexpugnabilem reddidisti, non viribus nostris, sed prodigiis, non armis sed miraculis divinâ virtute productis. Id innuere videtur S. Matth. cap. 4. v. 23. *Matth. c. 4. v. 23* *Circuibat Jesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans Evangelium Regni, sanans omnem languorem.* Idest Christus peragrabat civitates, oppida, pagos, & vicos Galilææ, ut Evangelium suum prædicaret, legem suam inauditam mundo inferret, Ecclesiam suam insereret, eamque, ut firmiùs radicaret, miracula edidit. Jesus enim (inquit S. Chrysostomus) *Chrysost.* *authoritatem fidei, quæ legationi conciliavit claritate signorum.* Idest sanando corpora curabat animas, corpus Christi mysticum scilicet Ecclesiam integrabat, solidabat: assiduè & continuò incedendo non equo vel curru vectus sed pedibus, circumeundo omnes pagos, & urbes Galileæ Ecclesiam suam immobilem ac firmam reddebat. *Dionys.* Rectè Dionysius explicans locum Matthæi citatum ostendit non immeritò doctrinam Evangelicam, & consequenter Ecclesiam debuisse miraculis firmari. *Quia* (inquit) *doctrina Christi nova fuit, & supernaturalis omnem humanam rationem transcendens, & invisibilia bona pro mercede proponens, oportuit eam confirmari miraculis, tanquam divinæ veritatis argumentis, & Dei sigillis, ut stiretur verus, & à Deo missus esse talia predicans, quemadmodum etiam veritas naturalis scientiæ per principia prima probatur, & per rationes ex primis principiis per modum conclusionum deductas: sic veritas fidei per opera miraculosa soli Deo possibilia roboratur, & à Deo esse ostenditur, qui falsitatis confirmator ac testis esse non valet. Idcircò dicit Salvator Joan. cap. 10. opera, quæ dedit mihi Pater, testimonium perhibent de me.* S. Chrysostomus *Chrysost.* hom. 14. in Matth ostendit Deum hâc praxi miraculorum usum fuisse non tantùm in sanciendâ lege Evangelicâ & condendâ seu propagandâ suâ Ecclesiâ, sed etiam quando aliquem novum ritum introducere cõstituit. *Quando novum fit aliquid & inopinatum ac politiæ cujusdã introductio, signa Deus facere consuevit, præstans quædam pignora suæ potentiæ his, qui legem ejus acceptari sunt: sic igitur cùm hominem facturus esset, prius mundũ creavit universum, ac tum demùm facto homine legem in paradiso dedit. Et cum sancto etiam Noe legem positurus esset, utique mirabilia monstravit, per quæ instauravit omninò creaturam, ac terribile illud pelagus per annum certè integrum toto fecit orbe diffundi: justumque illum in tantâ totius mũdi tempestate servavit. Abrahæ quoque multa signa legitur præstitisse, ut claram illam de Regum bello victoriam, ut insignem quoque adversus Pharaonem plagam, ut cùm de variis illum periculis liberavit sed & Judæis quidem, cùm legem esset daturus, prius mirabilia illa, & prodigia ostendit, ac tum demùm eis præcepta legis imposuit. Ita hic quoque cùm sublimem quandam vivendi introducturus esset disciplinam, & quæ nunquam ab illis fuissent audita, auctoritatem mandatis suis præstrinxit in qualitate signorum.* Quid est præstrinxit? præligavit, obvincivit: itaut à nemine aperiri seu dissolvi queat: eo ligamine, sigillo ac munimine usus est Christus ut legem Evangelicam ac Ecclesiã stabiliret Joannis cap. 5 v. 36. ubi ostendens efficacius, certius, magis cõvincens & firmans testimonium incarnationis, legis Evangelicæ, & Ecclesiæ, potius desumendũ esse à miraculis, quàm à testimonio Joannis Baptistæ hominũ universorum excellentissimi. *Ego* (inquit) *habeo testimonium majus Joanne? opera enim, quæ dedit Pater ut perficiam ea, ipsa opera, quæ ego facio testimonium perhibent de me, quia Pater misit me.* Idest mea opera, mea miracula, quæ per omnipotentiam divinam, & soli Deo competentem facio, magis convincunt me esse Messiam Dei Filium, à Deo missum ad hominum salutem, legem eis novã prescribendam, quàm testimoniũ Joannis. Quare? quandoquidem inter natos mulierum nullus esset major Joanne Baptistâ respondet Euthymius. *Joannis testimoniũ poterat quispiam calumniari. Verum opera omni suspicione libera omnium* *Joann. c. 5. v. 36.*

pium ora contentiosa obturant. Cùm sint supernaturalia quæ à nullâ causâ creatâ possunt produci, sed soli Deo competunt, unde sunt quasi Dei sigillum, quò mea lex, mea doctrina, mea Ecclesia obsignatur & confirmatur. * Lyranus *Firmum testimoniũ est per opera soli Deo possibilia, qui non potest testis esse falsitatis.* Euthymius. *Quia sunt opera solius divinæ virtutis.* Oportunè verba Joannis sic elucidat S. Cyrillus. *Quoniam ergo non dignus vobis Ioannes fide videtur, majorem testem offero, cujus splendor mentis vestræ oculos ita perstringat, ut nihil omninò dicere possitis. Non enim verbis, nec auctoritate hominũ rem meam approbo, sed miraculorum splendore, ac gratiâ.* Quale testimonium suæ missionis, legationis, prædicationis, legislationis, fundationis Ecclesiasticæ Christus exhibet Matthæi cap. 11. v. 4. *Euntes renunciate Ioanni quæ auditis & viditis.* Cornelius ibi. *Quæ auditis scilicet ab astantibus narrari miracula à me facta, & viditis, quæ scilicet præsentibus vobis feci, ut vestræ quæstioni non verbo, sed facto responderem.* Hæc enim miracula quę vidistis, & audivistis à me facta, sunt indices & sigilla veri Messię, Quibus utitur in promulgatione legis, ac Ecclesiæ fundatione supra firmam petram, ut aliàs prænunciavit Isaias cap. 35. v. 5. *Deus ipse veniet & salvabit vos, tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, tunc saliet sicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum.* Christus hoc solo argumento manifestat Judæorum obstinationem ac perfidiam Joannis cap. 10, v. 25. ubi sic eos affatur. *Loquor vobis & non creditis, opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hoc testimonium perhibent de me.* Quando dixi vobis me esse Messiam, esse missum à Deo Patre, meam doctrinam non esse meam, sed ejus, qui misit me Patris, me non habere spiritum divisionis, nec esse seductorem, sed novæ legis & sanctæ congregationis conditorem operibus, seu miraculis divinâ virtute elicitis cõfirmavi, sed vos increduli & obstinati estis v. 34. Imò *multa opera bona ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis.* Ideſt, multa miracula exhibui, præstiti, cœcos illuminando, claudis incessum, surdis auditum, mortuis vitam restituendo, &c. Quæ non nisi auctoritate & ope divinâ possunt patrari, propter quæ opera me lapidibus vultis obruere.

S. Cyril.

Matth. c. 11. v. 4 Cornel.

Nec hanc veritatem improbat sanctus Augustinus tract. 13. in Joannem docens non esse fidem adhibendam Donatistis, quamvis miracula faciant, illos vocans per contemptũ Mirabiliarios, & lib. de unitate Ecclesiæ c. 16. ubi non tantùm negat fidem adhibendam esse miraculis Donatistarum, sed etiam ipsorum Catholicorum. *Quæcumque (inquit) talia in Catholicâ fiunt ideò sunt approbanda, quia in Catholicâ fiunt, non ideò ipsa manifestatur Ecclesia, quia hæc in eâ fiunt.* Dico S. Augustinũ dumtaxat contemnere & improbare miraculâ Donatistarũ quæ erant similia iis, quæ patrabit Anti-Christus, & ab Apostolo 2. Thessal. c. 2. vocantur mendacia, ideſt nõ vera, solida, sed apparentia hominibus mirabilia, seu miracula facta arte dęmonis. De quibus Joannes Apoc. c. 13. vel spernere etiã visiones occultas, quas Donatistæ absque ullo teste jactabant se habuisse, cujusmodi etiam fuit visio Zuinglii, quâ ipse Zuinglius in libro, qui inscribitur subsidiũ de Eucharistiâ, scribit se vidisse spiritum, sed non potuisse discernere an foret niger, an albus. Cujusmodi etiam fuit visio Lutheri, quam ipse refert in libro, qui inscribitur querela, vel somnium Lutheri: ubi Lutherus dicitur appatuisse nonnullis Lutheranis, & mœstâ facie conquestus quod ipse cum suâ doctrinâ esset brevi à propriis discipulis deserendus. Quod autem S. Augustinus vera miracula, ex divinâ ope elicita non improbet, patenter innuit lib. 22. de Civit. Dei cap. 8. ubi Gentiles impugnat miraculis ad reliquias sanctorum præcipuè Sancti Stephani Proto-martyris factas, de quibus & aliis, alibi. Cœterùm quamvis S. Augustinus loco citato asserat Ecclesiam non demonstrari ex miraculis, sed ex scripturâ: tamen libro contra Epistolam fundamenti cap. 4. & 5. E contra docet Ecclesiam demonstrari ex miraculis, non verò ex scripturis, imò ex Ecclesiâ scripturas demonstrari. Itaque Bellarminus lib. 2. de notis Ecclesiæ

August.

XV.

cap. 14. utrumque locum ita conciliat ſcilicet verba ibi relata non eſſe abſoluta, ſed hypothetica. Quoniam Manichæi negabant ſcripturas, admittebant miracula, afferebant vetus teſtamentum eſſe à Diabolo, novum autẽ eſſe à falſariis corruptum S. Auguſtinus lib. contra epiſtolam fundamenti Manichæorum demonſtrat Eccleſiam ex miraculis, ut verò illius Charactere: & ex Eccleſiâ Scripturam demonſtrat. At verò eo quod Donatiſtæ admittebant vetus & novum teſtamentum, & ſuas viſiones miraculis Eccleſiæ præferebant, fit ut S. Auguſtinus alio modo impugnet Donatiſtas, quàm Manichæos, inſinuatque Donatiſtis ex ſcripturis Eccleſiã demonſtrari, & miracula ab Eccleſiâ judicari, ac diversâ viâ Eccleſiam demonſtrari per miracula, & viciſſim miracula ab Eccleſiâ demonſtrari, ſicut cauſa aliter demonſtratur ex effectu, quàm effectus per cauſam. Eccleſia enim demonſtratur ex miraculis, quo ad evidentiam & certitudinem credibilitatis, non verò quoad evidentiam & certitudinem rei. Non eſt evidens & certum certitudine fidei an aliquod miraculum ſit verum ante approbationem Eccleſiæ, licet ſit tale, ut evidenter faciat rem credibilem. Quod careat evidentiâ patet, quia tunc fides eſſet evidens. Etiam non eſſet certum certitudine fidei, quia non ſcimus certitudine, cui non poſſit ſubeſſe falſum, ſeu non eſſe in illâ aliquam illuſionem dæmonis, qui poteſt non vera, ſed apparentia edere miracula. Ideò Judæi & alii videntes Chriſti miracula tenebantur credere illis miraculis: quia tenetur homo accipere eam fidem ut medium neceſſarium ad ſuam ſalutem. Deus autem noluit obligare homines ut crederent incredibilia, ſed ut per miracula & alia motiva fides fieret credibilis. Ratio verò cur Eccleſia demonſtret miraculum quoad rei certitudinem eſt, quia certi ſumus miraculum factum eſſe verum, quando accedit Eccleſiæ declaratio.

XVI. Ex quibus concluditur miracula nunquam patrari ad denotandam & confirmandam falſam doctrinam, legem, miſſionem, Eccleſiam, quia (inquit cœcus à Chriſto ſanatus Ioannis cap. 9. v. 31.) *Scimus autem quia peccatores Deus non audit*: Scilicet ut docent Theophilactus, Euthymius, Maldonatus, Suarez tom. 2. de religione lib. 1. de or. c. 25. Deus non audit peccatores orantes pro hypocriſi, errore, mendacio ac falſitate, cujuſmodi ſunt infidelitas, hæreſis, falſa fides, Religio, ſecta hæreticorum. Licet enim donum miraculorum non ſit gratia gratum faciens, ſed gratis data, & impii ac falſi Doctores poſſint prophetare & patrare miracula, ea tamen patrare nequeunt ad confirmandam falſam ſuam doctrinam, legem & Eccleſiam; quia ut docent Theologi & ſpecialiter Cornelius in c. 7. Matthæi, miraculum etiam dumtaxat unicum, modo ſit verum & evidens, eſt argumentum, non tantùm probabile, ſed moraliter certum veræ doctrinæ & Eccleſiæ, eoque, ut certo, firmo & invicto uſus eſt Chriſtus, uſi ſunt Apoſtoli, & Eccleſia Romana in omnibus ſæculis ad probandum ſe eſſe legitimam Dei ſponſam. Hæretici verò & infideles nequaquam. Si quæ à Paganis prodigia facta ſunt, Tertullianus in Apolog. cap. 22. & 23. S. Auguſtinus lib. 10. de Civit. c. 16., oſtendunt cuncta hæc Dæmonis arte acta eſſe. Judæi nulla ediderunt, unicum Piſcinæ, (quæ tempore Chriſti durabat) interiit. S. Damaſcenus lib. de centum hæreſ. ſub finem ſcribit Mahumetum ſuam doctrinam, legem, & ſectam nullo miraculo ſancire potuiſſe, imò Mahumetus in Alcorano fatetur Chriſto miracula, ſibi verò gladium eſſe cõceſſum. Unici mentionem facit c. 64. in limâ factum, ſed nõ explicat. Deinde ſolus fuit auctor & ſpectator. Quod Prophetæ Baal nullum ediderint ad firmandam ſuam falſitatem, ſatis conſtat ex lib. 3. Reg. Egeſippus lib. 3. de excidio Jeroſol. cap. 2. ſcribit Simonem Magum tentaſſe mortuum ſuſcitare, & in aera ferri, ſed malè illi ſucceſſit S. Epiphanius hæreſi 66. ſcribit Manichęũ voluiſſe filio regis ægrotanti ſanitatem reſtituere, ſed fruſtra. Gregorius Turonenſis lib. 2. hiſtor. Franc. cap. 3. refert Cyrolam Patriarchã Arianorum excœcaſſe quendam, qui cœcitatem fingens ejus opem poſtulabat Joannes Caſſianus collat. 15. cap. 3. narrat.

narrat quendã Eunomianum fuiſſe victum à S. Machario contendente pro ſuſcitatione mortui. Acta ſextæ Synodi teſtantur Act. 15. Polychronium Monothelitam tentaſſe ſuſcitare defunctum, ſed fruſtra. Idem ſcribit Optatus lib. 2. contra Parmenianum de Donatiſtis. Theodoretus Lector lib. 1. Collectaneorum de Timotheo Æluro Eutychiano. Paulus Diaconus lib. ultrerum Romanarum de quodam Iconomacho Cochlæus in actis Lutheri, de Luthero. Felicianus Nunguarda lib. contra Annam Burgenſem. Hieronymus Bolſecus in vitâ Calvini cap. 13. & alii. Cornelius citatus optimè probat à priori, cur miraculũ ſit certus character veræ Eccleſiæ, fidei doctrinę. Quia miraculum eſt actio ſingularis, ſupernaturalis & propria ſolius Dei, quâ Deus legem, doctrinam, Eccleſiam, &c. quaſi ſigillo ſuo obſignat ac firmat. Quodſi Deus exaudiret falſum Doctorem invocantem ſe, ſeu poſtulantem miraculum ad ſtabiliendum errorem, ſeu approbãdam ſectam hæreticam, videretur illi cooperari, & errorem ſeu ſectam ejuſmodi atteſtari & conſequenter mentiri & decipere; quod eſt impoſſibile. Nam Deus eſt prima veritas, veracitas, & fidelitas; qui ſibi ſoli reſervavit virtutẽ patrandi miracula, ut per illam obſignaret, & teſtaretur ſe, ſua dicta, leges, doctrinam, Eccleſiam, omni errore carere. Deus quidem Angeli, & Dæmones loqui & operari poſſunt, ſed an Deus, Angelus, vel Dæmon hic loquatur, vel operetur, incertum eſt: ut poſt Divum Thomam 2. 2. q. 178. art. 2. paſſim docent Theologi & interpretes. Hinc S. Auguſtinus lib. contra epiſt. fundamenti c. 4. & ſeq. tom. 6. ait ſe pluribus vinculis in Eccleſiâ teneri, maximè miraculis. *Tenet auctoritas miraculis inchoata.* Et infra: *Iſta ego tot & tanta Chriſtiani nominis charißima vincula rectè hominem credentem in Catholicâ Eccleſiâ, etiamſi propter noſtra intelligentiæ tarditatem, vel vitæ meritum, veritas nondum ſe apertißimè oſtendat.* Et Richardus de S. Victore ſic Deum affatur: *Domine ſi error eſt, quod credimus à te decepti ſumus: iſta enim in nobis in ſignis & prodigiis confirmata ſunt, quæ nonniſi à te fieri potuerunt.* Expende illa verba *Quæ nonniſi à te, &c.* Nonnè Anti-Chriſtus faciet miracula? faciet quidem, ſed falſa & mendacia, ut docet Apoſtolus 2. Theſſal. cap. 2. v. 9. *Cujus eſt adventus ſecundùm operationẽ ſatanæ in omni virtute & ſignis, & prodigiis mendacibus.* Erunt mendacia, quia non excedent & tranſcendent vires naturæ. Secundò, quia eorum artifex erit dæmon, qui eſt pater mendacii. Tertiò, quia illorum materia erunt præſtigiæ & illuſiones: Nam ex ſancto Cyrillo Catech. 15. Anti-Chriſtus callebit perfectiſſimè magiam. Quartò, formalis applicatio occulta cauſarum fiet naturaliter. Denique erunt mendacia quia illa operabitur Anti-Chriſtus ut homines in errorem inducat, & ſui ſequaces efficiat.

XVII. Ut Eccleſiam Romanam eſſe veram Chriſti ſponſam omnibus innoteſceret, Deus in ſingulis ſæculis miracula edidit. In primo ſæculo quanta Chriſtus patrarit in confirmationem ſuæ legis & doctrinæ Evangelicæ, ſuæ legationis & Eccleſiæ? Apoſtoli quoque nonne ſuum Apoſtolatum miraculis probarunt? *Signa* (inquit Doctor gentium 2. Corinth. c. 12. v. 12) *Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in omni patientiâ, in ſignis, & prodigiis, & virtutibus.* Ideſt cùm novam legem & doctrinam mundo intulimus, Synagogæ defectionem, ac originem prædicavimus, temerè nobis credidiſſent homines, noſque quaſi Pſeudo-Apoſtolos, & impoſtores exiſtimaſſent, ſi legem & Eccleſiam illam miraculis aſtruere non ſtuduiſſemus. Hinc notat Cornelius in c. 14 epiſt 1. ad Corinth. poſt Janſenium in c. 47. Concordiæ tempore Apoſtolorum plura miracula edita quàm nunc: *Quia* (inquit) *jam fatis fides eſt ſtabilita, & mundus converſus.* Quæ autem miracula patrarint conſule Acta Apoſtolorum. Ipſimet Centuriatores Magdeburgenſes teſtantur in 13. centuriis, in Romanâ Eccleſiâ edita fuiſſe miracula; quæ tamẽ calumniantur fuiſſe fabuloſa, ſuperſtitioſa, illuſoria, mendacia. Videri poteſt Bellarminus lib. 4 de notis Eccleſiæ c. 14. Veron. 2. part. 2. controverſ.

§. 5. Hi duo Catholici Auctores respondent calumniis Centuriatorũ. Unicum tantùm exemplum proferam à S. Antonio Patavino editum Tolosæ, quod Hæresiarcham Bonovillum suam hæresim abjurasse, & ad gremium Romanæ Ecclesiæ rediisse refert. Disputatione per triduum publicè factâ inter S. Antonium & Bonovillum de veritate & realitate Corporis Christi sub speciebus panis & vini, cum jam foret convictus, coram universis pollicitus est se creditурum Christi Corpus esse in Eucharistia viso hoc miraculo. *Triduanâ* (inquit ille apud Bozium de signis Ecclesiæ lib. 14. c. 3.) *ego inedâ iumentum famelicum reddam: post triduum producam illud in populi conspectum, paratasque illi escas proponam. Tu stabis ex adverso cum tuo illo (ut dicis) Corpore Domini: si iumentum posthabito pabulo suo properaverit ad adorandũ Deum tuum, Ecclesiæ tuæ fidem complectar.* Quasi diceret, ex hoc Charactere ex hoc Sigillo inferã Ecclesiam (cujus es filius) esse veram Dei sponsam, & fidem quam prædicat esse immaculatam. *Accepit conditionem Vir sanctus, dies tanto certamini dicta, quâ adveniente, omnes undique in plateam conveniunt, adducitur ab hæreticis famelicus mulus. Sanctus interim Missam celebrat, quâ peractâ egreditur ad populum maximâ cum reverentiâ gestans Eucharistiam. Proponitur ante mulum congrua pabuli copia ex unâ parte, ex alterâ autem profertur Eucharistia. Tum Sanctus ad animal conversus cunctis audientibus, & exitum rei præstolantibus: in virtute (inquit) & nomine Creatoris tui, quem tu manibus, licet indignus teneo, tibi præcipio, ut confestim huc humiliter accedas, & eam, quam par est illi præstes reverentiam, ut hinc præcipuè intelligat perversitas hæreticorum omnem creaturam suo subdi Creatori, quem dignitas sacerdotalis in altari contrectat. His dictis dimittitur suæ libertati bellua, frena illi laxantur, ac protinus neglecto pabulo ante oculos posito, usque ad poplites dimisso capite, & coram divinissimo Christi Corpore genua curvans, mirabiliter accedit. Ibi Catholicorum lætitiâ incredibilis, hæreticorum confusio maxima. Hæresiarcha Catholicæ se Ecclesiæ reddidit hæresim pessimam detestans.* Hoc unicum & solum miraculum manifestissimè declaravit Ecclesiam Romanam esse Christi sponsam sine rugâ erroris, quæ docet verum Christi Corpus esse sub speciebus panis & vini. Impiè ergò loquuntur, blasphemant Centuriatores Magdeburgenses, Calvinus, Du Moulin in sua novitate lib. 1. c. 40. Drelincourt in suo triumpho cap. 19. Bochart in suis actis de dominis lib. 7. cap. 10. Confessionistæ Galli, Scoti, Hollandi, Augustani negantes miracula esse veræ Ecclesiæ Characterem seu motivum ad fidem amplectendam & hæresim abjurandam.

§. 12.
Ecclesia Romana sancta & firma est per Concilia.

OMissis pluribus aliis Ecclesiæ militantis fulcris, duobus paragraphis sequentibus duo præcipua attingemus, scilicet Conciliorum & Romani Pontificis Decisionem: & quidem de Cõcilio. *Concilium* vox Latina, *Synodus* Græca, secundùm primariam suam impositionem significat Conventum plurium, qui causa consulendi congregantur. At secundùm usum Ecclesiæ significat sacram Congregationem, in quâ quæstiones seu difficultates spectantes ad fidem & mores agitantur, & discutiuntur. Undè definiri potest Concilium. *Congregatio primorum sub uno certo capite, ad controversias fidei definiendas, legesque universales ad totius Ecclesia mores spectantes concedendas.* Quemadmodum enim se habent Comitia in regno, ubi proceres regni conveniunt propter exortas lites cõponendas, ac leges universales pro conservatione regni ferendas, sic Cõcilia celebrantur in Ecclesiâ, ad quæ convocantur Primores Ecclesiæ, ad dirimendas controversias fidei, ac leges generales pro reformatione morum sanciendas. Quæ Concilia Ecclesiastica non tantùm sunt de jure naturali, sed divino, ut docet Melchior Canus lib. 5. de locis Theolog. contra Phigium. Amicus tom. 4. de Fide, Spe, & Charitate, disput. 8. sect. 1. Non enim tantùm jus naturæ dictat in negotiis gravioribus

1.

gravioribus convocandos esse viros authoritate & doctrinâ in Ecclesiâ cõspicuos; sed etiam id insinuat jus divinum Matthæi cap. 18. v. 20. *Vbi erunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Concilii vocatur Congregatio primorum, quia tantùm vocari debent principaliter Episcopi, qui soli habent jus dicendi in Cõciliis ut docet Bellarminus lib. 1. de Conc. cap. 15. contra Lutherũ, contra Magdeburgenses & Protestantes. Suarez disput. 11. sect. 1. docet etiam Cardinales gaudere jure ferendi suffragiũ in Concilio generali: quia ex quo cœpit dignitas & usus Cardinalium in Ecclesiâ, semper fuerunt vocati ad Cõcilia generalia, ut patet ex eorum subscriptionibus in variis Conciliis. Negant tamen Card. Bellarminus lib. 1. de Conciliis. Turrianus disputat. 18. dubit. 2. asserentes hoc jus illis competere ex Consuetudine & Privilegio, non autem ex officio. Amicus citatus ait Abbates & Generales Ordinum, (licet sint exempti, & habeant jurisdictionem quasi Episcopalem,) non habere jus ferendi suffragium in Concilio Generali. Primò, quia non fuerunt semper admissi ad Concilia, nec potuissent excludi à Concilio Chalcedonensi, ad quod cum loco Dioscori quidam Monachi fuissent admissi, Patres clamarunt. *Foras mitte superfluos, Concilium Episcoporum est.* Quâ voce non tantùm Laici, sed etiam Religiosi, Abbates, & Archimandritæ, excluſi sunt. Deindè quia ex litteris Theodosii Imperatoris ad Diosc. in Chalced. act. 1. Barsuma Præsbyter Archimandrita fuit admissus ad Concilium Ephesinum, non ex jure, sed ex privilegio. Rogat enim Imperator Dioscorum Episcopum Alexandrinum ut dignetur illum admittere ad Synodum cum reliquis Patribus & Episcopis: non rogavit ut Episcopi reciperentur. Exclusis ergò aliis Archimandritis, qui tunc erant in Oriente, illum solum elegit: quos tamẽ non potuisset, si monachi habuissent jus ad Cõcilium. Nec refert, quod Abbates & Gñales habeant jurisdictionẽ spiritualem in suos subditos ut dictũ. Non enim quælibet jurisdictio spiritualis sufficit ad dicendum jus in comitiis Ecclesiasticis sed requiritur publica & primaria; cujusmodi non est jurisdictio Abbatum Generalium Religiosorum. Hi igitur tantùm habẽt suffragium consultivum, non decisivum: laici ibi etiã non suffragium ferunt, sed consentiunt & amplectuntur ea, quæ in Concilio definita sunt. Sic explicanda sunt verba Nicolai I in Epist. ad Michaelem Imperatorem, quæ refertur Can. *Vbinam*, distinct. 96. *Vbinam legistis Imperatores antecessores nostros synodalibus conventibus interfuisse, nisi fortè in quibusdam ubi de fide tractatum est, quæ universalis est, quæ omnium communis, quæ non solùm ad Clericos, verùm etiam ad Laicos, & ad omnes omninò pertinet Christianos.* Neque ex eo quod Concilium Generale universam Ecclesiam repræsentet, sequitur omnibus jus accedendi, & suffragium ferendi competere. Satis enim est si dumtaxat Primarii Ecclesiæ Rectores, & Pastores compareant: sic Capitula Generalia Religionum repræsentant totum Ordinem, quamvis soli Provinciales illis interſint: Comitia Regni totum regũ, licet soli Primiores adsint. Secundò, in definitione ponitur: *Sub uno certo capite.* Quia cœtus carens certo capite & pastore, non est Concilium, sed Conciliabulum. Additur denique: *Ad controversias fidei definiendas, legesque universales condendas.* Quibus denotatur causa finalis celebrandi Concilii.

II. Concilium aliud est generale, sive œcumenicum, hoc est orbis terrarum, seu ex universâ Ecclesiâ congregatum. Alterum verò non generale, quod non coalescit ex universâ Ecclesiâ, sed ex quadam ejus parte, & hoc multiplex est. Diœcesanum in quo Episcopus præsidet, & conveniunt ejusdem Diœcesis Sacerdotes. Provinciale in quo præsidet Archiepiscopus, & conveniunt Episcopi, Suffraganei ad discutienda negotia concernentia totam Provinciam. Nationale in quo cum Patriarchâ vel Primate totius Nationis conveniunt Archiepiscopi, Episcopi, & Suffraganei. Conciliorum originem & idæam aliqui in Cælos referunt. Cùm enim ibi sit Ecclesia triumphãs militantis soror charissima

Digitized by Google

Deus dicitur Angelicis mentibus à ſe conditis futurum Incarnationis myſterium aperuiſſe, iiſque verbum adorandum propoſuiſſe, juxta illud Apoſtoli Hebr. cap. 1. v. 6. *Et cùm igitur introducit primogenitum in orbem terræ dicit, & adorent eum omnes Angeli Dei.* Quibus verbis innuere videtur Deum quendam conſeſſum, & cœtum Angelorum feciſſe. Eundem conventum præfiguraſſe videtur Deus Job cap. 1. v. 6. *Quodam die, cùm veniſſent Filii Dei, ut aſſiſterent coram Domino, affuit inter eos etiam Sathan.* Cui licet Sathanas adfuerit, nihil nomini Concilii detrahit, imò innuit in Conſiliantibus non tàm virtutis & morum, quàm ſcientiæ & litterarum eſſe rationem habendam, juxta illud Chriſti Matthæi cap. 23. v. 1. *Super Cathedram Moyſis ſederunt Scribæ & Phariſæi, omnia quæcumque dixerint vobis, ſervate, & facite: ſecundùm opera verò eorum nolite facere.* Vetus Teſtamentum aliquot Cõciliorum meminit Exodi cap. 18. Jethro vel potiùs Deo ſuaſore Moyſes v. 25. *Electis viris de cuncto Iſrael conſtituit eos Principes populi, Tribunos & Centuriones, & quinquagenarios & Decanos: qui judicabunt plebẽ omni tempore, quidquid autem gravius erat, referebant ad eum.* Numerorum cap. 11. v. 16. *Dixit Dominus ad Moyſem, congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael quos tu noſti, quod ſenes populi ſint ac magiſtri, & duces eos ad oſtium tabernaculi fœderis, faciesq; ibi ſtare tecum, ut deſcendam, & loquar tibi: & auferam de ſpiritu tuo, tradamque eis, ut ſuſtentent tecum onus populi, & non tu ſolus graveris.* Cornelius ibi notat quod Cõcilium horum cum Pontifice ſummum erat, & ab Hebræis vocatum eſt Sanhedrim de quo conſulendus Joſephus & Galatinus lib. 4. cap. 5 & hi Seniores fuerunt, qui in magno illo Concilio Sanhedrim Chriſtũ mortis reum proclamarunt, à Pilato occidendum, Matt. c. 26. & 27. Horum etiã meminerunt Philo lib. de plant. Noë, S. Gregorius Nazianz. or. 1. Apol. Genebrardus lib. 2. Chronol. S. Hilarius in præfat. in pſalm. 2. videntur Scribæ in officio explicandi legem, & interpretandi Sacram Scripturam illis ſuccediſſe, qui proinde in Evangelio vocantur Legisperiti & Seniores. Tradunt Hebræi ab his celebratam fuiſſe magnam Synodũ 120. hominum ſub Artaxerxe, ubi conſtitutus eſt ordo librorum Canonicorum, cui Synodo (ut ait Elias præfatione 5. Maſſoreth) præfuit Daniel, cum Anania, Miſaële, & Azariá, Eſdrâ, Nehemiâ, Mardochæo, Zorobabele, Aggæo, Zacharia, & Malachiâ.

Eam ferè collapſam curavit reſtitui Rex Joſaphat lib. 2. paralip. cap. 19. v. 8. *In Ieruſalem quoque conſtituit Joſaphat Levitas Sacerdotes, & Principes familiarum ex Iſrael, ut judicium, & cauſam Domini judicarent habitatoribus ejus, præcepitque eis dicens: Sic agetis in timore Domini fideliter, & corde perfecto, omnem cauſam, quæ venerit ad vos fratrum veſtrorum qui habitant in urbibus ſuis inter cognationem, & cognationem, ubicumque quæſtio eſt de lege, de mandato, de cæremoniis, de juſtificationibus: oſtendite eis, ut non peccent in Dominum, & nè veniat ira ſuper vos, & ſuper fratres veſtros: ſic enim agentes non peccabitis. Amarias autem Sacerdos & Pontifex veſter in his quæ ad Deum pertinent præſidebit.* Mariana loco (*in his quæ ad Deum pertinent*) vertit ex Hebræo: *ad omne verbum Domini.* Ideſt cauſam Eccleſiaſticam. Cajetanus ibi: *Suprema duo capita judiciorum decernit, alterum eorum quæ ad Deum pertinent, alterum eorum quæ ad Regem pertinent.* Expende illa verba *in his quæ ad Deum pertinent*: ſeu ad omne verbum Domini, ſeu cauſam Eccleſiaſticam, quæ denotant ſummam utilitatem Conciliorum: in his enim Præſide Summo Pontifice, *Omnes aut certè permulti Principes Eccleſiarum conjunctis viribus, & quaſi agmine facto irruunt in hoſtes fidei* (inquit Bellarminus lib. 1. de Conciliis & Eccleſiâ cap. 9.) qui ſanctam Eccleſiam Dei inconſutilem lacerare contendunt. Primæ Congregationis quaſi Generalis meminit Lucas act. cap. 15 v. 6. tempore Apoſtolorum, cum iis qui Antiochiæ erant, Paulus & Barnabas non poſſent ſatisfacere, *Surrexerunt quidam de hæreſi Phariſæorum, qui crediderunt dicentes, quia oportet circumcidi eos, præcipere quoque ſervare legem Moyſi v. 6. Cõveneruntq; Apoſtoli & Seniores videre de verbo*

II.

Heb. c. 1. v. 6.

Job c. 1. v. 6.

Matth. 23. v. 1.

v. 25. Exod. 18

Num. c. 11. v. 16

Libro 2. Paralip. 23. v. 8.

Bellar.

Act. 15. v. 5.

verbo hoc. v. 7. *Cùm autem magna conquiſitio fieret, ſurgens Petrus dixit ad eos. Viri fratres vos ſcitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum Evangelii & credere.* Ideſt cùm aliqui acriter pro Judaiſmo contenderent, ut gentiles ſervarent legem Moyſi, *convenerunt* (anno ſcilicet 14. à Converſione Pauli, & 16. à Paſſione Chriſti & ab ejus Nativitate 51. Claudii Imperatoris 9. quo anno Claudius expulit Judæos Româ & conſequenter, ut tradunt Oroſius lib. 7. hiſt. cap. 6. Baronius, Bellarminus, Gualterius in chronol. Lorinus, Pererius præfat. in epiſt. ad Roman.) *Convenerunt Apoſtoli* (inquit textus) ex quo Clemẽs lib. 6. conſtit. c. 12. colligit omnes Apoſtolos adfuiſſe. Sed Baronius exiſtimat tantùm interfuiſſe Petrum, Paulum, Joannem, Jacobum, & Barnabam: quia horum meminit tantùm Apoſtolus ad Galatas cap. 2. poſt illud variæ habitæ ſunt ſynodi circa obſervantiam Paſchatis: Romæ ſub victore Papâ: Jeroſolymis ſub Narcyſſo; In Galliâ ſub Irenæo Lugdunenſi Epiſcopo. In Ponto ſub Palina. Corynthi ſub Bachylo, & alibi ſub aliis Epiſcopis. Diverſæ etiam ſynodi in Aſiâ contra Montaniſtas. Antiochiæ contra Paulum Samoſatenum conventus habitus eſt. Contra ſectam Novatianorum Carthagine in Africâ; Arelate in Galliâ: & variæ ſynodi Romæ contra Donatiſtas: in causâ Cæciliani; in variis locis: contra Euſtachium Gangræ in Armeniâ. Contra Priſcilianum Toleti in Hiſpaniâ. Contra Pelagium, & ejus ſectatores in Paleſtinâ, Conſtantinopoli, Carthagine, & Mileti: de quibus S. Auguſtinus lib. 1. contra Julianum cap. 1. *Per competens judicium communium Epiſcoporum cauſa veſtra finita eſt.* Et lib. de gratia & lib. arb. cap. 4. *Contra Pelagianam hæreſim cùm fuiſſet diutius diſputatum etiam ad Concilia Epiſcopalia noviſſimâ neceſſitate perventum eſt &c.* Contra Manichæos Ancyræ. Contra Archonticos Neo-Cæſareæ: & contra alios ut Coloniæ Treviris, Moguntiæ in Germaniâ.

Oroſius. Baron. Bellarm. Pererius. Gualter. Lorinus. Clemens. Auguſt.

III. Tandem cùm hæc Concilia Provincialia non ſufficerent ad tollendam omnem controverſiam, & ſanctitatem Eccleſiæ potenter propugnandam, Concilia Generalia ex toto orbe congregata ſunt. Primùm Generale fuit Nicænum celebratum anno Domini 330. ſub Sylveſtro Papâ, & Conſtantino Imperatore, ad quod convenerunt 318. Epiſcopi: inter quos quatuor Patriarchę Jeroſolymitanus, Conſtantinopolitanus, Antiochenus, & Alexandrinus: horum omnium nomina uſque ad ſua tempora conſervata fuiſſe refert Epiphanius hæreſi 69. S. Hilarius lib. de Synodis, S. Ambroſius præfatione librorum de fide aiunt hunc numerum eſſe ſacrum & myſticum, diu ante præfiguratum. Sicut per 318. milites Abraham reportavit victoriam de quinque regibus, ita in illo cœtu Ariana hæreſis profligata eſt. Eundem numerum Epiſcoporum recenſent S. Hieronymus in Chronico, Sulpitius lib. 2. hiſtor. Theodoretus lib. 1. c. 7. & alii, ita de eo ſcribitur tom. 1. Concil. 2. Synodo Romanâ. *Sylveſter Epiſcopus ſanctæ & Apoſtolicæ Sedis Romanæ, dixit. Quidquid in Nicænâ Bithiniæ conſtitutum eſt ad robur ſanctæ Matris Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ à ſanctis Sacerdotibus trecentis decem & octo noſtro ore conformiter confirmamus, omnes, qui auſi fuerint diſſolvere definitionem & magni Concilii, quod apud Nicæam congregatum eſt in præſentiâ piiſſimi & venerandi Principis Conſtantini Auguſti anathematizamus, & dixerunt omnes placet.* Expende illa verba. *Ad robur ſanctæ Matris Eccleſiæ, &c.* Quibus innuit per Concilia plurimùm foveri ſanctitatem Eccleſiæ. Quod autem Ariana hæreſis fuerit potiſſima cauſa cur ea Synodus convocaretur, legi poteſt Turrianus proëmio in Canones magnę Synodi Nicęnę, Sanderus lib. 7. de viſibili Monarchiâ Eccleſiæ §. 100.

IV. Concilio Nicæno ſucceſſit Concilium Sardicenſe anno Dominicæ Incarnationis 351. ad quod convenerũt 347. Epiſcopi ſub Conſtantio Imperatore, & Julio I. Pontifice: ad illud Concilium Julius Papa miſit Archidamum & Philoxenum Præsbyteros, (ut ex Athanaſio qui interfuit refert Baronius) & quia moris erat præter Præsbyteros etiam mittere aliquem Epiſcopum, ideò *Si quis* (inquit Baronius) *ex Epiſcopis, qui interfuerunt*

Concilio

Concilio Apoſtolicæ Sedis legatus putandus eſt. Oſius Cordubenſis potius dicendus, cui inter Antiſtites Athanaſius primas defert, dum inter illos, quos recenſet primo loco ponit Oſium Epiſcopum Cordubenſem, & Protogenem Epiſcopum Sardicenſem &c. Hos enim principem locum in ſynodo tenuiſſe poſt legatos inter Epiſcopos Orientis Sozomenus tradit. Hoc autem Concilium fuiſſe OEcumenicum exiſtimat Baronius ad annum Chriſti 419. his verbis. *Quis enim ignorat paris auctoritatis fuiſſe Concilium Sardicenſe atque Nicænũ; cùm ambo fuerint OEcumenica: imò hoc amplius ab illo iſtud habuerit, quod illi ex Africanis Epiſcopis unus tantùm Cæcilianus interfuiſſe reperitur. Sardicenſi autem cum Grato Epiſcopo Carthaginenſi, triginta ejuſdem provinciæ Epiſcopi præſto fuere: adeò ut ſalvâ pace Catholicâ, nequaquam potuiſſent Sardicenſis Concilii canones non recipere?* Ante illum Athanaſius Apologia 1. in principio vocat. *Magnam Synodum.* Socrates lib. 2. ſacræ hiſtoriæ ſcribit: *ex toto orbe convocatum.* Nec contra hoc urget quod objicit Philippus Mornæus in ſuo myſterio iniquitatis, per hoc univerſam hiſtoriam confundi, & omnium ſynodorum ordinem turbari. Talis quippè ordo ſynodorum communiter fertur. Prima univerſalis ſynodus Nicæna, ſecunda Conſtantinopolitana, (quam tamẽ Sardicenſis præceſſit) tertia Epheſina, quarta Chalcedonenſis. Ad hoc enim facile reſpondetur ideò Sardicenſem non recenſeri ſecundo loco, quia non eſt convocata ad novum aliquod dogma ſtabiliendum ſicut cęterę, ſed potius ad reprimendum furorem Arianorum, & ad confirmandam contra eoſdem fidem Nicænam, & Catholicos Epiſcopos ab eis ob fidem condemnatos ſuis Sedibus reſtituendos. Bellarminus etiam reſpondet lib. 2. de Romano Pontifice cap. 25. Concilium Sardicenſe non addi numero Conciliorum; quia pro uno & eodem habetur cum Nicæno 1. qui iidem Patres magnâ ex parte utrique Concilio interfuerunt: nihilque novi quoad fidem in Sardicenſi definitum eſt: ſed tantùm Nicæna fides roborata. 2.° Quia iidem canones in utrâq; ſynodo reperiuntur: undè pro unâ & eâdem reputantur. *Non major* (inquit Bellarminus) *eſt error citare Concilium Nicænum pro Sardicenſi quàm Matthæum pro Ioanne: vel Ieremiam pro Zachariâ: ut citavit Matthæus cap. 15. Sicut ergò non poſſumus vocare Matthæum falſarium, quia idem Spiritus ſanctus in Ieremiâ & Zachariâ locutus eſt: ita nec debuiſſent ſummi Pontifices appellari falſarii etiamſi Nicænum Concilium pro Sardicenſi citarint: cùm eadem ſit authoritas utriuſque Concilii.*

Morn. Bellar. Bellarm. l. 1. conc. cap. 7.

V. Baron.

Baronius ſupra benè ſubjungit. *Sed nec mirum eſt, quod nec novum ſit ſi unus idemque Canon, vel plures ſub diverſis Conciliis cenſeantur. Nam nè longè petita quæramus exempla, in promptu eſt, quod in Concilio Carthaginenſi anno ſuperiori celebrato inſerti habentur Canones Concilii Milevitani. Inſuper & Canones Concilii Hipponenſis tranſlati ſunt in poſteriora Concilia Carthaginenſia. Quidergò impoſturæ erit ſi Canones qui poſiti reperiuntur ſub titulo Conciliorum Carthaginenſium, quis citaverit ſub nomine Cõcilii Milevitani vel Hipponenſis? Num qui id faceret exclamaveris impoſtorem? Non puto: imò potius exactum Canonum cognitorẽ, qui noverit proprios fontes undè manarint. Certè quidem plura de Concilio Nicæno ſunt exempla. Aliquot ejuſdem Concilii Canones tranſlatos fuiſſe in Sardicenſe, nimirum quintum, decimum-quintum, decimum-ſextum, & decimum-ſeptimum, quos exſcriptos invenies in Concilio Sardicenſi ſub numeris primo, decimo, nono, & decimo-ſexto.* Præterea ideò Sardicenſe Concilium non obtinet ſecundum locum inter Concilia OEcumenica, quia ex Bellarmino lib. 1. de Conciliis c. 7. *Partim confirmatum, partim reprobatum.* Eò quod (ut obſervat Baronius) mirâ Arianorum callidi-tate factum eſt, cùm ſcilicet iidem ipſi Sardicâ aufugientes ſeorſum cum ſuis egerunt conciliabulum, quod & Sardicenſis Concilii nomine inſignierunt, taliſque indito titulo, per Chriſtiani orbis provincias promulgarunt. Confirmavit hanc impoſturam poſt Conſtantis mortem ſucceſſor in Imperio Conſtantius Arianus eorum patronus, qui cùm ubique regnaret, favit Arianis promulgantibus ubique prætenſum Concilium Sardicenſe, & plurimos decipientibus, ſicque Pſeudo-ſynodus

Arianorum

Arianorum ei detraxit auctoritatem, & impedivit nè quatuor aliis Conciliis inſereretur, & pro œcumenico haberetur. Quare ſecundo loco ponitur nitur ſecunda Synodus Conſtantinopolitana celebrata cõtra Macedonium negantem Spiritus Sancti divinitatem ſub Theodoſio ſeniore imperante, Damaſo ſummum Pontificatum tenente, anno Domini 383. ſecundùm Proſperum in Chronico, vel 384. ſecundùm Socratem lib. 5. cap. 8 vel 381. ſecundùm Onuphrium. Huic Synodo interfuerunt 150. Epiſcopi ſoli Orientales, inter quos fuerunt Nectarius Conſtantinopolitanus, Timotheus Alexandrinus, Melitus Antiochenus, & Cyrillus Hieroſolymitanus. Huic Concilio non præſedit quidem Romanus Pontifex per ſe, nec per legatos, quorum tamen munus fuiſſet præſidere, ut in cæteris Conciliis. *Bellarm.* Rationem affert Bellarminus lib. 1. de Cõciliis cap. 5. & 19. Quia Damaſus convocaverat quidem Epiſcopos Orientis Conſtantinopolim: ſed ex eo loco poſtea Romam venire volebat, ubi ipſe coëgerat Synodum Epiſcoporum Occidentalium, ut Romæ fieret pleniſſimum Concilium. Orientales verò poſtea prætexuerunt miſsâ Romam legatione, cauſas, quibus venire non poterant: ſed quia hæc ratio ſupponit epiſtolam illam apud Theodoretum lib. 5. c. 9. (quâ Patres Orientales teſtantur ſe Romam vocatos, ſeque excuſant, quod venire non poſſint) eſſe ſecundi Concilii, quemadmodum tunc exiſtimabat Bellarminus, cùm tamen revera ſit (quod idem poſtea recognovit) Epiſcoporum anno poſt celebratum ſecundum Concilium rurſus Conſtantinopoli cõgregatum: ideò ipſo Bellarmino nihil renuente, puto eam valituram, ſi quæratur cur Damaſus, non interfuerit ejuſmodi Cõcilio Patrum, minimè verò cur non ſecundo, cui tamen intereſſe, & præeſſe poterat, ſive per ſe, ſive per legatos: certum eſt illud Concilium generale fuiſſe celebratũ annuente Põtifice Romano, & ab eo approbatum. Quod congregatum, approbatũ & confirmatum fuerit à Damaſo Papâ, Habetur in 6. Synodo act. 18. *Macedonius Spiritus ſancti denegãbat Deitatẽ, & dominatorẽ conſervum prædicabat, ſed Maximus Imperator Theodoſius, & Damaſus fidei Adamas obſtiterunt: quorum ſolidã mentem, aggreſſiones, atque conflictus alienarum ſectarum nullatenus ſauciarunt.* Idem probat Baronius ex vetuſto Codice Bibliothecę Vaticanæ, & S. Mariæ Majoris his verbis. *Sententiam de damnatione Macedonii, & Eunomii Damaſus confirmari præcepit etiam in ſanctâ ſecundâ Synodo, quæ præcepto & authoritate ejus apud Conſtantinopolim celebrata eſt.* *Baron.* Idem habet Photius lib. de 7. Synodis, quibus ſubſcribens Bellarminus lib. 2. de Romano Pontifice c. 13. ait: *Secundũ Concilium generale in epiſtolâ ad Damaſum, quæ extat apud Theodoretum lib. 5. c. 9. dicit ſe convenisſe apud urbem Conſtantinopolim ex mandato litterarũ Pontificis per Imperatorem ad ſe miſſarum, & ibidem fatentur Romanam Eccleſiam eſſe caput, ſe autem membra.* *Bellarm.* Ibidem Cõcilii verba refert. *Concilio Dei volente ac nutu Romæ coacto, nos velut membra propria per Imperatoris ſanctiſſimi litteras accerſiviſtis.* Quæ verba patenter innuunt Imperatoris quidem litteras ad Synodum indicendam impetratas fuiſſe, ſed ita ut Romanus Pontifex priùs conſenſum, & auctoritatẽ ad eam rem præbuerit, & Imperatoris opem imploraverit, ut ſcilicet brachio ſæculari ad Eccleſiaſticam auctoritatem adjuncto plenior eſſet ex omni parte Convocatio.

VI. *Morn.* Philippus Mornæus objicit has epiſtolas Damaſi, vel Synodi Romanæ ad Epiſcopos Orientis non fuiſſe mandatorias, ſed hortatorias tantùm. At contrarium docent verba ipſius epiſtolæ. Poſtquam enim Patres Concilii Conſtantinopolitani teſtantur non defuiſſe ſibi deſiderium Romam pergendi, ſic ſe conſequenter excuſant. *Verum quoniam hoc modo Eccleſiæ nuper renovatæ nudarentur, & res à pleriſq; fieri omninò nequeat, propterea quod Conſtantinopoli mandato litterarum ſuperiore anno à veſtrâ reverentiâ poſt Conciliũ Aquileienſe ad ſanctiſſimum Imperatorem Theodoſium miſſarum ad iter dumtaxat Cõſtantinopolim uſque faciendum, nos præparavimus, atque de hoc uno celebrando conſenſum Epiſcoporum, qui in provinciis manſerãt unà nobiſcum attulimus, idcircò neque*

Longiore itinere opus esse expectabamus: Neque de ullo alio omninò ante acceperamus: quam Constantinopoli in unum cõventum esset. Quibus verbis satis patenter innuitur Damasum Papam suis litteris ad Imperatorem missis non tantùm hortatum esse, sed mandasse ut in unum convocarentur Episcopi ad res fidei agitandas & decernendas Ecclesiæ & sedis Romanæ auctoritate ac nutu..

VII. Nec est quod Philippus Mornæus dicat Bellarminum postea agnovisse in recognitione pag 46. hanc non esse Patrum Constantinopolitanorum epistolam, quæ proindè ad quæstionem nostram non pertineat. Contra, nam Bellarminus lib. 1. de Conciliis c. 13. *Bellarm.* eam epistolam citat, tanquam scriptã ab Episcopis in illo Concilio congregatis, & ex eâ concludit illam Synodum congregatam fuisse jussu Damasi Papæ. Sed postea in recognitione suorum librorum animadvertit eam non esse secundæ Synodi Generalis, sed Episcoporum, qui in ea Synodo interfuerunt, & sequenti anno iterùm congregati convenerant. Esto igitur quod ex illâ epistolâ non probetur secundam illam Synodum convocatam fuisse à Damaso: non tamen desunt aliundè argumenta, quibus id ostendatur, ut ex sextâ Synodo act. 18. *Sed Maximus Imperator Theodosius, & Damasus fidei Adamas protinus obstiterunt, &c.* Item ex Codice Bibliothecæ Vaticanę, & S. Mariæ Majoris. *Damasus confirmari præcepit etiam in sanctâ secundâ Synodo quæ præcepto & auctoritate ejus apud Constantinopolim celebrata est.* Ex quibus testi- *Baron* monium ejus fidei exscripsit Baronius tom. 4. ad annum Christi 381. art. 19. & seq. Et confirmatur ex Concilio Chalcedonensi act. 1. ubi damnatur Dioscorus, eo quod ausus fuisset congregare Synodum absque auctoritate Sedis Apostolicæ, de quo Lucentius, Apostolicæ Sedis Vicarius. *Quod* (inquit) *ritè nunquam factum est, nec fieri licuit.*

VIII. Eodem modo philosophandum est de Concilio Constantinopolitano, ac de Ecclesiâ. At Ecclesia Constantinopolitana est subjecta Rom. Pontifici non secus ac reliquæ Patriarchales juxta illud S. Gregorii Magni ad Joannem *Gregor. Magn.* Episcopum Syracusanũ lib. 7. epist. 63. & referuntur à Gratiano dist. 22. cap. 4. *De Constantinopolitanâ Ecclesiâ quod dicunt, quis dubitet eam sedi Apostolicæ esse subjectam, quod & Dominus, piissimus Imperator, & frater noster Eusebius ejusdẽ Civitatis Episcopus assiduè profitentur.* Item dist. 22. *Sacrosancta Romana & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino salvatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super universas Ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assecuta est, sicut ipse beato Petro Apostolo dixit: tu es Petrus & super hanc petrã ædificabo Ecclesiam meam.* Undè Patres Concilii Chalcedonensis lectâ Epistolâ Leonis Papæ ad Flavianum Episcopum Constantinopolitanũ acclamarunt. *Hæc Patrum fides, hæc Apostolorum fides, Petrus per Leonem locutus est.* Ibidem Atticus Episcopus Nicopolitanæ Civitatis. *Quoniam* (inquit) *vero Domini nostri & sanctissimi Patris, & Archiepiscopi Leonis adornatis Apostolicam sedem, lecta est epistola.* Et actione 3. ejusdem Concilii, cùm in Dioscorum sententia fertur, dicitur. *Leo Petri Apostoli præditus dignitate* Dioscorum depositisse, & in Epistolâ ad Leonem. *Totum Concilium dicit Leonem vocis Petri interpretem fuisse* (id est) *Petrum per Leonem locutum.* Unde si quibus privilegiis gaudet Constantinopolitana Ecclesia, illa habet à sede Romanâ, ut patet ex Concilio Lateranensi cap. 5. ubi ab Innocentio III. totoque Concilio constitutum est. *Ut post Romanam Ecclesiam, quæ disponente Domino super omnes alias, ordinariæ potestatis obtinet principatum, ut potè Mater universorum Christi fidelium, & Magistra, Constantinopolitana primum, secundum Alexandrina, Antiochena tertium, Hierosolymitana quartum locum obtineat.* Habeturque extra de privilegiis cap. *Antiquæ.* Ex quibus constat nonnisi ab Ecclesiâ Rom. Sedes Patriarchales suum ordinem, & dignitatem obtinere. Ipsi Patres Synodi Constantinopolitanæ ita scribunt Leoni Papę. *Iudicamus verò quia & alia quædam pro rerum ipsarũ ordinatâ quiete, & propter Ecclesiasticorũ Statutorum definimus firmitatẽ scientes, quia & Vestra*

Sanctitas

ſanctitas addiſcens & probatura & confirmatura eſt. Expende illa ultima *Et probatura & cõfirmatura eſt.* Quibus hæc ſubjungunt facientes mentionem canonis, *Confirmavimus autem & centum quinquaginta ſanctorum Patrum, qui in Conſtantinopoli congregati ſunt regulam ſub piæ memoriæ majore Theodoſio; qui præcepit poſt veſtram ſanctiſſimam, & Apoſtolicam Sedem, honorem habere Conſtantinopolitanam, quæ ſecunda eſt ordinata.* His omnibus ſubjiciunt illi Patres. *quæ igitur definivimus ad interemptionẽ quidem totius confuſionis; confirmationem verò Eccleſiaſticæ ordinationis definimus. Hæc ſunt propria & amica, & ad decorem convenientiſſima dignare complecti, ſanctiſſime ac beatiſſime Pater.* Infra: *Rogamus igitur, & tuis decretis noſtrum honora judicium, & ſicut nos capiti in bonis nos adjecimus conſonantiam, ſic & ſummitas tua filiis (quod decet) adimpleat.* Ex quibus patet illum canonem non fuiſſe definitum niſi accedente judicio, & confirmatione Leonis Pontificis; quam ſummis votis expetierunt. Et licet non clarè conſtet ſecundam ſynodum fuiſſe à Damaſo convocatam: tamen ex dictis evidenter conſtat potuiſſe ab eo convocari. Primò quia patet Epiſcopos Orientales à Damaſo ad ſynodum Romanam fuiſſe convocatos, ſeque per legatos Romam miſſos excuſaſſe, & acta Œcumenicæ ſynodi, quam anno ſuperiore celebraverant, Romano Pontifici obtuliſſe, ut recognoſceret, quæ omnia manifeſtè teſtantur penes Romanũ Pontificem eſſe convocare, & cõfirmare Concilia œcumenica. Addit Bellarminus in ſuâ recognitione ex epiſtolâ Damaſi quam affert Theodoretus lib. 5. cap. 10. evidentiſſimum eſſe ſecundam ſynodum, & ſynodum Romanam ſub Damaſo in eandem ſententiam convenisse, & pro unâ & eâdem ſynodo haberi poſſe in materiâ fidei. Undè ex his verbis Patrum Orientalium. *Velut membra propria accerſiviſtis.* Rectè infert. *Fatentur Romanam Eccleſiam caput eſſe, ſe autem membra.*

Bellarm.

IX. Tertia Synodus Generalis fuit celebrata Epheſi anno 431. ſub Theodoſio Juniore Imperatore, & Cœleſtino I. Pontifice, ad quam convenerunt 200. Epiſcopi. Ex Patriarchis S. Cyrillus Alexandrinus, Joannes Antiochenus, & Juvenalis Hieroſolymitanus, ad profligandam novam hæreſim Neſtorii Patriarchæ Conſtantinopolitani, aſſerentis in Chriſto eſſe duas perſonas. Philippus Mornæus ſuſtinet illud Cõcilium fuiſſe indictum ab Imperatore. Deinde S. Cyrillum Alexandrinum illi Synodo nõ præſediſſe, nec vices geſſiſſe Cœleſtini Romani Põtificis quoad juriſdictionẽ. Cõtra dico ideò factum eſſe Imperatoribus, quia illis ſacra religio non minùs curæ erat, quàm reſpublica: Judicabant enim imperium Eccleſiæ creſcere incremento. De hoc lege epiſtolam Imperatorum Theodoſii & Valentiniani ad Cyrillum, quę eſt apud eundem 17. & extat tomo 1. Actorum Concilii Epheſini cap. 25. Illa tamen indictio nunquam facta eſt abſque conſenſu & approbatione ſummi Pontificis, qui eſt Paſtor univerſalis, & cujus eſt hæreſibus emergentibus occurrere, easque condemnare. Neſtorii impietatem Cœleſtini authoritate, & Cyrilli induſtriâ impugnatã fuiſſe ſcribit Proſper in Chronico. Photius L. de ſeptem Synodis ait Cyrillum profectum fuiſſe ad Concilium Cœleſtini authoritate. Juſtinianus in edicto de fide orthodoxâ teſtatur Cœleſtinum & Cyrillum fuiſſe authores iſtius Concilii. Cur Cyrillum nominat? quia Romani Pontificis nomine ibi præfuit. *Cyrillo* (inquit Evagrius l. p. c. 4.) *locum Cœleſtini Epiſcopatum antiquæ Romæ gerentis obtinente.* Photius de 7. Synodis cap. 3. ita de hac Synodo loquitur. *Cyrillus Cœleſtini Romani implebat ſedem, atque perſonam gerebat.* Balſamon licet Romani Pontificis authoritati parùm affectus in nono Canone tit. 8. cap. 1. ſic de Præſide & motivo illius Synodi loquitur. *Quod Patriarcha Alexandrinus cum Phrygio habuit hanc facultatem S. Cyrillus Alexandrinus à Romano Papâ Cœleſtino quando fuit Epheſina Synodus adverſus Neſtorium, cùm non poſſet Cœleſtinus adeſſe Epheſi, & judicare Neſtorium, ut S. Cyrillo à Cœleſtino permitteretur huic Synodo præſidere; ut itaque conſtaret eum habere jus & authoritatem Papæ ſedit cum Phrygio, & condemnavit Neſtorium, &c.*

Evagr. *Photius* *Balſam.*

De processu condemnationis Nestorii scribit S. Cyrillus Epist. ad Constantinopolitanos, quæ extat apud eundem 11.ª & tom. 1. Act. Concilii Ephesini cap. 15. hoc modo. *Quod si Nestorius intra terminum à S. Cœlestino Papa præscriptum doctrinæ suæ novitatibus nuncium non remiserit, eaque quæ docuerat, aut libris suis inseruerat non anathematizaverit communione Ecclesiæ privabitur.* Undè tomo 2. ejusdem Concilii cap. 10. Cùm illi Patres damnationem in Nestorium pronunciare vellent, præmiserunt se cum aliis Ecclesiæ Canonibus, præsertim litteris Papæ Cœlestini necessariò compulsos ad tam lugubrem sententiam. Extát Epistola ejusdem Synodi ad Cœlestinum tomo 4. Actorum ejusdem Concilii c. 17. in quâ scribunt PP. omnia quæ in œcumenicâ Synodo decernuntur ad Romanũ Pontificem referri oportere, reservantes ipsius judicio ultimam in Joannem Antiochenum Episcopum sententiam: integros Actorum Commentarios, & Synodi subscriptiones ad eum mittunt.

Cœlestin. Ipse Cœlestinus hanc censuram minatus fuerat, ut patet ex Epistolâ, quæ extat Actorum Concilii Ephesini c. 17. *Hoc tibi persuasum hactenus velim, nisi de Christo Deo nostro ea tenueris & docueris, quæ & Romana, & Alexandrina, & universa Ecclesia Catholica tenet, sanctaque Constantinopolis Ecclesia, usque ad tuum Episcopatũ tenuit & docuit, &c. ab universâ Ecclesiæ Catholicæ communione, quamprimùm, proscriptumque iri, & Nos hoc planè facere in animum induxisse.*

X. De eâdem sententiâ in Nestorium
Prosper. latâ ita scribit Prosper lib. contra collatorem in fine. *Per hunc* (Cœlestinum) *etiam Orientales Ecclesiæ geminâ peste purgatæ sunt, quando Cyrillo Alexandrina urbis Antistiti gloriosissimo fidei Catholicæ defensori ad execrandam Nestorianam impietatẽ Apostolicus auxiliatus est gladius, quo etiam Pelagiani, dum cognatis confœderantur erroribus iterùm prosternerentur.* Hujus condemnationis mentionem etiam facit Baronius ad

Baron. annum 431. *Ipsi Patres, qui Epheſi convenerant, necnon Maximianus ipse recens creatus Episcopus, atque etiam Theodosius Imperator, legationem miserunt ad ipsum Cœlestinum Romanum Pontificem, eidem congratulantes de prostratâ cum auctore hæresi Nestorianâ. Missi ad hoc sunt Romam Ioannes Presbyter, & Epictetus Diaconus.* Idem Baronius ad annum 431. citatum ait legatos fuisse missos à Cœlestino, ut essent executores sententiæ latæ in Nestorium. *Ut sententiæ in Nestorium latæ iidem legati essent executores, ut planè appareat nihil præterea ab ipso Pontifice tributum synodo, nisi ut cognitis his quæ anno superiori ibidem Romæ in Nestorium decreta fuissent eadẽ executioni mandari curarent.* Nec præsidentiæ Romani Pontificis obest, rationemque OEcumenici Concilii destruit, quod idem Baronius refert ex S. Cyrillo in apologiâ ad Theodosium. *Sancta* (inquit) *synodus in sanctâ Ecclesiâ, quæ Mariana vocatur congregata est, Christumque assessorem capitis loco adjungit: venerandum enim Evangelium in sancto throno collocavit, velut in aures Sacerdotum inclamans, justum judicium judicate: judicabitis inter sanctos Evangelistas, & Nestorii voces &c.* Et synodalis epistola ad Theodosium. *Sanctum Evangelium quod ipsum Christum ob oculos ponebat in throno, quo locum medium obtinebat, propositum fuit.* Idem Baronius scribit factum esse, quod etiam in Chalcedonensi observatũ est, ut patet ex illis verbis judicium & Senatus corã Patribus. *Quoniam Evangelia posita à reverentiâ vestrâ perspicimus &c.* Ex eo quod (inquam) Evangelium in medio propositum erat nõ sequitur quod Cœlestinus non præfuit illi cœtui, nec emergentẽ Nestorii hæresim condemnavit vel condemnare potuit. Ideò enim in medio illius confessus propositum est Evangelium, ut in cordibus tot sanctissimorum Præsulum altiùs infigeretur & magis moverentur, ad impietatem Nestorii condemnandam. Ad hunc verò finem creavit in Ecclesiâ Vicarium seu Pontificem, & quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Evangelistas, alios autem Pastores, & Doctores: ut fideles non sint parvuli fluctuantes & circumferantur omni vento doctrinæ in nequitiâ hominum, in astutiâ ad circumventionem erroris; sicut licet videamus omnem Rempublicam suis legibus administrari,

adminiſtrari, tamen inſuper ſunt judices animati, qui ex legibus ipſis vident an abſolvi, an condemnari debeant, & quæ in reos pœna decernenda ſit. Sic præter ſanctum Chriſti Evangelium aderant Prælati, quibus præerat Romanus Pontifex ut emergenti impietati Neſtorianæ occurrerent, ſanctitatem fidei Orthodoxæ, & Eccleſiæ illibatam ſervarent. Sic act. 15. v. 7. Petrus in medio Apoſtolorū & Seniorum ſententiā dixit, quam Jacobus Jeroſolymorum Præſul probavit. Ita Cœleſtinus I. in Neſtorium ſententiam tulit, & eum exauctoravit, quā reliqui Patres approbarunt: ut patet ex epiſtolâ ſynodali ad Imperatores miſsâ, cujus meminit Baronius ad annum 431. Ex quibus concludo ſynodum Epheſinam inter generales meritò poni tertio loco, quandoquidem illam convocarit, illique præfuerit Roman. Pontifex per S. Cyrillū ſuum legatum. Ubi notandum quod S. Cyrillus, & alii legati Pontificis non ita ipſum repræſentant; ut quod ipſi faciant cenſeatur feciſſe Papa, ſed tantùm repræſentant Pontificem tanquam Vicarii, & internuncii ipſius, qui orta dubia ad ipſum referre debeant, & ſententiam ejus expectare ac exequi ut docet Bellarminus lib. 2. de Conciliis cap. 11. Nec refert quod Patres Concilii Epheſini abeundi veniam non à Pontifice, ſed Imperatoribus poſtularint: ab eo enim ſuum reditum urgent, quia ab initio Imperatores mandaverāt Candidiano Comiti, nè quem ex ſynodo aut reditum molientem, vel alio abſcedere cupientem indè abire permitteret, niſi prius adhibitâ diligenti diſcuſſione, omnia decreta, & definita fuiſſent; quæ in diſquiſitionem venerant tom. 1. act. Concilii cap. 32. undè tom 2. cap. 17. ſcribunt Imperatoribus. *Cùm hæc cauſa & controverſia finem dominationi veſtræ peroptatum, Eccleſiisq; omnibus tutiſſimum, & Catholicæ fidei ſaluberrimum jam ſit ſortita, rogamus veſtram pietatem, ut ab hâc curâ, & exilio nos tandem abſolvat &c.* Ex quo patet Imperatores non imperaſſe, nec præfuiſſe ſynodo illi, vel Candidianum aut quemquā alium, nomine ipſorū Quod clariſſimè innuit epiſtola Imperatorum ad ſynodum miſſa per Candidianum. *Candidianum præclariſſimum religioſorū domeſticorum comitem ad ſacram veſtram ſynodum abire juſſimus; ſed eâ lege, & conditione, ut cum quæſtionibus, & controverſiis, quæ circa fidei dogmata incidunt, nihil commune habeat. Nefas eſt enim, qui ſanctiſſimorum Epiſcoporum catalogo adſcriptus non eſt illum Eccleſiaſticis negotiis, & conſultationibus ſeſe immiſcere.* Quid clariùs dici poteſt ad probandam auctoritatem Apoſtolicam & PP. illius Concilii in materiâ fidei diſcutiendâ eſſe independentem à Cæſare expende citatam particulam *tutiſſimum*: &c. ſcilicet à Concilio.

Act. 15. v. 7.

Baron.

Bellarm.

Quarta Synodus Generalis Chalcedone celebrata eſt Maximo, & Martiano Auguſtis, Leone I. Pontifice Maximo anno Chriſti 454. ut volunt Matthæus Palmerius, & Gregorius Holoander: vel 452. ſecundùm Marianum Scotum & Sigebertum: vel 451. ex Onuphrio lib. de Romanis Pontificibus. Cui interfuerunt 630. Epiſcopi inter quos erant Dioſcorus Patriarcha Alexandrinus poſtea ejectus; Maximus Patriarcha Antiochenus, Anatholius Conſtantinopolitanus, Juvenalis Patriarcha Hieroſolymitanus, ita Liberatus in Breviario cap. 11. & ſeq. Evagrius lib. 2. Hiſtoriæ cap. 2. 3. & 4. in quâ damnatus Eutyches Archimandrita aſſerens in Chriſto poſt Incarnationem eſſe naturam unam. Quæ Synodus ut eſſet OEcumenica, & legitima Patres geſta illius Synodi ad Leonem I. ſcripſerunt, eorum confirmationem poſtulantes. *Iudicamus verò, quia & talia quædam pro rerum ipſarum ordinatâ quiete, & propter Eccleſiaſticorum Statutorum definimus firmitatem, ſcientes, quia & veſtra Sanctitas addiſcens & probatura, & confirmatura eſt eadem.* Et poſtea de Canone. *Confirmavimus autē* (inquiunt) *& centum quinquaginta ſanctorum Patrum, qui in Conſtantinopoli congregati ſunt regulam ſub piæ memoriæ majore Theodoſio quæ præcepit poſt veſtram ſanctiſſimam, & Apoſtolicam ſedem honorem habere Conſtantinopolitanam.* Ipſe Leo epiſtola 61. ſcribit ſanctæ Synodo apud Chalcedonem habitæ non ſolùm ſe per Fratres, qui invicem ejus executi eſſent, ſed etiam per approbationem geſtorum Synodalium pro-

XI.

priam cum illis iniviſſe ſententiam. *In ſolâ* (inquit) *fidei causâ, quod ſæpè dicendum eſt, propter quam Generale Concilium, & ex præcepto Principum Chriſtianorum, & ex conſenſu Sedis Apoſtolicæ placuit congregari.* Particula illa *(Præcepto)* non ſignificat quod Pontifex ab Imperatore Concilio adeſſe cõpulſus fuerit, quod facile colligitur ex epiſtolâ Martiani Imperatoris ad Leonem. *Superest* (inquit) *ut ſi placuerit tuæ beatitudini in has partes advenire & Synodum celebrare, hoc facere religionis affectu dignetur. Noſtris utiq; deſideriis Veſtra Sanctitas ſati faciet, & ſacræ religioni, quæ utilia ſunt decernet.* His verbis, *Sacra religioni quæ utilia ſunt decernet*, innuit Concilia Eccleſiæ & religionis ſanctitatem fovere, quando Apoſtolicâ authoritatè confirmantur. Quibus votis acquievit Leo, ſignificans ſe eò mittere ſuos Legatos, qui vices ſuas poſſint implere: ut patet ex Epiſt. 51. ad Pulcheriam Auguſtam. *Quòd Synodum Chalcedonenſem haberi Clementia veſtra præcepit, cùm à me, ut in Italiâ haberetur manſuetudo veſtra retineat poſtulatum, ut omnes noſtrarum partium convocati Antiſtites, ſi ſecuritas temporis ſuppeteret, convenirent: adeò tamen non aſpernanter accepi, ut binas de Co-epiſcopis meis, & Compræsbyteris ordinarem, qui vicem meam implere ſufficerent, etiam datis ad venerabilem Synodum congruentibus ſcriptis, quibus fraternitas advocata cognoſceret quam formam ſervare in dijudicatione deberet.* Ex quibus conſtat Synodum Chalcedonenſem OEcumenicam fuiſſe & Põtificem Romanum, nõ ei tantùm præfuiſſe, ſed etiam illius formam præſcripſiſſe. Notat Bellarminus lib. 1. de Conciliis cap. 12. quod in Concilio Chalcedonenſi act. 1. Dioſcorus Alexandrinus juſſus eſt non ſedere inter Epiſcopos, eo quod Synodum facere auſus fuiſſet abſque authoritate Sedis Apoſtolicæ. *Quod* (inquit) *nunquam licuit nunquam factum eſt.* S. Gregorius lib. 1. Epiſt. 24. ſub finem profitetur quatuor illis primis OEcumenicis Conciliis eundem ſe honorem habere, quem quatuor Evangeliis, exhibet Sancta Eccleſia.

Bellarm.

XII. Quinta Synodus OEcumenica coacta fuit Conſtantinopoli Vigilio ſummum Pontificatũ gerente, & Juſtiniano ſeniore imperante anno Dominicæ Incarnationis 553. vel ut (vult Pſellus 556) cui interfuerunt Epiſcopi 165. ſecundùm eundem Pſellum, inter quos erant Eutychius Patriarcha Conſtantinopolitanus, Euſtochius Patriarcha Jeroſolymitanus, Apollinaris Patriarcha Alexandrinus, Domninus Antiochenus; cui licet Pontifex nec per ſe, nec per legatos interfuerit, tamen per libellum confirmavit, ex Nicephoro lib. 17. cap. 27. In hâc ſynodo damnati ſunt Origenes cum Dydimo & Evagrio ſuis ſectatoribus. Item ſcripta Theodori Mophueſteni, & Theodoreti Cyrenſis. Item epiſtola quæ dicebatur Ibæ ad Marum Perſam. Hujus ſynodi mentionem faciunt Liberatus in breviario cap. 23. & 24. Evagrius lib. 4. cap. 38. Nicephorus lib 17. cap. 27. S. Gregorius lib. 1. epiſt. 24. Zonaras in vitâ Juſtiniani. Quid Origenem in hæreſim induxerit, ſcribit Vincentius Lirinenſis cap. 24. adverſus hæreticos. *Hoc* (inquit) *Origenes tantus ac talis, dum gratiâ Dei inſolentiùs abutitur: dum ingenia ſuo nimium indulget, ſibiq; ſatis credit; dum parvipendit antiquam Chriſtianæ religionis ſimplicitatem; dum ſe plus cunctis ſapere præſumit; dum Eccleſiaſticas traditiones & veterum magiſteria contemnens, quadam ſcripturarum capitula novo more interpretatur, meruit, ut de ſe quoque Eccleſia Dei diceret. Si ſurrexerit in medio tui Propheta, & dixerit eamus, & ſequamur Deos alienos, quos ignoras, & eis ſerviamus, non audies verba Prophetæ illius &c.* Fertur tamen ſcripſiſſe Fabiano Pontifici Romano & aliis multis Eccleſiarum præſulibus de ſuâ mente rectâ & ortodoxâ, de fide Chriſtianâ ſententiam. Pro eodem librum Apologeticum ſcripſit P. Halloix Leodienſis è Societate Jesu.

Niceph.

Vincent. Lirinen.

Sexta ſynodus habita eſt Conſtantinopoli tempore Conſtantini IV. ut vult Paulus Diaconus in ejus vitâ anno Domini 681. vel ex Pſello 685. in quo adfuerunt (ut narrant Rhegino lib. 1. Ado Viennenſis, Freculphus in chronico 150. Patres; ſecundùm Paulum Diaconum 289. & inter eos) ex Bellarmino Gregorius Patriarcha Conſtantinopolitanus

XIII.

tinopolitanus, Macharius Antiochenus: legati Ecclesiarum Hierosolymitanæ & Alexandrinæ. Summus Pontifex Agatho etiam suos legatos misit. In eâ synodo damnata est hæresis eorum qui unam tantùm in Christo astruebant voluntatem: hos passim patres Monothelitas vocant. Quorum damnationem videre potes in præfatâ sextâ synodo act. 4. 8. 11. & 18. & 7. synodo act. 7. & Concilio Lateranensi sub Martino I. Canone 11. contra quos etiam disputarunt S. Damascenus lib 3. de fide Ortodoxâ cap. 14. hujus erroris primarii authores feruntur Macharius Episcopus Antiochenus, Cyrillus Alexandrinus, Sergius Constantinopolitanus apud Gregorium à Valentiâ 3. p. q. 12. puncto 1.

XIV. Septima synodus celebrata est apud Nicæam anno Christi secundùm Paulum Diaconum 781. Secundùm Cedrenum anno 786. Secundùm Onuphrium anno 789. ad illam synodum accesserunt (ut vult Pellus 350.) Prælati ex Patriarchis solus Tharasius Patriarcha Constantinopolitanus, reliqui Patriarchæ per legatos tempore Cõstantini & Irenę, ut scribit Paulus Diaconus lib. 23. rerum Romanarum; Cedrenus in compendio historiarũ. Adrianus Papa huic Concilio præsedit per legatos suos, & cõdemnavit pseudo-synodũ & eos qui docebant imagines nullo honore esse adorandas. Accipe quid hęc sacra synodus scribat act. 6. *De quodam cœtu præcedente sub Constantino Copronymo, qui in hâc synodo congregati fuêre, ut cum Prophetâ loquar inter sanctum & prophanum non distinxerunt; inter purum & impurum discrimen non statuerunt: imaginem enim Domini Dei nostri cum imagine satanæ idolum appellarunt. Quomodo autem magna, & universalis in quam neque omnes consenserunt, & reliquarum Ecclesiarum præfectis non admiserunt, sub anathemate eam devoverunt. Non habuit cooperarium (ut hæc quæ nunc celebratur,) Romanum Papam, neque illius Sacerdotes, neque per Vicarios, neque per Provinciales litteras, quemadmodum fieri in synodis debet. Quin etiam neque concordantes sibi habuit Orientis Patriarchas Alexandrinum* (inquam) *Antiochenum, & urbis sanctæ Pontifices; neque cum illis etiam mystas & sacerdotes &c.* Quod huic Pseudo-synodo contra imaginum veneratione Ecclesia non subscripserit seu consenserit patet etiam ex Cõcilio Lateranensi ad quod sub Stephano IV. Pipino defuncto missi sunt à Carolo, & Carolomanno fratribus duodecim Episcopi ex Galliâ, doctrinâ & sanctitate insignes, qui cum aliis patribus præfatæ Pseudo-synodo se opponerent. Ut patet ex epist. 3. Adriani Papæ I. ad Carolum Francorum Regem in act 3. art. 2. tom. 3. Concil. parte 1. sic definientis. *Quæ alium terminum fidei, sive symbolum, aut doctrinam habet, præter quod traditum est à sanctis magnis, & universalibus sex synodis, & confirmatum est ab his sanctis Patribus, qui in eis convenerunt, & non adorant imaginem, sive figuram D. N. Iesu-Christi, neque humanationem ejus confitentur, sic, ut qui descendit, & incarnatus est propter genus humanum, talem impium anathematizamus, & alienum, extraneumque deputamus Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ.*

XV. *Anastas.* Anastasius præfatione in septimam synodum ad Joannem 8 quem perperam citat Philippus Mornæus ita de cultu imaginum scribit. *Quæ super venerabilium imaginum adoratione præsens synodus docet, hæc, Apostolica, sed & vestra sicut & nonnulla scripta innuunt, antiquitas tenuit, & universalis Ecclesia semper venerata est, & hactenus veneratur, quibusdam dumtaxat Gallorum exceptis, quibus utique nondum est harum utilitas revelata. Aiunt namque, quod nondum sit quodlibet opus manuum hominum adorandum, quasi non codex Evangeliorum opus manuum hominum, procul dubio non negabunt. Similiter & forma sanctæ Crucis, quam se adorare omnes utique Christiani fatentur, in quo videlicet considerare libet, quia si quamlibet Crucem auream, aut argenteam, aut ligneam adoramus, quæ utique non ipsa Crux in quâ salus nostra parata est, sed figura, & imago ejus; quare non adoremus figuram & imaginem ejus, qui eandem salutem operatus est in medio terræ: venerabilis namque est, qui salutem operatus, ac per hoc magis est adoratione digna imago Christi salutem operantis, quam imago Crucis salutem tantummodò bajulantis.* Quæ verba manifestè propugnant cultum

cum ſacrarum imaginum, auctoritatem Nicenæ ſecundæ ſynodi. Prodiit Francofurti quidam libellus anno 1596. qui falsò ſynodus Pariſienſis inſcribitur, quo defenditur cauſa Iconomachorū: ſed Cardinalis Bellarminus appendice ad tractum de cultu imaginum fusè docet nunquam Pariſiis fuiſſe celebratam ſynodum nec conſequenter illum librum luce dignum.

XVI. Major difficultas eſt an Concilium Francofordienſe, ſeu Francofurtenſe ſub Adriano I. & Carolo Magno celebratum damnarit Nicænam illam ſynodum, quæ inter univerſales ſynodos ſeptima recenſetur. Alanus Copus dialogo 4. & 5. & Sanderus lib. 7. de viſibili Monarchiâ Eccleſiæ 613. docent in ſynodo Francofurtenſi tantùm damnatam eſſe ſynodum Conſtantinopolitanam ſub Conſtantino Copronymo habitam, quam hæretici falsò ſeptimam ſynodum nuncupant. At Nicænam ſecundam non ſolùm non damnatam, ſed etiam confirmatam. Idem ſentiunt Blondus, Sabellius, Paulus Æmilius, Platina, ſed Bellarminus lib. de imaginibus ſanctorum cap. 14. Baronius ad annum Chriſti 394. de hâc re fusè diſſerunt, & illam reſponſionem rejiciunt: multi antiqui ſcriptores verè docent ſeptimam ſynodum, quæ conſtituerat imagines adorandas, fuiſſe reprobatam. Ita Hincmarus Remenſis lib. contra Hincmarum Laudunenſem cap. 20. ubi falsò ait Nicænam illam celebratam abſque auctoritate Pontificis, Rhegino, Ado Viennenſis, & Hermannus contractus in chronicis, annales incerti auctoris à Pithœo in lucem editi 794. Aventinus lib. 4. annalium Bojorum, Aimoinus lib. 4. de geſtis Francorum cap. 85. Abbas Urſpergenſis, dicentes ſynodum Græcorum ante paucos annos ſub Conſtantino & Irene celebratam abdicatam indubiè hanc eandem intelligunt, licet lapſu memoriæ Conſtantinopolim pro Nicæâ poſuerint. Nam non alia præterquam ſecundam Nicænam ſub Conſtantino celebrata eſt. Hos omnes ſcriptores aſſerere vel mentiri, vel eorum libros eſſe falsos (ut exiſtimat Copus) videtur Bellarmino nimis durum. Quare dicendum eſt Nicænam ſynodum ſecundam fuiſſe reprobatam à Concilio Francofurtenſi; ſed ut (rectè docet Bellarminus) per errorem, & materialiter. Nam ex impoſturâ auctoris librorum Carolinorum illi Patres exiſtimarunt, & falsò in ſynodo Nicænâ fuiſſe definitum, ut imagines colerentur adoratione latriæ: deindè illud decretum à Græcis factum eſſe abſque conſenſu Romani Pontificis. Docet igitur Bellarminus utrumque fuiſſe perſuaſum Concilio ex libris illis Carolinis. Et cùm veteres illi auctores ſcribunt reprobatam eſſe illam ſynodum Græcorum, quæ decreverat imagines eſſe adorandas, ſine dubio intellexerunt ex definitione Concilii eſſe adorandas cultu latriæ, qui honor Sanctiſſimæ Trinitati debetur, non verò ſanctis, vel ipſis imaginibus. Quod verò ſint impoſita ſynodo Nicænæ, ſcilicet quod caruerit auctoritate Pontificis, & quod decreverit imagines adorandas cultu latriæ, indè conſtat, quod in ipsâ ſynodo act. 2. recitantur Epiſtolæ Papæ Adriani pro imaginibus, & in omnibus actionibus Summi Pontificis legati ſemper primi ſubſcribunt. Deindè, quod ſpectat ad cultum imaginum in primâ actione Baſilius Ancyranus, qui antea fuerat hæreticus, cùm reſipiſceret, & Confeſſionem Catholicam ederet toto Concilio audiente & probante, dixit ſe imagines colere, non tamen latriâ, cùm ea ſoli Deo competat, & eum cultum vocat adorationem, *quæ pertinet ad honorem.*

Alanus. Sander. Blondus. Bellar.

XVII. Confirmatur ex eo quod Conſtantinus Epiſcopus Conſtantiæ Cypri profitetur ſe ſuſcipere, & amplecti honorabiliter ſanctas, & venerabiles imagines, ac adorationem, quæ per latriam, ideſt Deo debitam ſervitutem, efficitur ſoli ſuperſubſtantiali & vivificæ Trinitati impendere. Reliqui Patres act. 2. & 7. Idem aſſerunt; & præcipuè in Epiſtolâ Taraſii, & totius ſynodi ad Imperatores Conſtantinum & Irenem Matrem ejus. Ex quibus concludo Concilium Francofurtenſe non reprobaſſe formaliter, & ex intentione ſecundam ſynodum Nicænam, cùm (ex dictis) illi Patres nō habuerint intentionem reprobandi ſynodum decernentem ſacras imagines eſſe colendas longè inferiore cultu ab adoratione latriæ, quę ſoli Deo debetur

& ut

& ut cultus illis delatus ad prototypum ſeu exemplar referatur. Neque reprobandi Synodũ, quæ eſſet Romani Pontificis authoritate confirmata. Nec conſequenter exploſit illas Synodos quæ contra Leonem Iſauricum, Conſtantinum Copronymum, & ejus Pſeudo ſynodum Romæ à Pontificibus pro cultu ſanctarum imaginum confirmando, ſunt habitæ.

XVII Confirmatur 2.ª quia authoritate Nicænç Synodi ſecundæ reſtitutæ ſunt imagines in Oriente, & ſancitum illas colendas eſſe, quæ ſub Leone Iſaurico, & Conſtantino Copronymo erant everſæ. Si igitur Concilium Francofurtenſe reprobavit illam Synodum, & quod in eâ ſancitum erat, debuiſſent tunc in Galliâ, & Germaniâ authoritate Concilii Francofurtenſis imagines everti. Quod tamen factum non eſt. Nec Hæretici ullum authorem citare poſſunt. Quod autem tot mendacia Concilio Francofurtenſi obtrudantur, non mirùm, ut notat Bellarminus: Nam ſi Magdeburgenſes, & alii Hæretici audent ſcribere nos colere imagines divinis honoribus, & ut Deos, licet in contrarium reclament tot Catholicorum libri & Concilium Tridentinum, ſimilia eádem temeritate objicere poſſunt de Synodo Græcâ in Oriente celebratâ, quam pauci legere potuerunt.

XVIII. Concludendum igitur eſt Concilium Francofurtenſe, non in quæſtione juris ſed facti erraſſe, nec condemnaſſe veram doctrinam Synodi Nicænæ univerſalis, ſed eam & condemnaſſe, quam exiſtimavit falsò fuiſſe traditam in illa Synodo. Nec mirum ſi errare potuit: Licet enim interfuerint Legati Adriani Papæ, non tamen conſenſerunt, ut ipſi Magdeburgenſes fatentur Centur. 8. c. 9. & tantùm abeſt, ut Papa ei conſenſerit: quin imò refutavit Decretum Francofurtenſe, ut patet ex lib. Adriani de Imaginibus ad Carolum, ubi refutantur mendacia illorum librorum Carolo inſcriptorum. Baronius obſervat ad annum 784. illa longè eſſe diverſa dicere aliquid eſſe damnatum in Concilio, vel damnatum per Concilium: primum enim habet actum imperfectum, ſecundum conſummatum. Cùm aliquid in Concilio agitur à malè ſentientibus, nec accedit conſenſus eorum, quorum eſt ſtatuta firmare: quo ſi careat, omne quod decretum eſt nullius erit ponderis, ſed inefficax, & tunc id ſtatutum tantùm dici poteſt in Concilio, nec alicuius roboris eſt, deficientibus neceſſariò requiſitis. Tunc verò aliquid per Concilium fit, cum conſtat omnia ad actus perfectionem concurriſſe & rem eſſe perfectam. Accipe ejus verba ad annum 794. citatum a. 27. *Sic aſſerimus, cum antiquis authoribus damnatum in Conſilio Francofordienſi Nicænam ſecundam Synodum, ut deficiente conſenſu eorum, quorum erat Synodum comprobare, negemus omnino per Francofordienſe Concilium Nicænam ſecundam Synodum eſſe damnatam: cùm haud dubium, quæcumque ab illis facta fuiſſent irrita penitùs, atque caſſa reddita eſſent, ut non mireris ſi quæ ſunt ab eis tunc acta, conſcripta nuſquam appareant, utpotè quod abolita, perpetuòque fuerint ſepulta ſilentio, quæ non probaſſent Legati Apoſtolicæ Sedis, nec qui eos miſerat Adrianus Romanus Pontifex confirmaſſet.* Undè exiſtimat quod Carolus præceperit explodi, & rejici ea, quæ contra Nicænam Synodum acta fuerant. Et integra ſervari, quæ contra Elipandum & Fœlicem omnium conſenſu fuiſſent ultimatè firmata. Sciebat optimè Carolus acta Conciliorum non poſſe ſubſiſtere, quibus Romani Pontifices contradicerent.

Quod liber Caroli ad Adrianum Papam miſſus eſt; eo fine miſſus, ut refelleretur, ut patet ex libro de Imaginibus Adriani miſſo ad Carolum, quo refutantur illi, qui Synodum ſæcundam Nicænam oppugnarunt: de quo Sigebertus anno 772. *Adrianus Papa ad refutandam rabiem Hæreticorum Imagines Dei, Sanctorumque execrantium nimis laboravit, & lib. adverſus eos edito multis ſcripturarũ indictionibus roborato, errores eorum infirmavit, fidemque rectam ſolidavit* Quibus verbis manifeſtè refutat librum qui ab Hæreticis allegatur, eumque ab uno vel pluribus eſſe compoſitum probatiſſimum eſt. Plura pro refuta- XIX.

ſignum; imò deteriora prioribus facinoribus perpetraſſet, quorum causâ arctioribus eſſet anathematis vinculis innodandus, & gravioribus ſuppliciis plectendus. Non defuerunt tamen cauſæ Joanni Pontifici reſtituendi Photium, præter legationem ab Imperatore Romam miſſam, ſcilicet potentia Græcorum in Italiâ, cùm jam Beneventani & Capuani à Francis (ut Caropalates teſtatur) defeciſſent ad Baſilium. Deindè ejuſdem promiſſiones de liberandâ Italiâ ac præcipuè ipsâ Romanâ Eccleſiâ ab incurſibus Saracenorum & infeſtationibus Comitum vicinorum Romanæ urbi. Inſuper revocandâ ſub Romanam Jûriſdictionem Bulgarorũ Eccleſiâ. Deindè prætexebatur bonum pacis, & unio Eccleſiarum, quæ ob rejectum Photium maximo ſchiſmate dividerentur. Addo & Baſilium decepiſſe Joannem Pontificem, dum ſuis litteris teſtatus eſt reſtitutionem Photii deſiderari etiam ab iis, qui a ſanctis Methodio & Ignatio ordinati fuiſſent. Hæc itaq; ſunt quæ Joannem permovere potuerunt, ut maximâ omnium admiratione Photium reſtitueret ſuadente illud prudentiâ carnis, inimicâ Deo, & Eccleſiæ ſemper adversâ. Subjungit Baronius ad annum 879. art. 5. hinc accidere potuiſſe. *Baron.* *Vt ob nimiam Ioannis facilitatem, & mollitudinem abjectâ penitùs omni virilitate, fructus animo ſacerdotalis conſtantiæ expers, atque robore enervatus, non Papa (ut Nicolaus, & Adrianus, qui Photio conſtantiſſimè reſtiterunt) ſed Papiſſa fuerit contumeliæ loco dictus, ut potè, quod qui nec reſiſtere ſciret Eunucho (Photio) quodque vinceretur à ſemiviro, non vir, ſed eſſet fœmina potiùs nuncupanda, & ſic nomen contumeliæ tranſierit poſteris rerum inſciis in veritatis opinionem, fueritque à pluribus decantatum Ioannem VIII. Papam fuiſſe fœminam.* Nulla igitur fœmina fuit Pontifex (ut fingunt hæretici) ſed hæc opinio nata eſt ex hujus Põtificis facilitate (ut vult Baronius) quæ facilitas quanta mala produxerit. *Nemo* (inquit idem Baronius) *putò numerare facile poterit. Quippè quæ tunc cœpta ſunt in hunc uſque diem infæliciter perſeverent; cùm tamen haud ipſe Ioannes illorum reus ſit criminũ, quibus ab eodem Photio aſperſus eſt in ſynodo Conſtantinopolitanâ.* Pro quibus conſule Baronium citatum; & hæc ex iis pauca accipe.

XXI. Photius reverſus Conſtantinopolim in contemptum OEcumenicæ Synodi, à quâ damnatus fuerat, item in odium aliorum Conciliorum, & Romanorum Pontificum, decretis publicis editis auſus eſt Cathedram contra Cathedram erigere. Cœterùm licet octo præcedentibus Conciliis generalibus approbatis, in Oriente celebratis, Orthodoxi Epiſcopi Orientis ſemper agnoverint Romani Pontificis in omnes Eccleſias auctoritatem, & primatum. Poſt illa octo nullum Concilium generale celebratum eſt in Oriente; Quia Photii Schiſmatici factione erant, ejus ſuaſu cœperunt tunc cùm plurimis Græcis apertum bellum movere contra Cathedram Romanam, & ejus primatũ; & Latinos averſari, ob additam Nicæno particulam (*Filioq;*) Quare deinceps omnia Concilia generalia in Occidente celebrata ſunt, & quidem à ſolis Epiſcopis & Prælatis, exceptis iis, qui ſe ad Eccleſiam Romanam iterùm aggregarunt. Non omittendum quæ aliqui referunt de Photio peſſimi & tam diuturni ſchiſmatis anteſignano; ſcilicet cùm mater ejus eſſet gravida, viſione nocturnâ ei viſum eſſe ſe in utero geſtare ſerpentem, qui egreſſus interficiebat totam illam regionem. Inſuper à pluribus ſanctis viris ex revelatione prænunciatum eſſe matri, quem in utero geſtaret futurum eſſe peſſimum & perſecutorem Eccleſiæ, quo prænuncio ita indoluit, ut ſibi facilè mortem intuliſſet, nè tantùm orbi malum pareret, niſi à marito prohibita, & à ſanctis viris diſſuaſa fuiſſet, & inducta, ut ſe Divinæ Providentiæ cõmitteret. Undè ſucceſſores Joannis VIII. Photium pro legitimo Patriarchâ agnoſcere noluerunt. Et cùm Imperator ejus patrocinio ſuſcepto ſcripſiſſet ad Adrianum III. Pontificem litteras blaſphemiis, & convitiis plenas, tam contra eum, quàm adverſus Marinum, vel ſecundùm alios Martinum, ejus prædeceſſorem: Poſt ejus obitum Stephanus VI. ejus ſucceſſor reſpondit redarguens eum, quod pro Photio excommunicato tantopere laborans

Romanam Eccleſiam adeò contumeliis afficeret, cui cum veneratione ſubditus eſſe deberet.

XXII Nonum Concilium fuit Lateranenſe primum ſub Calixto II. Pontifice, & Henrico IV. Imperatore, ſecundùm Platinam, Onuphrium, anno 1123. ad quod convenerunt 900 Epiſcopi ſecundùm Bellarminũ, & Gualterium. Hic ait celebratũ fuiſſe ad reconciliandos ſibi invicẽ Principes Chriſtianos, eripiendamque è manu Saracenorum Terram ſanctam. Addit Baronius ad annum Chriſti 1122. celebratum fuiſſe in primis pro reſtitutione priſtinæ diſciplinæ diuturnis Schiſmaticorum factionibus admodũ labefactatæ. Hoc ſeptemdecim Canones condidit, quorum maximam partem Gratianus ſuo Decreto inſeruit, reliquos refert Baronius inter quos, hic eſt, quod Hieroſolymam proficiſcentibus ad ſubſidium Chriſtianorũ illic militantium conceſſerit remiſſionem omnium peccatorum, &c.

XXIII. Decimum Concilium generale Lateranenſe ſecundum habitum fuit ſub Innocentio II. & Lothario Imperatore anno 1139. ad quod ex omnibus orbis nationibus mille propè Epiſcopi, & Abbates confluxerunt. Philippus Morneus in eo celeberrimo cœtu nihil
Morn. propoſitum & definitũ eſſe ait, quod ad Eccleſiæ reformationẽ, diſciplinam, & ſanctitatem ſpectaret. Sed eſt mera calumnia. Nam de eo ita ſcribit Otho
Otho Phriſin. Phriſingenſis lib. 7. cap. 23. *Proxima media quadrageſima Synodus maxima Mater mille Epiſcoporum præſidente Romæ ſummo Pontifice Innocentio celebratur, ibique poſt multa ſalutifera decreta promulgata, Schiſmatici, qui parti Petri Leonis faverant damnantur.* Hæc ſcilicet Schiſmaticorum cõdemnatio cauſa legitima & ſufficiens erat ad cõvocandum Concilium. Baronius ad
Baron. annum 1139. *Extant* (inquit) *Canones hujus Concilii in libro Cenſuum Vaticanæ Bibliothecæ, & alio Codice Vaticano decretorum collationis, ex quo Gratianus diſt. 90. cap. penult. 12. q. 2. c. illud 17. q. 40. 40. c. Si quis ſuadente diabolo 22. q. 4. c. fin. & alia plura aliqua capita intulit in decretum.* Deinde ſubjicit ejuſdẽ Concilii triginta Canones quos, qui legerit facile cognoſcet ea pertinere ad reformandã Eccleſiæ diſciplinam & ſanctitatem promovendam. Trigeſimus illorum Canonum ſic habet. *Ad hæc ordinationes factas à Petro Leonis, & aliis Schiſmaticis & hæreticis evacuamus & irritas eſſe cenſemus.*

Undecimum Concilium fuit Late- XXIV.
ranenſe tertium ſub Alexandro III. & Frederico I. anno 1180. cui interfuerunt 300. Epiſcopi. Decreta hujus Concilii referunt Guilelmus Neubrigenſis lib. 3. rerum Anglic. cap. 3. Rogerius de Hoveden annal. p. poſt. anno 1179. in Henrico II. Sigonius libr. 14. de Regno Italiæ: Primum Decretum. *Vt nonniſi electus à duabus partibus Cardinalium habeatur verus Pontifex: electus verò à minori numero gerens ſe pro Papâ, unà cum ſibi adhærentibus excõmunicationi ſubjacent, & totius ſacri Ordinis privatione mulctantur, ita ut viatici etiam eis communio denegetur, &c.* Hæc Conſtitutio eſt inſerta extra *De Electione*. Cap. *Licet devitanda*. Secundò conſtitutum eſt ut Ordinationes ab Octaviano & Guidone Patriarchis, nec non à Joanne Strumenſi (qui eos ſecutus eſt) factæ, & ab ordinatis ab eis cenſerentur irritæ. Baronius ad annum Chriſti 1179. ſcribit Pontificem in illâ Synodo invigilaſſe diligentiſſimè ut deperderet de *Civitate Domini omnes operantes iniquitatem*, ſimulque omnes è medio tolleret corruptelas, quæ in diſciplinam Eccleſiaſticam irrepſiſſent, inſurrexiſſent pravæ Conſuetudines, irrupſiſſent ex Tyrannorum violentiâ ſervitutes & oppreſſiones, obortasque recens hæreſes, ſive veteres malè curatas excideret, faſtumque & avaritiam Eccleſiaſticorum & alia id genus quæ viginti ſeptem Capitibus continentur. Inter illas hæreſes tunc natas recenſentur Waldenſium ſive Pauperum de Lugduno; & Albigenſium ſive Albianorum: errores Waldenſium 42. & Albigenſium 35. refert Gualterius ad annum 1200. cap. 15. & 17.

Duodecimum Concilium eſt Late- XXV.
ranenſe 4. anno 1215 ſub Innocentio III. Pontifice & Frederico II. Imperatore, quod celeberrimum fuit. De eo ita loquitur Abbas Urſpergenſis, qui eo tem-

eo tempore floruit. *Anno ab Incarnatione Domini* 1215. *celebrata est sancta universalis synodus Romæ in Ecclesiâ Salvatoris, quæ Cõstantiniana vocatur mense Novembri, Præsidente Domino Innocentio III. Papâ, Pontificatus ejus anno* 18. *in quâ fuerunt Episcopi* 412. *inter quos extiterunt de præcipuis Patriarchis duo, videlicet Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus, Antiochenus autem gravi languore detentus venire non potuit, sed misit pro se Vicarium Anteradensem Episcopum. Alexandrinus verò sub Saracenorum dominio constitutus, fecit quod potuit, mittens pro se Diaconum suum Germanum. Primates autem & Metropolitani* 71. *Cæterum Abbatès & Priores ultra* 800. *Archi-Episcoporum & Episcoporum Abbatum & Priorum, ac Capitulorum absentium procuratorum non fuit certus numerus comprehensus: Legatorum verò Regis Siciliæ in Romanorum Imperatorem Electi, Imperatoris Constantinopolitani, Regis Franciæ, Regis Angliæ, Regis Vngariæ, Regis Hierosolymitani, Regis Cypri, Regis Aragoniæ, necnon & aliorum Principum & Magnatum, civitatum & aliorum locorum ingens fuit multitudo.* Quantùm autem pro sanctitate Ecclesiæ tuendâ laboratum fuerit in eo Concilio, patet ex eo, quod partim cõtra Albigensium Almęrici, & Joachimi Abbatis errores, partim pro terrâ sancta congregatum fuerit. Ita Platina, Onuphrius in Innocentio III. Genebrardus anno 1215. Azorius institut. moral. p 2. lib. 2. tom. 4. Conciliorum. Bzovius ad annum Christi 1215 n. 2. recenset decem errores Almerici. Item definit 10. articulos fidei; quorum ultimo damnatur & reprobatur tractatus Abbatis Joachimi. Insuper ad mores corrigendos condidit 29. articulos. Denique approbavit transsubstantiationis vocabulum. Philippus Mornæus & alii hæretici dicunt nomen transsubstantiationis primùm ibi innotuisse. Sed Cardinalis Bellarminus lib. de Sacramento Eucharistiæ cap. 20. illud mendacium refellit testimonio Patrum ab Apostolorum tempore usque ad tempus Innocentii III. vel usque ad annum 1200. prout singulis annis floruerunt. Idem præstat Gualterius in suâ chronologiâ. Unde verissimum est quod docet Concilium Tridentinum sessione 13. cap. 4. semper fuisse persuasum Ecclesiæ Catholicæ ita transmutari panem in Corpus Domini, ut substantiâ panis recedente, sola maneret Christi Caro sub accidentibus panis.

Morn. Bellar.

XXVI. Concilium Generale 13. celebratum fuit Lugduni anno 1245. sub Innocentio IV. Pontifice & Frederico II. Imperatore, ut referunt Platina, Onuphrius, Matthæus Palmerius. In eo Concilio cùm Fredericus Imperator citatus comparere noluisset communi omnium cõsensu privatus est Imperio. Actum est etiam pro recuperatione terræ sanctæ, cujus expeditionis caput S Ludovicus constitutus est. Decreta aliqua saluberrima hujus Concilii in lib 6. decretalium inveniuntur. Duo refert Bzovius anno Christi 1245. n. 8. quibus corrigit ordinem judiciorum, & Judicium Ecclesiasticorum, præsumptionem circumscribit. Hæretici carpunt Innocentium quasi nimis crudeliter egerit cum Frederico, sed ignorant, vel approbant Frederici sævitiam: de quâ scribunt Krantzius lib. 8. Saxoniæ cap. 9. Nauclerus generat 42. anno 1240. vol. 2. Blondus decade 2. lib. 7. S. Antoninus 3. part. Chron. tit. 19. c 4 §. 3. Chronicũ Germanicum lib. 20. aliqua referam. Ut Gregorius Pontifex vidit Fredericum muris Romæ obsessæ imminere, cùm deessent humana præsidia capita Apostolorum, & portionem S. Crucis accepit, ac in Basilicâ S. Petri stans ambonè consenso, & præsenti populo Romano & Clero ostendit lacrymãs & vehementi oratione populũ adversus Fredericum hortabatur, glorię, salutisque æternę præmia pollicitus iis, qui adversus scelestissimum Dei, & Ecclesiæ sanctæ Fredericum Crucis Charactere insignirentur. Ad hujus Cohortis Cruce signatæ conspectum adeò territus, adeò in vesaniam, furoremque commotus Fredericus, ut Cruce signatos vivos ad se perduci in primâ acie pugnans clamarit, perductisque caput, partim in Crucis modum quadrifariam scindi jusserit, partim in fronte Crucem ferro candenti reddiderit. Clericis autem ferro Coronam cæsam in Crucis

formam vulnerari mandavit. Quoſdã Cardinales carceribus mancipavit.

XXVII. Concilium generale 14. habitum eſt Lugduni ſub Gregorio X. Pontifice & Rodolpho Imperatore ex Platinâ, Onuphrio, Palmerio, Bzovio, Gualterio, Bellarmino anno 1274. Cui interfuerunt Conſtantinopolitanus, & Antiochenus Patriarchæ, quingenti Epiſcopi, innumeri Abbates, & Prælati; item Legati Michaelis Palęologi Græcorum Imperatoris, ejuſque & Græcorum Epiſcoporum litteræ lectę ſunt, quibus profeſſi ſunt fidem Catholicam, agnoveruntque Romanæ Eccleſiæ primatum, eorumque Legati ſummo Pontifici obedientiam exhibuerunt. Motivum illius Synodi fuit, ut de fide ageretur: nempè de Græcis ad Catholicæ ac Romanæ Eccleſiæ fidem, communionemque traducendis, de Chriſtianorum moribus ad priſtinam Eccleſiaſticam diſciplinam cõformandis, ac de ſubſidio Chriſtianis mittendo in Syriam. In eodem Concilio publica profeſſio Spiritus ſancti à Patre, Filioque procedentis facta eſt. Quoties enim Græci cum Latinis convenerunt in Conciliis, toties ipsâ veritate convicti fidem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſunt profeſſi. Et licet poſtea ad vomitum reverſi ſint, id eorum inconſtantię, & levitati attribuendum. In eodem Concilio ſancivit Pontifex, ut Cardinales in electione Pontificis ſub auſteriori & arctiori cuſtodiantur Conclavi, donec Pontificem elegerint. Motivum hujus Decreti ſanctiſsimum fuit: nam cùm ille electus eſt ex diſſentientibus Cardinalibus ſedes ferè per triennium vacavit cum magno Eccleſiæ, & Chriſtianæ Reipublicæ detrimento. Habetur illud Decretum in eodem Concilio, tit. *De electione & electi poteſtate.*

XXVIII Concilium 15. eſt Viennenſe ſedente Clemente V. Henrico VII. imperante anno 1311. ad quod convenerunt 300. Epiſcopi: ita Platina, Onuphrius, Palmerius, Gualterius, Bzovius, Trithemius in chronico Iſaurico. In eo hæreſes Beguardorum ſeu Beguordorum damnatæ ſunt. Horum errores refert Gualterius. Illi Concilio interfuêre Reges Galliæ, Angliæ, Tarraconis, item ex Patriarchis Alexandrinus, & Antiochenus. Quædam etiam ordinata contra depravatos mores Cleri, quorum nonnulla extant in corpore juris, quæ vulgò dicuntur Clementinæ. Piſanum anno 1409. omittimus, utpotè nec manifeſtè approbatum vel reprobatum.

Decimumſextum Florentinum anno 1439. ſub Eugenio IV. Pontifice, & Alberto Imperatore: primo Ferrariæ inchoatum 1438. ſed ob peſtilentiam tranſlatum Florentiam, ibique perfectum. Ei interfuerunt Joſeph Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui ibidem obiit: Joannes Palæologus Imperator Orientis; plurimique Cardinales & Epiſcopi tam Græci, quàm Latini. In eo fuit inſtaurata unio cum Romanâ Eccleſiâ, non tãtùm à Græcis, ſed etiam Armenis, Indis, & admiſſum Confirmationis Sacramentum, articulus de proceſſione Spiritus ſancti, purgatorium, Conſecratio in pane azimo, primatus Cathedræ Romanæ. Vide Genebrardum in Eugenio IV. Palatinam in Eugenio IV. Onuphrium anno 1438 & 1439. Azorium inſtitut. moral. p. 2 lib. 5. cap. 17. Gualterium in chronologiâ. Proceſſum hujus Concilii fuſiſſimè refert Bzovius ad annum 1438. & 1439. XXIX.

Concilium 17. eſt Lateranenſe 5. tempore Julii II. & Leonis X. Pontificum & Maximiliani Imperatoris celebratum anno 1512. partim adverſus Concilium Piſanum, partim contra Turcas, partim pro morum reformatione. Ita Genebrardus in Julio II. & in Leone X. Onuphrius in Julio II. & in Chronicis anno 1512. Azorius inſtitut. moral. p. 2. lib. 5 c. 15. tom. 5. Conciliorum. Bzovius hujus hiſtoriam fusè deducit ad annum Chriſti 1512. & ſeq. hæc tantùm accipe, quæ Julius II. Seſſ. 1. in prorogatione Concilii, ait: *Vt illa in eo ſtatuerentur & fierent, quæ cederent ad laudem Dei, & Eccleſiæ exaltationem, unitatem, & reformationem, ac Schiſmatum & hæreſum totalem extirpationem, fidelium̃que pacem & ſalutem, ac bonum publicum Eccleſiæ ſuæ ſanctæ.* Et in Bullâ 2. ſeſſionis. *Julius II. Epiſcopus Servus Servorum Dei &c. Sacro appobante Concilio cùm inchoatam hujus* XXX.

ſacri

ſacri Lateranenſis Concilii celebrationẽ ad Dei laudem; univerſalis Eccleſiæ pacem, fidelium unionem, ſchiſmatis & hæreſum everſionem, morum reformationem, ac contra perfidos Dei hoſtes expeditionem Altiſſimi dexterâ aſſiſtente proſequi tendamus &c. Idem habetur ſeſſ. 9. ſub Leone X. ubi multa ſtatuuntur ad utilitatem & reformationem Eccleſiæ ſpectantia, & ejus ſanctitatem promovdenam, ac firmandam fidem.

XXXI. Concilium 18. eſt Tridentinum inceptum anno 1545. & terminatum 1563. tempore Pauli III. Pii IV. imperantibus Carolo V. & Ferdinando. Gaſpar Villapandus diſput. 5. de Concilio Tridentino hæc de Patribus qui illi inerfuerunt ſcribit. *Adſunt ſex Cardinales, quatuor Legati, Patriarchæ tres, Archi-Epiſcopi triginta-duo, Epiſcopi ducenti viginti-octo, Abbates quinque, Generales Ordinum Miniſtri ſeptem, Epiſcoporum Procuratores plurimi.* Hoc Concilium congregatum eſt, ut errores Calvini, Lutheri, & aliorum hæreſiarcharum condemnet, & confirmet articulos fidei de adoratione imaginum; veneratione ſanctorum, purgatorio (quod nundinationem vocant) miſſæ ſacrificium, tranſſubſtantiationem, reformationem Cleri tam ſæcularis quàm regularis: quibus omnibus nihil aliud intendit quàm ut nos fideles in ſanctitate & juſtitiâ coram ipſo omnibus diebus noſtris procedamus: hoc Concilium (quidquid dicant hæretici) nõ minoris eſt auctoritatis, quàm præcedentia: & prout variæ hęreſes inter Chriſtianos obortæ ſunt, ita oportuit illis ſubindè occurrere, ac proindè non omnia fidei noſtræ dogmata in prioribus illis Cõciliis definita & firmata fuerunt. Sicut ergo in illis hęreſes tunc obortę profligatę ſunt, & aſſerta fides Catholica, ita in ſubſequentibus Cõciliis, quæ poſteriùs emerſerunt hæreſes condemnatæ. Et non minùs deteſtandos modernos hæreticos judicare potuit Tridentinum, quàm præcedentia Arium, Macedonium, Neſtorium, Eutychetem &c. Quod ſi Patres Concilii Chalcedonenſis Dioſcorum Anathemate percuſſerunt, quia in Leonem Pontificem Romanum ſententiam anathematis dictare, & ſynodum abſque ejus conſenſu cogere auſus fuerat, quid dixiſſent, vel pronunciaſſent, contra eos, ſi Pontificem Anti-Chriſtum, & Sedem Romanam Sedem Anti-Chriſti & alias blaſphemias quæ à modernis evomuntur, dixiſſent? Bellarminus *Bellar.* lib. 1. de Conciliis cap. 6. Quædam alia Concilia Generalia refert quæ omninò reprobata ſunt. Cap 7. quædam ait partim confirmata, partim reprobata, quorum duo ultima ſunt Conſtantienſe anno 1414. inchoatum, & Baſileenſe refert anno 1531. & cap. 8. aliud quod nec manifeſtè approbatum ſcilicet Piſanum 1409.

Ex quibus patet quàm utilia ſint XXXII. Concilia ad Eccleſiæ ſanctitatem fovendam & amplificandam. Licet enim hæreſes, vitia & abuſus quæ in Eccleſiam irrepſerunt poſſint tolli per leges ſummi Pontificis, & per decreta Conciliorũ Provincialium: Tamen longè ſuavius id fit approbante Concilio generali, ut docet Bellarminus lib. 1. de *Bellarm* Conciliis cap. 9. & 10. Quoad electionem Pontificum Romanorum ſublatis Pontificum Cõſtitutionibus vix quidpiam ſalubriter & ſolidè per Concilia Generalia reſolvi poteſt. Sicut nec in caſu ſuſpicionis de vitâ & doctrinâ Põtificum; Cùm nullum Pontificem poſſit judicare ullum Concilium Provinciale vel Generale; Poteſt autem concedere ipſe Pontifex & Concilio poteſtatem examinandi cauſam ſuam, & ſententiam diſcretivam, non tamen coactivam ferendi; hanc verò poteſtatem poteſt Papa tribuere æquè Cõcilio particulari ac univerſali. Minùs etiam videtur abſolutè neceſſarium Concilium Generale, ut reſiſtatur cõmuni hoſti, ſcilicet Turcæ. Si enim Eccleſia potuit conſervari ſub immaniſſimis infidelium perſecutionibus abſque Concilio, à fortiori contra Turcæ Tyrannidem. Adde quod (ut aliàs factũ eſt) poteſt indici bellum abſque Concilio. Quoad ſchiſmatum extinctionem, viginti quinque ſublata ſunt abſque Concilio, unicum extinctum eſt per Concilium Conſtantienſe. Ex quibus patet ex nullo motivo Concilium generale eſſe abſolutè & ſimpliciter neceſſarium, ſed tantum ſecundùm quid: ut ſcilicet maturius & ſuavius

pax

pax & ſanctitas Eccleſiæ promoveatur. *Auguſt.* Sic explicandi S. Auguſtinus libr. 4. contra duas Epiſtolas Pelagianorum cap. 12. lib. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 7. & 8 & libr. 2. cap. 4. *S. Leo Iſidor.* S. Leo Epiſt. 43. ad Martianum, S. Iſidorus in præfatione Conciliorum. S. Eugenius Epiſcopus Carthaginenſis apud Victorem lib. 2. de perſecutione Wandalicâ. Bellarminus tamen aut lib. 1, de Conciliis cap. 11. Aliqua Conſilia Epiſcoporum eſſe ſimpliciter neceſſaria, ſive ſint parva, ſive magna, ſecundùm providentiam Dei ordinariam ad bonam Eccleſiæ gubernationem & ſanctitatem ejus illibatam ſervandam erroresque & vitia extirpanda, ſive agatur de Conciliis Provincialibus, ſive Nationalibus, ſive Generalibus, ac OEcumenicis. Id totum confirmatur ex hiſtoriâ Eliæ libr. 3. *l 3 Reg. c. 21. v. 1.* Regum cap. 21. v. 1. *Vinea erat Naboth Iſraëlitæ, qui erat in Iezrahel juxta Palatium Achab Regis Samariæ.* Per Naboth intelligitur Chriſtus. Nam Naboth ſecundùm Hieronymum, & Pagninum, idem eſt quod *Loquelæ fructus.* Chriſtus autem ſeu verbum æternum productum eſt per dictionem, ut docent Theologi 1. p. quibus favet *Pſalm. 44. v. 1.* Vates Regius pſalm. 44. v. 1. *Eructavit cor meum verbum bonum* Quem locum Patres ibi communiter exponunt de generatione æternâ cum S. Cypriano lib. 2. contra Judæos, & innuere voluit Apoſtolus ad Hæbræos cap. 1. ubi ex illo loco probat Chriſti divinitatem. Per vineam accipitur Eccleſia à Chriſto fundata: undè paſſim vocatur Eccleſia *Cant. 8* Chriſti juxta illud Cant. cap. 8. v. 11. *Vinea fuit pacifico.* Et v. 12. *Vinea mea coram me eſt.* Iſaiæ cap. 5. v. 1. *Vinea facta eſt dilecto meo.* Et Matth. cap. 21. v. 33. *Homo erat Pater-familias qui plantavit vineam.* Et pſalm. 79. v. 9. *Vineam de Ægypto tranſtulisti.* *Jacobus à Valen.* Jacobus à Valentiâ in hæc verba. *O Domine Jeſu-Chriſte tu tranſtuliſti quondam vineam, ideſt illum populum Iſrael de Ægypto, & ejeciſti gentes de terrâ promiſſionis, & plantaſti eam. Si vineam tuam, & ibidem collocaſti, ita pariter tu tranſtuliſti, & traxiſti vineam tuam, ideſt religionem Chriſtianam de tenebris peccatorum, & ejeciſti idolatriam, & plantaſti in populo gentili doctrinam Evangelicam.* Etiam per vineam accipiendam eſſe Eccleſiã docent Philo Carpathius, Beda, Anſelmus in cap. 8. cant. S. Ambroſius in pſalm. 118. ſerm. 22. v. 8. Maldonatus & alii in caput 21. Matthæi Cornelius ibidem, & in cap. 8. cant. Idem Chriſtus, qui fundator, & plantator eſt vineæ, ejuſdem eſt fundamentum. *Fundamentum enim* (inquit Apoſtolus; Corinth. 13. *nemo poteſt aliud ponere, præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus.* Quaſi diceret non fundavit Eccleſiam ſuper Arenam ſeu philoſophorum, mundanæque Monarchiæ vanitatem, ſed ſuper illam petram pinguiſſimam ac ſaxum duriſſimum, de quo emanat oleum Cœleſtis unctionis, mel divini eloquii, de quo emanat oleum ſeu mel divinæ gratiæ *Deuter. c. 32.* Deuteron. cap. 32. Oleum Cœleſtis unctionis, mel divini eloquii, de quo *Pſal. 118.* pſalmo 118. *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper melori meo.* Si in vineâ umbraculum eſt, Eccleſia ſuum etiam habet, quod cunctis adverſariis timorem incutit. Illud umbraculum eſt Crux Chriſti, quam fugiunt partes adverſæ, ſub cujus umbrâ Eccleſia variis perſecutionibus agitata cum Eliâ lib. 3. *l. 3. Reg. cap. 19.* Reg. c. 19. requieſcit. Si in umbraculo eſt Tugurium, ſacroſanctum Eccleſiæ Tugurium ſub quo hujus vineæ vinitor requieſcit, eſt Caro D. N. Jesu-Chriſti, ſub quâ divinitas ipſa latet & moratur Matth. cap. 28. *Ego vobiſcum ſum* (inquit Chriſtus) *uſque ad conſummationem ſæculi.* Nec eam unquam deſtituet ſicut olim deſerta eſt ſynagoga, velut umbraculum in vineâ fructibus decuſſis & tugurium in cucumerario cucumeribus collectis. At Eccleſiam Chriſtus ita fovet, ita conſervat, ut illa in omni opere bono fructificet & & in ſcientiâ Dei ad Coloſſ. cap. 8. creſcat uſque in finem.

Hanc vineam (ut olim Rex Achab à Naboth Iſraëlitâ) dæmon princeps mundi extorquere conatur lib. 3. Reg. cap. 21. ut illam in hortum olerum ideſt deliciarum honorum, & idolorum tranſmutet; cum hoc diſcrimine quod Achab non valens jure auferre vineam Naboth, vi & injuriâ abſtulit, & effuſo ſanguine ipſius Nabuthe ſibi comparavit: XXXIII *l. 3. Reg. cap. 21.*

comparavit: dæmon verò nec jure, nec vi, nec injuriâ, nec blanditiis Eccleſiam Chriſti uſurpare poteſt. Ideſt nec per ſæculi voluptates, nec ullas mundi & inferni machinas abſtrahere Chriſto ſuo vinitore ac conditore. Quod ſi vineæ ſepibus muniuntur, pro ſepimento vineæ Eccleſiaſticæ Chriſtus Evangelium ſeu Verbum divinum ſubminiſtravit. Quod Apoſtolus gladium vocat, ſive romphæam vibratilem, & flammeam. Dicitur gladius, quia gladii eſt dividere & occidere. Si flammæ eſt lucere, ardere, urere, & incendere; verbum Dei efficacius ſecat omni gladio ancipiti. *Non veni* (inquit Chriſtus) *pacem mittere, ſed gladium.* Matth. c. 10. *Veni enim ſeparare hominem à Patre ſuo. &c.* Quis ſeparavit regnum Diaboli? quis ejus tyrannidem excuſſit? nonnè gladius verbi divini? non tantùm filios à parentibus, cognatos & conſanguineos ſeparavit verbum divinum, ſed etiam) quod omnium potentiſsimum eſt) uſque ad diviſionem animæ atque ſpiritus pertingit, compagum quoque & medullarum. Hebr. c. 4. Nam Elias, Eliſeus, S. Antonius, S. Ignatius, & innumeri alii per verbum Dei viventes in carne carnem neſcierunt, ſed omnes ejus affectus ſuppreſſerunt. Verbū Dei non tantùm hanc ſectionem exerceet ſuâ induſtriâ omnem anathomiam ſuperante, ſed etiam illi ſectioni ignem adiicit Lucæ cap. 11. *Ignem veni mittere in terram, quid volo niſi ut ardeat.* Ignem (inquam) ſcilicet Verbi Dei, juxta illud Lucæ cap. ultimo. *Nonne cor noſtrum* (inquiunt Peregrini) *ardens erat in nobis, cùm aperiret nobis ſcripturas.* Et Eccleſiaſtici cap. 48. v. 1. de Eliâ. *Surrexit Elias quaſi ignis, & verbum ipſius ſicut facula ardebat.* Igitur Verbum Dei mentem illuminat, & vitia noſtra reſecat, ut gladius mentem excoquit, & depurat ab omni macula culpæ, ut de Patriarcha Joſeph Vates Regius. *Eloquium Domini inflammavit eum: miſit Rex*, ſcilicet Pharao, & dimiſit illum à carcere, in quem conjectus fuerat. Tam acutus eſt ille gladius, tam activus ille ignis, ut nullæ Diabolicæ vires illum hebetare queant, nulla aqua iniquitatis extinguere. *Qui bibunt tanquam aquam iniquitatē*, ſupereffuſa extinguere queat. Sed & aquarum vim hujus flammeæ romphææ acies ſuperabit, & glacie concreta corda liquefaciet. Ubi ſunt illi Principes ſæculi, ubi Philoſophi, ubi hæretici, Schiſmatici, qui eam callidè enervare ſtuduerunt? alii ſuis perſecutionibus, alii ſchiſmatibus, alii pravis dogmatibus, alii pervicaciis ſuis, variiſque ſtratagematibus: portæ illæ inferi adverſus eam prævalere non potuerunt, nec ejus ſepes arietare. Nam ſecundùm ſanctum Joannem 1. cap. 5. v. 4. *Eſt victoria quæ vincit mundum fides noſtra.* OEcumenius. *Omnem fides perfidiam vicit, atque ejecit, ita ut neque Judæus, neque Hæreticus quampiam vim adverſus eam habeat.* Non tantùm Hæreticos, ſed etiam inviſibiles poteſtates ſuperat; quæ omnia ſanctus Joannes ſub nomine mundi comprehendit. Sanctus Chryſoſtomus in Matthæum per ſepem intelligit Angelorum cuſtodiam. *Quid eſt ſeps, niſi Angeli in circuitu cuſtodientes populum Dei, nè in vineam Domini inviſibiles latrones irrumpant.* Angelos enim præeſſe hominibus & ipſe Apoſtolus dicit.

Matth. 10. v. 34

Luc. 11. v. 49.

Luc 42. v. 23.

Eccleſ. c. 48. v. 1.

Joann. c. 5. v. 4.

Non tantùm ſepimentum ad ſui conſervationem Eccleſia habet, ſed etiam turrim. Turris toti vineæ ſupereminet, ſic Pontifex & Prælati præfulgent non tantùm dignitate, ſed etiam juriſdictione. Hi omnes cùm in Concilio convenerunt, eminùs hoſtes & vineæ graſſatores ſpeculantur, ibique arma univerſa parant, quæ (bello ingruente ad incurſus & verſutias diaboli, & ejus miniſtrorum ſuperandas ſunt neceſſaria) ſubminiſtrat, nè fideles opprimant, ac vineam electam depopulentur. Horum ſpeculatorum meminit Deus Ezechielis cap. 3. v. 17. dum unicuique illorum, ait *Fili hominis ſpecularem dedi te domui Iſrael, & audies de ore meo verbum meum, & annunciabis eis ex me.* Septuaginta. *Inſpectorem.* Chaldæus. *Doctorem.* Undè Cornelius animadvertit quod nomen *Epiſcopus*, idem eſt ac ſuperintendens, ſive ſuperſpeculans. Hinc ſanctus Gregorius homil. 11. ait: *Speculator in mentis altitudine ſedeat, atque vocabulum nominis ex virtute actionis trahat.* XXXIV.

Ezechiel

Gregor.

In alto debet ſtare per vitam, ut poſſit prodeſſe per providentiam. Scilicet proſpiciendo nè hoſtes furtim & callidè ſuperveniant, ac colonos comprehendant, & vineam depopulentur. Et ante illum ſanctus Clemens libr. 2. Conſtitut. Apoſtol. cap. 6. ex doctrinâ S. Petri & Apoſtolorum, ſic ſtatuit. *Vos Epiſcopos ſpeculatores populi eſſe oportet, quod vos quoque ſpeculatorem habeatis Chriſtum: & vos igitur eſtote boni ſpeculatores populi Dei: ait enim Dominus, unicuique noſtrum per Ezechielem; filii hominis ſpeculatorem dedi te omni Iſraël &c.* Origenes homil. 7. in Joſuë. *Tu qui in Eccleſiâ præſides Corporis Chriſti es oculus; vide ergo ut omnia circumſpicias, omnia circumluſtres, etiam ventura prævideas: paſtor es, vide oviculas Domini ignaras periculi ferri ad præcipitia, & ad prærupta currere, nec occurris ei? non revocas, non ſaltem voce cohibes, & correptionis clamore deterres? Sic memor es Dominici Sacramenti: cùm ille derelictis nonaginta novem in Cæleſtibus propter unam oviculam, quæ erraverat in terras deſcenderit, & inventam vectaverit humeris ſuis ad Cælum: Nos in nullo prorſus in curandis oviculis magiſtri paſtoris ſequamur exemplum:* Illis melliſluè arridet S. Bernardus in ſententiis. *Paſtorum eſt invigilare ſuper gregem propter tria neceſſaria, videlicet ad diſciplinam, ad cuſtodiam, ad preces: ad diſciplinam propter morum correctionem, nè grex commiſſus propriâ moleſtiâ deficiat: ad cuſtodiam propter diabolicam ſuggeſtionem, nè hoſtili ſeducatur calliditate. Ad preces propter tentationum inſtantiam, nè vincatur à puſillanimitate. In diſciplinâ rigor eſt juſtitiæ. In cuſtodiâ ſpiritus conſilii. In prece affectus compaſſionis.* ad illam diſciplinã, cuſtodiam, & precationem hortatur Apoſtolus, Epiſcopos maximè dum in Cõcilio ſunt congregati, tunc enim acutius circumſpiciunt, non tantùm defectus qui in uno loco, populo irrepſerunt, ſed etiam in totâ Eccleſiâ & eos corrigere & corripere conantur.

Clemens

Origenes

Baron.

XXXV. Act. 20. v. 28.

Act. c. 20. v. 28. *Attendite vobis & univerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit regere Epiſcopos Eccleſiã Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo.* Ait 1°. *Attendite vobis.* Innuens quod in Cõciliis primò agitur de diſciplinâ Eccleſiaſticâ non tantùm Sacerdotum & Clericorum, ſed etiam ipſorum Prælatorum, ut reſideant, vel ut Dionyſius. *Circumſpectè in omnibus vos habete, coram Deo ſollicitè ambulate, omni diligentiâ cor veſtrum in omni puritate ſervate.* Deinde *univerſo gregi*, ideſt toti Eccleſiæ, ut poſtea ipſe explicat, *in quo vos poſuit Spiritus ſanctus Epiſcopos regere Eccleſiam Dei.* Græcus. *Domini & Dei.* Syrus. *Eccleſiam Meſſiæ*, ſivè Chriſti. Eccleſia enim particularis non eſt ſola Eccleſia Meſſiæ, ſed omnes aliæ Eccleſiæ, & potius Romana, cui cæteræ ſubjiciuntur. Attendite (inquit) illius regimini, nè hæreticorum pravis dogmatibus & peccatorũ illecebris illaqueentur. Vel attendite vobis, debitè & diligenter facite quod eſt veſtri muneris: quæ noxia ſunt ſubmovete à grege, & quæ ſunt proficua præſtate. Ad hoc eſtis congregati, ut ſpeculemini, an vites putreſcant, areſcant, ſterileſcant, vel alio defectu ſeu vitio laborent; tunc ſedulam manum admovete, ut ſylveſcentes, ac putreſcentes ramos pravæ doctrinæ reſecetis, hæreticos qui illas vites ſuis dogmatibus inficiunt meritis pœnis afficite. Illis providete Doctores virtute & ſapientiâ conſpicuos, qui vineam Meſſiæ ſalutarium documentorum imbribus irrigent. Quod hæc turris ſeu Concilium univerſale (quod in Eccleſiâ erigitur & celebratur,) multa commoda Eccleſiæ afferat; audi Sponſum Cant cap. 4. v. 4. qui Sponſam ſic affatur. *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex eâ, & omnis armatura fortium.* Sanctus Ambroſius in pſalm. 118. *Condidit illam turrim David, & ſuper murorum ædificavit excelſa, ut ſubſidio pariter, & decori ſit. Subſidio quia hoſtẽ prævidet & expellit, quia non ſolùm inter humilia, ſed etiam ſuper excelſa ſupereminet.* Idem dicendum eſt de Concilio: in eo ſiquidem non tantùm ſplendor Eccleſiæ apparet, ſed etiam omnia ſubſidia ſuppeditantur, omnia ſubminiſtrantur ad proculcandos hoſtes, ita ut de illis meritò dici poſſit illud ſancti Gregorii ibi. *Bene ſicut turris David collum ſanctæ Eccleſia dicitur: quia ſancti Prædicatores*

Dionyſ.

Cantic. 4. v. 4.

Ambroſ.

Gregor.

dicatores procul venientes hostes sanctæ Ecclesiæ speculantur, & fortiter resistunt, si quid in Ecclesiâ lædere conantur, & liberè terrena despicientes cælestia contemplantur. Collum ergò propter hostium speculationem, turres vero dicuntur propter fortitudinem & propter Ecclesiam cælestium gaudiorum contemplationem. Ecce quomodo ab illâ excelsâ turri seu Episcoporum cœtu munimen & custodia Ecclesiæ dependet. In cujus turris suprema parte præsidet Romanus Pontifex qui acutius cæteris speculatur, & qui cæteros dirigit, ut lethaliter fidei hostes, & virtutis feriat. Rectè Palatio in c. 3. Isaiæ.

Palatio *Est autem Romana Sedes hujus turris primarias obtinens partes, Romanusque Pontifex hujus vineæ maximus est speculator, cujus est falsorum dogmatum authores veluti locustas saltantes & uvarum acinos arrodentes à vitibus abigere: cujus etiam est Catholicas traditiones, ut aquas salutares per vineæ hujus vites, quæ sunt Ecclesiæ Iesu-Christi fidelibus derivare, & salubri humore cõbibito non labruscas, ut sylvestres vites sed uvas dulces, & divina mensæ congruas pariant &c.* Undè optimè Cornelius in cap. 4. Cant. notat sponsum dicere. *Collum tuum:* per quod intelligitur *præsertim Pontifex Romanus, Christi Vicarius: qui sicut collum medium est inter caput & membra, illa capiti connectens: atque sicut caput per collum spiritus & vitam in membra influit, cibumque in stomachum trajicit: sic Pontifex medius quasi est inter Christum & cæteros fideles: ac Christus seu caput per Pontificem seu collum suum doctrinam, regimen, robur, & spiritum in fideles derivat, illos Christo connectens. Hoc est quod Christus S. Petro, ejusque successoribus promisit.* Matt.

Matth. 16. v. 18. *Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Et Lucæ cap. 22. v. 32. *Ego rogavi pro te,*

Luc. 22. v. 32. *ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* Et infra. *Invicta ergo fides Ecclesiæ nititur invictâ fide sancti Petri & successorum ejus Rom. Pontificum, qui proindè semper illibati in fide Ortodoxâ à Christo huc usque perstiterunt, atque omnes hæreses Arii, Macedonii, Eutychetis, Pelagii, Priscilliani, Lutheri, Calvini &c. damnarunt & profligarunt, &c.*

§. 13.

Ecclesia Romana stat firma & sancta per Romanum Pontificem.

QVAMVIS per Concilia Generalia causæ fidei & morum dirimantur, Ecclesiæque res magis stabiliantur: nihilominus nullum Concilium ad hunc finem est simpliciter necessarium. Esto (ex infra dicendis) Pontifex priusquam controversias fidei definiat, consulere soleat viros doctos & peritos; non tenetur tamen eos in unum cogere: sed potest rem privatim illis examinandam committere: Et postea visis & perpensis eorum sententiis hanc rem totam definire: & talis prævia diligentia sufficit ut Spiritus sanctus non neget Pontifici definienti suam assistentiam. Deindè potest dari casus, in quo Pontifex non posset congregare viros doctos, & tamẽ urgeret necessitas aliquid declarandi de fide. Huic necessitati non posset succurrere nisi per privatã consultationem singulorum, ut nuper factum est ab Innocentio X. & Alexandro VII. damnantibus quinque propositiones Jansenii Iprensis ex quibus sequitur ad decidendas controversias fidei, & ad rectam Ecclesiæ gubernationem ejusque firmitudinem Concilium Generale, vel Provinciale non esse simpliciter necessarium. Nec ex verbis Matthæi cap. 18. v. 20. *Ubi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Patenter sequitur necessitas Concilii, ut Christus suam assistentiam in rebus fidei præstet: sed hæc verba tantum suam pollicentur assistentiam iis, qui Christi nomine congregantur, sive sint in eodem loco, sive non. Licet enim non sint simul loco & corpore, sufficit quòd sint simul animâ & spiritu auctoritate Pontificis, qui (ut Christi Vicarius) eos consulendo censetur congregare ad examinandam eandem veritatẽ. Præterea quòd Ecclesiam magis fulciat Pontifex, quàm cõcilium, patet ex dicẽdis agendo de Romano Pontifice. Si enim solius est Põtificis

I.

congregare Concilia, & illis præsidere; nec Cōcilium potest aliquod fidei dogma decidere, ac sanctum & ineffabile proclamare absque Pontificis Romani confirmatione ex supradictis. Item si Pontifex Romanus est magis infallibilis, quàm quivis alii Doctores & interpretes, imò extra Concilium in decretis fidei & morum errare nequit, & consequenter absque Concilio potest Ecclesiam firmare & quorumcumque hæreticorum irruentes in ipsam, fluctus sedare; sanè rectè sequitur Sedem Apostolicam esse maximum Romanæ Ecclesiæ fulcrum. Quod (ut Concilium Generale robur & fulcimentum inexpugnabile Ecclesiæ militanti conferat) Romanæ Sedis confirmatio accedere debeat, clarè innuunt Patres Concilii Ephesini apud Vincentium Lirinensem qui obiit Theodosio & Valentiniano regnantibus. Hîc cap. 43. Commentarii primi hæc nomine Patrum istius celeberrimi cœtus scribit. *Adjecimus geminam Apostolicæ Sedis auctoritatem. Vnam scilicet sancti Papæ Xisti, qui nunc Romanam Ecclesiam venerandus illustrat: alteram prædecessoris sui beatæ memoriæ Papæ Cœlestini: quam hic quoque interponere necessarium judicavimus.* Non dicit congruum, sed *necessarium*. Quæ verba denotant à Concilio non confirmato auctoritate Apostolicâ vix ullam firmitudinem Ecclesiæ posse communicari. Consequenter refert verba Xisti epist. quam de causâ Nestorii misit Episcopo Antiocheno. *Ergò* (inquit) *quia sicut ait Apostolus fides una est, quæ evidenter obtinuit dicenda credamus, & tenenda credamus. Tandem illa tenenda & credenda prosequitur. Nihil ultra* (inquit) *liceat novitati, quia nihil addi convenit vetustati. Perspicua majorum fides & credulitas nullâ cœni permixtione turbetur omninò Apostolicè: ut majorum credulitatē perspicuitatis lumine ornaret. Novitias verò prophanitates cœni permixtione describeret.* Quibus postquàm subjecit verba Cœlestini Papæ, concludit. *Quibus Apostolicis, Catholicisque decretis quisquis refragatur, insultet primum omnium necesse est memoriæ S. Cœlestini, qui statuit ut definiret incessere novitas vetustatem. Deindè definita sancti Xisti, qui censuit nè ultra quidquam liceat novitati, quia nihil addi convenit vetustati.* His verbis *Apostolicis decretis.* Item *definita sancti Xisti &c.* docent quod auctoritas Apostolica non tantùm proponat, sed etiam decernat & definiat mysteria fidei ut credenda: quod Christus pollicitus est Matthæi cap. 16. v. 18. *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Idest super confessionem, quam Petrus fecerat de divinitate Christi. Undè asserit S. Augustinus lib. contra epist. fundamenti c. 5. *Ego Evangelio non crederem, nisi me auctoritas Ecclesiæ commoveret.* Quibus subdit. *Est ratio, propter quam nos recipimus quatuor Evangelia; quia Ecclesia illa recipit; & propter quam nos rejicimus Evangelium Bartholomæi, & Nazareorum quia Ecclesia illa rejicit.* Scilicet per Apostolicam decisionem. Sic etiam intelligendus est D. Thomas 2. 2. q. 5. a. 3. in corpore dicens, quod formale objectum fidei est veritas prima, secundùm quòd manifestatur in sacris scripturis & doctrinâ Ecclesiæ; id est Sedis Romanę. Sic censuram & damnationem quinque propositionum Jansenii factā ab Innocentio X. vocamus doctrinā Ecclesiæ, quia est caput illius. Accipe hujus censuræ Innocentianæ verba. *Nos, qui inter multiplices curas, quæ animum nostrum assiduè pulsant, illa in primis cordi est, ut Ecclesia Dei nobis ex alto commissa purgatis pravarum opinionum erroribus tutè militare, & tanquam navis in tranquillo mari sedatis omnium tempestatum fluctibus ac procellis, secure navigare, & ad optatum salutis portum pervenire possit.* Quibus verbis innuit à suâ sollicitudine & potestate dependere tutam ac securam navigationem & fortunatam victoriam inter tot persecutionum, ac hęreseon & procellas & pugnas. Nec refert, quod idem Pontifex subjiciat. *Pro rei gravitate coram aliquibus S. R. E. Cardinalibus, ad id specialiter sæpius congregatis à pluribus in sacrâ Theologia magistris easdem quinque propositiones, uti supra oblatas fecimus sigillatim examinari, eorumque suffragia tum voce, tum scripto relata maturè consideravimus, eosdemque magistros variis coram nobis actis congregationibus prolixè super eosdem, ac super earum qualibet differentes audivimus.* Ex hoc prævio Consilio, inquisitione ac

Vincent. Lirinen.

Matth. c. 17. v. 18. August. S. Thom.

Doctorum

Doctorum diſputatione non ſequitur Pontificem Romanum non eſſe petram, & fulcrum Eccleſiæ, ſeu eum poſſe errare in proponendis, ac definiendis cauſis, ac rebus fidei, ſive fecerit diligentem inquiſitionem, ſive non. Infallibilitas enim, ſeu poteſtas firmandi Eccleſiam, & ſanctiones Apoſtolicas condendi non prærequirit diligentiam ut conditionem neceſſariam. Quippè abſolutè ac generatim nobis credendum eſt id, quod Pontifex Romanus proponit credendum à totâ Eccleſia, cum voluntate obligandi ad illud credendum; hoc enim eſt propriè docere, aliquid ex Cathedrâ Petri, & illud definire, ut ſummum Pontificem. Nam Deus qui contulit talem poteſtatem Sedi Apoſtolicæ permittere non poteſt, ut ex negligentiâ inquirendæ veritatis Pōtifex definiat aliquid falsò; alioquin cùm non conſtaret an præmiſſum foret debitum examen, poſſemus prudenter dubitare de infallibilitate Decreti, ſicque redderetur inutilis & vana definitio Sedis Apoſtolicæ. Licet autem ſit certum Deum permittere non poſſe, ut Pontifex aliquid falsò definiat ex negligentiâ, poteſt tamen eſſe difficultas. Undè hoc proveniat? an quia Deus nequit permittere ut perveniatur ad definitionem dogmatis fidei abſque diligente examine? an autem poſſet permittere ut perveniatur ſine tali diligentiâ ad definitionem, non tamen ut talis definitio aliquid falſitatis contineat? Valentia diſput. 1. exiſtimat priorem modum eſſe probabiliorem. Ratio eſt, quia Deus, qui pro conſervando communi rerum curſu ſtatuit, ut homines alios docerent, ob eundē finem credibile eſt, quod regat ita mentē & linguam Pōtificis, ut in materiâ fidei ſemper ſcopum veritatis attingat juxta illud Lucæ cap. 22. v. 32 ubi Chriſtus ita affatur Petrum ut Principem Apoſtolorum & Eccleſiæ Caput. *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* Quod privilegium (inquit) Cornelius fuit commune Petro cum omnibus ejus ſucceſſoribus ſive doctis, ſive non, ut ſcilicet ipſe, & cæteri Romani Pontifices (Romæ enim Chriſto ita volente Petrus Sedem Pontificiam ſtatuit & ſtabilivit) nunquam à fide deficerent, nec in Eccleſiâ docerent hæreſim, vel aliquem errorem, qui ſit contra fidem. Idem cenſet Bellarminus lib. de Rom. Pontifice, poſt S. Leonem ſerm. 2. de Natali SS. Petri & Pauli, Lucium, Fœlicem, Agathonem, Nicolaum, Leonem IX. Innocentium III. S. Cyprianum lib. 1 epiſt. Epiſt 3. ad Cornelium, S. Bernardum & alios apud eundem Bellarminum.

Luc. c. 22. v. 32 Cornel.

In ejuſmodi veritate ſcrutandâ voluit Deus, ut ſervetur humana conſuetudo, ut ſcilicet ad perveniendum ad definitionem infallibilem præcedat idoneum rerum examen. Adde quacumque ratione & viâ Deus decreverit regere Pontificem definientem, ac decernentem obligari præmittere idoneam diligentiam, nè temerè definiat; hoc enim refunderetur in injuriam Dei loquentis per tale organum, non quidem per antecedentem Dei locutionem ſicut fit in ſcriptoribus Canonicis, ſed per regimen & directionem, ſeu aſſiſtentiam Spiritus ſancti, qui eſt Spiritus veritatis, ut innuit Innocentius X. in Conſtitutione citatâ. *Nos ſollicitè imploratâ Spiritus ſancti aſſiſtentiâ tandem divino Numine favente ad infraſcriptam devenimus declarationem, & definitionem.* Deus enim vult, ut homines faciant quantum in ſe eſt ad veritatem inveſtigandam. Nam cùm Pontifex nova fidei dogmata non proponat, ſed jam propoſita, latentia tamen in lucem edat, debet pro ſubjectâ materiâ diligentiam adhibere & precibus divinum auxilium imploraré, quemadmodum ſe præſtitiſſe teſtatur Innocentius X. *Cùm autem ab initio hujus diſcuſſionis ad divinum implorandum auxilium multorum Chriſti fidelium preces tum privatim, tum publicè indixerimus, poſtmodùm iterùm eiſdem ferventius, &c.* Si tamen de facto definitionē aggrediatur omiſsâ debitâ diligentiâ, precibus, &c. adhuc infallibiliter definiet verum dogma fidei ut dictū eſt, quia Deus tuetur ſuam Eccleſiam, & ab errore eximit, impediendo nè Pontifex definiat, vel ſi definiat, ut verum declaret; ſic enim promiſit Chriſtus apud Lucam citatum Petro & ſucceſſoribus, quæ promiſſio eſt abſoluta & abſtrahens à diligentiâ,

II.

& constituit sedem & Ecclesiam Romanam ita firmam & sanctam, ut à fide deficere nequeat. Undè meritò Elias nuncupari potest: Elias enim secundùm Isidorum lib. 7. Orig. cap. 8. idem est quod fortis Dominus. *Vel propterea* (inquit) *quod interfecit eosdem Sacerdotes, vel propterea quod Achab adversitatem toleravit.* Idest cum inconcussâ animi fortitudine non tantùm errores quos Baalitæ sparserant damnavit, sed etiam ultimo supplicio eos affici jussit, ipsumque Achabum & Jezabelem non reformidavit. Sic Pontifex Romanus qualiscumque sit zelo, & spiritu fortitudinis ex divinâ ordinatione instructus est, ut quibuscumque fidei hostibus se opponat, eorumque errores convellat.

III. Hujus fortitudinis & firmitatis vaticinium extat Amos c. 7. v. 8. *Et dixit Dominus, ecce ego ponam trullam in medio populi mei Israël.* Syrus, Septuaginta, & Symmachus pro *trullam* ex Heb. *Anach* vertunt *Adamantem* dicunt enim: *Ecce ego impono adamantem in medio populi mei Israël.* Quid per murum & adamantem intelligit S. Hieronymus ibi ex Xenocrate. *Adamas* (inquit) *sui nominis lapis est, quem nos indomitum possumus appellare, eò quod nulli cedat materiæ, ne ferro quidem: nam si ponatur super incudem, & gravi ictu feriatur mallei, antea incus & malleis vulnus accipiunt, quam adamas conteratur. Cùm ignis omnia domet, & universa metalla consumat, reddit adamantem duriorem ut ne parvulum quidem angulum vis nimii ardoris obtundat &c.* Et post varias proprietates adamantis relatas, docet Christum fuisse verum adamantem & omnibus Apostolis quasi adamantem muro adamantino idest Ecclesiæ inexpugnabili invigilare. *Hic stat super murum adamantinum, idest super Sanctos & Apostolos; quibus donavit, ut & ipsi adamantes vocarentur, & à nullo separati dicerent. Quis nos separabit à charitate Christi?* Quod autē adamantis virtus Petro & ejus successoribus propriè conveniat, accipe ejus mentem ibi. *Petrus quoque, qui erat fortissimus adamas portæ inferorum non prævaluerunt adversus eum &c.* Idest nec tyrannorum, nec barbarorum, nec infidelium, nec hæreticorum, nec schismaticorum quotidianis infestationibus concutiatur. *Ponit ergo Dominus adamantem in medio populi sui Israël &c. Ut omnia hæreticorum mysteria, domumque Ieroboam qui primus populum Dei separavit percutiat gladio, atque subvertat.* Eidem subscribens Viegas in cap. 12. apoc. com. 1. sect. 2. ait murum adamantinum esse Ecclesiam quæ nullâ potentiâ frangi potest; quia Petrus seu ejus successor quasi adamas illi præest. Unde Cornelius in cap. 7. Amos notat Pontifices Romanos, hâc de causâ gestare Crucem ex adamante. In veteri lege Summus Pontifex erat infallibilis & adamantinus, itaut partes litigantes ad eum in superiori Concilio præsidem recurrerent ab eo accepturi judicii veritatem. Deuter. cap. 17. v. 9. Scilicet infallibilem, ut patet ex mandato divino. Deuter. cap. 17. v. 12. Ubi Deus mandabat omnibus sub pœnâ mortis, ut acquiescerent sententiæ Pontificis. Certum autem est non mandasse, ut acquiescerent falsæ sententiæ. Igitur sententia judicis præsertim in materiâ fidei & religionis debuit esse vera, infallibilis ex singulari assistentiâ Dei. Alioqui populus nunquam fuisset securus, & semper ignorasset quid credere deberet.

IV. Lutherani conantur probare variis exemplis olim Pontificem, sæpè etiam cum Cōcilio errasse in materiâ religionis. Exod. c. 32. v. 4. & Aaron Pontifex fuit auctor idololatriæ, quando exhibuit populo vitulum aureum adorandum. *Fecit ex eis vitulum conflatilem & ædificavit altare coram eo, & præconis voce clamavit, dicens: Cras solemnitas Dñi est.* Et lib. 4. Reg. c. 16. v. 10. Achaz exstruxit novū altare in templo ad formam altaris Damasceni, & in eo sacrificia obtulit contra præceptum Domini. Cornelius & alii ferunt non tantùm mutatum fuisse altare Damasci in formâ, materiâ & arte relinquendo altare Salomonis, sed etiam in cultu colendo idola, ut iniret gratiam Teglatphalasar, & placeret Regi Achaz qui ex lib. 2. Paralip. cap. 28. v. 19. & 28. erat impiissimus, contemptor Dei, ejus cultus, altaris & templi. Item Isaias cap. 56. v. 10. Differens de regimine populi fidelis.

Exod. c. 31. v. 4.

l. 2. Par. c. 28. v. 19. & 22

Isaiæ c. 56. v. 10

fidelis. *Speculatores ejus* (inquit) *cæci omnes, neſcierunt univerſi, canes muti, non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes ſomnia.* Inſuper Jeremias cap. 6. v. 13. ait : *A Propheta uſque ad Sacerdotem, omnes loquebantur mendacium.* Idem cap. 26. v. 10. fuit publico decreto omnium Sacerdotum & Prophetarum damnatus ad mortem propter verbũ Dñi. *Audierunt Principes Juda verba hæc, & aſcenderunt de domo Regis in domum Domini, & ſederunt in introitu portæ domus Domini novæ. Et locuti ſunt Sacerdotes & Prophetæ, & ad omnem populum dicentes : judicium mortis eſt viro huic : quia prophetavit adverſus civitatem iſtam ſicut audiſtis auribus veſtris &c.* Denique quia Chriſtus à Pontificibus, Scribis, & ſenioribus populi morti adjudicatus eſt in publico Concilio.

Jerem. c. 6. v. 13.

V. His omnibus facilis eſt reſponſio 1. Aaron non fuiſſe Pontificem quando vitulus ex auro confectus eſt nec fuiſſe auctorem idololatriæ. Non fuiſſe tunc Pontificẽ, ſed à Moyſe conſecratũ fuiſſe in Pontificem anno ſecundo egreſſionis ex Ægypto primâ die menſis primi, patet quia vitulus aureus fuit conflatus, cùm Moyſes eſſet in Monte Sinâ cum Deo, & acciperet ab eo tabulas lapideas juberetúrque conſtruere tabernaculum per Beſeleël filium Uri. Quod etiam populus, non verò Aaron fuerit auctor idololatriæ, patet Exodi cap. 32. v. 1. *Videns populus, quòd moram faceret deſcendendi de Monte Moyſes, congregatus adverſus Aaron, dixit: ſurge, fac nobis Deos, qui nos præcedant.* 2. Non erravit Urias ut Judex & Præſes Concilii in dirimendis legalibus controverſiis; ſed erravit in facto extra Concilium cupiens parere mandato Regis Achaz, quod non inficiamur; undè cùm quæſtio ſit tantùm an ſententia publicè ferenda circa legales cõtroverſias Pontifex potuerit errare vel ſententiam falſam dicere, hoc exemplum nihil ad rem. Nec Iſaias per ſpeculatores ſui temporis quos cœcos vocat intelligit Pontifices, ſed Scribas & Phariſæos coætaneos Chriſto & Apoſtolis, ut interpretatur Cornelius; ſeu quando à Tito & Veſpaſiano Auguſtis vaſtanda erat Jeruſalem, ut vult S. Hieronymus: itaut ſenſus ſit. Ego (inquit Dominus Deus) poſt captivitatem Babylonicã (quæ Judæos diſperget,) iterùm illos cõgregabo in Jeruſalẽ, ſcilicet ſub Cyro Perſarum Rege lib. 1. Eſdræ cap. 1. Poſtea illis Gentiles aggregabo: quod contigit tempore Chriſti, & Apoſtolorum, quando Evangelicam lucem ſuſceperunt, & ex populo Hæbræo & Gentili Eccleſia compoſita eſt, & poſtea Civitas Jeruſalem à Romanis (qui ob infidelitatem vocantur à Prophetâ beſtiæ agri, voraces) deſtructa eſt: quia ſpeculatores ejus, ideſt Scribæ, & Phariſæi hanc pœnã ſubierunt. Primò ob ſuam cœcitatem & infidelitatem: ipſi enim nolunt Chriſtum ut Meſſiam agnoſcere. *Cæci ſunt, & Duces cæcorum.* Et cap. 23. v. 13. *Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ, qui claditis Regnum Cœlorum ante homines &c.* Deindè quia erant canes muti non valentes latrare; ideſt paſtores ignari, non defendentes ſibi commiſſum gregem, nec ſubditorum vitia corripientes. Ex quibus patet oraculum Iſaiæ non obeſſe noſtræ concluſioni ſcilicet Pontificem, in veteri lege errare non potuiſſe in definiendis controverſis legalibus.

VI. Multò minùs Vaticinium Jeremiæ favet Lutheranis: quia non loquitur de errore, vel mendacio Pontificis in decidendis controverſiis legalibus; ſed de dolo ſeu mendacio Sacerdotum & Prophetarum futura prædicantium: nam cùm Jeremias, & alii Prophetæ à Deo miſſi prænunciarent populum ob ſcelera ſua plectendum, & in captivitatem ducendum; Sacerdotes & Prophetæ populo adulabantur & omnia proſpera prophetabant, ſic illum miſerè decipientes, ut lib. 3. Reg. cap. 22. Achab Regi eunti ad bellum Pſeudo-Prophetæ Baal prædicunt victoriam, licet Michæas Propheta Domini ejus exitium prænunciaret. Undè hæretici nihil aliud inferre poſſunt, niſi quod in veteri lege Prophetæ futura prædicentes mentiebantur; non autem Pontifex in decidendis legalibus controverſiis. Nec ad præſentem difficultatem pertinet publica condemnatio Jeremiæ ad mortem per Sacerdotes & Prophetas: licet enim in hoc facto Prophetæ & Sacerdotes peccarint, non tamen in dicendâ

dicendâ aliquâ controverſiâ errarunt, ſed tantum quod improbabant oraculum Jeremiæ de inſtante deſtructione Jeruſalem. Deindè Jeremias non fuit capite damnatus à ſolis Sacerdotibus & Prophetis, ſed etiam à populo, ut patet ex textu: nec illa damnatio, ſeu decretum mortis latum eſt legitimè & judicialiter in Concilio ſeu Synedrio, in quo controverſiæ legales decidebantur; ſed in cõcurſu tumultuario populi ut notat S. Hieronymus, & patet ex facto. Cum enim Principes audiſſent vulgum tumultuantem & conſpirantem contra Jeremiam acceſſerunt ad portam templi (ubi excitabatur ſeditio) & Jeremiam à decreto mortis liberaverunt, quod præſtare facile non potuiſſent ſi decretum mortis fuiſſet pronunciatum præſente, & præſidente Pontifice. Nec refert, quod Chriſtus fuerit damnatus ad mortem in Concilio per Caypham Pontificem. Tunc enim agonizabat ſynagoga, caruitque infallibili Dei aſſiſtentiâ, repudiata eſt cum ſuis cæremoniis & ſacrificiis, & in ejus locum Eccleſia Chriſti ſucceſſit. Lex enim Moſayca abrogata eſt in morte Chriſti ut docet D. Thomas 1. 2. q. 103. a. 3. ad 2. Prophetia de Chriſto & ejus reſurrectione expiravit quando impleta eſt res prænunciata. Sacrificia etiam legalia in quibus mactabantur animalia, quæ erant umbræ cruenti ſacrificii crucis ceſſaverunt cum lege Moſaicâ, adveniente ſacrificio Crucis, ſicut apparente ſole evaneſcunt umbræ. Divina item aſſiſtentia ſucceſſivè expiravit, ut patet ex Conciliis, quæ poſt Chriſti ortum celebrata ſunt à Pontifice & Sacerdotibus, ut quando tempore Herodis Magi acceſſerunt Jeroſolymam, quando tempore Lazari reſuſcitati agitatum eſt, quid ſtatuendum eſſet de Chriſto tot miracula faciente: Quando Chriſtus captus eſt, & damnatus eſt à Cayphâ. In primo fuit aſſiſtentia divina integra, in ſecundo diminuta, in tertio omninò ſublata. Ex quibus etiam liquet Synagogam omninò nec in capite, nec in toto corpore tempore S. Eliæ defeciſſe, cùm lib. 3. Reg. c. 19. v. 14. diceret. *Derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam, &c.* Tunc enim duo regna ſpectabant ad Synagogam ſcilicet regnum Juda, in quo erant duæ tribus. Alterum Iſrael, in quo erant decem tribus. In regno Juda aliqui reges fuerunt boni, & veri cultores Dei: ut Aſa, Joſaphat, Azarias, Joathan, Ezechias, Manaſſes, Amon, & alii, non quidem idololatræ, ſed tamen mali. Semper tamen in templo manſit uſus ſacrificiorum Moſaicorum uſque ad captivitatem Babylonicam, ut patet lib. 2. Machab. c. 1. 19. Ubi fit mentio ignis cœlitus à Deo miſſi, quo Sacerdotes utebantur in ſacrificiis quotidianis, Levitici cap. 9. & 10. Hic ergo ignis fuit ſervatus in templo uſque ad captivitatem Babylonicam, & conſequenter ibi Synagoga ſemper ſancta & firma ſtetit. Regnum autem Iſrael ſtatim ab initio ſub rege Jeroboam à verâ fide defecit, cœpitque Idolis immolare. Lib. 3 Reg. c. 12. v. 28. in quo ſtatu permanſit uſque ad captivitatem. Lib 4. Reg. c. 17. v. 22. ſemper tamen aliqui fuerunt in illo regno, qui abſtinebant ab idololatriâ, verumque Deum agnoſcebant etiam tempore Eliæ, ut patet ex reſponſo divino lib. 3. Regum cap. 19. v. 18. *Dereliqui mihi in Iſrael ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt incurvata ante Baal.* Idem legimus de tempore Tobiæ cap. 1. v. 5. *Cùm irent omnes ad vitulos, quos Ierobam fecerat rex Iſrael, hic ſolus fugiebat conſortia omnium: ſed pergebat in Ieruſalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Iſrael.*

l.3.Reg. cap.19. v.14.

l.3.Reg. cap. 12. v.23.

l.4.Reg. cap. 17. v.22.

l.3.Reg. cap. 18. v.18.

Tob.c.1. v.5.

VII. Hæretici contendunt non tantùm ſynagogam parùm firmam & ſanctam non fuiſſe & olim Pontificem à fide defeciſſe; ſed in lege novâ Eccleſiam & Sedem Romanam à verâ fide aberraſſe. Sed in certo hujus poſtremæ defectionis tempore aſſignando non conveniunt. Alii parum curant alii dicunt quoſdam pios viros id notare potuiſſe, non tamen auſos eſſe ob crudelem iſtius Ævi perſecutionem. Alii allegant tempus defectionis caruiſſe hominibus, qui illam defectionis horam ſeu annum ſcriptis mandarent, ſed hæc effugia nulla ſunt. Quod enim Eccleſia & Sedes ſemper firma extiterit ſeu ſancta in doctrinâ fidei, patet, quia nunc eadem myſteria fidei docet quæ olim primis quingentis annis docuit

ſcilicet

ſcilicet neceſſitatem Baptiſmi infantibus, præſentiam Chriſti in Euchariſtiâ, ſacrificium miſſæ, juſtificationem, invocationem ſanctorum, jejunium & ſatisfactionem, traditiones. Habet igitur eandem aſſiſtentiam Spiritus ſancti, ſeu firmitatem. De Baptiſmo neceſſariò cõferendo parvulis docet D. Auguſtinus *Auguſt.* lib. 9. de Animâ & ejus origine lib. 9. *Noli* (inquit) *credere, noli dicere, noli docere infantes antequam baptizentur morte præventos pervenire poſſe ad originalium indulgentiam peccatorum, ſi vis eſſe Catholicus.* Et Epiſt. ad Hieronymũ. *Quiſquis dixerit, quod in Chriſto vivificabuntur etiam parvuli, qui ſine Sacramenti ejus participatione de vitâ exeunt:* Hęreticus totam condemnat Eccleſiam & ſpecialiter quod Baptiſmus tollat peccatum originale, accipe ejuſdẽ Doctoris verba Concione in pſalm. 115. *Sicut Ægyptios in mari obrutos, ita in Baptiſmo delicta noſtra demerſa, & extincta Luce clarius intimat Propheta dicens. Projiciet in profundũ maris omnia peccata noſtra.* Veram & realem Corporis & Sanguinis Chriſti in Euchariſtiâ præſentiã, *Cyrillus Ieroſol.* docet S. Cyrillus Jeroſol. Catech. 4. *Cùm Chriſtus* (inquit) *ipſe ſic affirmet & dicat de pane, Hoc eſt Corpus meum, quis deinceps audeat dubitare?* Ibidem. *Sub ſpecie panis datur tibi Corpus, & ſub ſpecie vini datur tibi ſanguis.* Infrà. *Hac pro certiſſimo habent panem hunc, qui videtur à nobis nõ eſſe panem, etiamſi guſtu panem eſſe ſentiat; ſed eſſe corpus Chriſti.* *S. Hilar.* S Hilarius lib. 8. de Trinit. *De veritate carnis & ſanguinis non eſt relictus ambigendi locus.* S. Ambroſius lib. de myſteriis initiandis cap. 9 *Fortè dicas aliud video, quomodo tu mihi aſſeris, quod Chriſti corpus accipiam, & hoc nobis adhuc ſupereſt, ut probemus, &c.* Et lib. 4. de Sacramentis c. 4. *Vbi acceſſerit conſecratio de pane fit caro Chriſti.* Vide alios apud Gualterium in ſuâ Chronologiâ, Bellarminum & alios. Deum per internam gratiam omnes vocare, etiam reprobos vocare ad fidem, & quantùm in ſe eſt eorum ſalutem quærere docuit S. Chry- *Chryſoſt.* ſoſtomus homil. 7. in Jerem. *Illuminat omnem hominem quantùm in ipſo eſt. Si quis autem ſponte ſuâ mentis oculis connitentibus ad hujus lucis radios aciem dirigere noluerit non ex luminis naturâ ſed ex ſuâ malitiâ in tenebris perſtiterũt.* S. Am- *Ambroſ.* broſius Serm. 8. in Pſal. 118. *Sol juſtitiæ omnibus ortus eſt, omnibus venit, omnibus paſſus eſt, omnibus reſurrexit. Si quis autem nõ credit in Chriſtum generali beneficio ipſe ſe fraudat, ut ſi quis clauſis feneſtris radios ſolis occludat.* S. Auguſtinus lib. 1. *Auguſt.* operis imperfecti contra Julianũ. c. 110. *Sinite ergo parvulos inveniri abeo, qui venit quærere quod perierat, alioquin invidetis, quantâcunque loquacitate crudelitatem veſtri boni operis obtegendam eſſe credatis.* Idem S. Auguſtinus lib. de correptione & gratiâ c. 13. *Credendum eſt* (inquit) *quoſdam de filiis perditionis non accepto dono perſeverantiæ uſque in finem in fide, quæ per dilectionem operatur incipere vivere, & aliquando fideliter, ac juſtè vivere, ac poſtea cadere.* Quod etiam opera juſtorum ſint meritoria coram Deo teſtatur ſerm. 162. de tempore. *Deus pro merito fidei atque bonorum operũ dabit ſuis fidelibus regnum cœlorum.* S. Baſilius in *S. Baſil.* initium Proverb. *Omnes qui viâ Evangelicam incedimus mercatores ſumus per opera mandatorum nobis poſſeſſionẽ cõparantes.* Ponderent Hæretici illa verba. *Omnes qui viam evangelicam incedimus, &c.* Iterùm S. Auguſtinus lib. de fide & ope- *Auguſt.* ribus c. 14. docet fidẽ abſque operibus & obſervatione mandatorũ non ſufficere ad ſalutẽ. *Iam illud videamus quòd excutiendum eſt à cordibus religioſis, nè malâ ſecuritate ſalutẽ ſuam perdãt, ſi ad eam obtinendam ſufficere ſolam fidem putaverint.* S. Hieronymus in c. 26. Iſaiæ. *Murus & Hieron.* *ante murale ponetur in ea: nõ enim ſufficit murum bonorũ operũ habere fidei, niſi ipſa fides bonis operibus cõfirmetur.* quid clarius dici poteſt? illis aſtipulatur S. Clemens *Clemens* Alex. lib. 5 ſtromatum. *Gratiâ ſalvamur, Alexan.* *ſed non abſque bonis operibus.* Et ex PP. Græcis S. Chryſoſtomus hom. 3. in Joan. *Chryſoſ.* *Nunquid ſatis eſt ad vitã æternam in filiũ credere? minimè.* S. Gregorius Nazian. *Gregor.* Oratione in S. Lavacrum. *Operare bonũ, Nazian.* *quia fides ſine operibus mortua eſt.* Denique legem Dei non eſſe impoſſibilẽ ex PP. Græcis docuerunt S. Chryſoſtomus hom. 8. de pœnitentiâ. *Nequaquã Dñum accuſet, haud mãdat impoſſibilia.* S. Baſilius *Baſilius.* tom. 1. in orat. *Attende tibi*, poſt initium, *impium eſt aſſerere præcepta Spiritus ſancti impoſſibilia eſſe obſervatu.* Ex Latinis S. *Auguſt.* Auguſtinus lib. 2. de peccatorũ meritis

c.3 *Nec præciperet Deus homini quod eſſet humanæ impoſſibile voluntati.* Idē ſcribit c.6. in fine. Lib de naturâ & gratiâ, c.69. lib. 10. de Geneſi cōtra Manichęos c.3. extremo lib. de gratiâ & libero arbitrio c.4. c.15. c.34. in pſal.56. explicans verba Joannis c.15. de dilectione proximi & ſerm.191. de tempore ſub. finem. S. Hieronymus tom 6. in Matthæum c. 5. *Sciendum eſt* (inquit) *Chriſtum impoſſibilia non præcipere, ſed perfecta.* Idem in expoſitione fidei ad Damasū apud D. Thomam 2. 2. q.44. a 6. *Maledictus qui dicit Deum impoſſibilia præcepiſſe* Quod autē hæc non ſit humana ſententia, ſed divina, accipe verba Concilii Arauſicani 2. de gratiâ & libero arbitrio contra Pelagium celebrati ſub Fœlice Papâ IV. anno 529. & poſtea à Bonifacio II. Papâ confirmati anno 530. c.25. poſt mediū *Hoc etiam ſecundum fidem Catholicā credimus, quod acceptâ per Baptiſmum gratiâ baptizati Chriſto auxiliante, & cooperante, quæ ad ſalutem pertinent, poſſint & debeant (ſi fideliter laborare voluerint) adimplere.* Quam doctrinā Patrum & Eccleſię primitivæ Romana Eccleſia firmiter tenuit & tenebit divinâ S. Spiritus aſſiſtentiâ firmata ac roborata.

Auguſt. *Hieron.* *Concilia Arauſic.*

VIII. Obiter nota S. Spiritus aſſiſtentiam & directionem aliter eſſe in Eccleſia & Romano Pōtifice, & hos sāctos & firmos in fide efficere, ita ut errare & expugnari nequeant; aliter in Patribus aliisq; fidelibus. Patres enim (licet eruditiſſimi & ſubtiliſſimi,) & fideles (quamvis ſanctiſſimi) aſſiſtentiā & directionē S. Spiritus habēt dependenter ab Eccleſiâ, ita ut, quamdiu in eâ manent errare non poſſint, errent verò ſi ab eâ deficiant. Quemadmodum in humano corpore ſingula membra in re ſpiritus vitales, & ſenſitivos (quibus vita conſervatur) habent dependēter à capite & corde. Undè ſi meatus illi, ſeu canales, (per quos fit illa ſpirituum derivatio & diſtributio) interrumpantur & occludantur, reliqua membra neceſſariò deſtituuntur ſpiritibus & nequeunt ſuum officiū exercere. ſi autem aperiantur & pateant, homo omnium membrorū ſuorum uſum habet. Ita in Eccleſiâ ſinguli fideles, (qui ſunt quaſi membra Eccleſiæ, quod eſt Corpus myſticum Chriſti) habent quidem aſſiſtentiam & directionem S. Spiritus, ſed dependenter à Pontifice, qui eſt velut caput Eccleſiæ, & à Conciliis quæ ſunt quaſi cor. Quamdiu igitur ſinguli manent colligati & uniti Eccleſiæ Romanæ, decretis Pontificis & Cōciliorum, participes fiunt aſſiſtentiæ & directionis Spiritus ſancti, nec à verâ fide deflectere poſſint. Si autē diſcedant & diſſentiant pertinaciter à capite, & corde, tunc occludūt ſibi omnes meatus ut aſſiſtentia & directio Spiritus ſancti ad eos nequeat derivari, & ſic veritatē deſerunt, & erroribus ſe innodant cum Ario, Neſtorio, Macedonio, Eutychete, Pelagio, Wiclepho, Luthero, Calvino, & ſexcentis aliis ad quod avertendum hortatur nos Apoſtolus Rom.c.16.v.17. ut ſemper maneamus uniti & conſentientes Doctrinæ Eccleſiæ. *Rogamus vos fratres, ut obſervetis eos, qui offenſiones & offendicula, præter doctrinā, quam vos didiciſtis faciunt, & declinate ab illis.* S. Anſelmus *Fratres, ideſt filii Matris Eccleſiæ.* Et 1. Corinth.c 1. v.10. *Obſecro vos fratres ut idipſum dicatis, & non ſint in vobis ſchiſmata.* Idem S. Anſelmus, ideſt *diviſiones, dum diverſa ſentirent.* Ad Epheſ.c.4 v.3. *Servate unitatem ſpiritus in vinculo pacis, unum corpus & unus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in unâ ſpe vocationis veſtræ. Vna fides, unum baptiſma.* Idē Anſelmus. *Vnum corpus per unitatē fidei, & concordiam, licet diverſis officiis videamini dediti, ſicut diverſa membra corporis &c. Vel ideò ſervare debetis unitatem ſpiritus, quia unū corpus èſt de quo vos eſtis, ideſt Eccleſia, quæ eſt una, & eſt corpus Chriſti. Vnum corpus ſecundùm fidem, & dilectionem & ſacramentorum perceptionē.* Hebr.c.13.v.9. *Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci* S Anſelmus. *Pſeudoprædicatorum diverſis, & à ſe invicē multipliciter differentibus ac diſcordantibus, dum alius alium errorem docet, & alius alium, ſibiq; viciſſim contraria prædicant, & à Catholicâ veritate alienis.* Alia analogia petitur ab ovium grege, Eccleſiæ typo Joannis c 10 Sicut enim grex unus in uno ovili collectus perpetuâ paſtoris aſſiſtentiâ gaudet, furcâ & canibus illum tuente à lupis, ſic Eccleſia fideliū eadem fide & ſpiritu animata divini illius paſtoris jugi aſſiſtentiâ fruitur, juxta illud Joannis cap. 10. v. 14. *Ego ſum Paſtor bonus, & cognoſco oves meas.* Et Matthæi cap. 28. v. 20. *Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem*

Rom. c. 16. v. 17. *1. Cor. c. 1 v. 10.* *S. Anſel.* *Epheſ. c. 4. v. 13.*

tionem

tionem ſæculi. Sicut etiam ſingulæ oves convictæ gregi ſub Paſtoris cuſtodiâ ſunt tutæ à luporum ferociâ, ita fideles uniti Eccleſiæ & ejus doctrinæ ſunt liberæ à periculo erroris & infidelitatis. Denique ſicut oves aberrantes à grege carent protectione paſtoris, ſic fideles recedentes à cõmuni ſenſu & doctrinâ Eccleſiæ carent aſſiſtentiâ Spiritus ſancti & incidunt in errores.

§. 14.

Eccleſiæ ſeu Sectæ Hæreticorum non ſunt ſanctæ ſeu firmæ.

1. PATRES, Interpretes & Hiſtorici de Iezabele diſſerentes nomen impiæ paſſim illi attribuunt. Horum nonnullos producamus, S. Chryſoſtomus ſeu auctor operis imperfecti hom. 1. in Matthæum. *Achab* (inquit) *accipiens ſibi Iezabel filiam Sidonii Regis contra Dei præceptum, impiam nimis multas impietates commiſit in Dominum illa ſe inſtigante* Joſephus lib. 8. antiq. Jud. cap. 13. *Erat* (inquit) *hæc mulierecula audax & temeraria adeòque impotentis inſaniæ, ut non verita ſit templum Belo Deo Tyriorũ exædificare &c.* Suidas verbo Jezabel. *Iezabel Achab Regis uxor mulierecula audax, eò impietatis & furoris prolapſa eſt, ut templum etiam Tyrio & Sydonio Deo extrueret.* Zonaras tom 1. annalium vocat eam *mulierem ferocem & audacem* Idem ſcribit Cedrenus in cõpendio. Ipſe textus ſacer vocat eam maledictam lib. 4. Reg. cap. 9. v. 34. *Ite* (inquit) *& videte maledictam illam.* Jezabelem eſſe typum idololatriæ ſeu hæreſis teſtatur S. Ambroſius in 2. ad Corinth. cap. 10. Ubi veram religionem virgini, falſam autem Jezabeli comparat. *Virgines vult eos eſſe in fide, undè & corruptores fidei Zelatur ab his, ut in die judicii incontaminatos eos aſſignet Iudici Chriſto. Vndè in Apocalypſi Ioannis cap. 14. Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, virgines enim permanſerunt; Hi ſequuntur agnum quocumque ierit. In mulieribus errorem ſignificavit; quia error per mulierem cæpit, ſicut & Iezabel mulierem dicit propter uxorem Achab, quæ Zelo Baal Dei Prophetas occidit, cùm intelligatur idololatria quâ corrumpuntur mores & fidei veritas.* Hinc S. Joannes Apoc. 2. Epiſcopo Thyatiræ ſcribens v. 20. *Habeo* (inquit) *adverſum te pauca quia permittis mulierem Iezabel, quæ ſe dicit Prophetam docere, & ſeducere ſervos meos fornicari & manducare de idolothytis.* Ibi ſub nomine Jezabel Alcazar accipit ſynagogam, ideſt Judæos, qui odio capitali proſequebatur Chriſtum, Apoſtolos & Chriſtianos, ut olim Jezabel proſequebantur Chriſtum Apoſtolos & Chriſtianos, ut olim Jezabel proſequebatur Eliam & ei adhærentes. Judæi enim tam tenaces erant legalium cæremoniarum obſervatores ut in exilium mitterent, vel mactarent eos qui Chriſtianiſmum ampecterentur. Exiſtimat igitur Alcazar ſynagogam per Jezabelẽ denotari, ſicut c. 17. Per Babylonẽ Roma Gentilis figuratur S. Epiphanius hæreſi 51. Cenſet illam Jezabelem eſſe Montani mulieres Priſcillam, Maximillam, & Quintillam docentes Montanum eſſe paracletum, caſtitatem ſimulantes, quia damnabant ſecundas nuptias; docentes tamen fornicari. Rupertus, Primaſius, & Ticonius putant Jezabelem eſſe hæreticos effœminatos & libidini ſervientes. Aretas ait eſſe Nicolaitas propter ſuas libidines, & impietates. Alii apud Dionyſium ferunt in Eccleſiâ hujus Antiſtitis fuiſſe quandam mulierem, quæ vel proprio nomine dicta eſt Jezabel, vel propter parem impietatem cum Jezabel uxore Achab Regis Iſrael: de cujus pravitate lib. 3. Regum habetur: aiuntque nonnulli fuiſſe uxorẽ Epiſcopi Thyatirenſis. Undè Albertus & Aretas poſt verſionẽ Græcã & Regiam legunt: *Permittis uxorem tuam.* Et ita audaciùs dixit ſe prophetiſſam tanquã Antiſtitis, & quidem tam ſancti viri conjugem ideò etiam dixit ſe tanti viri cõjugem, ut dum crederetur divinitus inſpirata faciliùs ejus doctrina ſuſciperetur. Docebat igitur, & more Nicolaitarum inducebat fideles ad carnalem fornicationem, vel ad ſpiritualem, quæ cum dæmonibus perpetratur, dum rebus caducis, magis quam Deo Optimo, Maximo, homo inhæret. Addit Albertus per hanc mulierem, ſeu ejus imitatione & exemplo fuiſſe introductam perfidiam Mahometi, qui etiam finxit ſe eſſe Prophetam. Primaſius, Beda, Rupertus, Pererius, aiunt hanc Jezabelem fuiſſe nobilem

Chryſoſ. *Joſeph.* *Suidas.* *4. Reg. 9. v. 34.* *Ambroſ.* *Apoc. c. 2. v. 20.*

quandam ac potentem mulierem hæreticam, quæ mentiendo se prophetissam, Sectam Nicolaitarum propagavit, docendo licere fornicari, & edere idolothyta quemadmodum Jezabel cultum Baal propagavit. Sic S. Hieronymus epist. ad Ctesiphontem animadvertit omnes hæreses fuisse propagatas per mulieres. *Hieron.* *Simon Magus* (inquit) *hæresem condidit adjutus auxilio Helenæ meretricis. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum conditor choros duxit fœminarum. Marcion quoque Romam præmisit mulierem ad majorem Lasciviam, Apelles Philemonem comitem habuit. Montanus Priscam & Maximillam primùm auro corrupit, deindè hæresi polluit. Arius ut orbem deciperet, sororem Principis ante decepit. Donatus Lucillæ opibus adjutus Elpidium cæcum, Agape cæca docuit. Priscilliano juncta fuit Galla non gente sed nomine.* Viegas & Pererius per Iezabelem fornicariam non corporalem sed spiritualem accipiunt, scilicet idololatriam, seu hæresim, quibus favet S. Ambrosius. *Ambros.* *Hæc mulier, quæ Iezabel impiissimæ comparatur, ideò se Prophetem mendaciter affirmat, ut facilius sub religionis nomine falsam doctrinam in populum Dei introduceret. Et sicut Iezabel populum Dei culturam Dei deserere, & idola venerari, ita hæc populum Dei à culturâ Dei, ideſt à fide rectâ conabatur per pravam doctrinam separare. Fornicatur enim anima quæcumque à Deo creatore recedit.* Quibus verbis innuit fornicationem seu Jezabelem esse symbolum idololatriæ & hæreseos, seu idololatræ & hæretici.

II. Quod autem hæresis non sit sancta, sed impia & iniqua patet ex D. Ambrosio in 2. Corinth. cap. 10. citato. Quia per eam *corrumpuntur mores & fidei veritas:* seu edit doctrinam sanctitati repugnantem ut Deum esse auctorem peccati, nec ullum peccatū ab hominibus committi, nisi Deo instigante & impellente. Deindè docet Præcepta Decalogi esse impossibilia nec à quoquam quantumvis justo hactenus servari potuisse, nec deinceps servari posse. Item bona opera nullius esse meriti vel valoris apud Deum: imò secundùm mentem Calvini esse sordes inquinamenta, meram iniquitatem. Insuper prædestinatos omnes necessariò salvari, quidquid demùm agant. Reprobos necessariò damnari, quocumque se vertant. Cœlibatum, virginitatem, & vota Religionis dissuadet. Denique Christū pro omnibus hominibus mortuum non esse, nec suum sanguinem fudisse, & ita de aliis. Quæ doctrina adversatur sanctitati, præbetque occasionem liberè peccandi. Qui enim sibi persuadet hanc doctrinam veram esse, ita ratiocinatur. Si Deus me movet & impellit ad peccatum non est illi resistendum, sed potius peccando obtemperandum. Deindè si præcepta Decalogi nequeant observari, frustra studeo illa observare: frustra abstineo à furto, homicidio, fornicatione, &c. Tertiò si bona opera non sunt ullius valoris coram Deo, non est opus benè agere: imò si tantùm sint sordes & inquinamenta præstat illa vitare, quàm exercere. Quartò, si prædestinati necessariò salvantur, quidquid agant etiamsi indulgeant cupiditatibus, ventri, veneri, infallibiliter salvabuntur. Reprobi è contra benè operando oleum & operam perdunt; plura de his & aliis sanctitatis acceptionibus, quas Hæretici rejiciunt, tomis posterioribus.

III. Hìc tantùm aggredior ostendere Sectam Hæreticam non esse sanctam seu firmā, sed esse veram Jezabelem fornicariam & inconstantē, quia quemadmodum adulter relicto primo cōnubio ad alterum se cōfert. Sic hæreses maximè modernæ à doctrinâ primitivæ Ecclesiæ deflectunt, ut ipsimet Hæretici ingenuè fatentur. Modernarum coryphæos producamus. Lutherus in colloquiis mensalibus c. 57. hæc de Patribus Ecclesiæ primitivæ pronunciat. *Luther.* *Hieronymum legere licet propter historiam: Nam de fide, ac verâ doctrinâ, nè verbum quidem in ipsius scriptis extat. Origenem jam dudùm diris devovi. Chrysostomum nullo loco habeo, non est nisi loquaculus. Basilius nihil valet, totus est Monachus, nè pilo quidem illum redimerem. Apologia Philippi Melanchthonis superat omnes Ecclesiæ Doctores etiam Augustinum, &c.* Ibidem. *Tertullianus inter Ecclesiæ Doctores merus Carolostadius. Cyprianus Martyr infirmus est Theologus.* Et infra.

Videte

Videte quales in fide tenebræ sunt in Patrum scriptis; Nam quando articulus ille de hominis justificatione tenebris obductus est, fieri omninò nequit, ut majores errores vitentur. S. Hieronymus scripsit in Matthæum, & Epistolam ad Galatas, & ad Titum, sed quàm frigidè. Ambrosius sex libros super Genesim Moysis, sed quàm jejunos. Augustinus nihil singulare habet de fide. Ibidem. *Nulla est expositio Patrum in Epistolam ad Romanos vel Galatas, in quâ aliquid parum & sincerum reperiatur.* Capite sequenti differens de Scholasticis Theologis. *Hieronymus inter Ecclesiæ Doctores numerari non debet, quia fuit Hæreticus. Puto tamen, quod per fidem in Christum salvatus sit. Nihil de Christo loquitur, nisi quod nomen illius aliquando in ore habeat. Nullum scio ex Doctoribus, cui infestus sim ac Hieronymo, qui tantùm scribit de jejunio, de delectu ciborum, de virginitate, &c.*

IV. Calvinus. Calvinus patenter asserit se à doctrinâ primitivæ Ecclesiæ etiã omninò recedere. Nam lib. 2. Instit c. 3. §. 7. *Non rectè* (inquit) *à Chrysostomo scriptum est, nec gratiam sine voluntate, nec voluntatẽ sine gratiâ quicquam posse operari.* Et §. 10. *Ac voluntatem movet, non qualiter multis seculis traditum est, & creditum, ut nostræ postea sit electionis motioni, aut obtemperare, aut refragari, sed illam efficaciter afficiendo.* Ecce quomodo corripit S. Chrysostomum & alios Patres, qui primis seculis floruerunt, eò quòd asserant voluntatem humanam posse resistere gratiæ actuali, & voluntatem activè concurrere ad consensum boni operis. Contendit enim non esse in potestate voluntatis resistere divinæ motioni contra illud act. cap. 7. v. 51. *Vos semper Spiritui sancto resistitis.* Et 1. Corinth. cap. 15. v. 10. *Non ego autem sed gratia Dei mecum.* Dicit *mecum*, non in me. Quasi diceret: non ego solus, sed gratia Dei est, quæ mecum laboravit. S. Anselmus. *In eo, quod solo Dei dono præventus sum non ego: in eo autem quod donum voluntate subsecutus sum. Et ego.* Eodem lib. 2. institut. cap. 14. §. 3. *Atque hic excusari non potest veterum error, qui ad mediatoris personam non attendunt, ejus ferè doctrinæ, quæ in Evangelio Ioannis legitur genuinum obscurant sensum, seque implicant multis laqueis.* Quibus verbis manifestè testatur se à primitivâ Ecclesiâ recedere in eo quod existimat Christum mediatorem esse subjectum Patri, non tantùm quò humanitatẽ, sed etiam quò ad divinitatẽ, quod ab omnibus Patribus negatur, quos tamẽ Calvinus in hoc errare existimat. Nam ex ejus mente sequitur Christum non esse Patri consubstantialem, quod est contra fidei Symbolum. Eodem lib. 2. Instit. c. 16. §. 9. differens de descensu Christi ad Limbum Patrum, rejicit omnes Patres veteres, SS. Ignatium, Justinum, Iræneum, Cyrillum, Athanasium, Basilium, Gregorium Nissænum, Gregorium Nazianz. Epiphanium, Cyprianum, Augustinũ, Ambrosium, item Origenẽ, Eusebium, Tertullianum, & alios quos refert Bellarminus libr. 4. de Christo cap. 14. *Hæc fabula* (inquit) *tametsi magnos auctores, & hodie quoque à multis seriò pro veritate defenditur, nihil tamen, quàm fabula est: nàm concludere in carcere animas mortuorum puerile est. Christi autem animam illuc descendere, ut eas manu mitteret, quid opus fuit?* Et lib. 1. cap. 3. §. 10. agens de concupiscentiâ in renatis, docet contra S. Augustinum, & alios antiquiores citatos ab Augustino concupiscentiam in 1. actu, ut significat pronitatem ad cõcupiscendum esse peccatum originale, item motus concupiscentiæ, qui procedunt ab illâ pravitate esse peccata mortalia, etiam ante consensum voluntatis. Denique eosdem motus licet involuntarios per legẽ Decalogi ait prohiberi lib. 3 Instit. cap. 4. §. 38. loquens de satisfactione. *parum me movent quæ in veterum scriptis passim occurrunt: video omnes ferè, quorum libri extant, aut in hac parte lapsos esse: at nimis asperè & durè locutos.* Lib. 4. cap. 12. §. aliter de solemni Pœnitentiâ, quam illi maximè §. 20. ita irridet abstinentiam Quadragesimalem ab antiquis observatam. *Et tunc* (inquit) *passim invaluerat superstitiosa quadragesimæ observatio, quia & vulgus eximium aliquod obsequium Deo, se in eâ præstare existimabat, & Pastores eam commendabant pro sanctâ Christi imitatione cum planum sit non ideò jejunasse Christum, ut aliis exemplũ præberet, &c.*

Lib. 2. inſtitut. cap. 3. §. 10. lib. 3. de lib. arbit. in antidoto Trident. ad ſeſſ. 6. §. *Porrò* docet interiori gratiæ nunquam reſiſti. *Citra controverſiam* (inquit lib. 2. citato) *Elicitur ex Ioannis verbis ſic efficaciter gubernari divinitùs piorum corda, ut inflexibili affectu ſequantur.* Lib. 3. Inſtitut. cap. 5. §. 10. negat orationem pro defunctis. Lib. 4. c. 15. §. 20. improbat Baptiſmum à laicis collatum lib. 4. cap. 18 §. 11. Rejicit ſacrificium miſſæ. Lib 4. cap. 15. §. 19. vocat exorciſmum & alias Baptiſmi cæremonias ſeu ritus incantationes.

IV. Quod ſi fornicaria eſt inconſtans in amore, ſuo modo uni, modo alteri ſe proſtituit. Et ut Plautus in Ciſtellar. *Meretrix fortunati eſt oppido ſimillima. Non poteſt rem ſuam obtinere ſola ſine multis viris.* Vel (ut ſecundùm ſanctum Ambroſium in exhort. ad virgines.) *Iezabel idem eſt quod vanitatis profluvium.* Ideſt inſtabilitas & fluxus & fluidum idem quod inſtabile, momentaneum, & citò periturum, ſicut aqua fluvialis, quæ nunquam in eodem conſiſtit. Quid inconſtantiùs, quid inſtabiliùs, quid minùs firmum quàm hæreticorum ſectæ? Hæreſim eſſe adulteræ ſimilem docet S. Auguſtinus hom. 31. de verbis Apoſtoli. *Sponſus Chriſtus, ſponſa Eccleſia, à ſponſo cognoſcimus ſponſam. Et nè fortè hæreticorum Eccleſia ſibi ſponſæ nomen uſurpent, cùm ſint adultera & jam à ſponſo receſſerint.* Adjicit Joannis cap. 3. *Tu quid dicis? cujus ſponſus eſt Chriſtus? partis Donati? non eſt ipſe, non eſt ipſe. Ad nuptias veniamus, tabulas legamus, & non litigemus. Ergò ſi tu dicis Chriſtus eſt ſponſus partis Donati: Ego tabulas lego, & invenio Chriſtum eſſe ſponſum Eccleſiæ toto orbi diffuſæ. Ad hanc regulam multa formari poſſunt argumenta, in hæreticos, nè ſe ad Chriſtum pertinere arbitrentur, ſeu Chriſti doctrinam, ſeu promiſſiones cum illorum ſententiis conferamus, ſeu etiam attendamus unum eſſe ſponſum, non multos. Una* (inquit) *columba mea, & amica mea. Una igitur Eccleſia, & ille unicus eſt ſponſus.* Quibus verbis notat hæreſim non eſſe ſponſam Chriſti, eò quòd non eſt toto orbe diffuſa. Sapiens aliundè colligit non eſſe ſponſam ſed adulteram, eò quòd mentem etiam ſapientum ſuis illecebris & incantationibus demulceat ac decipiat. Proverb. cap. 1. v. 16. *Vt eruaris à muliere alienâ, & ab extraneâ, quæ mollit ſermones ſuos.* Chaldæus: *Cujus verba ſunt lenia.* Vatablus: *Quæ verbis ſuis blanditur.* Symmachus: *Cujus verba ſunt lubrica.* Vocat adulteram mulierem alienam, extraneam, quia alios ambit amaſios, non contenta ſuo marito. *Sic poteſt* (inquit Beda) *per mulierem extraneam hæreticorum pravitas intelligi à Chriſti & Eccleſiæ membris aliena, quæ mollitiâ diſſertitudinis, & blandimentis linguæ corda decipere innocentium ſolet. Vndè Pſalmiſta Pſalm. 15. Molliti ſunt ſermones ejus ſuper oleum, & ipſi ſunt jacula.* Quia veram fidem & ſapientiam falsâ ſuâ doctrinâ adulterans & corrumpens lenociniis ſuis non paganos ſed fideles dementare ſtudet. At Eccleſia ſyncerum & abſque fuco, & dolo Dei ſermonem porrigit, juxta illud S. Petri 1. Epiſt. c. 2. v. 2. *Sicut modo geniti infantes rationabile ſine dolo lac concupiſcente, ut in eo creſcatis in ſalutem.* Pro *ſine dolo*, Syrus habet *ſyncerum.* Alludit Apoſtolus ad illud Cant. cap. 5. v. 1. *Comedi panem cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo.* Et S. Agnes aiebat: *Mel & lac ſuſcepi ex ore ejus.* Et Tertullianus libr. 1. contra Marcionem cap. 14. *Mellis & lactis ſocietate ſuos infantat Deus.* Et lib. de coronâ militis cap. 3. *Indè ſuſcepti lactis, & mellis concordiâ præguſtamus.* Ideſt ſyncera doctrinam, talem, qualem docuit Apoſtolus Paulus; in cujus ſignum Caput abſciſſum pro ſanguine lac dedit, ac triplici ſaltu ternos fontes dulces, & lacteos è terrâ eduxit, ut hoc facto innueret lac purum ſeu doctrinam omni fuco carentem ab Apoſtolo fuiſſe propinatam. Sic (teſte S. Baſilio homil. in S. Julittam Martyrem) hæc ad ſupplicium pergens lac ſpirituale exhortationis porrexit, quaſi alter Eliſeus. *Terra porrò iſtius Beatæ adventu aquam emiſit, quæ ſuâpte naturâ nulli non noſtrum gratioſiſſima eſſe debeat, adeò ut Martyr imaginem pientiſſimæ referat Matris, dum nutricis in morem totius incolas urbis alit ſuaviter, perindè ac lacte quopiam in communes uſus affatim ſcaturiente. Hanc ipſam in nos benignè contulit Mar-*

Proverb. *Beda.* *Auguſt.* *Tertull.* *S. Baſil.*

tyr

tyr gratiam, quam olim suis Ierichuntinis Elisæus impartivit, dum salsilaginem naturæ communis aquarum loci istius circumquaque finitimi benedictione permutavit in saporem dulcem, planè delitiosum & perquàm suavem. Illam synceritatem divini sermonis S. Ambrosius in psal. 118. serm. 12. ait expressam in illis verbis psalm. 11. v. 7. *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum, terræ purgatum septuplum.* Quibus subdit. *Nihil terrenum, nihil sæculare, nihil corporeum, nihil leve atque mutabile in eloquiis constituamus cælestibus. Eloquia Domini eloquia casta, ut in his mysteriorum cælestium immaculata, & pudica synceritas spirituali interpretatione resplendeat. Non adulterinâ quâdam opinione misceamus terrena divinis & illud inviolabilis sacramentum propheticæ visionis, aut perennis oraculi naturæ nostræ æstimatione violemus.* Quod autem violent illam ac confundant hæretici suis fucatis & subdolis interpretationibus optimè animadvertit Drogo Hostiensis de sacr. Pass. serm. 1. differens de vasis Viduæ lib. 4 Reg. cap. 4. Oleo Elisiano repletis. *Vasa scripturæ tuæ non pauca sunt, ut totus mundus ea capere possit: quæ quidem vasa sanctissimi templi tui Babyloniæ Rex, hoc est superbiæ principatus, captiva sibi ducit, suis q; conviviis, non ad gloriam, sed ad ignominiam suam servire cogit, usurpans sibi scientiam legis tuæ, & bibens in vasis sanctuarii vinum prostitutionis suæ unguentis q; meretricis donaria tua commaculans. Propter quod & ex adverso parietis crudelis, sed justa cõtra eos scientia conscribitur. Quia omne Regnum in seipsum divisum desolabitur, & tradetur Medis, & Persis, qui argentum non quærant, nec aurum velint, sed venenatis, & ardentibus sagittis parvulos, & stultos eorum sensus interficiant.*

Psalm. 11. v. 7.

4 Reg. cap. 4.

V. Ecclesia non tantùm fuco & dolo caret, sed etiam levitate: ita constans & firma est, ut de eâ cum Jehu dicere possimus. *Videte ergò, quoniam non cecidit de sermonibus Domini in terram, quos locutus est Dominus super domum Achab, & dominus fecit, quod locutus est in manu servi sui Eliæ.* Dionysius. *Omnia, quæ de eradicatione Achab & domus suæ per Eliã prædixit, implevit effectu.* Sic tanta est immutabilitas & firmitas Ecclesiæ & doctrinæ per Christũ omnium Prophetarũ Apicem editæ, ut quęcumque machinamenta admoveas, potiùs omnia Regum palatia, civitatum propugnacula, montium omnium culmina solo æquabuntur quam vel in minimo corruat. At sectæ extraneæ sive gentilium, sive hæreticorum sunt fornicariæ sicut Jezabel. Quomodo Jezabel dicitur fornicaria? in eo quod ejus consilio Achab lib. 3. Reg. cap. 16. v. 32. *Et abiit & servivit Baal & adoravit eum, plantavit lucum, & addidit Achab in operibus suis irritans Dominum.* Omnes ferè scriptores tam sacri, quàm prophani aiunt in istis lucis omnium libidinũ genera fuisse licita. Quibus favet dictio Hæbraica, quæ lucos significat, ubi exercebantur omnia libidinum propudia: vel ut Serarius in cap. 2. Judicum q. 2. ad vocabulum Hæbræum Asarach: vel ut alii Astarte, sive Astaroth, quod idolum S. Augustinus in illa verba Judicum cap. 5. v. 7. *Obliti sunt Dei sui servientes Baalim & Astaroth*, Confundit cum Baalim. Cui subscribunt sanctus Pagninus & Vatablus. *Servierunt Baalim & lucis.* Achab igitur in gratiam suæ uxoris Jezabel plantavit lucum, & in eo coluit Baal seu idolum Sidoniorum, nomine Asthartem. Sic ut Salomon alienigenis congratularetur, dum ad omne libidinũ genus provolvebatur coluit Asthartem Deam Sidoniorum, quam Asthartem Theodoretus in lib. 3. Reg q. 48 existimat fuisse Venerem totius impudicitiæ Deam. *Astharte* (inquit) *ea est, quæ & Venus.* Cicero lib. 3. de naturâ deorum. *Astharte* (inquit) *quæ apud Græcos Aphrodite Venus apud Latinos vocatur.* Idem censent Cedrenus in comp. Eusebius lib. 1. præpar. Evang. cap. 7 S. Augustinus q. 18. in jud. & in psalm. 98. Venerem autem esse levitatis & inconstantiæ symbolum docet S. Isidorus lib. 8. de orig. c. 11. *Venus vocatur Cupido propter amorẽ, est enim fornicationis Deus, ideò alatus pingitur, quia nihil amantibus levius, nihil mutabilius invenitur: puer pingitur, quia stultus & irrationabilis amor; sagittam & facem tenere fingitur, sagittam, quia amor cor vulnerat; facem, quia inflammat.* Mutabiles

Judic. c. 3. v. 7.

S. Isidor.

4 Reg. cap. 10. v. 10.

Dionys.

Digitized by Google

tabiles ſunt & leves hæreticorum acies quia contra ſe invicem dimicant, ut
Vigil. ingeniosè animadvertit Vigilius Martyr lib. 2. contra Eutychem in initio. *Ita eos ſibi invicem extitiſſe contrarios invenimus, ut eorum error veritatis teſtimonium dicat: & inconſonæ perfidorum ſententiæ in unum rectæ fidei modulum concinant, trophæumque noſtræ victoriæ eorum caſſa certamina gignant: Sabellii eorum perfidia Arii damnat errorem. Rurſus Ariani dogmatis error Sabellii impietatem excludit.* Illi arridens
S. Hilar. S. Hilarius lib. 7. de Trinitate. *Dum* (inquit) *hæretici ſe invicem vincunt, nihil tamen ſibi vincunt. Victoria enim eorum Eccleſiæ triumphus ex omnibus eſt, dum in eo hæreſis contra alterum pugnat, quod in hæreſi alterâ Eccleſiæ fides damnat. Nihil enim eſt, quod hæreticis cõmune ſit. Et inter hæc fidem noſtram, dum ſibi adverſantur affirmant.* His verbis illi Patres alludere videntur ad diviſionem linguarum, in quas abierũt turris Babel artifices. Nam (ut notat S. Thomas in cap. 11. Geneſis vel quiſquis illius operis auctor eſt) quemadmodum hi omnes loquendo diſſerebant; ita & illi ſentiendo.

VI. Et nè longiùs excurramus in referendis veterum hæreticorum inter ſe diſſidiis, aliquot modernorum revolvamus. Omnes Eccleſiæ Romanæ alumni admittunt & profitentur ſeptem Sacramentâ, Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Extremam Unctionem, Ordinem & Matrimonium, & ita definiunt Concilium Florentinum in decreto Eugenii, Tridentinum ſeſſ. 7. cap. de Sacramentis in genere. At hæretici moderni in illorum numero diſcrepant. Nam Lutherus lib. de captivitate Babyl. in principio unicum admittit, ſcilicet Baptiſmum. Kemnitius in 2. p. examinis cap. de numero Sacramentorum; Illyricus in confeſſione Antuerpianâ cap. 11. de Sacram. Schuvartzerdt in locis & cap. de ſignis duo, Baptiſmum & Euchariſtiam. Nonnulli Lutherani in ſuis Cathechiſmis tria, Baptiſmum, Euchariſtiam, & Pœnitentiam. Zuinglius in lib. de verâ & falsâ religione cap. de Sacram. & cap. de Matrimonio admittit Baptiſmum, Cœnam, & Matrimonium. Calvinus quamvis lib. 5. inſtitut. cap. 18. §. 19. & 20. Dicat tantùm eſſe duo Sacramenta ſcilicet Baptiſmum & Cœnam: tamen cap. 19. §. 31. adjungit ordinationem monens ſe priùs aſſignaſſe duo Sacramenta toti Eccleſiæ communia, cujuſmodi non eſt Sacramentum ordinationis. Undè in antidoto Concilii Tridentini ſeſſ. 7. cap. 4. excludit tantùm à numero Sacramentorum Confirmationem, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, & Matrimonium. Quòad Sacramentum Euchariſtiæ Eccleſia Romana ut patet ex Conciliis & noviſſimè ex Tridentino ſeſſ. 23. cap. 3. & ſeſſ. 21. cap. 3. Profitetur totum Chriſtum ſecundùm ſubſtantiam eſſe non tantùm ſub utrâque ſpecie ſimul ſumptâ, ſed etiam ſub ſingulis ſpeciebus ſeparatim ſumptis, ut totus ſub ſpecie panis, & totus ſub ſpecie vini, itaut nihil omninò ſubſtantiæ panis & vini poſt conſecrationem remaneat. Quam veritatem inviolabilem & immutabilem priùs aſſeruit Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III. cap. de Summâ Trinitate & fide Catholicâ. *Firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur &c.* Hæretici autem in hâc materiâ plurimùm inter ſe diſcrepant, nam Lutherus apud Caſtro V. Euchariſtia, hæreſi 5.ª Praterlum V. Lutherani. Florimundum lib. 2. de origine hæreſ. cap. 10. aſſerunt poſt conſecrationem manere ſubſtantiam panis & vini cum ſubſtantiâ Corporis Chriſti. Andreas Caroloſtadius Archidiaconus Vittembergẽſis primarius Lutheri diſcipulus, Ulricus Zuinglius Paſtor Tugurinus cùm aliquot annis docuiſſet cum Luthero Corpus Chriſti realiter eſſe prẽſens in Euchariſtiâ cum pane, tandẽ libellũ ſcripſit de verâ & falsâ religione, ubi priorẽ ſententiam retractans, cœpit dicere Corpus Chriſti non eſſe in ſacramento niſi in ſigno, quod ante eos docuerat Berengarius Archidiaconus Turonenſis, & Bruno Andegavenſis Epiſcopus; contra quos ſcripſit Durandus Epiſcopus Leodienſis, ſæculo undecimo juxta Coccium tractatum de Cõrpore & Sanguine Domini, & epiſtolam contra eoſdem. Zuinglium ſecuti ſunt Petrus Martyr in tractatu de Euchariſtiâ contra Stephanum Gardineum

Digitized by Google

dineum, Bernardinus Ochinus in lib. de Cœnâ Domini contra Weſtphalum. Henricus Bullingerus in apologiâ pro Evangelio contra Lutheranos, OEcolampadius in lib. de genuinâ expoſitione, *Hoc eſt Corpus meum.* Calvinus in lib. de Cœnâ Domini Gallicè reddito per Nicolaum Gallaſſium perſtringit Lutherum & Zuinglium, quod nimium acriter inter ſe differant, & ad concordiam noluit redire, ſuam autem mentē aperit lib. 4. Inſtit. c. 17. §. 21. ſcilicet Chriſtum non eſſe verè & propriè præſentem in Euchariſtiâ, ſed tantùm figurâ. Quem ſequitur Pleſſæus lib. 4. de Euchariſtiâ c. 1. & alii Calviniſtæ. Martinus Bucerus volēs Lutheranos & Zuinglianos diſſidentes conciliare, aſſeruit Chriſti Corpus eſſe in ipsâ ſumptione, quod erat pro Lutheranis, non tamen extra ſumptionē, quod erat pro Zuinglianis. Kemnitius in 2. p. examinis ſeſſ. 13. c. 6. vult Chriſtum præſentem eſſe non tantùm in ſumptione, ſed in totâ actione Cœnæ, ideſt dum panis accipitur in manibus, benedicitur, frangitur, ſumitur: imò ex ipsâ Cœnâ immediatè defertur ad ægrotos, ut ipſum comedant, non ut ſervent. Lutherus in libello, qui inſcribitur Confeſſio Martini Lutheri de Cœnâ Domini, Brentius in Apologiâ pro Confeſſione Wittembergenſi, & tractatu de Cœnâ Domini. Illyricus in lib. de Aſcenſione Domini. Suimdelinus in theſibus de Majeſtate Chriſti Dñi, & nonnulli alii aſſerunt Chriſti humanitatem eſſe: alii negant. Calvinus in libello, qui inſcribitur Cōfeſſio de re ſacramentariâ, ait Corpus Chriſti eſſe tantùm in Cœlo, & tanto intervallo diſtare à pane & vino in Euchariſtiâ, quanto diſtat Cœlum à terrâ. Et lib. 4. c. 7. §. 7. ait non poſſe ingenio comprehendi, aut verbis explicari quomodo corpus Chriſti, quod tantùm eſt in Cælo verè ſit præſens in Euchariſtiâ. Idem dogma docet Beza in tractatu de re ſacramentariâ q. 9. Calvinus lib. 4. c. 17. §. 5. docet Corpus Chriſti, quod eſt tantùm in cælo non aliter à nobis percipi in Cœnâ, quàm ſolâ fide. Non enim ad nos deſcendit, ſed potiùs nos ſublevat ad ſe in cœlum per fidem. Omitto alias Hæreticorum inter ſe diſcordias.

VII. Imò hæreſis ita inter ſe inſtabilis eſt, ut quod uno die affirmat altero neget & deſtruat, in dieſque nova dogmata figat & refigat, imò fingat & refingat. Iſaias c. 33. v. 23. illam cōparat navi in mediis undis abſque funibus, velis, & remigiis fluctuanti. *Laxati ſunt funiculi tui & nō prævalebunt, ſic erit malus tuus, ut dilatare ſignum non queas.* S. Chryſoſtomus homil. 13. in Matthęum in fine ait hanc navim eſſe Eccleſiam Hæreticorum inſtabilem in ſuis dogmatibus. *Quæ licet habeat prædicationem Dominicæ Crucis, invalidam tamen hanc arborem oſtendit, quia ubi non eſt veritas fidei, infirma crucis aſſertio eſt. Vndè inclinata, & laxata, vela ejus ſunt oſtenſa, quod nullo flatu Spiritus ſancti diriguntur. Et ideò hæc navis amiſſa verę fidei gubernacula, dominantibus adverſis ſpiritibus in naufragium mortis æternæ demergitur.* S. Jacobus in Epiſt. c. 1. v. 8. illos vocat duplices animo. *Vir duplex animo.* Syrus. *Vir diviſus animo.* Græcus. *Bianimis* ſeu *Bicors*, ideſt levis, immutabilis, inſtar polypi, vel chamæleontis, omnium rerum, quibus ſe applicat colorem ſuſcipientis. Hanc S. Jacobi ſententiam applicabat Arianis S. Athanaſius Epiſt. de Nicæno Synodo. *Qui nunquam unam eandemque ſententiam, ſed alius, aliam fovet, dictaque ſua nunc laude, nunc vituperio proſequitur, ut quod jam probarint, è veſtigio damnent.* Sic Hæretici omnes in doctrinis & dogmatibus ſuis evulgandis inconſtantes ſunt & leves; ita ut canere liceat: *Vt quid tot fidibus luditur una fides.* Idem Apoſtolus cap. 3. v. 4. poſt Iſaiam citatum illos cōparat navibus. *Ecce & naves, cùm magnæ ſint, & à ventis validis minentur circūferuntur à modico gubernaculo, ubi impetus dirigentis voluerit.* Hanc inconſtantiam notat S. Hilarius lib. ad Conſtantium & Conſtantem Imp. de Arianis citatis. Arianis annuas & menſtruas eſſe fides. *Periculoſum* (inquit) *nobis, atque etiam mirabile eſt, tot nunc fides exiſtere, quot voluntates: tot nobis doctrinas eſſe, quot mores, & tot cauſas blaſphemiarum pullulare, quot vitia ſunt, dum ita fides ſcribuntur ut volumus, aut ita ut volumus intelliguntur, ſic plurimæ cæperunt eſſe fides nè ulla ſit, imò verò annuæ, menſtruæque de Deo fides decernantur, novis ſubvertantur vetera.*

Iſaiæ cap. 33. v. 23.

Chryſoſ.

Iacob. c. 1. v. 8.

Athan.

Iacob. c. 3. v. 4.

VIII. Apoſtolus ad Epheſios cap. 4. v. 4. maximè illos inconſtantiæ ventos & fluctus evitandos præcipit. *Vt jam non ſimus parvuli fluctuantes, & non circumferamur omni vento doctrinæ in nequitiâ hominum* Ideſt nè illudamur doctrinis Hæreticorum, quæ inconſtantes & deluſoriæ ſunt: illi enim quaſi aleam de fide jaciunt, ut alios decipiant, vel ut ſui cerebri commentis, phantaſiis & ſomniis novis indulgeant, idque tantâ induſtriâ ut ab oculatis vix cerni, & deprehendi poſſint. Et nè ad priora ſecula decurramus, quoties moderni Hæreſiarchæ Lutherus, Philippus, Calvinus & alii ſuas Inſtitutiones, Catecheſes, & Cõfeſſiones permutârunt, contraria dogmata prioribus commenti ſunt, & ediderunt Meritò Fredericus Dux Saxoniæ rogatus quid Lutherani ſui crederent? Quid nunc credant ſcio (inquit,) quid ſequenti anno crediturí ſint planè ignoro. Hanc doctrinæ inconſtantiam clarè oſtendit Cochlæus in libro cui titulus eſt Lutherus ſepticeps & auctor vulgatiſſimi illius libelli Germanicè editi anno 1587. *Der Evangeliſche Wetterhan.* Calvini dumtaxat præcipuas contradictiones proferam. Primò in cap. 1 v. 1. Joannis docet Chriſtum eſſe verum Deum, & ejuſdem eſſentiæ cum Patre. *Hoc exordio æternam Chriſti divinitatem prædicat, ut credamus æternum eſſe Deum, qui manifeſtatus eſt in carne.* Et infra. *Nequis de divinâ Chriſti eſſentiâ ſcrupulus maneat, clarè aſſerit eſſe Deum. Iam cùm unicus ſit Deus, Chriſtum ejuſdem eſſe cum Patre eſſentiæ, & tamen in aliquo differre ſequitur, ſed de hoc ſecundo membro jam dictum eſt. Quod ad eſſentiæ unitatem ſpectat, nimia fuit Arii improbitas, qui nè æternam Chriſti divinitatem faſeri cogeretur, fictitium nescio quem Deum eſſe garriebat.* Huic aſſerto contradicit lib. contra Valentinum Gentilẽ, ibi enim docet nomen Dei ad ſolum Patrem per excellentiam ſpectare, deindè nomen Creatoris cœli & terræ ſoli Patri propriè competere, at filio impropriè. Præterea impropriè ac durè dici à Concilio Nicæno *Deum de Deo, lumẽ de lumine.* Innuens ſic Patrẽ eſſe majorem & excellentiorem Filio, proindèq; Filium non eſſe verum Deum Patri cõ-

Calvin.

ſubſtantialem. Chriſtum eſſe ſubjectũ Patri, & illo minorem docet libr. 2. Inſtit. c. 14. §. 3. *Sed omnium clariſſimè veram Chriſti ſubſtantiam enarrant loci, qui utramque ſimul naturam comprehendunt, quales in Evangelio Ioannis extant quam plurimi, ſi quidem nec Deitatis ſingulare, nec humanitatis fuit, ſed utriuſque ſimul, qui illic legitur poteſtatem accepiſſe à Patre remittendi peccata, ſuſcitandi quos velit, juſtitiam & ſanctitatẽ largiendi.* Subjicit eodem modo intelligi, quo Apoſtolus 1. Corinth cap. 15. v. 18. ait: *Cùm autem ſubjecta fuerint illi omnia, tunc & ipſe filius ſubjectus erit ei, qui ſubjecit ſibi omnia.* Et tamen cõcludit his verbis *Si igitur hæc rectæ intelligentiæ clavis, neque de naturâ divinâ, neque de humanâ ſimpliciter dici, quæ ad mediatoris officium ſpectant.* Ex quibus infero. Qui eſt alteri ſubjectus, & poteſtatem ab eo accipit debet neceſſariò eſſe minor, vel inferior. Chriſtus verò quo ad utramque naturam eſt ſubjectus Patri. Et (ex Calvino) acçipit ab eo poteſtatem remittendi peccata, Chriſtus igitur ſecundùm utramque naturam eſt minor ſeu inferior Patre, & conſequenter nullo modo eſt illi æqualis & conſubſtantialis. Quo ad illum locum Joannis cap. 10. v. 10. *Ego & Pater unum ſumus.* Eo modo explicat, quo Ariani: ita enim in Commentario ſcribit *Abuſi ſunt hoc loco veteres, ut probarent Chriſtum eſſe Patri æqualem. Neque enim Chriſtus de unitate ſubſtantiæ diſputat, ſed de conſenſu quem cum Patre habet.* Gregorius Albrata in Albanâ diſputatione hoc argumentum protulit ad Arianam expoſitionem confirmandam, ut videre eſt apud Gregorium de Valentiâ lib. 10. de Trinitate cap. 9. & Bellarminum præfatione in libro 5. de Chriſto.

IX. 2.º Calvinus ſibi contradicit diſſerẽs de perſonâ Chriſti. Nam ad c. 1 Joannis v. 14. admittit in Chriſto unam perſonam; & duas naturas. *In hoc (inquit) fidei capite duo præcipuè tenenda ſunt, ſic in unam perſonam coaluiſſe duas in Chriſto naturas, ut unus, atque idem Chriſtus verus ſit Deus & homo. Alterum verò non obſtare perſonæ unitatem, cùm diſtinctæ naturæ maneant, ita ut divinitas quid-*

quid

quid sibi proprium est retineat, humanitas etiam seorsim habeat, quod in eam cõpetit. At lib. 1. Instit c. 13. §. contrarium docet favens Nestorio asserenti in Christo esse duas naturas, sicut sunt duæ naturæ humana & divina, seu mediatoris & verbi. *Etsi enim mediatoris personam nondum attingo, sed differo in eum locum, ubi de redemptione agetur.* Et §. 23. *Excipiunt, si verè est Dei filius absurdum esse censeri personæ filium. Ego utrumque verum esse respondeo. Dei nempè esse filium, quia sermo est à Patre ante sæcula genitus. Dum enim de mediatoris personâ nobis sermo est, & tamen explicandi causâ habendã esse rationem personæ, ut nomen Dei non simpliciter sumatur, sed pro patre.* Et §. 24. *Nam ex quo manifestatus est in carne Christus, Filius Dei vocatur, non tantùm quatenus ante sæcula genitus ex Patre fuit æternus sermo, sed quia mediatoris suscepit personam.* Et lib. 2 cap. 14. § 3. *Hic excusari non potest veterum error, dum ad mediatoris personam non attendunt.* Quibus locis discrimen ponit inter personam mediatoris & Verbi. Beza lib. de omnipotentiâ carnis Christi contra Brentium Calvino subscribens. *In Christo* (inquit) *duæ sunt uniones hypostaticæ, una inter corpus & animam, dum sibi personaliter junguntur. Altera inter verbum, & hominem, ut simul conveniant ad unum constituendum Christum.* Hunc errorem non retractavit licet monitus à Smidelino Lutherano, sed pertinaciter propugnavit & magis explicavit, lib. 1. contra Smidelinum de unione hypostaticâ. *Verè* (inquit) *corpus & animam personaliter conjungi, & personam constituere humanam.*

Beza.

X. Tertia Calvini contradictio est in materiâ prædestinationis. Sæpè enim docet electionem ad vitam, & prædestinationem ad mortem esse factam ex mero Dei beneplacito abstrahendo à bonis vel malis operibus: vel secundùm alios ante prævisionẽ cujuscumque boni vel mali operis & peccati Adam. *Vbicumque verò* (inquit lib. 3. Instit. cap. 22 §. 3. *regnat hoc Dei placitum, nulla in consideratione veniunt opera.* Et cap. 23. §. 2. *Homines nudo Dei arbitrio citra proprium meritum in æternam mortem prædestinantur.* Plura ibi congerit in hunc scopum. Contrarium colligo ex iis, quæ alibi scribit. Nam lib. 3. Instit. cap. 24 §. 5. docet electionem ad vitam factam esse in Christo & fundatam in meritis Christi. Idem lib. 2. cap. 12. §. 4 ait Christum non fore incarnandum Adamo non peccante. Undè infero prius prævisam fuisse culpam Adæ, quàm Christi incarnatio decerneretur. Si igitur electio ad vitam facta est priusquam prævideretur culpa, ut Calvinus infendit, à fortiori priusquam decerneretur Incarnatio Christi. Non potuit ergo fieri in Christo, nec fundari in meritis Christi.

Quarta contradictio est de fide XI. justificante. Docet enim Calvinus in Antidoto Concilii Trident. can. 9. fidem esse causam justificationis. *Solam fidem* (inquit) *causam esse justificationis intelligimus.* Et can. 11 *Vim justificandi, ac facultatem fidei in solidum vindicamus.* At lib. 3. cap. 13. §. 5. contrarium habet. *Quo ad justificationem res est merè passiva fides nihil offerens nostrum ad conciliandam Dei gratiam.* Quinta contradictio est de justitiâ inhærente. Docet enim in Antidoto Concilii Tridentini sess. 6. cap. 8. Justitiam inhærentem à Catholicis admissam non esse admittendam. *Falsum esse* (inquit) *contendo ullam justitiæ partem in qualitate sitam esse vel habitu, quæ in nobis resideat,* Et lib. 3. cap. 11. §. 23. *Vides non in nobis, sed in Christo esse justitiam nostram.* Contrarium docet lib. de necessitate reformandæ Ecclesiæ *Nunquam reconciliamur Deo, quin simul donemur justitiâ inhærente.* Sexta apparet quando agit de certitudine justitiæ. Nam lib. 3. cap. 2. §. 16. docet omnes fideles certos esse de sua justitia & remissione peccatorum. *Verè* (inquit) *fidelis non est, nisi qui confidenter se regni cælestis hæredem gloriatur.* Et in Antidoto Concilii Trident. sess. 6. cap. 10. *Certò statuimus nobis remissa esse peccata.* Et Can. 15. *Suæ electionis certos esse convenit universos fideles.* Docet cõtrarium lib. 3. Instit. cap. 2. §. 10. *Tot* (inquit) *vanitatis recessus habet, tot mendacii latebris scatet cor humanum, tam fraudulentâ hypocrisi tectũ est, ut seipsum sæpè fallat.* Et §. sequenti. *Experientia*

oſtendit reprobos interdum ſimili ferè ſenſu, atque electos affici, ut nè ſuo quidem judicio quidquam ab electis differant. Septima de libero arbitrio, docet lib 1. Inſtit. cap. 15. §. 8. Cum Catholicâ & Romanâ Eccleſiâ hominem in ſtatu innocentiæ potitum fuiſſe libero arbitrio, ac peccaſſe liberè, & non neceſſariò. *In hâc* (inquit) *integritate libero arbitrio pollebat homo, quo ſi vellet, adipiſci poſſet vitam æternam.* Et infra. *Potuit igitur Adam ſtare (ſi vellet,) quando nonniſi propriâ voluntate cecidit.* Item. *Libera fuit electio boni & mali.* Huic veritati contradicit lib. 3 cap. 23. §. 6. Dicens omnia fieri Deo volente & ordinante, & §. 8. ait: *Dei voluntatem eſſe rerum neceſſitatem.* Ex quo ſequitur quæcumque fiunt, fieri ex neceſſitate, & conſequenter primum hominē non liberè, ſed neceſſariò peccaſſe. Quod patenter aſtruit eodem cap. 13. §. 4. *Fateor janè* (inquit) *in hanc (quâ nunc illigati ſunt) conditionis miſeriam Dei voluntate decidiſſe univerſos filios Adæ.* Et §. 7. *Diſertis verbis hoc extare negant decretum fuiſſe à Deo, ut ſuâ defectione periret Adam.* Et infra. *Decretum quidem horribile fateor, inficiari tamen non poterit, quin præſciverit Deus quem exitum eſſet habiturus homo, quia decreto ſuo ſic ordinaverat.* Iterùm. *Nec abſurdum videri debet quod dico, Deum non modo primi hominis caſum prævidiſſe, ſed arbitrio quoque ſuo diſpenſaſſe.*

XII. Octavo docet Deum eſſe auctorem peccati. *Iam ſcitis* (inquit lib 1. inſtitut. cap. 18. §. 3) *Deum vocari eorum auctorem, quæ iſti cenſores volunt otioſo tantùm ejus permiſſu contingere.* Ibi ſermonem inſtituit de cœcitate & tyrannide Achabi Regis Iſrael, de inceſtu Abſalonis, de convitio Semei, de apoſtaſiâ decem Tribuum, de rapinis & cædibus Chaldæorum, de furore Judæorum in Chriſtum, de injuſtiſſimi Pilati judicio, quorum omnium ait authorem eſſe Deum, ridetque Catholicos, qui hæc omnia Deo permittente exiſtimāt eveniſſe, ſubditque §. 4. *Homo juſſo Dei impulſu agit, quod ſibi non licet,* Non dicit, juſſo Dei permiſſu ſed impulſu. Quod ſi ita ſit, cur S. Elias Achabum corripit tanquā idololatriæ Iſraeliticæ, & aliorum flagitiorum auctorem? Deum potiùs arguere debet cur ait lib. 3. Reg. cap. 18. v. 18. *Non ego turbavi Iſrael, ſed tu, & domus Patris tui, qui dereliquiſtis mandata Domini, & ſecuti eſtis Baalim.* Dionyſius. *Tu & conſanguinei & domeſtici tui, qui per idololatriam mœruiſtis pœnas iſtas.* Ipſemet Calvinus in inſtructione contra libertinos cap. 14. ſibi contradicit. Ait enim: *Temulenti iſti à Deo omnia fieri perſtrepentes, eum mali auctorem conſtituunt.* Et infra. *Cùm Deo nihil magis proprium ſit, quam ſua bonitas, ipſum à ſe abnegari oportet, & in diabolum tranſmutari, ut malum efficeret, quod ei ab illis tribuitur.* Idem in præfatione libri de æternâ prædeſtinatione. *Inter omnes pios fixum hoc eſſe debet, non eſſe, cur ſuis peccatis ſocium homines Deum aſcribant.* In fine ejuſdem libri. *Etiamſi rerum omnium prima cauſa ſit Dei voluntas: peccati tamen eum eſſe auctorem nego.* Nonò docet in parvo Catechiſmo Eccleſiam inviſibilem eſſe quæ eſt prædeſtinatorum. *Credo ſanctam Eccleſiam Catholicam.* Sic enim ſcribit: *Sequitur quarta pars, in quâ confitemur nos credere ſanctam Eccleſiam Catholicam.* Quibus ſubjungit: *Quid eſt Eccleſia? eſt corpus, ac ſocietas fidelium, quos Deus ad vitam æternam prædeſtinavit.* His lib 4. cap. 1. §. 2. contrarium docet, ſcilicet intelligendum eſſe, non tantùm de inviſibili, ſed etiam de viſibili, in quâ ſunt tam reprobi, quàm prædeſtinati. *In ſymbolo* (inquit) *in quo confitemur nos credere Eccleſiam: id non ſolùm ad viſibilem (de quâ nunc agimus) refertur: ſed ad omnes quoque electos Dei, in quorum numero comprehenduntur etiam, qui morte defuncti ſunt.* Decimò ſuſtinet lib. 4. inſtitut. cap. 1. §. 4. neminem poſſe ſalvari extra Eccleſiam viſibilem. *Verum* (inquit) *quia nunc de Eccleſiâ viſibili differere propoſitum eſt, diſcamus vel uno matris elogio, quàm utilis ſit nobis ejus cognitio: imò neceſſaria, quando non alius eſt in vitam ingreſſus, niſi nos ipſa concipiat in utero, niſi pariat, niſi nos alat ſuis uberibus. Denique ſub cuſtodiâ & gubernatione ſuâ nos tueatur, donec exuti carne mortali ſimiles erimus Angelis.* Ibidem *Adde quod extra ejus gremium nulla eſt ſeparanda peccatorum remiſſio, nec ulla ſalus.* Eodem cap. 2. §. 7. contrarium docet: aſſerit

l. 3. Reg. cap. 18. v. 18.

aſſerit enim neminem admitti in Eccleſiam viſibilem niſi per Baptiſmum. Et cap. 16. §. 24 & 25. ait filios fidelium ſalvari abſque Baptiſmo, ex quo infero aliquos ſalvari extra Eccleſiam viſibilem ſecundùm illum.

XIII. Docet undecimò lib 4 inſtitut. cap. 15. §. 19. Chriſtum præcepiſſe Baptiſmum aquæ. *Quaſi* (inquit) *eſſet res contemptibilis, ex Chriſti præcepto aquâ baptizari &c.* Quod præceptum colligi poteſt ex illo Joannis cap. 3. v. 5. *Niſi quis renatus fuerit ex aquâ & Spiritu ſancto, non poteſt introïre in Regnum Dei.* Et nihilominùs idem Calvinus explicans citatum locum negat fieri mentionem Baptiſmi aquæ. *Nullo modo adducor, ut Chriſtum de Baptiſmo verba facere credam.* Ibidem. *Spiritum & aquam pro eodem poſuit.* Sibi contradicit: ait enim Baptiſmum aquæ eſſe neceſſarium ex præcepto Chriſti, & non eſſe neceſſarium ex præcepto Chriſti. Duo-decimò explicans c 11. epiſt. 1. ad Corinth. Docet Corpus Chriſti eſſe præſens in Euchariſtiâ. *Chriſtus* (inquit) *viſibile illud ſignum nobis porrigendo unà dat etiam nobis ſuum corpus. Neque enim fallax eſt, qui vacuis figuris nos ludat; proindè illud nobis eſt extra controverſiam veritatē hîc cum ſuo ſigno conjunctam eſſe.* Ideſt Corpus Chriſti cum panis ſymbolo conjunctum eſſe. Idem infra. *Cōcludit realiter (ut vulgò loquitur) nobis in Cœnâ dare Chriſti Corpus.* Habet lib. 4. inſtitut. cap. 17. §. 10. *Atque omninò iſthæc piis tenenda eſt regula, ut quoties ſymbola vident à Domino inſtituta, illic rei ſignatæ veritatem adeſſe certò cogitent, ac ſibi perſuadeant. Quorſum enim Corporis ſui ſymbolum tibi Dominus in manum porrigit, niſi ut de verâ ejus participatione te certiorem faciat.* Et §. 32. *In ſacrâ Cœnâ jubet me ſub ſymbolis panis & vini Corpus & Sanguinem ſuum ſumere manducare ac bibere. Nihil dubito quin & ipſe verè porrigat, & ego recipiam.* Et in cap. 26. Matthæi. *Verè in Cœnâ datur nobis Corpus Chriſti, ut ſit animis noſtris in cibum ſalutarem.* Et infrà. *Non ergò vacuum & inane ſignum nobis proponitur, ſed verè Carnis & Sanguinis Domini efficimur participes.* In libello de Cœnâ Domini. *Neceſſe eſt nos in Cœnâ verè Corpus & Sanguinem Chriſti ſumere.* Et ibidem. *Intelligimus Chriſtum nobis in Cœnâ veram, propriamque Corporis & Sanguinis ſui ſubſtantiam donare.* At in conſenſione de re ſacramentariâ in fine contrarium ſcribit. *Cùm ſigna* (inquit) *hîc in mundo ſint, oculis cernantur palpentur manibus, Chriſtus qualenus homo eſt, non alibi, quàm in cœlo quærendus eſt.* Ibidem. *Quia tamen corpus Chriſti finitum eſt, & cœlo vel loco continetur, neceſſe eſt à nobis tanto locorum intervallo diſtare quanto cœlum abeſt à terrâ.*

Decimam contradictionem habet XIV. in materiâ de beatitudine: nam in Pſychopannychi â explicās illa verba Apoſtoli 2. Corinth. cap. 5. v. 1. *Scimus, quoniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvitur, quòd ædificationem ex Deo habemus in cœlis.* Subdit. *Hæc verba ſine interprete loquitur nos ſenſuros Dei præſentiam, cùm ab hoc corpore ſeparabimur.* Et ibidem. *Electi Dei, qui ex hâc vitâ tranſierunt, Deo fruuntur ad ſatietatem citra faſtidium.* Et cap. 1. epiſt. ad Philipp. v. 8. *Nihil melius quàm migrare à corpore, ut perveniamus ad Dei contubernium, & illius præſentiâ verâ, palamque fruamur.* Hâc verò beatitudine mortales non gaudere niſi poſt extremum diem judicii clarè teſtatur lib. 3. inſtitut. cap. 25. §. 6. *Scriptura* (inquit) *ubique jubet pendere ab expectatione adventus Chriſti, & gloriæ coronam eò usque differt.* Et ibidem. *Animæ piorum militiæ labore perfunctæ fruitionem gloriæ expectant.* Et in Pſychopannichiâ. *Expectant quod nondum habent, & ſuam mercedem eminùs vident.* Tandem lib. 3. inſtitut. cap. 25. §. 6. ait ſtultum ac temerarium eſſe diſputare de hâc re, ut potè incertâ. *Valdè* (inquit) *multi ſe torquent diſputando quem locum occupent, & an cœlesti gloriâ fruantur, necnè? Atqui ſtultum, & temerarium eſt de rebus incognitis altiùs inquirêre, quàm Deus nobis permittat.* Et paulò poſt *Omnia tenentur ſuſpenſa, donec Chriſtus appareat redemptor.* Tandem ut alias Calvini contradictiones omittam, ſolam diſputationem de limbo Patrum referam, in quo ſecundum Calvinum Patres veteris teſtamenti concludebantur, ante Chriſti adventum ut etiam ipſe fatetur in Pſychopannichiâ his

verbis. *Nec verò miretur quiſquam includi carcere ſanctos Patres, qui redemptionem Chriſti expectant.* Quod autem ſibi contradicat accipe ejus verba lib. 2. inſtitut. cap. 16. §. 9. *Neſcio quî factum ſit, ut poſteritas locum putaret eſſe ſubterraneum, cui affingit nomen limbi. Sed & hac fabula, tametſi: magnos auctores habet, nihil tamen quàm fabula eſt. Nam concludere in carcere mortuorum animas puerile eſt: Chriſti autem animam illuc deſcendere, ut eas manu mitteret quid opus fuit?*

XV. Ex quibus infero Eccleſiam Calvinianã & reliquas reformatas ſic errantes in veritate fidei, non eſſe columnam & firmamentũ veritatis. Quod ex alio ipſorum principio probatur, ſi enim ſecundũ illos, Pontificia, (quæ fuit olim Chriſti Eccleſia) de facto erravit ſequitur quoque totam ipſorũ Eccleſiam (quam vocant reformatã) etiam errare poſſe, & conſequenter apud ipſos omnia eſſe incerta: & eum delirare, qui ſibi adulatur de certitudine fidei & ſalutis. Si enim Pontificia Eccleſia nõ ſtatim, ſed ſenſim à fide defecit, & tandem fidem alteram amplexa eſt, ſed tamen illud adulterium, ſeu defectionem ita latuiſſe, ut nec locus, nec tempus, nec aliæ circumſtantiæ potuerint deſignari, & deprehendi niſi poſt aliquot ſæcula à Luthero & Calvino; concludo ſi Pontificia potuit errare, ergò & reformata nemine advertente, ſenſim deficere potuit. Cur enim non poſſet contingere reformatæ; quod Pontificiæ accidit. Quod ſi jam defecerit ipſis non advertentibus, igitur omnes Calviniſtæ & Lutherani dubii & incerti ſunt de ſuâ ſalute. Quod ſi dicant non poſſe errare in fide ipſis non advertentibus, cur annuunt Pontificiam erraſſe Pontificibus, non advertentibus. Romanam ſeu Pontificiam minimè erraſſe ſatis liquet ex dictis. Omnes autem hæreticas ſectas errori & defectioni eſſe obnoxias duplici argumento probatur. Primò petito à ratione, ſecundò ab hiſtoriâ. Ratio prima eſt, quia hæretici ſpiritu vertiginis aguntur. Secunda, quia hæreſis eſt mendax. Omne autem mendacium debilibus pedibus incedit, quia ejus falſitas ſtatim deprehenditur. Deindè ad aliam falſitatem tranſit, quâ ſe operiat, & ſuſtineat. Tertia, quia dæmon ejus auctor, eſt mendax & mendacii pater, ſuosque ſemper ad nova & majora ſcelera & blaſphemias movet ex capitali odio & invidiâ in Deum, & in homines, nè ſedes ab illis per peccatum deſertæ, repleantur. Quod ſi quis hiſtorias Eccleſiaſticas revolvat, deprehendet ſolum Arianiſmum tertium ſæculum attigiſſe, & omnes ita periiſſe, ut nullum illarum veſtigium extet, niſi quod S. Auguſtinus, S. Hieronymus referunt, dum illis refutandis incumbunt. Idem ſperandum eſt de Lutheraniſmo & Calviniſmo, qui non totum orbem (ut olim Arianiſmus) infecerunt, ſed ſolùm Lutheraniſmus aliquam partem Germaniæ, Poloniæ, Daciæ, Walachiæ, Bulgariæ, Moſcoviæ; Calviniſmus, aliquid in Galliâ, Belgio, Germaniâ inferiori, Angliâ; quarum Regionũ reductio ad gremium Eccleſiæ Romanæ in dies fit, & magis faciendam ſperamus; quandoquidem vix ſit ullus principatus ſeu dominium ſupremum, in quo non ſint aliqui Romanæ Eccleſiæ alumni. Quibus attentè conſideratis, quis non concludat Romanam Eccleſiam eſſe veram Chriſti Sponſam chariſſimam, ſanctam, firmam, ſeu columnam & firmamentum fidei; reformatas autem Eccleſias eſſe adulteras inconſtantes, cùm nova dogmata quotidie fingant, & non tantum Chriſti, Apoſtolorum, Conciliorum, Pontificum, &c. menti, ſed etiam ſibi ipſis in rebus fidei contradicant.

§. 15.

Ruina eorum, qui contra Eccleſiæ firmitudinem quidquam moliti ſunt.

I. QVAMVIS ſupra oſtenderimus eos tandem inglorios obiiſſe, qui Romanæ Eccleſiæ hoſtes extiterunt. Tamen, hîc idem argumentum aggrediendum cenſui, ut omnibus pateat non tantùm infidelium, hæreticorum, & ſchiſmaticorum ſectas, ſed etiam eorum gloriam quaſi umbram periiſſe. Pro quâ aſſertione ſtabiliendâ ab hiſtoriâ Achabi auſpicabimur, eamq; ſtudioſiùs inquiremus. Rex Achab lenociniis

nociniis & conſilio poſtquàm Jezabelis Nabuthem interfecit, ejusque vineam occupavit. Lib. 3. Reg. cap. 21. v. 17. *Factus eſt ſermo Domini ad Eliam Thesbitem, dicens, ſurge, & deſcende in occurſum Achab Regis Iſraël, qui eſt in Samariâ. Ecce ad vineam Naboth deſcendit, ut poſſideat eam, & loquens ad eum dices, hæc dicit Dominus: In loco hoc, in quo linxerunt canes Sanguinem Naboth, lambent quoque ſanguinem tuum. Ecce inducam ſuper te malum, demetam poſteriora tua, & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clauſum & ultimum Iſraël. Et dabo domum tuam, ſicut domum Ieroboam filii Nabath & ſicut domum Baaſa filii Achiæ, quia egeſti, ut me ad iracundiam provocares, & peccare feciſti Iſrael: ſed & de Iezabel locutus eſt Dominus dicens: canes commedent Iezabel in agro Iſrael.* Ecce qualem ſententiam contra Achabum & Jezabel divina juſtitia per Eliam Prophetam pronunciat Quæ pœna funeſtior, & magis ignominioſa excogitari poteſt, quàm ea quam Achab & Jezabel ſubierunt? quò ad Achabum lib. 3. Reg. cap 22. v. 34. Fertur quòd cùm lateret in exercitu ſuo Gregarius quidam miles telum in confertam multitudinem jaciens, nihil minùs cogitans, quàm Achabum, eum, Deo ſagittam dirigente, confodit, ſagittâ per anteriorem armorum commiſſuram ingreſsâ, & inter ſcapulas & cervicem ejus fortiter erumpente. Tam gravi, tamque inſperato vulnere accepto rex aurigæ ſuo dixit. *Verte manum tuam, & ejice me de exercitu, quia grauiter vulneratus ſum.* Noluit omninò recedere ab exercitu, nè fugere videretur, ſed paululùm recedere, ut faciliùs plagæ mederetur. Interim verò: *Fluebat ſanguis plagæ in ſinum currus;* Pugnatumque eſt uſque ad veſperam, quando Achab obiit, & præco inſonuit in univerſo exercitu, priuſquàm ſol occumberet, dicens, unuſquiſque revertatur in civitatem, & in terram ſuam. Sic cœleſte oraculum completum eſt. Animâ ad Divinum Tribunal raptâ ſuæ idololatriæ, & aliorum flagitiorum æternum judicium receptura, corpus delatum eſt in Samariam, ibique ſepultum: in cujus piſcinâ laverunt currum ejus & canes linxerunt ſanguinem ejus, & habenas laverunt juxta verbum Domini, per Eliam. Quæ verba de communi loco ſive regione videntur accipienda. Cùm notum ſit piſcinâ Samariæ multùm abfuiſſe à fonte Jezraël. Annò mundi 3151. Jehu ordinatus à Deo, ut Jezabeli cœlitus præſcriptas pœnas imponeret, venit in civitatem Jezrael. *Porrò* (inquit ſacer textus lib. 4. Reg. cap. 9. v 30.) *introitu ejus audit, depinxit oculos ſuos ſtibio.* In quem finem tantùm apparatum fœmineum aſſumit? *Vt eſſet gratior in conſpectu Iehu* (inquit Lyranus.) Sed hanc rationem improbant Dionyſius & Cornelius: erat enim Jezabel vetula, ſciebatque Jehu eſſe juratum ſuum hoſtem. *Sed ut incuteret quendam reverentialem timorem, ut ſcilicet ipſe Iehu videns eam in tanto decore & apparatu expaveſceret manum in eam injicere, quemadmodum in geſtis Romanorum legitur, quòd dum Longobardi quâdam vice obtinuiſſent, intraſſentque Romam, ac paſſim Romanos occiderent, ipſi Senatores ſe omni ſuo decore & gloriâ veſtierunt, ſedilque unuſquiſque eorum in ſede ſuâ, in propriâ domo, ad quos Longobardi ingreſſi reverebantur eos, nec audebant occidere, imò adorabant eos ut Deos. Attamen cùm unus Longobardorum manu ſuâ attrectaret barbam ultimi Senatoris: ille non ferens hoc, baculo ſuo impegit in illum. Quo facto indignati Longobardi primùm interemerunt, deindè per ordinem alios.* Hęc Dionyſius: vel (ut vult Cornelius) ad oſtentandam animoſitatem, quaſi quæ non timeret, ſeu curaret Jehu: undè illum increpavit vocavitque; domini ſui Joram Regis interfectorẽ ut eum percelleret: putabat enim quòd Jehu in ſe, utpotè fœminam & reginâ nõ auderet manum mittere, nec ejus ſanguine ſe cruentare. Quod ſi auderet, volebat animosè & nobiliter mori, quaſi mortem contemneret. Jehu elatis oculis ſurſum, ait: *Quæ eſt iſta?* & inclinaverunt ſe ad eum in eâdem feneſtrâ. *Duo veltres Eunuchi*, v. 32. ideſt cubicularii regii, ut audirent quid intenderet. v. 33. *Qui dixit eis præcipitate eam deorſum.* Illi autem, qui eam heri adoraverant nihil cunctati. *Præcipitaverunt eam, aſperſusque eſt ſanguine paries, & equorum ungulæ*

l. 3. Reg. c. 21. v. 17.

l. 4. Reg. cap. 9. v. 30.

Lyran. Dionyſ. Cornel.

angula conculcaverunt eam. v. 34. *Cùmq; introgressus esset ut comederet & biberet, ait: Ite & videte maledictam illam, & sepelite eam, quia filia Regis est.* Scilicet Ethba alis Regis Sidoniorum, imò uxor; nurus, mater, socrus, & avia. Jehu in eâ missione non neglexit illud oraculum. *Nec erit, qui sepeliat eam.* v. 33. *Cùmque issent, ut sepelirent eam, non invenerunt nisi calvariam & summas manus.* Divino enim instinctu validi canes ex toto oppido cœperunt membratim dilacerare ejus carnem deformatam, & contrucidatam dentibus equorum: quod spectaculum cuncti videntes exclamarunt: *Hæccine est illa Iezabel?* Quasi dicerent: Ecce illa, quæ erat terror Eliæ & Prophetarum, imò totius Israelis ac populi fidelis, quomodo jam ungulis equorum conculcata, & dentibus caninis dilacerata est. Filii Achabi non impares pœnas luerunt, quæ etiam ab Eliâ videntur prænunciatæ lib. 3. Regum cap. 21. *In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum,* id est filiorum tuorum, juxta illud Ciceronis pro Roscio Amer. *Magnam vim, magnam necessitatem, magnam religionem paternus, maternusque sanguis.* Quint. lib. 8. cap. 3. *Ut medici ab alienata morbis membra præcidant, ita turpes ac pernicioſos, etiamsi nobis sanguine cohæreant amputandos.* Quibus accinit Virgilius lib. 2. Æneid.

l. 3 Reg. cap. 21.

Cicero.

Quint.

Virgil.

— *Hortamur fari, quo sanguine cretus*
Quidvè ferat, memoret: quæ sit fiducia capto.
Troiano à sanguine duci.

Et lib. 4.

Teucri
Italiam regeret, genus alto à sanguine
Ponderet, ac totum sub leges mitteret orbem.

Et Ovidius lib. 6. Fastorum.

Ovidius

— *At sanguis ille sororis erat.*

Lib. 4. Trist. Eleg. 1. vocat fratrem socium sanguinis.

Civis vocatur Latio de sanguine natus.

Et lib. 13. Metamorph.

——— *Pro progenie*
Nostri quoque sanguinis auctor
Iupiter.

II. Qualiter autem perierit tota soboles Achabi refertur lib. 4. Regum cap. 10. v. 1. *Erant autem Achab septuaginta filii in Samariâ, scripsit ergò Iehu litteras, & misit in Samariam, &c. Cùmque venissent litteræ ad eos, tulerunt filios regis, & occiderunt septuaginta viros & posuerunt capita eorum in cophinis, &c.* Eodem capite legitur, quod dum in Samariâ filii Achab trucidarentur, eandem divinam ultionem civitas Jezrael experta est. Illi enim studiosè perquisiti sunt, & occisi qui consanguinei & & affines Achabi erant, & sub eo titulo possent quoquo modo ad regnum aspirare, atque regiæ familiæ intimè addicti, vindictamque cædis factæ à Jehu sumerè possent. Imò eo progressus est Jehu, ut cùm indè Samariam pergeret, occurrit in viâ camera pastoralis, ubi oves mactari solebant, in eâ fratres & nepotes numero 42. Ochoziæ latitabant, totius rei se ignaros fingentes, liberè dixerunt se descendisse Ierosolymis ad salvandos filios Regis & Reginæ, scilicet Iorami & uxoris ejus, seu Iezabelis, qui paulò ante trucidati fuerant. In hos omnes Iehu jussit manus injici ac interfici; quamvis nonnulli forent de tribu Iuda ob Ochoziam: nihilominùs ob Athaliam & filium ejus ad domum Achab spectare censebantur, sicque eodem titulo cum reliquis interempti sunt. Ecce quàm severam & infamem mortem subeunt, non tantùm fidei desertores, altarium destructores, uno verbo synagogæ hostes; sed etiam, qui illis aliquo gradu affinitatis aut consanguinitatis conjuncti sunt.

III. De illo miserrimo casu non tantùm hæresis sed etiam impietatis sub nomine Iezabelis, Drogo Hostiensis de sacramento Pallionis hæc ingeniosè scribit. *De illâ turre Babel projecta est meretrix Iezabel, fornicationum mater, idolorum cultrix, avaritiæ artifex; & cùm eam sepelire vellent, quia erat filia Regis non invenerunt nisi tantùm calvariam, & manuum summitates, & aspersum parietem. Hæc sanè est impiorum sepultura, hæc digna retributio, quid ex eis nisi manuum summitates, hoc est operum vix extrema vestigia remanent, & calvariæ, qui fuerat locus superbiæ spoliatus capillorum gloriâ, quia Psalm. 36. Vidi impium superexaltatum, & elevatum, sicut cedros Libani, & transivi; & ecce non erat. Hæc est Calvaries Iezabel, quæ vestita erat*

Drogo.

Digitized by Google

erat decore meretricio, & perunxerat oculos ſuos ſtibio. Decalvatus eſt ſuperbiæ vertex, non eſt qui jam dignetur aſpicere, niſi qui voluerit nefas ejus abhorrere, ut lavet manus ſuas in ſanguine peccatoris, & velut equus fortis & velox meretricem projectã unguld ſuâ confodiat & concuſſet & prætereat. Hic & paries adhuc relictus eſt, ut terreat viros ſanguinum & doloſos, qui propter avaritiam ſuam lapidant humilem Naboth, ſed canes impudentiſſimi amatores cadaverum, carnes ſibi fornicariæ incorporant, unde & ſanguinem lambũt, quia ſicut libidinis, ita & ultionis participes erunt. Alii verò ſunt canes, qui ſiunt ex inimicis abyſſi, qui famẽ juſtitiæ patiuntur qui circumeunt civitatẽ nõ Babyloniæ, ſed Eccleſiæ, & quod mortuum ibidẽ à vitiis reperiunt, comedunt & conſepeliunt. Per canes illos Eccleſiæ civitatẽ circumeuntes infideles, hæretici, ſchiſmatici intelligendi ſunt, qui foris ſunt & extrà Eccleſiam, & conantur alios ſeducere. Audiatur S. Chryſoſtomus homil. de Adã, Sodomitis, & Achab, ubi animadvertit ſobolem Achab non incongruè eodẽ ſupplicii genere periiſſe, quo Achab, & Jezabel peccaverant. Cùm ad ſuas delicias injuſtè abſtuliſsẽt à vineâ Naboth uvas & botros, Deus voluit ut capita

4. Reg. cap. 10. v. 7. filiorũ cophinis inferrentur. lib. 4 Reg. c. 10 v. 7. in pœnam vineæ ſublatæ, & homicidii perpetrati. *Tulerunt Filios regis, & occiderunt ſeptuaginta viros, & poſuerunt capita eorũ in cophinis & miſerunt ad eum in Iezrael.* Os Aureum homiliâ citatâ, docet ejuſmodi mortis genus reſpondere crudelitati, quam in familiam Naboth exercuerũt.

Chryſoſt. *Vnicuique* (inquit) *Deus quam ſeminavit meſſem, reddit, rapuit Achab vineã, & alienos vindemiavit labores: vidit injuſtitiam Deus, tulit miſericorditer: nam qui correptus deploraverat, & ut lachrymavit veniam obtinuit, contentus enim Iudex miſericors lachrymis: ſed Achab converſus eſt ad cœnum priſtinum. Quid igitur? qui cum innocente innocens, cum perverſo perversens, converſus eſt ipſe in vindictam. Et vide quomodo retributio peccato par. Filii* (inquit) *Achab erant ſeptuaginta viri, & occiderunt ſeptuaginta, & poſuerunt capita eorum in corbes, & miſerunt eos in Iſrael. Profectò rectus es Domine, & rectum judicium tuum. In Iſrael Nabutha occiſus eſt, in eundem locum occidentis genus occiſum miſſum eſt in ſportis. Achab Nabuthæ peccavit, botris in corbes conjectis. Tale enim eſt peccatorum debitum, ut ſi ſolliciti ſumus, ad ſolvendum leve ſit, ſin negligentes erit graviſſimum, totam enim ſimul mergit debentium ſubſtantiam.* Quaſi diceret, quia Rex Achab ſpoliavit Nabuthem propriâ vitâ, hæreditate, ſobole, Deus Achabum regno & vitâ privavit, ejuſque ſtirpem delevit, immiſſis cunctorum filiorum cervicibus in corbes, juxta Dominicum vaticinium lib. 3. Regum cap. 21. v. 21. *Ecce* (inquit) *demetam poſteriora tua.* ideſt voluiſti hæreditatẽ Naboth immutare in hortum olerum, ego funditùs ſuccidam tuos poſteros, tuos filios & nepotes, ſanguinem tuum effuſum canes lambẽt & abſorbebunt. Et quia hæc cruenta cædes facta eſt induſtriâ & conſilio Jezabelis, illa etiam præcipitabitur, & eam canes dentibus dilaniabunt, & devorabunt in agro Jezrael, in quo plantata erat vinea Naboth. Voluiſti vindemiare, & vineam Naboth racemis ac ſtirpibus expoliare, ego verò privabo te omni fructu ſobolis. Hoc oraculum non tantùm ſecundùm litteram, ſed etiam ſecundùm allegoriam completum eſt. *l. 3. Reg. cap. 21 v. 21.*

III. Judæi linguâ ſuâ venenatâ lambere voluerunt ſanguinem Chriſti, quo Eccleſia fundata & irrigata eſt, imò etiam & ſponſum & ſponſam cum progenie myſticâ ex hominum mentibus omninò delere tentarunt. Tantum facinus non patiens Deus, eos perpetuo exilio damnavit, adeò ut nè quidem unum pedem terræ poſſideant. Accipe verba Angelomi. *Benè convenit huic, quod in hoc loco, quo linxerunt canes ſanguinem ſecundùm Prophetæ ſententiam, lambebant etiam ſanguinem Achab: & in agro Iezabel canes comedent carnes Iezabel: quia cum canes illi, de quibus ſcriptum eſt Pſalm. 21. Circumdederunt me canes multi, ſanguinem Redemptoris noſtri linguâ venenatâ expetebant, ipſi etiam à canibus illis, de quibus Scriptura dicit Matthæi cap. 15. Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus, ut nequiſſimi raptores & ſceleſtiſſimi poſſeſſores vineæ Domini in* *Angel.*

dissent, eos, qui intus erant cibum capere, hoc suspicabantur indicio, statimq; ruptis foribus irruebant, victũque jam contusum dentibus ex gutture penè revocabant, ipsos faucibus strangulantes. Pulsabantur autem senes nè cibum defenderent, lacerabantur mulieres ea quæ haberent in manibus occultantes; nullaque miseratio vel cani capitis, vel infantiæ, sed abstractos pueros & ex buccellâ pendentes humo allidebant. Si quis autem incurrentes antevertisset, quodque rapturi fuerant, devorasset, tanquam læsi cruentiores erant. Acerbissimos autem cruciatus excogitabant, dummodò alimenta reperirent, nunc extruentes genitalium vias, nunc virgis acutis podices transfigendo horrenda etiam auditu quis patiebatur in unius panis confessionẽ & ut unum pugnũ farina abditum indicaret Et cùm omnia supplicia & pœnas quæ Judæi passi sunt sigillatim enumerare nequeat, subdit. *Breviter dicam neque aliam civitatem unquam talia perpessam puto, neque ullam nationem post hominum memoriam malitiâ ferociorem fuisse.* Et cap. 12. *Illatam ab hostibus mortem comparatione famis requiem esse ducebant.* Cap. 14. sic de Judæorum fame differit. *Iudæis cum exeundi facultate omnis etiam spes salutis adempta est, auctaque jam fames totas domos ac familias depascebatur. Et tecta quidem plena erant mulieribus exanimatis, atque infantibus, viarum autem angusta senibus mortuis: adolescentes autem ac juvenes turgidi velut umbræ mortuorum per oppidum volutabant. Vbi, quem casus occupaverat decidebat, sepelire autẽ neque poterant præ labore, &c. Denique super eos, quos sepelierant multi moriebantur. Multi autem ad sepulchra priusquam fati dies veniret, & vivi properabant. Neque luctus in illis calamitatibus, neque fletus erat, sed fame superabatur affectus.* Lib. 7. cap. 7. Hanc famem Judaicam describere tentans, hæret. *Inenarrabiles clades eveniebant. In dies namque singulos, si vel unquam aliquid tibi apparuisset, bellum illicò gerebatur, & amicissimi inter se ad manus veniebant miseris diripientes animis viaticum. Fides autem penuriæ nec morientibus habebatur: sed etiam quos viderent expirare scrutabantur latrones, nè quem fortè cibum sinu occultans quispiam moreretur. Ipsos autem spes egestate victus hiantes, veluti canes rabidos decipiebat, & impingentes in ostia tanquam ebrii ferebantur, easdemque domos bis ac ter eodem momento desperatione inquietabant: omniaque dentibus necessitas subigebat. Et ea colligentes quæ nullum, quamvis sordidissimũ mutorum animalium non horreret comedere patiebantur. Denique nec cingulis, nec calciamentis abstinere, coriaque scutis detracta mandebant. Quin etiam fœni veteris laceramenta victui habebantur, cujus exiguum pondus quatuor atticis venundabatur.* Cap. 8. narrat quandam mulierem urgente fame proprium filium coxisse. Cap. 17. captivorum numerũ, & defunctorum tempore obsidionis his verbis recenset. *Et captivorum quidem omnium qui toto bello comprehensi sunt nonaginta & septem millium comprehensus est numerus. Mortuorum verò per omne tempus obsidionis decies centena millia.* De cloacis & sepulchris loquens. *Inventi sunt ibi quoque plusquam duo millia, quorum alii manu sud, plures autem mutuis se vulneribus interfecerant, cùm alios fames corrupisset.* Insuper scribit tunc Jerosolymam ad celebrandum Pascha, confluxisse ex toto orbe terrarum Judæos ad vicies septena & septuaginta milliones, seu duos milliones & 700. millia hominum.

V. Eusebius lib. 4. cap. 6. adjicit quod Adrianus Vespasiani successor post Nervam & Traianum edicto solemni & capitali ordinavit, ut omnes Judæi, (nullo excepto) procul à Judæâ recederent, nec ullus eorum illam etiam eminùs conspicere auderet. *Ita factum est* (inquit) *ut cunctis post introitum Iudaicæ gentis incolis, mox in eam peregrinæ nationis confluentibus permutatis civibus, etiam ipsa Alia appellaretur ex cognomento Alii Adriani, & ut in Romanorum jus conversa ritum pariter mutaret & nomen.* Quod si Judæi, ob hostile odium in Christum in partu Ecclesiæ laborantem, tantas luere pœnas; si Pharao populi fidelis, seu Synagogæ persecutor cum suo exercitu tam miserè periit; si Achab Eliæ & Prophetis infensus, tam inglorio funere vitam finivit. Ethnici & alii Ecclesiæ jam dictæ & formatæ, seu crescentis persecutores non leviores pœnas evaserunt.

Nam Cæsar violentâ morte absumptus est. Diocletianus & Maximianus tyranni cùm jurassent se Christianos penitùs deleturos, sin minùs imperium deposituros, tandem cùm Ecclesiam extinguere non possent, Christiani ritus, & nomen delere impares forent, indignati eodem die imperio se abdicarunt. Postea autem Maximilianus pristino Imperatoris munere fungi volens à Cõstantino Augusto ad laqueum Massiliæ adactus est. Diocletianus verò tabe & putredine à Deo immissâ consumptus est. Aurelianus Imperator in Christianam Religionem, & Ecclesiam Romanam crudeliter sævicns post annum captus à rege Persarum, factus est orbis opprobrium: eo enim rex velut scabello equum ascensurus usus est. Post aliquot sæcula Bajazetus Turcarum tyrannus ignominiã passus est à Tamberlano Turcarum Monarchâ. Imperator Decius ob effusum cruorem Christianum, & tentatam Ecclesiæ extinctionem infœlici morte occubuit. Cùm enim ex Baronio anno Christi 254. adversus Gothos infestantes Mœsiam & Thraciam præliaretur, à Trebaniano Gallo exercitus in Mœsiâ Duce proditus extincto filio ipse equo salutem captans in profundam paludem incidit, à quâ illicò absorptus nusquã amplius visus est. Apud eundẽ Baronium anno 312. Maxentius à Constantino in prælio victus, suis militibus fugatis, plerisque in flumine submersis, ipse etiam fugam arripiens è ponte quem super Tiberim extruxerat decidens absorptus est, ejusque corpore ab Urinatoribus extracto, sectum caput hastæ affixum in urbe, deindè in Africam missum, ut quam vivus afflixerat, defunctus ab ea conspiceretur. Postquàm Domitianus Augustus Christianos variis persecutionibus infestavit gladio confossus est, omnesque ejus statuæ tam aureæ, quàm argenteæ in illius honorem erectæ subitò in massam conflatæ sunt. Ex Baronio ad annum 98. Galba occiditur Othonis factione à militibus in foro Romano anno 71. ex eodem Baronio. Eodem anno Otho Neroni charissimus post tres menses à suscepto Imperio sibi mortem consciscit apud Bebriacum. Vitellius latebras quærens à militibus inventus sævissimè trucidatus est. Denique anno 224. Heliogabulus postquàm sævissimè in Christianos egit, ac nefandas suas turpitudines coram Senatu & populo Romano exercuit, tandem à militibus occisus est unà cum matre æquè impurissimâ, corpusque ejus in plateam publicam projectum, & tractum, demùm in Tiberim mersum est. Non leviores pœnas luerunt alii Christiani nominis ac Romanæ Ecclesiæ hostes. Nec immeritò Tertullianus lib. ad Scapulam c. 2. scribit neminem in Christianam religionem & Ecclesiam Romanam sævisse impunè. *Tertull.*

Absit, ut indignè feramus ea nos pati, quæ optamus; aut ultionem à nobis aliquam machinemur, quam à Deo expectamus. Tamen doleamus necesse est, quod nulla civitas impunè latura sit sanguinis nostri effusionem: sicut & sub Hilariano Præside, cùm de areis sepulturarum nostrarum adclamassent, areæ non sint, areæ ipsorum non fuerunt; messes enim suas non egerunt. Cæterùm & imbre anni prateriti quid commeruerit genus humanum apparuit, cataclysmum scilicet, & retrò fuisse propter incredulitates, & iniquitates hominum, & ignes, qui super Carthagines proximè pependerunt per noctem, quid minati sunt sciunt, qui viderunt & pristina tonitrua quid sonaverint sciunt, qui obduruerunt, omnia hæc signa sunt imminentis iræ Dei, quam necesse est quoquo modo possumus, ut annunciemus & prædicemus, & deprecemur interim localem esse: universalem enim & supremam suo tempore sentient, qui exempla ejus aliter interpretantur. Nam & sol ille in conventu Vticensi extincto penè lumine adeò portentum fuit, ut non potuerit ex ordinario deliquio hoc pati, positus in suo hypsomate & domicilio. His particulis ultimis utitur (inquit Beatus Rhenanus) cum Astrologis loquentibus de Ecclypsi quâdam non ordinariâ, sed prodigiosâ, quæ nunc ab Astrologis nuncupatur altitudo & domus. Idem Tertullianus consequentes aliqua exempla producit. *Habetis Astrologos, possumus æquè & exitus quorundam Præsidum tibi proponere, qui in fine vitæ suæ recordati sunt deliquisse, quòd vexassent Christianos Vigellius Saturninus, qui primus hic gladium in nos egit*

lumine

lumina amisit. Claudius Herminianus in Cappadociâ, cùm indignè ferens uxorem suam, ad hanc sectam transisse, Christianos crudeliter tractasset, soluſque in prætorio suo vastatus peste cùm vivus vermibus ebulliret nemo sciat, aiebat: Nè gaudeant Christiani. Posteà cognito errore suo, quod tormentis quosdam à proposito suo excidere fecisset penè Christianus decessit. Cæcilius Capella in illo exitu Bizantino Christiani gaudete, exclamavit: sed qui videntur sibi impunè tulisse venient in diem divini judicii. Tandem hunc librum concludens docet non Romanæ Ecclesiæ hostes ac persecutores vitam suam crudelem cum funestâ morte commutare, sed etiam ipsam Ecclesiam erigi cùm opprimitur, ædificari cùm destruitur, sanciri ac firmari cùm infidelium, ac hæreticorum &c, telis obruitur. *Nec tamen deficiet hæc secta, quam tunc magis ædificari scias, cum cædi videtur. Quisque enim tantam tolerantiam spectans, ut aliquo scrupulo accensus, & inquirere accenditur, quid sit causa, & ubi cognoverit veritatem, & ipse statim sequitur.*

VI. Quàm exitiosa sit ipsis persecutoribus in fideles sævitia exercita breviter innuit Sapiens Proverb. cap. 20. v. 25. *Ruina est homini devorare sanctos.* Ideſt qui persecutionibus vexat sanctos sibi ruinam parat. Vel (ut Hebræus) *Laqueus est homini devorare sanctos.* Alludit ad illud Psalmi 34. vers. 25. *Nec dicant devoravimus eum.* Titelmannus in elucidationibus. *Absorbebimus eum, jam illum in mortem, & perditionem præcipitabimus.* Item Abacuc cap. 3. vers. 14. *Exaltatio eorum sicut qui devorat pauperem in abscondito.* Scilicet Christum pauperem, qui est caput Ecclesiæ, & ejus Sponsam charissimam Ecclesiam Romanâ, cujus alumni olim vitâ, bonis, honore, patriâ, &c. privabantur. Hebræa Versio, Rabbi, Salomon, Vatablus citatum locũ Proverb. ita reddunt. *Laqueus, vel muscipula est homini devorare, vel præcipitare sanctitatem.* Beda, Salianus, Lyranus, Cajetanus. *Ruina est homini denotare sanctos,* ideſt denigrare convitiis, eorum famã calumniis lædere, tormentis, ac supplicis torquere. Pagninus. *Laqueus est homini deglutire sanctificatum.* S. Athanasius sermone de Passione & Cruce Domini JESU, illis oraculis subscribens, id variis similitudinibus, & exemplis probat. *Cæca enim malitia est, & animi pravitas, ut qua non intelligat ipsam suas contra se manus acuere, veluti si quis serpentem manu apprehendat, ut alteri injiciat, quod fieri non potest, quin ipse prius mordeatur, aut si quis ignem manu sumat, ut hostem lædat, interim non animadvertat se ipsum comburi: ita ipsa malitia, contra sui usurpatores militat, eosq; qui ipsam tenent, magis quàm illos, in quos noxam parat, consauciat. Itaque Pharao volens capere, captus est, & exorsus persequi persecutionem passus est, & necem moliens submersus est. Ita & Goliath quibus armis Davidem invadebat, detruncatus est, & spoliare destinans spoliatus est.* Expende illa verba. *Ipsa malitia cõtra sui usurpatores militat, &c.* Gentilitas Ecclesiam persequens non alios habet tortores quàm ipsummet peccatũ. Theodoretus q. 25. in Exodum de citati Pharaonis inglorio funere. *Tradidit* (inquit) *justissimus Iudex exitio aquarum Pharaonem cum toto exercitu, quia per aquam interemerat infantes Hebræorum,* ideſt quia populum fidelem delere tentavit mergendo aquis illius proles, iisdem ultrice Dei manu mergitur. Idem de Ægyptiis scribit S. Augustinus q. 9. in Exodum. *Justo Dei judicio factum est, ut de illo fluvio sanguinem biberent, in quo infantium Hebræorũ sanguinem fuderant,* ideſt quia Ægyptii Nilum sanguine puerorum Hebræorũ purpurarunt in pœnam tam infandæ necis eandem aquam ebiberunt. Dum Samaritæ veram religionẽ deserunt, & altaria vitulis aureis erigunt, justissimas violatæ fidei, ac desertæ religionis pœnas luunt; nam ab eodem vitulo adorato projecti, à regio statu deturbati, ac in captivitatem ducti sunt. *Projectus est* (inquit Ozeas cap. 8. v. 1.) *Vitulus tuus Samariæ* Hebræus. *Projecit te vitulus tuus Samariæ.* Quod oraculum Arias Montanus ita elucidat. *Significat Israelem, cujus regia Samaria fuit, cornu petitum, & projectum esse ab eodem vitulo, quem ipse sibi aluerat translatione ad rem accommodatâ pulcherrimè usus: significat autem & captivitatem Israelitarum, qui propriâ idolomaniæ culpâ à suis sedibus ejecti sunt, perindè ac si cornibus vituli,*

Proverb. c. 20. v. 25.

Theodor.

August.

Arias Montan.

quem ipſi nutrierant, expulſi & exturbati fuerint.

VII. Non tantùm ſynagogæ deſertores ac perſecutores: non tantùm Imperatores ac Reges Pagani Romanæ Eccleſiæ hoſtes; ſed etiam Apoſtatæ ejuſdemque Eccleſiæ deſertores ob illam defectionem paſſi ſunt cladem extremam. De infœlici interitu Simonis Magi conſule S. Irenæum, Juſtinum Martyrem, Egeſippum, Pamphilium, Euſebium. De Saturnino Antiocheno, Baſilide Alexandrino, Menandio, Carpocrate, à quo Gnoſtici vide Euſebium lib. 4. cap. 7. de Theodorico hæretico, ſcribit idem Euſebius lib. 5. cap. 15. Montanus & Priſcilla ſecundùm eundem laqueo ſibi mortem conſciverunt. Omitto funeſtam mortem Arii, Manis Manichæorum Coriphæi, Ebionis, Donatiſtarum ſeu Circumcellionum, Neſtorii, Photii, Gregorii Cyprii Patriarchæ Cõſtantinopolitani tempore Andronici Imperatoris, Marci Ephęſini, qui Concilio Florentino ſemper reſtitit. Aliquot Novatorum noſtrorum funera perluſtremus, Lutherus veſpere bene cœnatus nocte ſequenti ſuffocatus interiit. Bozius libr. 23. de ſignis Eccleſiæ addit (ut rem fide dignam) Lutherum ſibi vitam laqueo eripuiſſe. OEcolampadius ſubitâ morte eſt ſtrangulatus. Hoc audito Lutherus infenſus OEcolampadio (eoquòd ab ipſo diſceſſiſſet, novamque hæreſim ſuſcitaſſet) ſcripſit ſe certò ſcire ipſum diabolicis telis fuiſſe confôſſum. Eodem mortis genere vitam finivit Caroloſtadius. Bucero ferè agonizanti adfuit horribilis dæmon qui omnes aſtantes terrefecit, ille è lecto detruſus ſua viſcera per cubiculum effudit, & ita expiravit. Calvinus (teſte Beza) quadriennio ante obitum laborans cholicâ, dolore articulorum, hemorrhoïde, calculo, pituitâ, aſtmate, febri, hemicranio, ſanguinis vomitione, imò pediculis ſcatentibus exeſus obiit. Zuinglius ab Helvetiis Catholicis cæſus & combuſtus eſt. Ex Florimundo Remundo lib. 7. de ortu hæreſis cap. 17. Perrinus Calviniſta ex altari ſacrum lapidẽ (in quo Chriſti Corpus offerri conſueverat) in infamem ſupplicii locum, ubi rei plectebantur transferri curavit, ut deinceps maleficorum ſanguine tingeretur. Sed Deo permittente ac juſto vindice, prima fuit hujus altaris victima; nam ad hunc ipſum lapidem capite truncatus eſt, itaut in illo hoc Eccleſiaſtici oraculum verificetur cap. 27. v. 29. *Qui ſtatuit lapidem proximò offendet in eo.* Et illud Eccleſiaſtici cap. 10. v. 9. *Qui transfert lapides affligetur in eis.*

VIII. Huc etiam non revoco Imperatores, Reges & Principes, qui hæreticorum fautores fuêre. Vide de Conſtantio Ammianum Marcellum lib. 21. Nonnè Zeno comitiali morbo correptus cum uxore Arcadiâ vivus ſepultus eſt, expergefactus ſe incluſum vidēs proprias manus alias ſanguine fidelitū cruentatas corroſit? nonnè Baſiliſcus Imperator hæreticus poſt bellum Chriſtianis immiſſum cum prolibus ſuis interemptus eſt? poſtquàm Anaſtaſius Imperator Eccleſiam vexavit, Eutychianâ hæreſim fovit, diſcēs ex oraculo ſe incendio abſumendum, ciſternam in palatio effodit, in quam concepto igne ſe recipere poſſet, nonnè tandem fulmine inopinato abſumptus eſt? Juſtinianus poſt manus injectas in Sylverium Vigilium, hæreticis favens; nunquid in inſaniam incidit aliisque calamitatibus exagitatus obiit? Heraclius ex Cedreno Monothelitarum ſectam amplexus nunquid per Saracenos Ægypto & Syriâ ſpoliatus, domeſtico incœſtu infamis, tandem inguine inverſo faciem ſuam immingere ſolebat. Conſtans Monothelitis adhærens cùm in balneo lavaretur nuñquid ab Andreâ domeſtico interemptus eſt? Philippicus & Imperio & viſu privatus eſt, & ſecundum Zonaram ex morbo inteſtinorum emiſit ſpiritum. Nunquid Conſtantinus Copronimus imaginum hoſtis, divinitùs caſus eſt in cruribus, & moriens exclamavit. *Vivens adhuc ſum igni inextinguibili traditus.* Nunquid ejus filius Leo IV. coronam auream carbunculo illuſtrem è S. Sophiæ templo ſuſtulit, eáque caput ornavit, ac more triumphantis totâ Urbe Conſtantinopolitanâ illam circumferens, ſed idem caput enato carbunculo, ſeu ulcere ita intumuit, ut in febrem deindè in rabiem inciderit, animamque ſacrilegam ejulans poſt paucos dies evomuerit? Juxta illud

Digitized by Google

Idem. c. 13. v. 18. illud Jeremiæ ad Sedeciam cap. 13. v. 18. *Dic Regi, & Dominatrici, humiliamini, sedete; quoniam descendit de capite vestro corona gloriæ vestræ.* Nunquid Nicephorus iisdem flagitiis irretitus Bulgarorum inopinato incursu nocturno occisus est. Leo VIII. Armenus pravis prædecessorum dogmatibus imbutus nonnè interfectus est à Michaele Traulo? nonnè Michael eâdem hæresi infectus interiit post intolerabiles retentę urinæ ac intestinorum cruciatus? Theophilus ex Balbi stirpe capitali odio imaginum cultores prosequens, nonnè dysenteriæ morbo correptus obiit? & alii Imperatores Græci, ut hæretici & schismatici Michael Stratonicus, Botoniates &c, apud Zonaram & alii hæretici. Inter eos Andronicus Comenus post occupatum Imperium persequens Latinæ seu Romanæ Ecclesiæ alumnos imò Joannem Ecclesiæ Romanę Cardinalem & Legatum Cõstantinopoli residentem interemit: sed ut canit Horatius.

Rarò antecedentem Scelestum
Deseruit pede pœna claudo.

Quippè paulò post ab Isaaco Angelo interemptus est, ejusque filii oculis capti cœsi sunt. Isaacum Imperio visu & vitâ spoliavit frater ejus Alexius. Hunc verò Alexius nepos occidit. Alexium hunc nepotem insidiosè deprehensum Alexius Dux vulgò Morzufluus trucidarunt. Morzinfluus apud Chroniatum & Sigonium parem pœnã luit. Andronicum Andronicus nepos deturbavit, & ad extremas ærumnas redegit. Hic variis Turcarum bellis infestatus toti Asiæ & plurimis Europæ locis cædere coactus fuit, tandemque morbo lethargico correptus per septem dies, obiit. Ejus filius à proprio tutore proditus est. Andronicus Joannis filius victus à Turcâ, captus ab Amarathe Rege, tandemque à Joanne proprio patre & fratre Emmanuele in carcerem conjectus excœcatus est. Constantinus Paleologus à Turcis captus, Constantinopolim ductus ibi finem vitæ & Imperio Græcorum imposuit. Bozius lib. 24. de signis Ecclesiæ, hanc reflexionem facit. *Nunc admiremur incredibile Dei judicium, anno septingentesimo decimo-octavo, Graci Imperio tenebant maximam Italiæ partem Siciliam, Cretam, Cyprium, Illyricum, finitimasque Græciæ Regiones Multas: minoris similiter Asiæ Regiones. Denique rebus omnibus florebant.* Infra, *Græci omninò à nobis discedentes tot ac tanta infortunia, quæ lugemus, subierunt, ut sciamus, quæ pœna maneat hæreticas nationes, quod præmium Catholicas.*

Bozius

IX. Quod si ad Occidentales plagas transeamus, videbimus omnes Imperatores hæreticos, & nonnullos Reges simili labe infectos, infœlici morte periisse: itaut hic locum habeat quod cecinit Claudianus de Perillo lib. 1. in Eutropium.

Claud.

Quàm benè dispositum terris, ut dignus iniqui
Fructus consilii primis auctoribus instet.
Sic multos fluvio Vates arente per annos
Hospite, qui cæso monuit placare tonantem,
Inventas primùm Busiridis imbuit aras,
Et cecidit sævi, quod dixerat hostia sacri.
Sic opifex turri tormentorumque repertor, (doluri
Qui funesta novo fabricaverat æra
Primus in expertum siculo cogente Tyranno (juvencum
Sensit opus, docuitque suum mugire
Nullius Eutropius, quam qui se protulit ante,
Direptas possedit opes, nullumq; prtorem
Protulit exilio, solumq; hoc rite peregit,
Auctorem damnare suum. ——

Baron.

Henricus III. Imperator apud Baronium anno Christi 1106. auctor hæresis Henricianæ, seu Politicorum, qui spiritualia subjiciunt Regibus, spernuntq; censuras Ecclesiasticas, quamvis à patre moriente fuisset commendatus Romanæ Ecclesiæ, & ei Regnum stabilitum fuisset, eumque Nicolaus Pontifex plurimis beneficiis devinxisset, tamen in tanta flagitia lapsus est, ut vocatus Romam, causam daturus, contempserit, aliorumque appellationes prohibuerit. Sed posteà ficte resipiscẽs à venditione Ecclesiarum & aliis flagitiis, Romanæque Ecclesiæ obedientiam promittens, iterùm ad vomitum revertitur, Romam citatur in synodo causam dicturus, renuit, & quorundam malignantium consilio Gregorium VII. Pontificem Pontificatu indignum declarat,

Digitized by Google

clerat, eiq́ue mandat, ut cedat Pontificatui. Tandem excommunicatus à ſynodo Romanâ, abſolvitur à Gregorio IX. ſed ad priſtinam contumaciam relapſus, inſidias Gregorio ſtruit, Romam obſidet, Catholicos ubiq́ue vexat, ab Anti-Papâ Guiberto coronatur. ſed ſub Paſchali Pontifice iteratâ cenſurâ affectus, cogitur à proprio filio Henrico inſignia Imperii deponere, & judicio Sedis Apoſtolicæ ſe ſubjicere. Denique ut volunt Domnizo in Mathilde, Baronius, Urſpergenſis morte repentinâ mulctatur. *Miſerabile dictu* (inquit Urſpergenſis) *tanti nominis, tantæque dignitatis, tantiq́ue animi virum ſub profeſſione Chriſtianâ, mundũ tanto tempore lucratum, nec ad inſtar cujuſlibet pauperis defuncti, pium, vel cõpaſſivum luctũ à quâvis inter tot Chriſtianos perſonâ promeruiſſe, ſed potius univerſorum, tam ibidẽ quàm ubivis verè Chriſtianorum corda ſimul & ora infinito nimis tripudio repleſſe. Quippè quibus ſummè execrationi eſſet, tanquam archipirata, hæreſiarcha apoſtata, ac perſecutor plus animorum, quàm corporum; necnon catenus mandatorum, adeòq́; incredibilium ſcelerum auctor, atque inventor.* Ejus corpus in quodam Monaſterio ſepultum effoditur, & abſque ullâ ſepulturâ, vel exequiarum celebritate in loco prophano deponitur, tandemq́; Spiram delatum in ſarcophago lapideo extra Eccleſiã per quinquennium manſit inhumatum. Fredericus Imperator poſtquàm in auguſtiſſimum, totiq́ue orbi Chriſtiano venerandum templum S. Petri faces injecit, & Alexandrum II. Papam Româ cædere coëgit, Guidonẽ Cremenſem Pſeudo-Papam ſacrilegum impii ſchiſmatis idolum in loco ſancto collocavit & ab eo cum Auguſtâ Imperii diadema ſuſcepit, Deus juſtus ultor altero die, puro, maximèq́; ſereno cœlo repente copioſus imber decidit, quem mira rurſus ſerenitas excepit, peſtisq́ue in exercitum Cæſarianum graſſare cœpit tantâ duritate, ut dies mortuis inhumandis non ſufficeret. Fredericus hâc manifeſtâ Numinis offenſi vindictâ cõſternatus poſtquàm à Romanis pacem parum honeſtam accepiſſet diſceſſit inglorius, fugientem peſtis minimè deſeruit: quò longiùs fugam, celeriùsq́; maturabat, majori ſtrage ſuos ruere videbat. *Fizen*

Longobardis denique quibuſdam arma capientibus Italiâ turpiter exactus eſt. Ita Fizen in hiſtoriâ Leodienſis Eccleſiæ.

Pari furore alter Fredericus perſecutus eſt Eccleſiã, pro cujus audaciâ coercendâ Innocẽtius IV. Concilium Lugdunenſe convocavit, in quo cùm Auguſtus per Oratores ſe non ſatis purgaret, Imperio ſpoliatus eſt. Principesq́; Germaniæ omnis ſacramenti religionis liberi juſſi ſunt alium ſubſtituere, ſcilicet Henricum Lantgravium. Nihilominùs tentavit armis Imperium retinere: & nè vis omnem Eccleſiæ auctoritatem peſſumdaret præſidium à ferro conquiri placuit: dimiſſiq́ue ſunt è Concilio, qui populum Chriſtianum ad arma capeſcenda, & Clerũ ad pecuniam ſumptibus bello neceſſariis conflandam excitarent. In iis claruit Jacobus Pantaleon Eccleſiæ Leodienſis Archidiaconus, qui Epiſcopum ſuum ad Comitia Lugdunum ſecutus, in nobiliſſimo illo orbis Chriſtiani Theatro prodiderat ingenium perſpicax, grave judicium, in primis Eccleſiaſticæ libertatis ardens ſtudium cum pari dicendi facultate. Hic igitur legatione fungitur in Poloniâ, Pomeraniâ, Pruſſiâ, Livoniâ, Germaniâ univerſâ, ut Sedi Apoſtolicæ auxilia corrogaret adverſus Fredericum Eximperatorem, qui Eccleſiam Romanam impiis bellis agitabat. Landtgravius Frederico oppoſitus ex vulnere in prælio accepto obiit, quo è vivis ſublato, nè Fredericus in Eccleſiam Romanam liberiùs ſæviret, Innocentius Pontifex per Petrum Cappocium Diaconum Cardinalem ſancti Georgii ad velum aureum Legatum Apoſtolicum deſignavit Guilelmum Hollandum in Cæſarem. Ita Fizen ſuprà & aliis. Sic Fredericus imperio deſtitutus eſt per Innocentium IV. præcipuas hujus depoſitionis cauſas refert Concilium Lugdunenſe, & habentur C. ad Apoſtolicæ, de ſent. & re Judic. in 6. ſcilicet perjurium, pacis reformatæ frequens violatio, multorum Prælatorum deſtitutio à regimine Eccleſiarum. Quod inſuper cruces, thuribula pretioſa; calices, pannos auri frygiatos, & ſacros Eccleſiarum theſauros diripuit: Clericos variè afflixit *Chopinus*

X.

affixit. Hi enim non tantùm trahebantur ad tribunalia sæcularia, sed & cogebantur subire duella, incarcerabantur, decollabantur, patibulo affigebantur. Asserebat etiam se non curare sententias Papales. Tandem per Manfredum filium illegitimum suffocatus est. Ita Chapeaville tomo 2. de gestis Pontif. Leod. De aliis consule Historiam Eccles. Non majores pœnas luerunt Reges, qui Ecclesiam extinguere & labefactare studuerunt. Isidorus in Chronico, Victor Uticensis de persecutione Wandalicâ, Procopius de bello Wandal. narrant Gundericum à Dæmone correptum interiisse. Genericum spectro quodam in somnis, quo sibi regnum eripi viderat perculsum, & exanimatum paulò post obiisse. Hunnericum effusis visceribus instar Arii periisse scribit Isidorus. Vel vermibus & in frusta discerptum ait Victor Uticensis, ita ut non integrum corpus, sed partes corporis sepultæ fuerint. Addit Victor Uticensis quod Hildiris à Gilimere occisus sit Gilimer ultimus rex Wandalorũ à Bellisario victus & captus, missus est Cõstantinopolim ad Justinianũ. Reges Visegothorũ Wandalis sçvitiâ in Ecclesiam nõ inæquales, pœnas etiã pares luerunt. Nam juxta Isidorum in Chronico, Rodericũ, Sanlium, Vaseum, Ataulphus. Sigericus, Wallia, Theodoricus, Turismundus, Theodoricus, Euricus, Alaricus, Geselicus, Theodoricus, Amalaricus. Theudis, Theudiscus, Agila, Athanageldus, Leonigildus, omnes (inquam) isti Principes Ariani (excepto Eurico,) occisi fuêre, vel ab hostibus, vel à suis. Procopius de bello Gothico, Jornandes de rebus Gothorũ narrant Reges Ostro-Gothorum infœlici mortis genere periisse. Nã Theodoricus spectro horribili territus & exanimatus interiit. Athalaricus tabe consumptus est. Reliqui verò Amalasumtha, Theodohatus, Vitiges, Idobaldus, Araricus, Totilas Teras Ariani Ecclesiã infestantes morte violentâ vitã finierunt. Ex regibus Longobardorũ Alboinus, Clepho, Autharis, Rotharis, Rodualdus, Guidebertus Arianę sectę propugnatores veneno, ferro, vel alio mortis genere interempti sunt. Quoad reges Galliç Gregorius Turonen. refert Chilpericũ partibus Sabellianis adhærentẽ fuisse interfectũ à Sicario in Calâ Vico Lutetiæ vicino. Bonfinius scribit Ladislaum IV. Hungariç regẽ ab Ecclesiâ deficientem, & à Cardinali Firmano Legato Sedis Apostolicæ excommunicatum, postea à Cumanis Tartaris fuisse occisum. Quamvis Georgius Podebrachius Hussita rex Bohemiç non fuerit interemptus, tamen plurimis miseriis infœliciter occubuit. In Hispaniâ Suintilla, & Rechimirus regno & vitâ privati fuêre ob hęresim. Witiza etiam hæreticus seu schismaticus à Roderico peremptus. Rodericus ob similem defectionem à fide & Ecclesiâ, trucidatus est à Saracenis. Vide Vasęum, Sancium & alios rerum Hispanicarũ Scriptores: quibus addit Bosius lib. 24. de signis Ecclesiæ. *Quod Hispani regnantibus Witiza & Roderico ad tantam calamitatis ruinam sunt prolapsi, quod illi ab obedientia Romani Pontificis defeciſſent, sed mox iis sublatis regibus ad fidem redeuntibus in eâ perstiterũt.* In Daniâ rex Christiernus nimis crudeliter sæviens regno spoliatur, comprehenditur, caveâ ferreâ includitur, tandem ex Surio, veneno absumitur. Henricus VIII. Rex Angliæ Hæreticus, Schismaticus, infamis, crudelis, post diuturnum morbum cancrenæ vitam terminavit. Eduardus ejus filius veneno extinctus est. Gustavus Rex Sueciæ post devastatam Germaniam, templa spoliata in bello nuper interfectus est. Plures similes historiç ac infœlices Principum in Ecclesiam debacchantiũ mortes videri possunt in historiis Ecclesiasticis, & annalibus omnium regnorũ. Meritò S. Isidorus Pelusiota lib 3. Epist. 249. explicans illa verba Danielis cap. 9. v. 27. *Deficiet hostia, & sacrificium.* Innuit defectionem & regum, & regnorum à defectione, à fide & Ecclesiâ provenire. *Maximè quidem per sacerdotii extinctionem, regni quoque & aliarum rerum eversionem simul demonstrabat; nam regni basis pietas erga Deum erat.* Quasi diceret; scire vis quo fulcro, quâ basi Regna, Imperia, & Status sint tam firma, & stabilia? non aliâ basi quàm singulari erga Deum, ejus religionẽ & Ecclesiam affectu. Id ni fallor videtur Deus præfiguraſſe Patriarchæ Jacob,

Bozius.

Isidorus Pelusiot. Daniel. 6. v. 27.

Genes. c. 28. v. 12. Genesis cap. 28. v. 12. Deus statuit illum creare parentem innumerabilis sobolis, quem tamen váriis machinationibus Pharao & alii delere nitentur, sed frustra, etsi lubricus, inconstans, instabilis sit rerum humanarum status, tamen stirps Jacob stabilis ac firma cõsistet. Quomodo? quas machinas? quem murum? quod fortalitium opponet Jacob? Non aliá industriá utetur quàm pietate erga Deum. *Tulit de lapidibus, qui jacebant, & supponens capiti suo obdormivit in eodem loco. Viditque in somnis scalam stantem super terram & cacumen illius tangens cælum, Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ, &c.* Quid Bethel ubi Jacob sub vesperum hæret? Quid somnus ille? Quid Dominus innixus scalæ? Quid lapis ille erectus in titulum denotat? Bethel (inquit Rupertus) Ecclesia est, somnus est fides quâ captivamus intellectum nostrum ad mysteria fidei credenda. Saxum erectum in titulum significat templum Undè in primitivâ Ecclesiâ templa vocabantur tituli, vel ab actione Jacob, vel à signo Crucis, vel à titulo seu nomine alicujus Sancti in cujus honorem intitulabantur, seu nominabantur, consecrabantur, & distinguebantur templa. Sic Romæ titulus S. Mariæ in Minervâ, S. Mariæ de Arâ Cœli, S. Mariæ Transpontinæ &c, idem est ac Ecclesia. Jacobus Gretserus lib. 2. de Cruce cap. 7. Notat hanc phrasim esse frequentem in vitis Pontificum Roman. Hieronymus Platus lib. de Cardinalis dignitate c. 2. docet etiam Cardinales suos titulos & cognomina ex his titulis desumere. Seu potius dico saxum Jacob esse Ecclesiam firmam, fixam & stabilem, cui dum Jacob Patriarcha & quilibet Princeps inhæret, inexpugnabilis est, quia intuitu tantæ fidei ac religionis Deus scalam illam, seu progeniem licet inconstantem, alternas vicissitudines habentem protegit. Audi Philonem lib. de somniis. *Res humanæ habent naturalem quodammodo scalæ imaginem propter cursum inæqualem inconstantemque: una enim, (ut ille ait) dies alium de fastigio detrahit, alium tollit in altum, cùm nihil in eodem statu apud nos manet, sed cuncta variis, omnifariisque mutentur vicissitudinibus.* Infra *Cùm autem dicitur innixus scalæ nemo intelligat Deum laborare, ut eam molem stabiliat: illud potius cogitet hîc verbis significari Deum esse robur, firmitatemque rerum, quibuscumque vult assignare stabilitatem perpetuam; tantisper enim dum ab illo sustentantur inconcussæ manent atque integræ.* Ecce quomodo Deus singulari præsidio foveat stirpem Jacob. *Ille igitur* (inquit idem Philo) *cælesti scalæ innixus sic dormientem in somnis alloquitur, noli timere. Meritò, quomodo post hæc timere possumus, cùm habeamus te pro clypeo depellente omnes metus?* Et quo quis status sanctior, & Deo fidelior est, eò majus divini Numinis præsidium inexperietur. Eleganter S. Ambrosius lib 1. de virginibus circa finem ostendit juxta mensuram fidei & religionis à Deo cœlestia auxilia augeri vel remitti. *Crevit numerus ubi crevit & fructus. Quia quò sanctior quisque, eò munitior sic Elisæus Propheta exercitus Angelorum præsidio sibi adesse monstravit.* Licet hostilis exercitus robustissimus esset, tamen Eliseo nullo modo nocere potuit: è contra (inquit Nicephorus libr. 7. histor.) *Ubi divina providentia non commilitat consiliis, actionibusque hominum malus his exitus advenit, & cogitationibus valdè adversus.* Tunc autem divina providentia non commilitat, quando homines nullam religionis & Ecclesiæ propugnandæ curam habent. Lib. 2. Paral. cap. 11. v. 5. *Ædificavit Civitates muratas in Judâ.* Judas idest confessio. Quæ sunt illæ Civitates, Regna murata, inexpugnabilia? illa quorum Principes fidei ac Ecclesiæ alumni ac defensores sunt.

Phile. Ambros. l. 4. Reg. c. 6. v. 17. Nicph. l. 2. Par. c. 11. v. 5.

Accipe verba Joannis Pontificis ad Justinianum Augustum. *Nihil est, quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in Principe; nihil est, quod ita nequeat occasui subjacere, quàm vera religio. Hoc est enim, quod vestrum imperium, hoc quod vestra regna confirmat: Nam pax Ecclesiæ religionis unitas auctorem facti in sublime provectum gratâ sibi tranquillitate custodit.* Expende illa verba. *Nihil est, &c. quàm recta fides in Principe, nihil est quod ita nequeat occasui subjacere quàm vera religio.* Ut finem huic argumento imponamus, Cur Asa debellatur XI. Joannes Pont.

debellatur lib. 2. Paralip. cap. 16 Quia ad hominem potiùs quàm ad Deum recurrit, & Prophetæ Hanam correptionem malè & iniquè excepit v. 7. *Quia habuiſti fiduciam in rege Syriæ, & non in Domino tuo, idcircò evaſit Syriæ Regis exercitus de manu tuâ, nonnè Æthiopes & Lybies multò plures erant quadrigis & equitibus & fortitudine nimiâ. Oculi enim Domini contemplantur univerſam terram, & præbent fortitudinem iis qui corde perfecto credunt in eum.* Dionyſius. *Oculi Domini præbent fortitudinem corporalem & ſpiritualem tempore belli his qui corde perfecto non hæſitanti credunt in eum, qui ſuis cultoribus opem promiſit.* Non horariam opem, ſed diuturnàm, quæ eorum ſtatum inconcuſſum reddat; quâ ſublatâ, reſpublicas ſtare, & regiam ſtirpem diu dominari rarò contigit.

l. 2. Par. c. 16.

TRACTATVS TERTIVS,

DE ORIGINE ET PROPAGATIONE SANCTÆ ECCLESIÆ.

PROLOGUS.

ANTEQUAM de Origine sanctæ Ecclesiæ sermonẽ instituamus, advertendum est unam esse Ecclesiã, quæ (ex S. Gregorio homil. 19. in Evangelia) secundùm successionis seriem ab ipsis orbis incunabulis, usque ad consummationem sæculi perseverat. Cùm enim Adam & Eva cives Paradisi, divinæ legis jugum excussissent, seque & posteros per peccatum perpetuæ Dæmonis servituti addixissent, ejusdemque Ecclesiæ seu militiæ nomẽ dedissent, alia Ecclesia illi diabolicę oppositа divinitùs fundata est, quæ incœpit ab Adam, Abel justo, Seth, Enoch, usque ad Noë. Tempore Noë cùm Ecclesia Sathanæ adhuc plurimùm excrevisset diluvio absumpta est, fidelium verò in arcam segregata servatur. Juxta illud Genesis lib. 8. v. 8. *Noë verò invenit gratiam coram Domino.* Quæ cùm adhuc esset parva & tenera rursus dæmon per proprios filios Noë, Cham & Chanaam illam turbare constituit. Quibus nonobstantibus devoluta est ad domum Abrahæ; sub quo ab Ecclesiá Sathanæ secernitur per sensibile figmaculum fidei. Abraham cùm septuagesimum quintum annum attigisset, divino monitu egreditur de terrá suá & pergit in terram Chanaam accipiens benedictionem, seu futuræ signum benedictionis in universæ terræ cognationes. Ab hoc anno septuagesimo quinto Abrahæ usque ad egressum Hebræorum ex Ægypto sub Ducibus Moyse & Aaron supputantur anni 430. de quibus Exodi cap. 12. & ad Galatas cap. 5. ubi cùm sub durâ servitute Pharaonis Ecclesia vexaretur, ut tutiùs Deo vacaret Moyses & Aaron eduxit eam ex Ægypto per mare rubrum. Exodi cap. 12. v. 37. *Profectique sunt filii Israel de Ramasse in Socoht, sexcenta ferè millia peditum,* scilicet *armatorum sive militum*, qui attigerant vel excesserant annum vigesimum, non numeratis mulieribus, vel decrepitis, exceptâ etiam tribu Leviticâ, cujus erat non bellare, sed Deo in tabernaculo Fœderis ministrare, ut scribitur Num. c. 1. v. 1. Ecclesia sic deducta per desertum transplantatur in terram promissionis seu Abrahæ: ubi sub Ducibus, & Regibus crescere cœpit, sed illic incrassata, impinguata, dilatata, oblita est Creatoris sui, & illo derelicto conversa est ad idola Gentium, eoque crudelitatis devenit, ut in Deum Creatorem suum violentas manus injecerit. Ex his infero varios fuisse status Ecclesiæ. Primus fuit ab Adam usque ad diluvium, secundus à diluvio usque ad Abraham, tertius ab Abraham usque ad

Gregor.

Genes. c. 6. v. 8.

Exodi c. 12. v. 37.

ad Moysem sub Patribus & Patriarchis, quartus in eremo & in terrâ promissionis sub Moyse, Josue, & aliis Judicibus usque ad Saul, primum regem Judæorum. Quintus sub regibus usque ad divisionem Regni Judaici. Sextus ab obitu Salomonis, quando regnum Judaicum in duo regna divisum est, scilicet Judæ, in quo erant tribus Judæ & Benjamin; & regnum Israel, seu Samariæ, quod reliquas decem continebat. Hic status describitur lib. 3. & 4. Regum, & lib. 2. Paralip. Septimus Ecclesiæ status fuit in reditu filiorum Israel ex Babylone sub Ducibus & Pontificibus, quem describunt libri Esdræ, Nehemiæ, Hester, Judith, & Machabæorum. Octavus fuit sub regibus extraneis ante Christi adventum, ablato sceptro de Juda, in quo statu Christus natus est. Initium sumpsit ab Ascensione Christi secundùm nonnullos, secundùm alios dum viveret Christus. Tunc ipse eandem Ecclesiam parvulâ, & teneram induit fortitudine ex alto, qua postea in gentem magnam crevit; ratione hujus incrementi Ecclesia post Christum nova, & primitiva dicta est: Quia omnes linguæ & nationes in unitatem fidei convenerunt, & præcedentium statuum umbræ, figuræ, & oracula completa sunt, & Synagoga repudiata. Undè non immeritò tempus hujus status vocatur tempus novissimum, finis sæculorum. Etiam vocatur dies novissimus, quia defiit respublica, regnum, & templum Iudæorum, umbræ & oracula consummata sunt. Nec Hebræorum seu Synagogæ repudiatio tollit Ecclesiæ identitatem. Nam Textus sacer passim vocat Ecclesiam corpus, arborem, vineam: at Philosophi docent idem vivens toto tempore manere non tantùm secundùm æquivalentiam, sed & secundùm identitatem materiæ, & formæ; quia partes primigeniæ & spermaticæ manent toto vitæ tempore. Sic eadem est arbor, licet in eâ novi rami prodeant. Sic eadē vitis, quamvis in eâ generentur novi palmites, quia manet identitas arboris & vitis in virtute trunci & radicis. Ita non alia fit Ecclesia, etsi palmites aridi abscindantur & innumeri alii accrescant ac vivificentur. Ex quibus patet sensus scripturæ asserentis in lege novâ non aliam vineam plantatam, quæ aliam habeat radicem, alium vitæ spiritum, sed ipsam (quæ erat,) auctam, perfectam, & in melius commutatam esse, malos agricolas perditos, idest Judæorum Scribas & Pontifices, & locatam aliis agricolis, scilicet Ecclesiæ Episcopis, & Viris Apostolicis, Matth. c. 21. ideò Vates regius ita Deum affatur Psalm. 79. v. 9. *Vineam de Ægypto transtulisti, ejecisti gentes & plantasti eam, dux itineris fuisti in conspectu ejus, plantasti radices ejus, & implevit terram.* Et nè ista vinea prorsus deseratur, rogat vineam istam visitari & perfici v. 15. *Deus virtutum convertere & respice de cælo, & vide, & visita vineam istam, & perfice eam.* Non dicit aliam institue. *Super filium hominis*: Idest Christum. *Quem confirmasti tibi.* Scilicet, ut & immobile fundamentum Apostolus Roman. cap. 11. illi subscribens docet Deum non repulisse plebem suam Israel, quam præscivit, sed gentilem populum, oleastrum infertum esse tanquam bonæ olivæ, hoc sensu Isaias cap. 1. v. 8. vaticinatur. *Vocaberis civitas justi, urbs fidelis.* Nec refert quod Christus Joannis cap. 13. vers. 34. dicat mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos: & Matth. cap. 18. v. 18. *Ædificabo Ecclesiam meam* His enim verbis non negat in veteri lege, dilectionem non fuisse præceptam & ab aliquibus observatam; sed quia illa dilectio, quæ præcipitur innovat hominem & expurgato fermento malitiæ, & nequitiæ prioris vitæ (quæ est secundùm desideria terrestris & carnalis Adæ) in novitatem vitæ spiritualis transformat. Promittitur etiam Ecclesiam futuram alterius status, & conditionis, dum repudiatis legalibus umbris signis, & figuris, completis oraculis promissa veritas manifestabitur nō tantùm Judæis, sed etiam gentilibus, & hoc modo multi patres docēt domum Sion versam fuisse in Ecclesiam; quia Christus ibi celebravit Pascha cum Discipulis: Apostoli post necem Christi latuerunt, ibique Christus post resurrectionem, ipso die Paschatis sub vesperum eis apparuit, ibi orantibus misit Spiritum sanctum; Petrus è carcere

eductus invenit fideles congregatos Act. c 12. v. 12. Ideò illam domũ Sion omniũ Ecclesiarum matricẽ vocant. Quia tunc ab uno statu ad alium Ecclesia transiit, legales umbræ evanuerũt, & promissiones factæ Patriarchis, & Prophetis impletę sunt. Huc spectãt verba S. Augustini lib 1. retract. c. 13. *Religio* (inquit) *Christiana antiqua res est, nomen sortita est novum* De Ecclesiâ igitur spectatâ sub hoc ultimo statu seu nomine novo hîc præcipuè differimus: quærimusque an sancta dici queat, quia ejus auctores primarii & Coriphæi sanctitatem influxerunt.

CAPUT PRIMUM.

Ecclesia Sancta, quia Deus ejus Auctor est.

1. MENS nostra non est hic probare Ecclesiam nuncupari sanctam: quia contra gentiles & hæreticos, divinam sanctitatem, ac alias ejus perfectiones, constantissimè propugnat, id enim volumen integrumque postulat, sed quia auctorem habet Deum, qui est fons & origo omnis sanctitatis quæ est in Ecclesiâ, non tantùm triumphante, sed etiam militante. Id omninò suggerit Isaïas cap 8. v. 17. *Et quæ sub ipso erant replebant templum.* Per *Templum* multi Interpretes intelligunt Ecclesiam triumphantem & militantem. Quid Seraphini in illâ aulâ dicunt, quomodo se gerunt? Audi eundem Prophetam v. 2. *Clamabant alter ad alterum, & dicebant Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloriâ ejus.* Idest tantus est divinæ sanctitatis oceanus, ut omnis sanctimonia quæ in Angelis & hominibus est ab eo procedat. Quod autem hæc verba præcipuè intelligantur de illapsu sanctimoniæ in Ecclesiam militantem, colligo ex his verbis. *Dominus Deus Sabaoth.* idest exercituum. Quasi diceret: quamvis Deus sit Sanctus in omnibus operibus suis, Sanctus in creatione, Sanctus in in conservatione rerum creatarum, Sanctus in concursu ad earum operationes. Sanctus in incarnatione & missione Verbi, Sanctus in redemptione, Sanctus in missione Spiritus sancti, Sanctus in sanctificatione nostrâ, Sanctus in miraculis, Sanctus in Cœlo, Sanctus in terrâ, Sanctus in Angelis, Sanctus in hominibus, Sanctus ante creationem, Sanctus post creationem, Sanctus in utero Mariæ, Sanctus in sapientiâ, Sanctus in providentiâ, Sanctus in misericordiâ, Sanctus in justitiâ, Sanctus in consolatione, Sanctus in desolatione, Sanctus in ærumnis & afflictionibus nostris, Sanctus in prosperitate, Sanctus in se, Sanctus extra se: tamen à Seraphinis nominatur Sanctus maximè intuitu Ecclesiæ militantis. Quid enim per Sabaoth, seu exercitus aliud intelligere possumus quàm Ecclesiam militantem. De quâ Sponsus Cant. cap. 6. v. 3. ait. *Pulchra es amica mea, suavis & decora sicut Hierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata.* Si sponsa est pulchra sicut Jerusalem, quomodo potest esse decora sicut castrorum acies ordinata? Si est suavis quomodo est castrorum acies, quæ nihil suavitatis habet sed severa est, cœdemq; & sanguinem sitit? Quomodo Hierusalem quæ est visio pacis, castrorum acies, quæ ad bellum & pugnam anhelat esse potest? Audi S. Gregorium. *Hierusalem visio pacis interpretatur, per quam benè sancta Ecclesia figuratur: quia dum in mundo semper pressuram patitur viam fastidiens, quæ sit pax Patriæ Cœlestis currendo contemplatur confidens in eo, qui Discipulis suis dicebat Ioannis cap. 16. In mundo quidem pressuram habebitis, sed confidite ego vici mundum;* Cur autem vocetur terribilis ut castrorum acies ordinata, explicat. *Notum* (inquit) *expertũ est, quòd milites cùm in procinctu contra hostes vadunt si strictim & concorditer gradiuntur, ab hostibus contravenientibus timentur: quia dum in eis aditum per scissuram non aspiciunt, qualiter eos penetrent hæsitantes non inveniunt, illisque hoc impenetrabile munimen efficitur, quo concorditer ordinati seipsis semetipsos tuentur. Dum enim de seipsis sibi vallum efficiunt, intrandi ad se aditum hostibus non relinquunt, ut occidantur appetiti, ipsi facilius occidunt. Sic in multitudine fidelium contingit, quæ dum contra malignos spiritus pugnare non desunt, necesse est ut pace charitatis constringatur*

Cant. 6. v. 3.

Greg.

gatur, quo salva sit. Si enim pacem teneret terribilis hostibus appareret. Dicitur igitur Sanctus Deus exercituum, quia scilicet præcipuum studium Dei est, ut suam Ecclesiam militantem, & semper pugnantem sanctificet, unctione pacis & charitatis perfundat.

II. Vates Regius Psalm. 101. v. 14. divinum hoc studium ita exprimit. *Tu exurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.* Quasi diceret licet in Conclavi Trinitatis, in Ecclesiâ triumphante quiescens quasi jacere, dormire videreris, licet ibi Angelos sanctificares; ubi in humanam naturam gratiarum imbres effundere cœpisti, quasi de strato exurgere visus es. Turrecremata. *Qui quasi dormiens distuleras.* Exurgere à somno visus est, quando? cùm nostri misereri statuisti. D. Augustinus in illum locum. *Tu exurgens misereberis Sion, quoniam venit tempus, ut miserearis ejus. Quod tempus? Cùm autem venit plenitudo temporis misit filium suum, factum ex muliere, factum sub lege; & ubi Sion? ut eos qui sub lege erant redimeret. Primitus enim Iudæi, inde autem Apostoli, inde illi plusquam quingenti fratres, inde illa deinceps multitudo, cui erat anima una, & cor unum in Deum. Ergò tu exurgens misereberis Sion, quoniam venit tempus ut miserearis ejus, quia venit tempus, Quod tempus? Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* Paulò aliter sed ad propositum nostrum idem explicat S. Gregorius. *Tu exurgens misereberis Sion, remissionem peccatorum, quæ in Ecclesia datur, possumus intelligere, & uniformis dona gratiæ, quæ quotidianis divinitus incrementis consequitur, quæ in illis Deus multiplicat, quibus Sion placent lapides, id est qui & Apostolorum doctrinam recipiunt, & eorum pro posse exempla imitantur.* Plura alibi, ubi ex professo de Legibus, Sacramentis, & Verbo Dei, &c. agetur.

III. Ecclesia militans seraphicum apud Isaiam carmen imitans in præfatione Missæ ab ipsis Apostolorum temporibus exclamare cœpit, ut notat S. Clemens lib. 8. constitut. cap. 16. *Sanctus, sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth.* Eundem sanctitatis influxum continuum & intensiorem postulans. Quasi diceret: O Domine Deus cum sis Optimus, & Sanctissimus, bonumq; infinitum, & consequenter tui diffusivum, effunde incessanter super nos misericordiam tuam, effunde nunc super nos uberiores gratiarū imbres, effunde efficacius illam bonitatem & sanctitatē in hunc exercitum seu Ecclesiam militantem, ut generosè contra hostes dimicare possit. Vates Regius his accinens Psalm. 92. v. 7. ait. *Domum tuam decet sanctitudo, in longitudine dierum.* Pondera illud *decet*, ideſt (inquit Hugo Cardinalis) *Quia tu Sanctus es.* Cardinalis à Turrecremata. *Cùm tu sis sanctus sanctorum, qui Ecclesiam inhabitas, domum tuam decet sanctitudo in æternum.* Convenit & expedit, ut tuam illam sanctitatem Ecclesiæ militanti, quæ est domus tua communices.

Quam Ecclesiam militantem idem Vates vocavit Sion Psalm. 9. v. 11. *Psallite Domino qui habitat in Sion.* S. Augustinus. *Gestat imaginem Ecclesiæ, quæ nunc est.* Aliàs idem Psaltes vocat filiam Sion Psalm. 9. v. 14. *Qui exaltas me de portis mortis, ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.* Dicitur filia Sion quia Deus illam condidit. Titelmannus. *Filiam Sion vocat Ecclesiam, filia autem dicitur indubiè altissimi Patris cœlestis. Quemadmodum & in psalmo 44. atque ita plerumque solet filia Sion significare Ecclesiam, & populum verè credentium, cùm in bonam partem accipitur.* Sed cur alibi vocat filios vel filias Sion, cùm tantùm sit unica Ecclesia militans. Idem Titelmannus supra. *Cùm in numero plurali ponitur, vel ipsas particulares Ecclesias significat, vel singula Ecclesiæ membra, ut cùm dicitur Cant. c. 6. Viderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prædicaverunt. Item Psalmo 149. Filiæ Sion exultent in rege suo, id est particulares Ecclesiæ unius matris Sion, filiæ vel animæ fideles, quæ nunc sunt filiæ Sion.* Exultent in rege suo, in Domino Deo suo.

VI. Hanc Ecclesiæ Sanctæ fundationem à Deo factam expressis verbis declarat D. Joannes Apoc. cap. 21. v. 2. *Ego Ioannes vidi sanctam Civitatem Ierusalem novam descendentem de Cœlo à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo, & audivi vocem magnam de throno dicentem*

V.

centem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus & habitabit cum eis, & ipsi populus ejus erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Illa nova Ierusalē sancta est Ecclesia militans, quæ à Deo fabricata est, & cælitus descendisse dicitur ob cælestem gratiam & fidem, quâ perfusa est.

Augusſ. D. Augustinus lib. 29. de Civit. cap. 17. *De cælo* (inquit) *descendere ista civitas dicitur, quoniam cælestis est gratia, quâ Deus eam fecit, & de cælo quidem ab initio sui descendit. Ex quo per hujus sæculi tempus gratiâ Dei desuper veniente, per lavacrum regenerationis, in spiritu sancto misso de cælo subinde cives ejus accrescunt.*

CAPUT SECUNDUM.

Ecclesia Sancta, quia Christus ejus Fundator & Caput est.

I. ALIAS videbimus quomodo Ecclesia Romana sit sancta, quia Christi sanctitatem, ejusque perfectiones propugnat: nunc asserimus eandem Ecclesiam esse sanctā, quia Christus est ejus principium Coloss. c. 1. v. 18. dicitur Rex Apoc. c. 17. v. 14. Caput Coloss. cap. v. 18. Sponsus, 2. Corinth. c. 11. v. 2 Fundamentū, 1. Corinth. c. 3. v. 11. Petra, 1 Corinth. c. 10. v. 2. Lapis angularis. Ephes. cap. 2. v. 20. *Pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus.* Hebr. cap. 7. v. 26 *Quam acquisivit sanguine suo.* & Act. cap. 20. v. 28. Hujus sanctæ sponsæ meminit Vates Regius Psalm. 45. v. 4. *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.* Noster Incog-

Psalm. 45. v. 4.

Michael Bonnon. nitus. *Quid per civitatem nisi sanctam Ecclesiam accipitur? de quâ ad litteram dicitur, vidi sanctam civitatem Ierusalem descendentem de cælo sicut sponsam. Quod ideò dicitur, quia ipsa Ecclesia est sponsa Christi.* Quid illi Sponsæ seu Civitati Christus

Incognitus seu Michael Bonnon. communicat? *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei.* Idem Incognitus. *Quia lex à Christo data lætificat Ecclesiam, dum per legem novam, fœlicitatem æternam sponsæ suæ promittit, dum ipsam in sponsam assumit, dum ipsam suo Sanguine ornat, ut meritò huic civitati dicatur, gloriosa dicta sunt de te civitas Dei Psalm 86. Civitas dicitur propter unctionem civium, quos conjungit charitas.* Sed cur non tantùm Civitatem sed etiam tabernaculum nominat? Hugo Card. *Benè dicitur tabernaculum, quia in eâ quasi in castra militant fideles.* Job. cap. 7. *Militia est vita hominis super terram.* Seu ut Incognitus citatus, dicitur *Tabernaculum, quia in continuo bello manet in præsenti, tabernaculum dicitur habitatio pugnantium.* Quomodo Altissimus tabernaculum suum sanctificasse dicitur? Incognitus. *Ecclesiam suam sanctificavit, dum proprio sanguine lavit à peccatis & donis Spiritus sancti ipsam dotavit.* Quæ sunt sanctitatis dona? Jacobus à Valentiâ in illum locū. *Sunt dona gratiarum virtus, sacramentorum, magnitudo miraculorum, veritas legis Evangelicæ, puritas & sanctitudo, quibus Ecclesia subjecit sibi totum orbem, & nutrit filios suos.*

Hugo Cardin.

II. Eam sanctam, & à Christo sanctificandam prævidit idem Vates Regius Psalmo 131. v. 8. *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ.* Hugo Card *Quasi diceret: tu prior surge, ut arca id est Ecclesia surgat post te, & per te.* 1. Corinth. 1. 15. *Si Christus resurrexit, & nos resurgemus. Et dicitur Ecclesia arca sanctificationis, id est sanctificata à Christo per aspersionem Sanguinis.* Ephes. cap. 5. *Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro eâ, ut illam sanctificaret, & sanctificans alias per legationem sacramentorum.* 1. Corinth. cap. 6. *Sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine Domini Iesu-Christi.* Ei arridet S. Augustinus. *Exurge ut exurgat & arca sanctificationis tua, quam sanctificasti. Ipse caput nostrum, arca ejus Ecclesia; non autem auderet sibi resurrectionem corpus promittere, nisi prius exurgeret caput.* Ejusdem sanctificationis meminit idem Vates Regius, dum sic Christum affatur Psalmo 84. v. 1. *Benedixisti Domine terram tuam.* Quæ est illa terra Christi? anima nostra vel Ecclesia est, quam Christus caput nostrum benedixit. Hugo Card. benedixisti. *Infundendo gratiam per secundum hominem, terram tuam Ecclesiam, videlicet populum Christianum.* Psalmo 85. *Misericordia Domini plena est terra, scilicet per Christum in Psalmo 20. Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi.*

Hugo Psalm. 131. v. 8 Hugo. 1. Cor. 1. v. 15 Ephes. c. 5. 1. Cor. cap. 6. Augusſ. Psal. 84 v. 1. Hugo. Psal. 85

III. Id ni fallor etiam prænunciasse videtur Angelus Lucæ cap. 1. v. 34. ubi sic virginem

virginem affatur. *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te.* Syriacus. *Spiritus ſanctitatis veniet.* Cur nunc Spiritus vocatur Sanctus, ſeu ſanctitatis? cur non Spiritus Dei? Quia hîc agitur de novâ lege, agitur non de Synagogâ, ſed de Eccleſiâ, cujus Chriſtus caput erat, & cui ſuam gratiam, ſuam ſanctitatem debebat ſpecialiter communicare. Doctè Rupertus in cap. 1. Matthæi. *Non facile in ſerie veteris teſtamenti reperies hoc inſigne vocabulum ſcilicet Spiritum ſanctum: ab hoc loco ferè primum ſonuit in auribus noſtris hoc reverendum & inſigne vocabulum Spiritus ſanctus, ubi Angelus ad Mariam Spiritus ſanctus, ait, ſuperveniet in te, quam ob cauſam, niſi quia, quod cum magnâ reverentiâ cogitandum eſt maximè ex hoc opere; quod in opere; quod in Mariâ operatus eſt, claruit hic Spiritus Domini, quod verè ſanctus ſit.* Rupert.

Non dicit Spiritum Sanctum claruiſſe in creatione, ſuamque ſanctitatem manifeſtaſſe & communicaſſe, non in diluvio, non in Sinâ, & Synagogæ erectione, ſed in capitis Eccleſiæ, ſcilicet Chriſti conceptione. *In opere quod in Mariâ operatus eſt claruit hic Spiritus Domini, quod verè ſanctus ſit* Idem Rupertus. *Ex tunc qui prius dicebatur Dei vel Spiritus ſanctus, cæpit altius enuntiari primùm ex ore Angeli, deinde ex omni Evangelio Chriſti, quod vocabulum venerabilius ſonare non dubito omni habenti aures audiendi.* Hinc Angelus ad Joſeph Matthæi cap. 1. v. 20. *Quod in eâ natum eſt, de Spiritu ſancto eſt.* Matth. 1. v. 20. Syrus. *Quod in ea genitum eſt, ex Spiritu ſancto eſt,* Quare hîc ait de Spiritu ſancto, non verò ſimpliciter de Spiritu? quia in myſterio Incarnationis ſanctitas patuit & per illud myſterium hominem perditum recuperavit; à peccato gratiæ reſtituit, eumque ſanctificavit. D. Auguſtinus in Enchiridio cap. 40. *Iſte modus, quo natus eſt Chriſtus de Spiritu ſancto inſinuat nobis gratiam Dei, quâ homo nullis præcedentibus meritis in ipſo exordio naturæ ſuæ, quo eſſe cæpit verbo Dei copularetur.* Auguſt. Quaſi diceret ideò Incarnatio Spiritui ſancto adſcribitur, quia per illum Deus nobis ſuam gratiã infudit, in ſuam amicitiam recepit, ſibi per charitatem copulavit, in unum cœtum congregavit, & ſanctificavit.

Idem Divus Auguſtinus libr. contrà Fulgentium Donatiſtam tomo 7. *Gratias Deo Patri qui quod futurum oſtendit in nobis fidelis implevit, qui nobis non Angelos ſolùm, non Prophetas, ſed proprium filium deſtinavit, qui aquarum ſterilitatem, ideſt gentium infæcunditatem dijcuſſâ morte ſanavit, accepit vas fictile, hoc eſt corpus fragilitatis humanæ, ſal miſit, ideſt ſapientia divina replevit, aquam ſuo deſcenſu ſanavit, ideſt gentes ſuo adventu redemit, & Eccleſiam ex Gentibus congregavit, & in fœtus uberes latèque diffudit.* Quibus verbis alludit ad hiſtoriam lib. 4. Regum cap. 2. quo Eliſeus dicitur ſanaſſe aquas v. 21. ait: *Hæc dicit Dominus, ſanavi aquas has; & non erit in eis ultra mors neque ſterilitas.* Dionyſius per aquas intelligit homines, qui per Verbum Incarnãtum ſanctificati ſunt. *Per Eliſeum qui miſit ſal in aquas, ut ſanarentur à ſuâ corruptione & infructificatione intelligitur Deus Pater, qui ſapientiam increatam, unigenitumque Filium ſuum miſit in vas novum, ideſt in mundiſſimæ Virginis uterum; vel in corpus puriſſimum quod aſſumpſit, ſicque ſanavit aquas Iericho ideſt fluxum, inſtabiliatem, fomitem, ſæcularem ſcientiam, & inquietudinem mundi, generiſque humani, infundendo hominibus ſapientiam ſalutarem, quâ reformatæ ſunt mentes credentium, & fructuoſæ effectæ, & virtutes quibus à Deo ſunt ſtabilitæ.* l. 4. Reg. c. 2 v. 21 Dionyſ.

IV. Tanta eſt Chriſti præſentis in Eccleſia virtus & efficacia ut cuicumque ille adeſt, ipſum ſæpius ſanet: quemcumque intuetur, ipſum illuminet: quemcumque alloquitur, ipſum convertat. Teſtem appello mulierem Samaritanã, quæ (priuſquam Chriſtus adeſſet) peccatapeccatis accumulabat, ea omnibus nota accuſare vel detegere renuebat, detecta excuſabat. At ubi Chriſtus ei adfuit, luce illâ *Quæ illuminat omnem hominem.* Joannis c. 1. ita illuminata eſt ex quo cum Verbo Incarnato ſermonẽ habuit, ita ſubitò cõverſa, ut ipſamet ſua peccata, nemine inquirente, accuſet, publicet, & quaſi in lucem edat: Joannis c. 4. v. 28. *Abiit in civitatem, & dicit illis hominibus, venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumq;* Joannis 4. v. 28.

feci. Quam mutationem conſiderans
Ambroſ. D. Ambroſius ſerm. 30. *Mirum in modum* (inquit) *fons ſuper puteum ſedens miſericordiæ ibidem fluenta producit, & mulierem ſexto non viro, ſed adultero fornicantem vivi meatus unda purificat: Novoque admirationis genere mulier quæ ad puteum Samariæ meretrix advenerat à Chriſti fonte caſta regreditur: & quæ aquam petere venerat pudicitiam reportavit. Statim etiam radicante Domino ſua peccata recognoſcens confitetur Chriſtum, annuntiat Salvatorem, & relinquens aquæ vaſculum ad Civitatem non fert hydriam, ſed refert gratiam: vacua quidem videtur reverti onere, ſed plena revertitur ſanctitate. Plena* (*inquam*) *redit: quia qua peccatrix advenerat, revertitur prædicatrix; & quæ hydriæ vaſculum amiſerat, Chriſti plenitudinem reportabat: in nullo Civitati ſuæ inferens detrimentum. Etenim ſi aquam civibus non tulit; tamen fontem ſalutis invexit. Sanctificata ergò per fidem Chriſti mulier domum rediit.* Expende illa verba. *Plena revertitur ſanctitate.* Item hæc. *Sanctificata ergò per fidem Chriſti mulier domum rediit.* Ecce quomodo cor iſtius mulieris aridum & ſaxo durius præſente & loquente Chriſto irroratur, & liquêſcit, fitque fons aquæ vivæ ſalientis in vitam æternam, mulierisque fornicariæ & adulteræ ſordes ita abluuntur, ut nulla anteactæ vitæ veſtigia in eâ appareant, infame nomen meretricis mutat in nobiliſſimum pudicæ encomium, & pro aquâ fontanâ uberrimum gratiæ reportat oceanum. Uno verbo à Chriſti præſentiâ & colloquio tam ſancta regreditur, & tantâ plenitudine ſanctitatis perfuſa, ut ſuos Concives efficiat illius participes.
Ambroſ. Undè ſanctus Ambroſius. *Virtutem* (inquit) *Prædicationis aſſumit, & vivâ aquâ abſtergens maculas ſuas ad Evangelizandum non conſcientia peccati retrahitur, ſed fidei calore compellitur. Nihil enim ſe dicit feciſſe pravitatis, dum fit nuntia veritatis: & oblivione abnegat impudicitiam, dum devotione prædicat caſtitatem. Hæc enim virtus Chriſti eſt Domini.* Quaſi diceret tanta eſt virtus Chriſti non tantùm operantis, ſed loquentis, ſed præſentis: tanta ſanctitatis illius efficacia, ut peſſimos quoſque peccatores in facundiſſimos convertat Prædicatores: ut maximos veritatis ſectatores reddat ardentiſſimæ charitatis prometheos, naturamque humanam ſteriliſſimam efficiat omnium virtutum feraciſſimam.

Sed cum eodem Sancto Ambroſio (ut ad intentum noſtrum accedamus) attentius inquiramus quid hæc mulier Samaritana figuratè ſignificet. *Quæ ſit* (inquit ſermone ſequenti) *Iſta meretrix? Quæ iſta mulier Samaritana, hujus adulterii ſordes fons Chriſti deterſerit ſollicitius requiramus. Ego hanc mulierem Eccleſiam eſſe puto de Gentibus congregatam, quæ & tranſactis annis quinque millibus cùm in ſexto milleſimo anno idolorum fornicationibus ſubjaceret, omnem ignominiam ſuam adveniente Chriſti Fonte purgavit, & maculas quas adulterinis ſacrilegiis contraxerat fide Salvatorû abſterſit, ac relinquens ſicut inanem hydriam priorem patrium curſum Vniverſo Orbi Domini nunciavit Adventum.* Hanc ſtupendam mutationem Gentilitatis in Chriſtianiſmum, idololatriæ in veri Dei cultum, & loci ſacrilegi in Eccleſiam prævidens Propheta Regius canit *Pſ. 131. v. 6. Bellarm.* Pſalmo 131. vſ. 6. *Ecce audivimus eam in Ephrata, invenimus eam in campis ſylvæ.* Scio Bellarminum explicare hunc locum de arcâ, quæ libr. 1. Regum cap. 1. v. 3. Fuit 1.° in Silo, Civiate Ephraim (quæ ſecundùm eundem Bellarminû) per Ephratam intelligitur. Deindè fuit tranſlata in agrum Joſuæ Bethſamitæ, ibique ſtetit. Lib. 1. Regum cap. 6. v. 14 qui ager Bethſamiticus ſylvoſus erat, ut patet ex proximâ urbe, dicebatur Cariatharim, ideſt Civitas Sylvarum, ob ſylvas & nemora, quæ circumquaque erant. Sed Magis arridet interpretatio noſtri Michaelis Bononienſis, qui per Ephratam intelligit Synagogam, per campos ſylvæ Gentiliſmum: ſed in Ephrata auditur, in campis ſylvæ invenitur. Cur non æqualiter auditur & invenitur in Ephrata & in campis Sylvæ? ideò in Gentibus ſeu campis Sylvæ Chriſtus invenitur, quia licet Synagogæ & Gentibus

V.

Digitized by Google

Gentibus innotuerit, tamen diverſimodè: quia Synagoga ſeu Ephrata cognovit Chriſtum per Patriarchas, per Prophetas, per legem, per figuras quaſi in ſpeculo. *Vnde* (inquit) *Ephrata verbum Hebraicum eſt, quod Latinè ſpeculũ interpretatur. Speculum autem imaginem rei habet, & non rem. Omnis autem Prophetia imago eſt futurorũ. Dominus ergò ipſe, vel domus Dei prædicata eſt in ſpeculo, & ſic audivimus illam in Ephrata, ideſt in ſpeculo Prophetarum: ſed invenimus eum, vel eam in campis ſylvæ. Quid enim campus ſylvæ niſi locus ſilveſtris & incultus dicitur? quid ergò erant campi ſylvarum, niſi gentes incultæ? qui erant campi ſylvarum, niſi ubi adhuc vepres erant idololatriæ. Sic ergò ubi vepres erant idololatria, ibi invenimus locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Et ſic quod audivimus in Ephrata, ſcilicet in ſpeculo, hoc eſt in Prophetis prædicatũ Chriſtũ, invenimus eum in campis ſylvæ, ſcilicet in gentibus, quæ ipſum per fidem receperunt, & domus ejus, & locus facta ſunt.* Quibus verbis oſtendit quomodo campi ſylvæ, ideſt Gentiles inculti, indocti, feras & animalia ut Deos colentes per Chriſtum & Apoſtolicam prædicationem veram fidem ſuſceperunt, & Chriſto ut capiti connexi ſunt, ſicque campi ſylvæ in fidelium Congregationem converſi ſunt. Huic explicationi *Dionyſ.* favere videtur Dionyſius in illum locum Pſalmi. *Ecce* (inquit) *invenimus eam, puta Eccleſiam) quam appellavit tabernaculũ) in Ephrata, quia in Bethleem audita, & inventa eſt Eccleſia, ideſt congregatio in Chriſtum credentium ſcilicet Maria, & Ioſeph, Paſtores, & Magi: invenimus eam ideſt Eccleſiam, in campis ſylvæ, ideſt populis gentilitatis incultæ. Quia Iudæis Chriſtum negantibus, Eccleſiamque perſequentibus Gentiles converſi ſunt, & ex ipſis conſtructa eſt Chriſti Eccleſia, ſicut per Prophetam ait Iſaiæ cap. 65. Inventus ſum à non quærentibus me, palam apparui his, qui non interrogabant me. Ad quod etiam pertinet illud Oſeæ cap. 1. Erit in loco ubi dicitur eis, non populus meus vos, dicetur eis filii Dei viventis. Hinc manifeſtè patet quomodò Chriſto apparente, loquente ibi, Gentiliſmus deſierit, & Chriſtianiſmus incœperit, ibi idololatria extincta ſit & fides illuxerit.*

Id probat Chryſoſtomus exemplo Paradiſi Terreſtris, quem Eccleſiæ opponit & poſtponit in proœmio adenarrationem in Iſaiam prophetam. *Chryſoſt.* VI.

Quis uſpiam (inquit) *paradiſus talis, uti eſt veſter hic cœtus? nullus hic inſidiatur ſerpens, ſed Chriſtus ipſe ſacramentorum inſtaurator & doctor. Non ſupplantatrix Eva ſed Eccleſia vos confirmans in rectitudine vitæ. Non hic arborum folia, ſed abundè ſuppetit fructus Spiritus ſancti. Nõ hic ſepimentum ſpinis obſeptum hortum, ſed vinea præfertilis. Si quam invenero ſentem in olivam commutabo. Si hic deprehendero lupum, ex lupo ovem efficiam, non quidem naturam permutans ſed transferens animi deſtinationem.* Deindè eandem Eccleſiam arcæ Noë opponens & præponens. *At non aberrabit* (inquit) *quis, ſi profiteatur Eccleſiam arca illa eſſe præſtantiorem. Etenim arca & excipiebat animalia & conſervabat: Eccleſia verò ſemel ſuſcepta animalia immutat. Cujuſmodi eſt quod dico? ingreſſumne illo eſt milvus, idem eſt egreſſus milvus: illò introivit lupus? exiit etiam lupus. Hucnè ingreſſus eſt milvus? egredietur columba: introivit lupus? exiit ovis. Ingreſſus ſerpens? egreſſus eſt agnus, non quidem immutatâ naturâ, ſed explosâ malitiâ* Et infra. *Hodienè in peccatis conſuevisti? fac ut te renoves per pœnitentiam. Dixerit aliquis, licetnè per pœnitentiam conſequi ſalutem? prorſus licet cùm omnem vitam in peccatis detriverim ſi me pœnituerit fiamnè ſalvus? prorſus fies. Id undè liquet? ab ipsâ Domini tui erga nos benignitate &c.* Sic de Eccleſiâ & ejus Capite philoſophatur Aureus Doctor, & oſtendit totam virtutem ac efficaciã quæ eſt in Eccleſiâ, ejuſque ſacramento pœnitentiæ à Chriſti D. N. benignitate provenire.

Scio D. Auguſtinum lib. 12. contra Fauſtum cap. 14. & lib. 15. de civit. c. 26. Gregor. homil. 12. in Ezechielem. Origenem homil. 2. in cap. 6. in Geneſ. Rupertum lib. 4. Comment. cap. 71. & ſequent. & alios aſſerere arcam Noë allegoricè eſſe imaginem Eccleſiæ. Scio Hugonem à S. Victore lib. allegor. in Geneſim c. 18. & alios probatiſſimos auctores affirmaſſe arcam tropologicè eſſe animam ſanctam, vel ſecretum conſcientiæ. Sed placet potius dicere VII. *Auguſt. Gregor. Origenes Rupert. Hugo à S. Victor.*

arcam illam fuisse umbram synagogæ ex eo capite quod Judæi brutis, Christiani hominibus & Angelis comparentur, & sicut animalia non fuerunt ad arcam convocata studio, curâ, aut labore Noë (ut notat D. Augustinus lib. 15. de Civit Deic. 27.) *Non fuit ista cura illius hominis vel illorum hominum, sed divina; non enim ex Noë capta intromittebat sed intrantia admittebat. Ad hoc enim valet quod dictum est intrabunt ad te, non scilicet hominis actu, sed Dei nutu.* Cui subscribit Cajetanus in cap 6. Genes. *Solvitur* (inquit) *hinc quæstio, quomodo Noë congregaverit bina ex omnibus animantibus? clarè enim Deus absolvit eum ab hâc curâ, dicendo: venient ad te: divino quidem nutu, ministerio Angelorum venerunt ex omnibus animantibus mas & fœmina ad Noé.* Ita Judæi fuerunt more animalium congregati, Christiani seu gentiles ad Ecclesiam per Christi & Apostolorũ prædicationem ut homines convocati sunt. Undè Judæorum cœtus synagoga nominatur ideſt congregatio à synago ideſt congrego. Cœtus verò fidelium Ecclesia ab Apostolorum temporibus nuncupatur à caleo ideſt convoco, quod hominibus propriè convenit non brutis, ut rectè observat D. Augustinus in psal. 81. *In synagogâ* (inquit) *populum Israel accepimus, quia & ipsorum propriè synagoga dici solet, quamvis & Ecclesia dicta sit. Nostram verò Apostoli nunquam synagogam dixerunt, sed semper Ecclesiam: sive discernendi causâ, sive quod inter congregationem, undè synagoga; & convocationem, undè Ecclesia nomen accepit, distet aliquid, quod scilcet congregari & pecora solent, atque ipsa propriè, quorum & greges propriè dicimus. Convocari autem magis est ytentium ratione, sicut sunt homines.* Vide quæ diximus in proëmio.

Augustin. *Cajetan.* *Augustin.*

VIII. Hinc Apostolus loquens de Ecclesiâ non arcam, non hospitium sed familiam, Civitatem, sed Rempublicam Christi appellat Ephes. cap. 2. v. 19. *Iam non estis hospites & advenæ.* Sicut scilicet animalia quæ aliundè venientia in arcam ingressa sunt & ad tempus ibi morata, *sed estis cives sanctorum & domestici Dei*, ideſt Ecclesiæ inquilini, sanctorum Angelorum, *Qui sunt Filii Ecclesiæ triumphantis, quæ soror militantis Ecclesiæ est.* Concives & fratres, *Domestici Dei*, ideſt de familiâ & republicâ regis Messiæ, de quâ idem Apostolus ad Hebr. c. 12. v. 22. *Accessistis ad Sion montem & Civitatem Dei viventis, Ierusalem cœlestem, & multorum millium Angelorum, & Ecclesiam primitivorum.* Cajetanus. *Ideſt Apostolorum & discipulorum immediatorum Dei appellat Ecclesiam primogenitorum, qui conscripti sunt in cœlis. Iuxta verbũ Domini ad eos; gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlis, hoc est in libro divinæ prædestinationis.* De numero illorum primogenitorum erant duodecim illi Martyres cum Pamphilo Presbytero Martyre coronati: nam eorum unus rogatus cujas esset, respondit Jerusalem est mea patria. Ita Eusebius lib. 4. histor. cap. 21.

Ephes. cap. 2. v. 19. Hebr. 12. v. 22.

Ideò etiam Ecclesia specialiter à Christo dicitur derivari, & ad ipsum pertinere: quia non Noë eam fabricavit, sed ipse Christus eam fundavit. Ephes. cap. 2. v. 21. *Superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum.* Cajetanus. *Ideſt mediante doctrinâ ministratâ per Apostolos & Prophetas.* Hujus prædicationis, doctrinæ, & fidei ministratæ per Apostolos meminit D. Joannes Apoc. cap. 21. ubi postquam asseruit se vidisse Sanctam Civitatem Jerusalem descendisse de Cœlo, ideſt Ecclesiam Christi; subdit v. 14. *Et murus Civitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum: qui tamen omnes lapides fundamentales continentur & sustinentur ab ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* Hebræus loco *lapide angulari* vertit *lapide primario*, seu *lapide capitis.* Hujus lapidis capitis & angularis meminit Propheta Regius Psalmo 117. v. 22. *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Sed quomodò idem lapis & angularis & capitis esse potest? Nam in lapide angulari superædificatur, & ex quo totum ædificium exurgit. Per lapidem capitis propriè frontispicium intelligimus. Scio Tostatum post Lyranum existimare his verbis alludi ad verum lapidem, qui dum ædificaretur templum rejectus est à Judæis quasi inutilis, sed tamen postea assumptus & adæquatus

IX.

Ephes. c. 2. v. 21. Cajetan.

Psal. 117. v. 22.

adaptatus, & in loco honestissimo collocatus scilicet in caput anguli. Hanc interpretationem (ut fabulosam) rejicimus cum Burgensi. Alii per lapidem angularem & capitatum Christum intelligunt, qui in Ecclesiæ fabricâ ita se habet ac ingens aliquod, ac durissimum saxum, quod instar massæ in infimâ parte fundamenti ponitur, immediatèque substernitur terræ solidæ, cui postea latomi adjiciunt alios lapides, lateres, rudera, calceque vel gypso coadunant. Hoc saxum ingens vocari potest lapis angularis & capitalis, quia sicut à capite dependent reliqua membra & totum corpus, ita à lapide angulari tota domus fabricata dependet diverso tamen situ. Nam lapis angularis in ædificio infimum, caput verò in corpore supremum locum tenet. Sic Christus est lapis angularis & capitalis, quia fundamentum, totamque Ecclesiæ structuram sustinet. Huic explicationi favere videtur S. Ignatius epist. ad Ignatius Ephes. qui eâdem metaphorâ fabricæ utens comparat Spiritum sanctum perpendiculo *Jesus-Christus* (inquit) *fundavit vos super petram, ut lapides electos aptos ad divinum officium Patris, sublatos in altum per Christum, qui pro nobis crucifixus est perpendiculo usus Spiritu sancto, fide verò subductos, & charitate elevatos à terrâ in cœlum.* Alii non minùs verè, quàm subtiliter docent Christum esse lapidem summum, qui scilicet ita constituitur ac sublimatur, ut in fastigio Ecclesiæ appareat, illamque coronet & ultimatè perficiat; lapidem verò infimum, quia ultimum locum obtinet. Quid enim Christi Ecclesia altius, quid ejus domo sublimius, immensius? quid ejus laboribus abjectius, patientiâ humilius, quid ejus regno & exaltatione glorioſius, quid ejus exinanitione profundius? Et tamen ista Ecclesia & gloria quanta, quanta est ejus laboribus & sudoribus quasi basi superponitur & incumbit. Bernar. D. Bernardus serm. 85. in Cantica. *Bonus* (inquit) *fundus humilitas, in quo omne ædificium spirituale constructum, crescit in templum sanctum in Domino.* Idem de profundâ Christi humilitate tanquam Ecclesiastici hujus ædificii fundamento, reparatæque naturæ humanæ solidissimo remedio: *Luce clarius* (inquit Serm. 11. in Cantica) *patet, quantū modo pro te (ô homo) dispendium fecit, de domino servus, de divite pauper, caro de verbo, & de Dei filio filius hominis fieri non despexit. Memento jam te, etsi de nihilo factum, non tamen de nihilo redemptum. Sex diebus condidit omnia, & te inter omnia, at verò per totos triginta annos operatus est salutem tuam in medio terræ. O quantum laboravit sustinens carnis necessitates, hostis tentationes! Nonnè crucis sibi aggregavit ignominiam, mortis cumulavit horrorem? sic homines & jumenta salvasti Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus.* Brevius S. Ambro- Ambros. sius in Psal. 118. ad illa verba vide humilitatē meam, addit: *Sic per humilitatem, per crucem sibi Ecclesiam cōgregavit.* Undè concludit quidā Ambrosius sive Maximus serm. de S. Michaele. *Quisquis ergò cupit divinitatis tenere fastigia, humilitatis ima sectetur.* Quasi diceret sicut divinitatis gloria immensa est, ita si humilitatis profunditatē & abyssum attigeritis animas vestras (quæ sunt domus, tabernaculum, sanctuarium, & templum 1. Corinth. c. 6. v. 19. & 2. 1. Corin. Coripth. c. 6. v. 16.) Culmen usque ad 6 v. 19. divinitatis fastigium elevabit: sic quia 1. Corin. Christus *humiliavit*, seu potiùs exina- 6. v. 16. nivit semetipsum Philip. cap. 2. v. 7. Philip. c. vel ut vult Tertull. libr. 5. adversus 2. v. 7. Marcionem cap. 20. *Exhausit*, vel ut Græci *Evacuavit*. Idest (inquit Ve- Velasq. lasquez in expositione litterali c. 2. v 7. Epist. ad Philip.) *Cum ratione hypostatica unionis humanitatis cum verbo Christo homine quid quid est gloriosum & decorum, quid quid perdulce & amœnum, quidquid deliciis affluens, divitiis abundans, honoribus eminens optimo jure deberetur, eo quidem ipso, quod his omnibus pro nostrâ salute ipse renuntiare voluerit, aptissimâ locutione seipsum exinaniviſſe, evacuasse, atque exhausisse dicitur, dum his omnibus naturali & proprio jure debitis sese sponte abdicavit.* Quanta est illa abdicatio spontanea? indubiè infinita; undè ex illo infinito fundamento exurgit ampliſſimū Ecclesiæ ædificium, cuius latitudo tanta est, quanta ejus humeri. *Et factus est principatus super humerum ejus.* (inquit Isaias cap. 9. Isaiæ 6. v. 6.) idest in humero suo quasi Atlas v. 9. sustentat

ſuſtentat non cœlum, non terram, ſed Monarchicum totius Eccleſiæ Imperium. Quod attentius conſiderans Tertullianus lib. contra Judæos. *Quis* (inquit) *omninò Regum inſigne poteſtatis ſuæ humero præfert, & non aut in capite diadema, aut in manu ſceptrum?* Sed ſolus Rex novus novorum ſæculorum Chriſtus Jesus novam gloriam, poteſtatem, & ſublimitatem ſuam in humero extulit, Crucem ſcilicet, ut ſecundùm Davidis prophetiam pſalmo 95. v. 10. juxta 70. exindè regnaret. Aquila apud D. Hieronymum in citata verba Iſaiæ. D. Ambroſius lib. 3. in Lucam ſic legunt. *Facta eſt menſura ſuper humerum ejus.* Quaſi diceret Chriſti Paſſionem eſſe regulam & menſuram totius Imperii Eccleſiæ.

X. Sed quanta eſt menſura iſtius lapidis angularis & capitalis? Vis ſcire iſtius ædificii, iſtius faſtigii menſuram modum? vide ejus exinanitionem, quæ cùm infinitè profunda ſit, ita ejus ædificii, & faſtigii menſura infinitè lata eſt & alta.

Epheſ. c. Audi Apoſtolum ad Epheſ. cap. 4. v. 9.
4. v. 9. *Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit, primùm in inferiores partes*
Vatabl. *terræ?* Seu *infimas* ut vult Vatablus: *Ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cœlos ut repleret omnia.* Quid omnia? aliquid nè ſpatium divinæ immenſitati deficiebat, vel erat nè in naturâ aliquod vacuum per ipſum complendum? non,
Anſelm. ſed per Chriſtum. *Omnia* (inquit D. Anſelmus) *Regna mundi adimplevit ſuo cultu.* Ideſt prædicatione Evangelii, fide, & religione implevit, & in illum finem. *Ipſe dedit* (inquit Apoſtolus citatus) *quoſdam quidem Apoſtolos &c. in ædificationem Corporis Chriſti*, Ideſt (inquit D. Anſelmus) *In hoc, ut Corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia ædificetur, ſive in virtutibus, ſive in converſione infidelium ad fidem. Hæc eſt enim domus quæ* (ſicut Pſalmus 126. canit) *ædificatur poſt captivitatem, quoniam de illis qui à diabolo tenebantur captivi, ædificatur Eccleſia, quæ & domus, & Corpus Chriſti eſt.* Vel breviùs Dionyſius: *Propter ædificationem Eccleſiæ, & ut infideles toto orbe diffuſi per fidem incorporentur, quæ eſt myſticum Corpus Chriſti.* Idem Apoſto-
Epheſ. c. lus citatæ epiſt. ad Epheſ. cap. 1. v. 22.
1. v. 22. *Ipſum* (inquit) *dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ejus.* Quid per *ipſum* intelligit? S. Chryſoſtomus, Theophilactus, S. Hieronymus explicant de Chriſto Quid per *omnem Eccleſiam* intelligit? S. Thomas lect. 8. ait: *S. Thom.* explicans de utráque tam triumphante, quàm militante. *Ipſum dedit Pater caput ſuper omnem Eccleſiam ſcilicet tam militantem, quæ eſt hominum in præſenti viventium, quàm triumphantem, quæ eſt ex hominibus & Angelis in Patriâ. Chriſtus enim ſecundùm quaſdam communes rationes, caput etiam eſt Angelorum.* Coloſſ. cap. 2. *Qui eſt caput omnis Principatus, & poteſtatis; ſed ſecundùm quaſdam ſpeciales rationes Chriſtus eſt caput ſpiritualiter.* Quas rationes fusè deducit. Cur, & quomodo Eccleſia vocatur Corpus Chriſti, & Chriſtus illius Caput, cùm fideles ſint ita inter ſe diſſiti loco, tempore &c? reſpondet S. Thomas Eccleſiam fidelium ita diſſitorum eſſe Corpus Chriſti. *In quantum eſt ei ſubjecta, & recipit ab eo influentiam, & habet naturam conformem cum Chriſto?* 1. Cor. cap. 2. *Sicut enim corpus unum eſt, & habet multa membra: omnia autem membra corporis, cùm ſint multa unum corpus ſunt: ita & Chriſtus: ut enim in uno ſpiritu omnes nos unum corpus baptizati ſumus.* Cur Apoſtolus ſubjungit, *Et plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimpletur!* Deficit nè aliquid Chriſto Capiti noſtro, quod ab Eccleſiâ poſſit compleri, & perfici? nunquid Chriſtus pleniſſimus & perfectiſſimus eſt juxta illud Joannis cap. 1. v. 13. *Vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi Vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.* Quanta fuerit iſta plenitudo gratiæ & veritatis, vide interpretes & S. Thomam 3. p. q. 7. a. 9. & ſeq. Suarez, Vaſquez & alios ibidē. Quibus favet Apoſtolus ad Co- *Coloſſ. c.*
loſſ. cap. 2. v. 9. *In ipſo habitat omnis* *2. v. 17.*
plenitudo divinitatis corporaliter. Et cap. 3. Joannis v. 34. *Filio autem non ad* *Joan. c.*
menſuram Deus dedit ſpiritum. Ideſt *3. v. 34.*
dona ſpiritus ſancti: licet Chriſtus caput noſtrum ſit pleniſſimus & perfectiſſimus, dicitur tamen compleri; quemadmodum caput cenſetur completum, quando nullum illi membrum deeſt. Audi S. Thomam, poſt S. Chryſoſtomum, S. Ambroſium, S. Anſelmum, OEcumenium. *Quærenti* (inquit) *S. Thom.*

cur

Digitized by Google

cur in corpore naturali sint tot membra, scilicet manus, pedes, os, & hujusmodi? respondetur hoc ideò, ut deserviant diversis operationibus animæ, quarum ipsa potest esse causa & principium, & quæ sunt virtute in ipsâ. Nam corpus est factum propter animum, & è contra. Vndè secundùm hoc corpus naturale est quædam plenitudo animæ. Nisi enim essent membra cum corpore completa, non posset anima suas operationes plenè exercere. Similiter itaque est hoc de Christo & de Ecclesiâ: & quia Ecclesia est instituta propter Christum dicitur quod est plenitudo Christi, quasi quodammodò in membris ipsius Ecclesiæ impleantur, dum scilicet omnes sensus spirituales & dona, & quidquid potest in Ecclesiâ, quæ omnia superabundanter sunt in Christo; ab ipso deriventur in membra Ecclesiæ & proficiantur in eis. Thomas. Undè subdit: *Qui omnia in omnibus adimpletur, scilicet; dum hunc quidem, qui est membrum Ecclesiæ facit sapientem secundùm perfectam sapientiam, quæ est in ipso: illum verò justum secundùm perfectam justitiam & sic de aliis.* Eundem capitis titulum illi tribuit. Coloss. cap. 1. v. 18. *Ipse est caput corporis Ecclesiæ &c.* Quem locum etiam fusè deducit S. Thomas lect. 5. cui subscribens Dionysius ait Christum esse caput corporis mystici, quod est Ecclesia, quæ analogia vera ac proportio capitis ad corpus naturale & membra patet ex eo, quod si caput suâ perfectione superat reliquum corpus, sic & Christus Ecclesiam. 2.° Si in capite omnes sensus tam exteriores quàm interiores vigent, non autem in cæteris membris; ita in Christo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. 3.° Si à capite reliqua membra motũ accipiunt, Christus totum corpus Ecclesiæ superat, est primus prædestinatorũ, & causa nostræ prædestinationis. Superat etiam corpus Ecclesiæ secundùm perfectionem, ut patet ex plenitudine gratiæ. Quod Ecclesia accipiat motum & influxum spiritualem à Christo Joannis cap. 15. v. 1. ipse Christus innuit. *Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est: omnem palmitem non ferentem fructum tollet eum.* Et vers. 5. *Ego sum vitis vos palmites, qui manet in me, & ego in eo* Hic vocat se vitem veram ob varias analogias inter vitem & Christum, quas refert Cornelius ad illum locum. Deindè ex S. Augustino serm. 80. in Joannem se discernit ab impiis & falsis vineis, cujusmodi erat idololatria & hæresis &c. De quibus Deuteron cap. 32. v. 31. *De vineâ Sodomorum vinea eorum, & de Suburbanis Gomorrhæ; uva eorum uva fellis, & Botri amarissimi, fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.* Dicitur vera, quia singularis, quia perfecta & eximia est, respectu cujus reliquæ vites, non sunt vites, sed umbræ vitium, sed vites sylvestres, & adulteræ. Illam vitem perfectam Jeremias vocat electam cap. 2. v. 4. *Plantavi te vineam electam omne semen verũ.* Pro electâ habet *Sorec*, ideſt singularis & præclarissima, de quâ Isaias cap. 2. v. 5. Quantum ad vitem vitiosam audi Jeremiam citatum v. 22. *Quomodo conversa est in amaritudinem vitis aliena?* Tertiò dicitur vera, quæ non adulterinos sed veros & sapidos fructus producit. Zachariæ c. 9 v. 17. *Quid enim bonũ ejus est? & quid pulchrum ejus? nisi frumentum electorum & vinum germinans virgines?* Euthymius ad locum citatum Jeremiæ. *Dicitur vera, quia pro fructu profert veritatem &c.* Christus igitur se vitem veram nuncupat, quia veros profert fructus juxta illud Ecclesiastici c. 24 v. 23. *Ego quasi fructus sanctificavi suavitatem odoris, & fructus mei fructus honoris & honestatis.* Græca & Romana. *Ego similis sum viti germinanti gratiam, & flores mei fructus sunt gloriæ & divitiarum.* Syrus: *Ego vitis decorata pulchritudine, & frondes mei frondes splendoris, & decoris.* Tugurina: *Ego quasi vitis odorem emisi gratiam; & flores mei fructus gloriæ sunt & divitiarum.* Quod oraculum Dionysius sic elucidat. *Ego quasi vitis fructuosa emisi suavem odorem famæ exemplarem, consolationem tranquillitatis internæ dulcissimam, quæ omnia à me procedunt, & meis devotis infunduntur cultoribus, hinc sapientia ait Ioannis c. 15. Ego sum vitis vera, vitis quippè in Autumno suavissimos profert fructus, & flores mei fructus honoris & honestatis. Flores isti sunt sanctæ meditationes, saluberrimæ affectiones, informativæ locutiones, quæ in se honorabiliter sunt, & honestæ, atque à sapientiâ inspirantur, & procedunt in opera virtuosa, modesta, composita, quibus*

Deuter. c. 32. v. 31.

Ierem c. 2. v. 4.

Isaias c. 2. v. 5.

Zach. c. 7. v. 19.

Eccles. cap. 24. v. 23.

Ioann. c. 15. v. 1.

honor debetur & merces beata. Illo verbo *Emiſi ſuavem odorem &c.* Denotat influxum capitis in membra, ſeu corpus ſuum myſticum, quæ eſt Eccleſia.

XI. De eodem influxu in Eccleſiam ait eodem cap. 15. v. 1. *Et Pater meus agricola eſt.* Quid per patrem intelligit? Deum. Chriſtus enim ſe comparat viti (ut notat Cornelius) non quâ Deus eſt, ut contendebat Arius, probans ex hoc loco Filium non eſſe Patri conſubſtantialem, ſicut vitis non eſt conſubſtantialis agricolæ, ſed minorem illo, quâ homo. Deus dicitur agricola, quia vitem illam condidit; Deus enim humanæ naturæ Chriſti conditor eſt. Quid per palmites intendit ſignificare? Apoſtolos, Diſcipulos, totam Eccleſiam militantem. S. Auguſtinus tract. 80. in Joannem. *Iſte locus* (inquit) *Evangelicus, fratres, ubi ſe dicit Dominus vitem, & Diſcipulos ſuos palmites: ſecundùm hoc dicit, quod eſt caput Eccleſiæ, nos membra ejus: propter quod cùm eſſet Deus, (cujus naturæ non ſumus) factus eſt homo; ut in illo eſſet vitis humana natura, cujus & nos palmites eſſe poſſemus.* His verbis: *Cujus & nos &c.* innuit fideles influxum omnem à Chriſto percipere. Hinc Concilium Milevitanum & Arauſicanum damnant Pelagianos dicentes à Deo habemus, quod ſimus; ſed à nobis, quòd juſti ſimus. Hos S. Auguſtinus tract. 21. in Joannem vocat non aſſertores, ſed præcipitatores liberi arbitrii. Contra quos ita concludit. *Qui à ſemetipſo ſe ferre fructum exiſtimat, in vite non eſt, qui in vite non eſt, in Chriſto non eſt: qui in Chriſto non eſt, Chriſtianus non eſt.* Ecce quomodo Eccleſia Chriſto capiti ſuo adherere & influxum ab eo percipere debeat. S. Hilarius lib. 9. de Trinitate illi arridens ait: *Idcircò Chriſtus carnem aſſumpſit, ut illi quaſi viti, nos homines carnei quaſi palmites inſeri poſſemus.* Hanc tamē producendi palmites vim Chriſtus nō haberet, nec palmites viciſſim cōjungerentur viti, niſi humana natura eſſet unita divinæ. *Quamvis* (inquit S. Auguſtinus tract. 81. in Ioannē) *Chriſtus vitis non eſſet niſi homo eſſet, tamen iſtam gratiam palmitibus non præberet niſi Deus eſſet.* Palmites autem ſeu fideles S. Cyrillus in Joannem ait Chriſto inſeri per charitatem, per fidem, & baptiſmum. *Voluntaria* (inquit) *eſt noſtra cum Chriſto conglutinatio, & charitate, & fide perficitur, qui per fidem Chriſto ſolummodò conjunguntur, ſolâ illâ confeſſione inhærentes, nec charitatis vimine ſe colligentes, palmites ſunt, ſed non fructuoſi, &c.* Quod etiam Chriſto inſerantur & conjungantur, & ab eo exciſi, bona opera elicere nequeant, docet S. Auguſtinus tractat. citato 21. in Joannem. *Qui à ſemetipſo ſe ferre fructum exiſtimat in vite non eſt, qui in vite non eſt, in Chriſto non eſt, Chriſtianus non eſt,* ſed Pelagianus. Pelagiani enim volebant opera bona & meritoria dependere abſolutè à libero arbitrio, licet facilius eliciantur per gratiam, quos damnat Concilium Arauſ. cap. 7 *Qui dixerit nos poſſe bonum aliquod quod ad ſalutem pertineat, vitæ æternæ per naturæ vigorem cogitare, aut eligere, aut Evangelii prædicationi credere abſque illuminatione Spiritus ſancti, qui dat omnibus ſuavitatem in conſentiendo & credendo veritati, hæretico fallitur ſpiritu, nn intelligens vocem Dei in Evangelio dicentis Sine me nihil poteſtis facere.* Idem Concilium cap. 9. *Divini eſt muneris cum & rectè cogitamus, & pedes noſtros à falſitate & injuſtitiâ tenemus: quoties enim bona agimus Deus in nobis, atque nobiſcum, ut operemur, operatur.* Non dicit quando facilè bona agimus, ſed *quoties*; ita ut nullum opus meritorium exercere valeamus abſque ſpeciali auxilio divino & meritis Chriſti capitis Eccleſiæ. Palmites etiam & fideles cenſentur exciſi à vite quando carentes bonis operibus in morte æternis ſuppliciis adjudicantur, juxta illud Chriſti Joannis cap. 15. v. 6. *Si quis in me manſerit mittetur foras ſicut palmes & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.* Arabicus: *Ardebit.* Ideſt qui carebit fide formatâ per charitatem abſcindetur velut palmes inutilis & infrugifer, & mittetur in ignem æternum, ut ardeat. S. Auguſtinus tractat. 81. in Joannem. *Ligna vitis præciſa nullis agricolarum uſibus proſunt, nullis fabrilibus operibus deputantur. Unum dē duobus palmiti congruit, aut vitis, aut ignis: ſi in vite non eſt, in igne erit, &c.* Sanctus Cyrillus. *Voluit Chriſtus quantum ſit detrimentum ejus animæ, quæ ab eo deciſa eſt; inutilis enim cùm ſit, cùmque nullum edat fructum probitatis æternæ punitioni*

Auguſt.

S. Hilar.

Auguſt.

nitioni tradita igne cruciabitur. Sicut quodlibet Eccleſiæ membrum eſt palmes, ita Eccleſiam eſſe vineam docet Chriſtus in Evangelio, & præfiguratam videmus in hiſtoriâ S. Eliæ lib. 3. Reg. cap. 21. v. 1. *Vinea erat Naboth Iezraelita, qui erat in Iſrael juxta Palatium Achab Regis Samariæ. Locutus eſt ergò Achab ad Naboth dicens, da mihi vineam tuam, ut faciam mihi hortum olerum, quia vicina eſt, & propè domum meam.* Angelomus quærit. *Quis iſte Naboth Iezraelita? aut qua ejus vinea? conſideremus. Interpretatur ergò Naboth conſpicuus, ſive poſſeſſio: Iezrael honeſtas Dei, ſive ſemen Dei. Et quam melius honeſtatem vel ſemen Dei dicere poſſumus, quàm filium Dei, qui eſt ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ ejus, quem conſtituit Deus hæredem univerſorum, per quem, fecit & ſæcula, ad quem Pſalmiſta deprecatus Pſalmo 79. ait, qui ſedes ſuper Cherubim, appare coram Ephraim Benjamin & Manaſſe, excita potentiam tuam, & veni, ut ſalvos facias nos.* Secundùm hanc interpretationem patet quod vinea Naboth, & ipſe Naboth Jezraelita Chriſti & Eccleſiæ typum gerit. Quam analogiam idem Angelomus proſequitur. *Iſte Naboth habuit vineam, de quâ Iſaias pleniſſimè per canticum loquitur ad extremum inferens. Vinea Domini Sabaoth domus Iſrael eſt. Et in Pſalmo, Vineam de Ægypto tranſtuliſti, ejeciſti gentes, & plantaſti eam, cui ſepem circumdedit, ut in Evangelio legitur; ideſt vel murum urbis, vel Angelorum auxilia, & fodit in eâ torcular, aut altare, aut illa torcularia, quorum & tres Pſalmi titulo prænotantur. Et ædificavit turrim hanc, haud dubium quin templum. De quo dicitur per Michæam cap. 4. Et turris nebuloſa filiæ Sion. Iudæi Eccleſiam Chriſti proſequentes, & locavit eam agricolis quos alibi vineæ appellavit operarios vel colonos.*

XII. Sed præſtat hîc vineæ & Chriſti cõparationi inhærere, & unionem Chriſti capitis cum membris urgere, ad quam anhelans Joannis cap. 19. v. 28. Dicebat Chriſtus *Sitio*, ſitis enim eſt appetitus potus, cui ſatisfit per applicationem & attractionem potus in os & ſtomachum. S. Auguſtinus ſerm. 114. de tempore. *Quod ſitire ſe dicit Dominus fidem incredulæ gentis concupiſcit, &c.* Et Drogo Hoſtienſis de Paſſione Domini, ſic Chriſtum ſitientem affatur. *Domine quid ſitis? plus cruciat ſitis, quàm crux. De cruce ſiles, de ſiti clamas. Quid? veſtram fidem, veſtram ſalutem, veſtrum gaudium: plus animarum veſtrarũ, quàm corporis mei cruciatus me tenet.* Iſta ſitis, iſte dolor, iſte clamor, potiùs erumpit ex corde quàm ex corpore. Signa ſunt animæ Chriſti ad copulam & unionem ſpiritualem ad amplexum, ad conceptum, ad partũ anhelantis. Non corporis patientis indicia ſunt; ſed mẽtis ad oſculum Eccleſiæ properantis, non corporis ad ſepulchrum tendentis. Notæ ſunt vitam & inſpirationem ſpiritualem dare valentis, non carnis agonizantis, & ad mortem ſpirantis. Oportunè S. Bernardus tract. de Paſſione cap. 13. ſic Jeſum ſitibundum affatur. *Quando Paſſionis calicem, quem antea rogaveras auferri exhauſiſti, dixiſti, ſitio. Dilectionis ergò nos tuæ magnitudinem commendans: tanquam ſi diceres: quamvis Paſſio mea tam acerba fuerit, ut quantum ad humanitatis ſenſum, illam declinare potuerim; tamen tuâ (ô homo) me charitate vincente, & ipſa tormenta ſuperante, adhuc plura & majora, ſi neceſſe ſit, ſitio ſubire tormenta. Nihil enim eſt, quod detrectẽ pro te pati, pro cujus pretio animã meam pono.* Particula *homo* denotat univerſitatẽ hominum ſeu Eccleſiã pro cujus redemptione, liberatione à jugo diaboli, & productione in corpus myſticum, ſeu unione, nullum ſupplicium genus detractabat, quem partum, quam copulam, & influxum innuit aureum os S. Chryſoſtomi hom 61. ad populum explicans illa verba Apoſtoli Epheſ. c. 5. v. 30. *Nemo unquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fovet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiã, quia membra ſumus corporis ejus, de carne ejus*: dicit *nutrit* propter influxum, dicit *fovet* ob unionem ipſius cum Eccleſiâ, quam cõſequenter declarat. *Ut in ipſâ re in illam miſceamur carnem, hoc per eſcam efficitur, quam largitus nobis volens oſtendere deſiderium, quod erga nos habet, propterea ſemetipſum nobis immiſcuit, & corpus ſuum in nos contemperavit, ut unũ quid efficiamur tanquã corpus capiti coaptatũ: ardenter enim amantium hoc eſt.* Quid clarius

13 Reg. 21. v. 1.

Angelomus.

Drogo.

Bernar.

exprimere poteſt unionem membrorũ cum capite, & hujus influxum in illâ.

XIII. Chriſtus continuam unionem & influentiam fovere deſiderans, Joan. c. 15. v. 4. aiebat Apoſtolis. *Manete in me & ego in vobis.* Quaſi diceret, ſi maneatis in me per fidem charitate formatam & exercitium bonorum operum, polliceor viciſſim quod ego manebo in vobis, gratiam ſubminiſtrandò ad elicienda opera virtutum. Quantùm illa conjunctio & influxus Chriſti profit docet S. Auguſtinus citatus. *Vtrumque prodeſt non Chriſto, ſed diſcipulis? ita quippè in vite ſunt palmites, ut viti non conferant, ſed indè accipiant, unde vivant. Ita vitis eſt in palmitibus ut vitale alimentum ſubminiſtret eis, non ſumat ab eis, ac per hoc & manentem in ſe habere Chriſtum, & manere in Chriſto Diſcipulis prodeſt utrumq;, non Chriſto, &c.* Quaſi diceret ſicut palmites non ſunt conjuncti viti, ut illi aliquid conferant. Sed ut conſequenter ad iſtam conjunctionem membra à Chriſto ſuo capite vitale alimentum accipiant. Illi arridens S. Gregorius in expoſitione 6. Pſalmi Pœnitent ad illa verba. *Suſtinuit anima mea in verbo ejus.* Subjungit *Nolite diffidere, nolite dubitare, ponite corda veſtra in virtute ejus, quia ſuſtinuit anima mea in verbo ejus, qui manet in verbo non fraudatur à regno, aliter namque fructum facere non poſſumus, niſi in eo maneamus, ideoque ait, manete in me, & ego in vobis. Vbi enim manendum niſi in ipſo? Deficient domus, palatia corruent, deſtruentur civitates, ab imis ſedibus turres evellentur, poſtremò cælũ & terra tranſibunt, verbum autem Domini manet in æternum. Non ſequamur vanitatem deſerentes veritatem, nec conſtritemur ſicut cæteri, qui ſpem non habent, ſed ſuſtineamus eum, & ſi moram fecerit expectemus, nè contingat nobis, quod per Prophetam dicitur. Væ his qui perdiderũt ſuſtinentiã.* Ex hâc ſuſtinẽtiâ ſeu permanentiâ in Chriſto colligitur neceſſitas gratiæ Chriſti ad bona opera, ac meritoria, vitæ æternæ, quam probat Chriſtus c. 15. v. 4. Joan. vitis & palmitum ſimilitudine. *Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite, &c.* ideſt quemadmodũ palmes unitus haurit, & ſuccum, & vitã ex vite, ſic vos hauritis à me vitam gratiæ & ſpiritum charitatis reſpectivè ad opera vitæ æternæ elicienda. Rectè S. Auguſtinus tract. 80. in Joan. *Niſi in vite manſerit palmes & vixerit de radice, quantumlibet fructũ à ſemetipſo non poteſt facere. Quamvis autem Chriſtus vitis non eſſet, tamen iſtam gratiam palmitibus non præberet niſi etiã Deus eſſet.* Expende illam particulam, *Quantumlibet, &c.* Quaſi diceret, homo nequit virtute ſuâ naturali etiam perfectiſimâ elicere aliquam actionem ſupernaturalẽ, vel minimam gratiæ productivam, vel ejuſdem augmentatricẽ niſi dependenter à gratiâ Chriſti partim actu prœveniente, partim habituali. Hanc explanationem mihi ſubminiſtrat Concilium Tridentinũ ſeſſ. 6. c. 16. dans cauſam. *Cùm enim* (inquit) *ille ipſe Chriſtus Ieſus tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites in ipſos juſtificatos jugiter virtutem influat, quæ virtus bona eorum opera ſemper antecedit, comitatur, & ſubſequitur, & ſine quâ nullo pacto Deo grata, & meritoria eſſe poſſent, nihil ipſis juſtificatis amplius deeſſe credẽdum eſt, quominus illis quidem operibus, quæ in Deo ſunt facta divinæ legi pro hujus vitæ ſtatu ſatisfeciſſet vitam æternã ſuo etiã tempore (ſi tamen in gratiâ deceſſerint) cõſequendã verè promeruiſſe cenſeantur.* Expende illa verba. *Ipſe Chriſtus tanquam caput in membra, &c.* Quibus innuit quanta ſit analogia Chriſti & Eccleſiæ cum capite & corpore naturali, ſeu vite & palmitibus. Chriſtus ipſe ſuæ gratiæ neceſſitatẽ ad bona opera exercẽda premẽs Joan. c. 15. v. 5. addit. *Quia ſine me nihil poteſtis facere.* Particula *nihil* non intelligit opera naturę, ut ſunt loqui, videre, audire, ambulare, bibere, comedere, quaſi illa præſtare non poſſimus præter concurſum generalẽ abſque etiam ſpeciali divino per Chriſtum promerito. Non intendit etiã docere nos non poſſe aliqua bona opera moralia exercere, ut eleëmoyſnam largiri, obtemperare parentibus in re levi. Doctores enim paſſim ſuſtinent cõtrà hęreticos modernos poſſe fieri à nobis in ſtatu naturæ lapſæ opus leve moraliter bonũ, tam ex objecto, quàm ex circumſtantiâ per proprias naturæ vires, & generalẽ Dei cõcurſum abſque ullo adminiculo gratię ſpecialis ſi nõ occurrat tentatio, juxta illud Apoſtoli Rom. c. 2. v. 14. *Gentes, quæ legem nõ habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt,* ideſt ſecundùm S. Chryſoſtomũ, Theophi-

Gregor.

Concil. Trident.

Rom. c. 2. v. 14.

Theophilactum, Theodoretum, OEcumenium, Primaſium, S. Hieronymum ad Algaſ. Sedulum, Haymonem, S. Cyprianum, Dominicum Soto, Cajetanum, Gamachæum & alios recentiores gentes ex Gentiliſmo viventes, non habentes legem ſcriptam Moyſis, vel Chriſti; ſed tantùm legem, ſeu dictamen conſcientiæ nonnulla opera legis naturalis exercent ſolo illo ductu, lumine, & virtute naturæ abſque influxu Chriſti Capitis. Quod ſi præfati Gentiles nihil prorſus boni naturaliter exercerent S. Chryſoſtomus, Theophilactus ejuſmodi Gentiles non tantis laudibus celebrarent. Chriſtus ergò Joannis cap. 15. loquitur de actibus meritoriis vitæ æternæ, quæ nequeunt elici abſque ſpecialibus auxiliis à Chriſto capite promeritis. Vel loquitur de actionibus moralibus non unâ, aut alterâ, ſed multis, cum aliquâ perſeverantiâ exercendis: vel de unâ, quæ ſit valdè laborioſa. Sic explicãdus Apoſtolus Rom. cap. 9. v. 16. *Non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei.* Ex quibus locis Chriſti & Apoſtoli malè infert Calvinus tolli liberũ arbitrium hominis, nec illud cooperari gratiæ; ſed totum opus bonum dependere à gratiâ, quem admodũ (inquit) palmes habet à vite omnem ſuccum uvarum, & ex ſe nihil habet ſucci: ſic homo accipit à gratiâ omnem vim benè operandi, & conſequenter nihil habet ex ſe, quo gratiæ cooperetur, & quod operi ex gratiâ elicito, communicet. Doctores ad hoc reſpondent, primò ſimilitudines non eſſe rigoroſè explicandas quaſi debeant rei aſſimilatæ omninò quadrare; ſed Chriſtus in eo tantùm fundat ſuam ſimilitudinem quod ſicut palmes omnem ſuum vigorem & ſuccum ad producendas uvas trahit, & ſugit à vite, ſic fidelis haurit à gratiâ, ſeu à Chriſto Capite omnem ſuccum, vim & vigorem ad elicienda opera ſupernaturalia. Differt tamen homo fidelis à palmite, quod homo utpotè rationalis cooperetur gratiæ liberè à Chriſto capite, ſeu ejus meritis nobis communicatæ. Palmes autem, utpotè irrationalis minimè. Actio vitis cum palmite ſit naturalis, actio verò hominis cum influxu gratiæ ſit ſupernaturalis Deo digna, & grata. Deindè falſum eſt, quod palmes nullo modo ex ſe ad producendas uvas concurrat. Nam præter vigorem & ſuccum, quem accipit à vite, etiam cooperatur natura ſuâ ad producendas uvas, ut patet ex palmitibus piri, pomi, nucis &c. qui ſi inſerantur nuci nullas producent uvas, ſed fortè pira, poma, nuces &c. Sic ſi gratia ſupernaturalis non inſeratur mentibus noſtris nullum opus meritorium à nobis fieri poterit. Hinc Pſaltes Regius vocans pſal. 127. Eccleſiã Sponſam Chriſti, ejuſdem alumnos palmitibus aſſimilat. *Vxor tua ſicut vitis abundans &c.* Et Genebrardus. *Fæcunda, fructificans, fructifera, bona, utilis, ſuavis.* Quid per uxorem intelligit? Eccleſiã. Noſter Michael de Bennoniâ, *Vxor Chriſto eſt Eccleſia, quam ſibi proprio ſanguine ſponſam acquiſivit. Hæc multos filios Chriſti generat ſicut vitis multa vitulamina parit, & de hâc Chriſto dicit Pſaltes. Vxor tua ſicut vitis abundans &c.* Michaël Bonnon. Suam explanationem probat auctoritate S. Auguſtini dicentis. *Vxor Chriſti eſt Eccleſia, quæ eſt Chriſti; ſicut vinea fertilis.* Cur ſubdit: *In lateribus domus tuæ?* Reſpondet per latera intelligi fideles, qui Chriſto Capiti & viti uniti ſunt. *Latera domus Eccleſiæ ſunt, qui Chriſto hærent. Nec ſine causâ & ipſa conjux de latere viro dormiente Eva facta eſt, quia Chriſto moriente facta eſt Eccleſia, & illa de latere viri cum coſtâ deſtructa eſt, & iſta de latere viri, quandò latus Chriſti percuſſum eſt, & ſacramenta fluxerunt. Ergò uxor tua ut vinea fertilis; in quibus? in lateribus domus tuæ: in aliis autem, qui non inhærent Chriſto ſterilis eſt, nec illos in vineâ computabo. Quæ eſt uxor, & qui ſunt filii in iſtis carnalibus nuptiis & conjugiis alia eſt uxor & alii filii: in Eccleſiâ autem, quæ uxor, ipſi filii. Eſt ergò Eccleſia uxor Chriſti; ut vinea fertilis in lateribus Eccleſiæ, quæ quotidie novos filios generat Chriſto, qui membra efficiuntur Eccleſiæ.*

CAPUT TERTIUM.

Ejuſdem Argumenti Proſecutio.

I. CHRISTUS non eſt Caput Eccleſiæ ratione divinitatis præcisè, quia hæc eſt communis aliis perſonis, ſed

ratione humanitatis unitæ, quomodo Christus distinguitur ab aliis personis. Hanc rationem astruit Sapiens seu Cant. 7. v. 5. Sponsa Cantic. c. 7. v. 5. ubi Sponsum ita affatur. *Caput tuum ut Carmelus.* Paraphrasis Chaldaica. *Rex qui constitutus est super te in principem justus est, sicut Elias Propheta, qui zelo zelatus pro Domino cæli, & occidit Prophetas falsos in monte Carmeli, & convertit populos domus Israel ad timorem Domini Dei.* Quid per illud Caput seu Principem intelligit? Christum. Quid commune habet Christus in ratione capitis cum monte, & præcipuè Carmelo? quia quemadmodum Carmelus reliquis montibus Ghisler. eminet, ita Christus toti Ecclesiæ. Ghislerius in explicando Capitis Ecclesiæ encomio. *Haud ab eo recedendum est, quod ait Apostolus Ephes. cap. 1. v. 22, Christum esse, quem Deus dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius. Porrò quàm benè hujus capitis eminentia similitudine expressa sit celsissimi montis, haud melius, quàm per eundē Apostolum explicari potest. Is namque in Epistolâ ad Coloss. cap. 1. v. 17. de celsissimâ istâ loquens eminentiâ, ait, ipse, scilicet Christus est ante omnes, & omnia in ipso constituit, & ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare. Quamnam plenitudinem? nisi gratiarum omnium, donorum omnium, omniumque virtutum, ut multò illustrior, & in eo quoque esset amœnissimo monte Carmelo, quod gratiarum fontibus plenus esset, variisque, ac multis virtutum floribus, nec non & donorum fructibus exuberans.* Quibus verbis innuit ideò Christum in ratione capitis Ecclesiæ assimilari monti Carmelo, quia refertus est omnibus gratiarum & donorum spiritualium charismatibus. Possidet enim heroicè gratiam habitualem, gratias gratis datas, omnia dona Spiritus sancti, virtutes tam infusas per se, quàm per accidens. De illâ plenitudine differit Joan. c. 1. v. 14. S. Joannes cap. 1. v. 14. *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre* S. Thom. *plenum gratiæ & veritatis.* S. Thomas in cap. 1. Joannis lect. 8. *Possunt hæc verba tripliciter de Christo exponi. Primò in ratione unionis. Nam ille tantò gratiâ plenus esse dicitur, quantò magis Deo unitur. Et omnes quidem Deo conjunguntur per participationem similitudinis naturalis. Sic enim Dominus de homine dixit Geneseos c. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Alii per fidem Ephes. cap. 4. Habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Alii per charitatem 1. Joannis cap. 4. Qui manet in charitate in Deo manet. Sed neque per naturalis similitudinis participationē perfectè quis Deo conjungitur, neque per fidem, quia nondum illo fruitur, neque per charitatem, quia cum sit infinitè bonum, infinitè quoque diligi potest, ad quem humana natura pertingere non potest, per consequens nec quidem Deo cōjungi. At verò in Christo invenitur plena & perfecta conjunctio ad Deum, qualis nec in ulla potest esse creatura, cum in uno eodem supposito humana natura divinæ conjungatur: undè fit, ut ratione suppositi utriusque naturæ idiomatum seu proprietatum fiat conjunctio. 2.° Possunt & hæc Evangelistæ verba intelligi de animæ perfectione. Joannis cap. 3. Non enim datus est ei spiritus ad mensuram: Nam secundùm Augustinum sicut singulis membris corporis est unus sensus communis* scilicet sensus tactus: *In capite verò sunt sensus omnes: ita in Christo qui est caput omnis rationalis creaturæ, & specialiter sanctorum, qui ei uniuntur per fidem & charitatem superabundanter omnes virtutes, & gratiæ, & dona inveniuntur. 3°. Potest & hæc gratiæ & veritatis plenitudo de Christo intelligi, in quantum & ipse veritas est, in quam conspirabant lex & Prophetæ. Nam ipse omnia implere debuerit, gratiam quoque quæ legi deerat Evangelio communicavit, Sicut & tandem dicitur, quod lex per Moysem data sit, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est.*

II. Secundò & tertiò patenter docet Christo, ut capiti plenitudinem gratiæ competere, ex cujus superabundantiâ omnia membra Ecclesiæ participant. Hanc plenitudinem gratiæ in Christo ut capite S. Thomas 3. p. q. 7. art. 9. hâc ratione probat. Id dicitur plenum gratiæ in ratione capitis, tam quoad omnes & singulos effectus, quàm quoad intensionē ejus, cui nihil deest, sed

Christo

Digitized by Google

Christo nihil secundùm utramque considerationem deest: cùm ab eo ut fonte omnia bona supernaturalia deriventur in universam Ecclesiam militantẽ, ut patet ex cap. 1. Joannis & D. Thomâ q. 29. de veritate, a. 4. in corpore qui utens verbis Apostoli ad Coloss. c. 1. *Ipse est* (inquit) *caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens quoad gubernationem, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare, quoad dignitatem & per eum reconciliare omnia, quoad influentiam.* His ultimis verbis, *quoad influentiam*, innuit Christum influere in membra scilicet in ratione causæ principalis. S. Chrysostomus homiliâ 3. in cap. 1. ad Coloss. *Ubique primus, in Ecclesiâ primus, est enim caput in resurrectione primus, hoc est, ut ipse sit primas partes tenens; quamobrem in generatione quoque est primus. Et hoc est, quod Paulus maximè studet ostendere. Nam si hoc fuerit probatum, quod esset antè omnes Angelos, illud quoque simul infertur, quod quæ erant illorum, faciebat imperans. Et quod est admirabile in posteriori generatione contendit ipsum primum ostendere. Atque alibi primum dicit Adam, sicut est revera; sed accepit Ecclesiam pro universo genere hominum. Est enim Ecclesiæ primus, & hominum quidem tanquam creaturæ primus secundùm carnem. Et propterea hic ponit primogenitum. Quid est primogenitus? qui primò est creatus, aut qui resurrexit ante omnes.* Cùm igitur tota gratia, fit prius in Christo, sequitur enim esse caput Ecclesiæ. Hæc porrò prioritas etiam intelligitur de causalitate seu influxo, ita ut nihil gratiæ membris Ecclesiæ communicetur, quod à Christo ut fonte non derivetur. Id probat Cassiodorus ex etymologiâ nominis Carmeli, quod interpretatur cognitio, aut scientia circumcisionis: ideò caput Ecclesiæ Carmelo assimilatũ est, quia novit Circumcisionem, aliquando corporaliter celebratam, nunc spiritualiter observari velle, juxta illud Jeremiæ c. 4. v. 4. *Circumcidimi Domino in cordibus vestris.* Alludit ad factum in Carmelo lib. 3. Regum cap. 19. v. 43. ubi fertur Eliam in Carmelum ascendisse & indè precibus suis imbrem impetrasse è cœlis qui per triennium clausi fuerant. Tunc Christus ascendit in Carmelum, quando per gratiam mentes fidelium conscendit, & per eas arenti mundo gratiarum suarum pluvias infundit: seu Christus caput Ecclesiæ Carmelo similis est, quando mentes hominũ Christo ascensum prębent per augmentũ gratię & virtutum progressum, Dionysius in c. 1. Joannis art. 5. *Nam quoniam Christus caput est totius Ecclesiæ Militantis & Triumphantis, ideò membris suis spiritualem & vivificum sensum vivificare debuit.* Et per consequens ita abundare, ut de plenitudine ejus nos omnes acceperimus, illi arridẽs Beda *Sancti* (inquit) *non plenitudinẽ spiritus ejus, sed de plenitudine ejus, quantum ipse donat accipiunt.* Quasi diceret aliter philosophandum est de Christo respectu membrorum Ecclesiæ, ac de Eliâ respectu Elisei. Eliseus enim per Eliam obtinuit ejusdem Eliæ duplicem spiritum. *Obsecro ut fiat duplex spiritus tuus.*, idest secundùm Theodoretum quæst. 7. & alios duplò majorem. Quibus accedit Sanctus Ambrosius Sermone 2. de Eliseo, ubi sic exclamat. *O hæreditas pretiosa! in quâ plus hæredi relinquitur, quàm habetur: plus consequitur qui accipit, quàm posideret qui largitur! pretiosa planè hæreditas, quæ dum à patre transfertur ad filium, meritorum quodam fœnore duplicatur. Igitur Elias cùm simplicem sanctitatis ipse haberet spiritum, Eliseo duplicem reliquit. Mirum ergò in modum plus Eliæ gratiæ dimisit in terris, quàm secum portavit ad cœlos. Et licet ipse ad altiora totus transfertur corpore, apud filium tamen majore manet sanctitate.* At Ecclesia nequit duplicem Christi spiritum obtinere, seu ejus plenitudinem, sed *de plenitudine ejus.* Accipe verba Sancti Cyrilli lib. 1. cap. 20. illis arridentis. *Illud etiam non prætermittendum: quia plenum, idest perfectum in omnibus esse affirmans, tantum abesse, ut cujusque rei egeat, ostendit; ut omnibus ipse nunquam deficiens abundè largiatur, & tamen plenitudinem suam eandem, atque immutatam semper conservet.* Idem de *plenitudine namque filii, quasi jugi fonte gratiarum domum scaturiens in simplices animas, quæ dignæ sunt, defluit: hoc est, quod ait Apostolus, be-*

Thomas. *Chrysost.* *Dionys.* *Beda.* *l. 4. Regũ c. 2. v. 9.* *Ambros.* *Cyrillus.* *3. Reg. cap. 19. v. 43.*

nedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto. Quaſi diceret ſicut rivuli non exhauriunt ipſum fontem, ſic membra Eccleſiæ totam plenitudinem Chriſti capitis non obtinent. Ingeniosè ad intentum noſtrum

Chryſoſ. S. Chryſoſtomus homil. 13. in cap. 1. Joannis. *Quid ſignificat, & de plenitudine nos omnes accepimus? ad hoc dicendum eſt: non habet donum participabile, ſed ipſe fons eſt & radix bonorũ omnium, ipſa vita, ipſa lex, ipſa veritas, non in ſe ipſo bonorum divitias continens, ſed in univerſos effundens, quibus diffuſis plenum permanet. Neque eo quod aliis ſuppeditet, minuitur: ſed divitias ſuas largitur ſemper uberius: cumque omnes his bonis impartiat, in eâdem permanet perfectione, &c.*

III. Illis ſubſcribens mellifluus Bernar-

Bernar. dus gratiam Chriſti comparat fonti, gratiam B. Virginis aquæductui, & gratiam ſanctorum rivulis. *Habetis* (inquit) *fructum veſtrum in ſanctificatione, finem verò vitam æternam. Vita æterna fons indeficiens, qui univerſam irrigat ſuperficiem Paradiſi, nec modò irrigat, ſed inebriat. Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de libano, & Pſalmo 65. Fluminis impetus lætificat civitatem Dei. Quis verò fons vitæ, niſi Chriſtus Dominus?* Chriſtum eſſe fontem tam gratiæ, quàm gloriæ probat ex Apoſtolo Coloſſ. cap. 3. *Cùm Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloriâ.* Quibus ſubdit. *Sane ipſa ſeſe plenitudo exinanivit, ut fieret nobis juſtitia & ſanctificatio & remiſſio, necdum apparens vita aut gloria, aut beatitudo derivatus eſt fons uſque ad nos in plateis derivata ſunt aquæ, licet non bibat alienus ex eis.* B. Virginem eſſe aquæductum innuit his verbis. *Deſcendit per aquæductum vena illa cæleſtis, non tamen fontis exhibens copiam, ſed ſtillicidia gratiæ arentibus cordibus noſtris infundens, aliis quidem plus, aliis verò minùs? Plenus quidem aquæductus, ut accipiant cæteri de plenitudine, ſed non plenitudinem ipſam. Advertiſtis jam (ni fallor) quem velim dicere aquæductum, plenitudinem fontis ipſius de corde Patris excipiens, nobis edidit illam, ſed ſi non pro ut eſt, pro ut capere poterimus. Noſtis enim cui dictum eſt Lucæ cap. 1. Ave gratiâ plena. An verò inveniri potuiſſe miramur, unde talis ac tantus fuerit aquæductus, cujus nimirùm ſummitas inſtar profectò ſcalæ illius, quam vidit Patriarcha Iacob Geneſ. cap. 29. Cælos tangeret, imò & tranſcenderet cælos, ut vividiſſimum illum aquarum, quæ ſuper Cælos ſunt, poſſet attingere fontem.* His patenter docet, quod quamvis Beata Virgo ſit aquæductus, per quem in membra Eccleſiæ quaſi in rivulos aquæ defluunt; tamen illas aquas à Chriſto originaliter emanare. Quod conſequenter Doctor Mellifluus. innuit. *Quomodo noſter hic aquæductus fontem illum attigit tam ſublimem? quomodo putas niſi vehementiâ deſiderii? niſi fervore devotionis, niſi puritate &c.* Et in fine. *Cæterum quidquid illud eſt, quod offerre paras Mariæ commendare memento, ut eodem alueo ad largitatem gratiæ gratia redeat, quo influxit. Neque enim impotens erat Deus, ut ſine hoc aquæductu infunderet gratiam prout vellet: ſed tibi vehiculum voluit providere &c.* Quaſi diceret in Chriſto, quaſi in fonte congregantur omnes aquæ, tam quæ ad Mariam, quæ eſt aquæductus, quàm quæ ad fideles, qui ſunt rivuli, fluunt. Undè Chriſti gratia comparatâ cum totâ eâ gratiâ, quæ tam B. Virgini quàm omnibus aliis Sanctis fuit collata (ita ut ex unâ parte ſit tota collectio gratiæ quę omnibus tam Angelis quàm hominibus fuit collata, & ex alterâ gratia Chriſti) hęc erit major iſtâ. *Caput* (inquit Sponſa) *tuum ut Carmelus,* ideſt multiplici ſanctorum chariſmatum amœnitate caput tuum, mens tua, anima tua redundat, ſeu caput ejus diademate redimitum eſt variis & multicoloribus floribus Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum contexto. ut hac florum, ſeu chariſmatum varietate, nec florido cedat vertici montis Carmeli. Ex indè quiſque intelligere poterit non immeritò aliàs fuiſſe convocatas filias Jeruſalem, ut Chriſtum tali diademate conſpicuum admirarentur. Cantic. c. 3. v. 18. *Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum Mater ſua in die, &c.* Particula *coronavit* denotat gratiam Chriſto Domino abſque

Cant. c. 3. v. 18.

menſurâ

menſurâ communicatam. Corona enim principio & fine caret. Joannis cap. 3. v. 34. *Non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum.* Ideſt Deus: non communicavit Verbo Incarnato dona Spiritus ſancti parcè, & cum menſurâ; ſed quaſi infinitè. Omnibus verò membris Eccleſiæ data fuit ad ad menſuram, & dependenter ab eo. Ut teſtatur Apoſtolus Epheſ. c. 4. v. 7. *Unicuique autem noſtrûm data eſt gratia ſecundùm menſuram donationis Chriſti.* Chryſoſ. S. Chryſoſtomus illum influxum Chriſti capitis in membra ita expendit hom. 29. in Joannem. *Nos omnes ad menſuram ſpiritus operationem accipimus. Nam ſpiritum operationem dicit: hæc enim eſt, quæ dividitur; ille verò ſine menſurâ, & integram habet, quod ſi ejus operationem metiri nemo poteſt, longè minùs ſubſtantiam.* Ecce quomodo Deus illi immenſam gratiam cõtulerit ut in fideles, quaſi caput in membra ſua diſtribuat ſponte, cum certâ tamen menſurâ.

IV. Nota humanitatem Chriſti non eſſe rationem formalem cur Chriſtus dicatur caput Eccleſiæ: alioqui quilibet homo, cùm habeat veram humanitatem eſſet caput Eccleſiæ, quod eſt falſum: ſed ratio capitis dicitur ita Chriſto convenire, ut per ipſam humanitatem exequatur officia capitis circa Eccleſiam, nõ tantùm militantem; ſed etiam purgantem, & triumphantem. Nec refert, quod Deus influat gratiam & reliqua dona ſupernaturalia, quibus ſingula Eccleſiæ membra exercent ſua munia, & in finem ſuum diriguntur. Item in corpore naturali caput (ad cujus analogiam Chriſtus dicitur eſſe caput Eccleſiæ,) unum tantùm ſit, non ſecundum, non tertium aut plura. Hoc (inquam) non obſtat, nam (ut docet D. Thomas 3. p. q. 8. a. 1, in locutionibus Metaphoricis non oportet applicare ſimilitudinem quantùm ad omnia; ſed tantùm quò ad ea, in quibus fit comparatio. Undè cùm inter ea, in quibus caput myſticum comparatur naturali capiti, non fiat mentio unitatis capitis, cùm etiam in republicâ, familiâ, & aliis corporibus pòliticis dentur plura capita ſibi invicem ſubordinata. Sic licet Chriſtus ſit caput Eccleſiæ, Deus ipſe eſt caput Chriſti. At in Chriſto ſunt plures rationes capitis, quàm in Deo. Quamvis Deus influat in Eccleſiam gratiam & alia dona, imò magis principaliter & auctoritativè (ut docet S. Thomas citatus) tamẽ illi nomen cõditoris Eccleſiæ, Chriſto autem nomen capitis aſſignamus ob conformitatem quam habet cum membris Eccleſiæ. Nec obſtat ſecundò, quod in corpore naturali caput ſit etiam membrum, & pars ſui corporis. Cùm enim caput myſticum non debeat correſpondere naturali ſecundùm omnia, ſic Chriſtus eſt caput Eccleſiæ, ita tamen ut non ſit membrũ vel pars ſui corporis: quia (ex D. Thomâ) ad propriã rationem membri opus eſt, ut accipiat aliquid ab aliis membris: ut nutrimentum & alia ad ſui conſervationem neceſſaria. Deindè pars, ut pars dicit dependentiam ab ipſo toto, & ab aliis partibus? Chriſtus autem ita eſt caput Eccleſiæ, ut nullam perfectionem aut influentiam ab Eccleſiâ ſuſcipiat, nec ab eâ dependeat ullo modo: in quo differt à S. Petro & ejus ſucceſſoribus. Hi enim ita ſunt caput Eccleſiæ, ut etiam precibus & ſacramentis Eccleſiæ indigeant. Unde Apoſtolus Rom. cap. 12. v. 5. *Multi unum corpus ſumus, alter alterius membra.* Rom. 6. 12. v. 5. Ideſt commembra ſumus. 1. Corinth. cap. 6. v. 15. *Neſcitis, quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti.* 1 Cor. 6. v. 15. Item cap. 12. v. 12. *Sicut enim corpus unum eſt, & membra habet multa: omnia autem membra corporis, cùm ſint multa, unum tamen corpus ſunt: ita & Chriſtus.* Ideſt Chriſtus unum corpus habet, ſcilicet Eccleſiam, cujus membra ſunt unita, & ſe mutuò orationibus, ſacramentorum adminiſtratione adjuvant: cujus Eccleſiæ ſupremum caput eſt Chriſtus. Ego licet vos per Evangelium genuerim 1. Corinth. c. 4. v. 15. *In Chriſto Ieſu per Evangelium ego vos genui.* Tamen ejus etiam eſt membrum licet majus aliis. Et licet cor influat in corpus; & cor ſit aliquid nobilius capite; quia tamen ejus influentia occulta & inviſibilis, capitis verò influxus viſibiliter apparet; ideò Spiritus ſanctus, qui inviſibiliter vivit, & vivificat Eccleſiam, rectiùs comparatur cordi, & Chriſtus capiti quàm viti, quàm Carmelo: quia Chriſtus Eccleſiam gubernat per ſacramenta

ſigna

ſigna viſibilia, & alia id genus.

V. De Carmelo hæc fatur S. Gregorius Papa in c. 7. Cant. *Caput Eccleſiæ Chriſtus qui benè ut Carmelus dicitur, quia ipſe per Paſſionem, quam ſuſtinuit ad gloriam Patris eſt exaltatus, de quo ſcriptum eſt. Et erit in noviſſimis diebus præparatus mons Domini in vertice montium. In Carmelo Elias orans obtinuit pluviam. Et nos in Carmelo orantes pluviam impetramus, quando in Chriſtum credentes, Chriſtum deſideramus, & à Patre irrigationem gratiæ ſuſcipimus quam rogamus.* Quandoquidem Deus nos irriget gratiæ ſuæ imbribus, cur capitis nomen non ſortitur? quia inviſibilis eſt, inviſibiliter nobis ſuam gratiam infundit. Chriſtus verò viſibilis eſt, viſibiliter nobiſcum converſatus eſt, ſacramenta ſenſibilia inſtituit, ideòque caput nuncupatur. Eodem modo intelligendus Juſtus Orgelitanus. *Quia in Carmelo monte ſancti receptaculum receperant Elias & Eliſeus, rectè Chriſtus eidem monti aſſimilatur, quatenus in illo, tanquam in Carmelo juſti habitaculum & multitudo populorum, tanquam diverſitas animalium ſapientiæ percipiunt alimentum.* Cur dicit: *In illo tanquam in Carmelo habitaculum &c.* Hoc ſanè Deo potius competit quàm Chriſto? nam (inquit Apoſtolus act. cap. 17. v. 28. *In ipſo vivimus, movemur & ſumus.* Et ante illum Ennius Poëta.

Vides ſublime fuſum immoderatum Æthera.
Qui tenero terram circumvectu amplectitur,
Hinc ſummum habeto divum: hunc perhibeto Jovem.

Plato & ex eo Virgilius lib. 6. Æneidos.

Spiritus intus alit, totumque infuſa per orbem.
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet:
Indè hominum pecudumque genus, vitæque volantum.

Idem Virgilius lib 4 Georg.

——Deumque namque ire per omnes
Terraſque, tractuſque maris, cœlumque profundum.
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas

Etſi Deo noſtra eſſentia, vita, reſpiratio, & motus attribuatur, tamen meritò fidelium eſſentia, vita, reſpiratio, motus, nutritio ſpiritualis Chriſto potius attribuitur, quàm Deo; quia Deus inviſibiliter nos fovet at Chriſtus viſibiliter.

VI. Ex verbis S. Gregorii colligo, quod etſi ſigna, per quæ Chriſtus nobis gratiam communicat ſint viſibilia & ſenſibilia, tamen ejus influxum eſſe inviſibilem, ſeu Chriſtum principalius influere in animas communicando gratiam & dona ſupernaturalia & in corpora hominum tantùm ſecundariò, quatenus illis communicat vim & virtutem in commodum & utilitatem animæ, ſeu ad vitam æternam comparandam, & ſupplicia & pœnas inſtar Martyrum toleranda. Deindè Chriſtus ut caput influit in corpora, quia ſuam beatitudinem & dotes conſequentur ex merito Chriſti, & per ſuſceptionem Euchariſtiæ, à quâ (ex Theologis agentibus de effectu Euchariſtiæ) accipient immortalitatem & reſurrectionem: ac proindè eùm ex dictis ratio capitis attentatur penes influentiam Chriſti Domini, hic erit caput hominum & quoad animas, & quoad corpora etiam ratione ſuæ carnis, per quam conſummavit opus noſtræ redemptionis, per cujus eſum animæ recipiunt augmentum gratiæ, & corpora præfatum vigorem.

VII. Porrò hæc dignitas capitis competit Chriſto reſpectu omnium viatorum, qui actu habent charitatem, vel ſaltem fidem: ut docet D. Thomas 3. p. q. 8. a. 3. & patet ex textu S. Joannis cap. 15. ſupra citato favet ratio homo efficitur membrum Chriſti per fidem, quæ eſt fundamentum vitæ ſpiritualis. Hinc eſt, quod Catholici vocentur fideles. Quod etiam poteſtas capitis ſe extendat ad animas exiſtentes in purgatorio indè conſtat: quia illæ etiam fidem ſanctificantem retinent ex merito Chriſti Domini: imò remittuntur illis pœnæ per ſacrificium à Chriſto inſtitutum. Quoad viatores fide carentes S. Thomas docet Chriſtum eſſe dumtaxat caput in potentiâ. Quia eò modo eſt caput hominum quo influit fidem, gratiam, & alia dona ſupernaturalia at Chriſtus influit viatoribus infidelibus. Illa dona ſupernaturalia dumtaxat in potentiâ: quia ſinguli homines quamdiu ſunt viatores poſſunt ſalvari. Chriſtus etiâ ſufficientia media

ad

ad salutē illis promeruit tam iis qui ante quàm post adventum extiterunt. Illis enim fides Christi venturi annunciata est; nobis autem Christi de facto incarnati, ut docet S. Augustinus lib. de catechisandis rudibus c. 9. & alii Patres. Unde S. Justinus Martyr orat. ad Antonium ait solos nominandos esse Christianos, qui post Christi adventum crediderunt.

VIII. Quod si quęras quomodo ante Christi adventum fideles Christi membra dici potuerunt, & illi ut capiti uniri potuerunt, cùm nondum existeret. S. Thomas q. 8. citatá art. 3. respondet esse discrimen inter corpus naturale, & mysticum; quod naturale requirat actualem omnium suorum membrorū existentiam, item actualē capitis unionem cum membris: at in corpore mystico minimè hæc desiderantur. Deinde caput naturale influit physicè, mysticū autem naturali quodam influxu, qui rei futuræ competere potest. Qui moralis influxus, ut efficiat membrum actu unitum capiti suo mystico, non satis est, ut producat gratiam excitantem etiam ex meritis Christi, sed præterea opus est, ut recipiat fidem, & de facto recipiatur in membrum, aliquo modo vivificetur, moveatur; ut patet in capite naturali, quod licet (quantum est ex se) per se influat: si tamen membrum aliquod corporis sit mortuum, ac proinde influxum & motum à capite non accipiat, non censetur membrū talis capitis. Deinde influxus est à Christo capite & generante, seu generationi spirituali incumbente.

IX. Quod Christus sit etiam caput omnium beatorum hominum, docet Sanctus Thomas citatus, licet fides & spes sint evacuatæ in beatis, tamen retinent gratiam & charitatem. Item possident beatitudinem ex meritis Christi. Quod autem nec actu, nec potentiâ sit caput damnatorum, docet Sanctus Thomas citatus art. 3. Ratio est quia Christum nec potentiá habet, qui est incapax fidei & charitatis & gloriæ. Nam omnis Christi Domini influxus tendit ad affectionem gloriæ. Damnati autem sunt in termino damnationis, in quo Deus statuit nulla auxilia conferre damnatis. Quod si infantes decedentes cum solo peccato originali habeant quoddam solatium, non debet refundi in meritū Christi, sed in providentiam generalē Deī. Sicut quod in Christianis damnatis remaneant characteres impressi per Sacramenta, non provenit ex meritis Christi, sed quia sunt in subjecto immortali spirituali, & nihil habeant contrarium, per quod destituantur. Denique illi characteres potius remanent ad ignominiam & supplicium, quàm ad bonum & honorem.

X. Disputant Theologi an gratia Christi, ut est caput Ecclesiæ, sit eadem cum gratiâ ejus habituali, quę tam illi quàm nobis communicatur. Eadem quæstio proponi potest de pluviá, quæ precibus S. Eliæ post triennalem siccitatem terram irrigavit; lib. 3. Reg. c. 18. item de pueris suscitatis per Eliam lib. 3. Reg. c. 17. & Eliseum lib. 4. Reg cap. 4 an sint ejusdem speciei cum pueris, qui naturali generatione procreantur. Itē de pane subcinericio, quem vidua Sareptana S. Eliæ erogavit, cum eo, quo Angelus eundem Prophetam sustentavit, lib. 3. Regum c. 19. omnes Interpretes passim asserunt esse ejusdem speciei, quamvis in modo productionis differant, idest licet resurrectio differat à generatione communi hominum; Licet pluvia ordinaria per causas naturales producatur; & altera precibus Eliæ miraculosè demissa sit, licet panes subcinericii sub cineribus coquantur, illi verò de quo lib. 3. Regum cap. 19. mirabiliter factus sit manibus Angelorum, ut vult Author mirabilium S. Scripturæ lib. 2 cap. 19. Tamen ex Tostato fuit naturalis & communis, & consequenter ejusdem speciei cum altero. Doctores hic magis laborant propter suppositum Verbi ob duas naturas, unionem hypostaticam, & dignitatem capitis quæ sunt in Christo. Pro cujus intelligentiâ præmittendum est aliud esse quærere an gratia (secundùm quam Christus est caput Ecclesiæ sint eadem cum gratiâ ejus habituali & unionis: & an gratia capitis in Christo sumpta, formaliter sit gratia habitualis, vel unionis, aut utraque simul. Sensus enim primæ quæstionis tantùm est, an illud per quod Christus, potest aliis influere

l. 3. Regū cap 18. & 17.

l. 4. Reg. cap. 4.

l. 3 Reg. 17. & c. 19.

gratiam, illam eis mereri, pro illis satisfacere, per quod, ut principium aliquod efficiens, sive morale, sive physicum ista præstare, sit ejus gratia habitualis, vel unionis, aut utraque simul. Secundæ quæstionis sensus est, an Christus formaliter & præcisè vi & efficaciâ solius gratiæ habitualis; vel unionis, aut utriusque simul tanquam causæ formalis sit caput, adeò ut istis solis positis in Christo sit revera & de facto caput Ecclesiæ, an aliquod aliud requiratur. Dico primò gratiam capitis adæquatè sumptam, non esse solam gratiam habitualem, nec solam gratiam unionis. Ratio est, quia ea censetur gratia capitis adæquatè sumpta, quæ est ei totum principium merendi aliis gratiam, & cætera dona supernaturalia ex perfectâ justitiâ: sed illud principium non est sola gratia habitualis: quia gratiâ habituali collatâ creaturæ puræ, creaturæ intellectuali in æquali gradu, imò minori, quam de facto Christus habuit, adhuc tamen non posset aliis mereri infinitè ex condigno, & secundùm apices stricti juris pro peccatis aliorum, ut fusè docent Theologi, 3. parte quæst. 1. Nec item ista gratia capitis sumpta adæquatè est sola gratia unionis. Nam per eam solam Christus non meruit aliis, vel pro illis satisfecit; sed etiam per gratiam habitualem, quatenus per hanc eliciebat formaliter actus meritorios & satisfactorios pro aliis, & de plenitudine ejus gratiæ omnes nos accepimus, ut patet ex Joannis c. 1. explicato. Neutra igitur gratia seorsim sumpta, est gratia capitis spectata adæquatè.

XI. Concludo igitur gratiam habitualem & unionis simul & adæquatè sumptas importare gratiam capitis. Ratio est, quia hæc utraque gratia simul sumpta seu adæquatè sunt principium (quo) Christus tam sibi, quam aliis meruit de condigno, & pro aliis satisfecit ex perfectâ justitiâ. Quia Christus habuit valorē infinitum à gratiâ unionis & accepit à gratiâ habituali, ut connaturaliter produceret actus meritorios, & satisfactorios; quod solùm includitur in gratiâ capitis adæquatè sumptâ. Quia nihil potest fingi, quid amplius superaddas. Igitur gratia capitis ad æquatè complectitur gratiam unionis, & habitualem simul. Et licet simul efficiant gratiam capitis adæquatè, tamen gratia unionis inadæquatè magis principaliter confert ad gratiam capitis, quia valor ejus ita est infinitus, ut possit de condigno mereri, & satisfacere ex perfectâ justitiâ: & penes hunc moralem influxum attenditur in Christo præcipua sufficentia & efficacia meritorum, & satisfactionis Christi. Undè si per absolutam Dei potentiam auferretur gratia habitualis, & remaneret sola gratia unionis, ejus actiones forent infinitè meritoriæ & satisfactoriæ. Ergò gratia Christi ut capitis magis propriè consistit in gratiâ unionis. Quod verò propria gratia capitis minus constituenda sit in gratiâ habituali, patet, quia per illam nequit membris Ecclesiæ influere, sicut nec posita in aliquâ purâ creaturâ.

Imò nec ambæ simul sumptę constituunt Christum formaliter caput Ecclesiæ. Ratio est, quia illæ gratiæ sive conjunctim, sive seorsim sumptæ nullam ex se præcisè formaliter important perfectionem. Cùm enim gratia habitualis sit ejusdem speciei cum nostrâ, sicut nostra etiam in Beatâ Virgine cumulatissimè existens nō habebat hunc effectum, qui tamen effectus formalis nunquā separatur à suâ causâ; per hanc Christus non habebat ut esset caput Ecclesiæ. De gratiâ unionis etiam patet, quia præcisè sumpta importat dumtaxat puram & nudam terminationem independentiæ naturæ assumptæ, atqui ejusmodi terminatio præcisè sumpta, non confert ad illam rationem capitis potestatem in alios, cùm ratio capitis absque illa rectè possit intelligi, & dignitas capitis possit cōmunicari S. Eliæ, vel alteri puræ creaturæ. Igitur positæ in Christo non constituunt illum formaliter caput Ecclesiæ, quia caput hoc spectatum formaliter continet potestatem in alios, tam quoad influxum gratiæ & donorum supernaturalium, quàm quoad directionem, imperium & gubernationem (ut ex dictis potest colligi.) Igitur gratia habitualis & XII.

unionis

Digitized by Google

unionis tàm seorsim, quàm unitim spectatæ ex se præcisè nullam conferunt perfectionem, seu Christo formaliter rationem capitis communicant.

XIII. Nec audiendi sunt, qui asserunt hanc dignitatem & potestatem conferri per unionem hypostaticam: nam quando natura assumpta est, effecta est illius caput, sicut natura intellectualis redditur capax supernaturalis beatitudinis. Refelluntur (inquam) nam communicatio beatitudinis supernaturalis fundatur in filiatione, sed assumens humanitatem constituit suum constitutum formaliter Filium Dei, & consequenter facit, ut habeat jus ad beatitudinẽ, cujus homo est capax. Personalitas autem Verbi (pro ut virtualiter distinguitur à naturâ divinâ) caret omni præfecturâ & potestate in omnes creaturas: ita ut vi illius suæ personalitatis, quæ est talis personalitas distincta à suo principio, non habeat illam potestatem, sed ab ipsâ essentiâ seu naturâ divinâ, ut à personis divinis distinctâ ratione suæ naturæ: ex eo quod talis independentia fundatur in potentiâ, & summâ perfectione divinæ essentiæ, quæ duo sunt communia toti Trinitati. Ergò personalitas Verbi divini unita humanitati, communicat hanc præfecturam & dignitatem etiam ex consequenti. Quod confirmatur: nam vi unionis hypostaticæ primò & per se, & necessariò tantùm communicantur quæ sunt propria verbo, non autẽ absoluta & essentialia. Præfectura autem, seu auctoritas Dei in omnes creaturas est aliquid essentiale & absolutum, ut S. Athanasius in suo Symbolo docet, scilicet tres esse personas, non verò tres Dominos? *Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus.* Quod autem gratia unionis & habitualis simul sumptæ non sint id, quo Christus formaliter constituitur caput Ecclesiæ, patet, quia sublatâ habituali gratiâ potest Christus remanere caput Ecclesiæ, modò aliquid aliud superveniat. Cum igitur causâ formali sublatâ tollatur effectus formalis illius, totum quod coalescit ex gratiâ unionis & habituali simul non communicat Christo formalem rationem capitis. Concludendum igitur Christũ esse formaliter caput Ecclesiæ per dignitatem & potestatem illi communicatam in omnes homines.

Hujus rei figura est in S. Eliâ. *Elias* XVI. enim, seu *Eliahu* secundùm Pagninum, idẽ est ac *Potens est Deus.* Ipse *El* est nomen, quà fortis & potens est ad omnia debellanda. *Ia*, est abbreviatũ à *Iehova*, particula *Hu*, idem est ipse ac secundùm Hebræos & S. Hieronymum in cap 5. Micheæ. *Elias* (inquit) *idem est quod Dominus Deus.* Hebræi in Genesi magnâ cap. 27. aiunt quod primarium nomen Eliæ fuit *Iaberscith*, & Propheta nomen Eliæ acceperit, quando acclamavit populus lib. 3. Regum cap. 18. v. 39. *Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus.* Cur potius tunc illi nomẽ Eliæ impositũ est? quia tunc suum quasi Dominum patefecit. S. Chrysostomus hom. 2. de Eliâ, vocat eum clavem cœli. *Chrysost.* *Vt universi dicerent, verè Dominus Deus ipse est Deus: clavis cœli fit sermo Eliæ sanctissimi: jubet enim & claditur.* Et Cornelius in cap. 48. Ecclesiastici *Divinâ fortitudine & omni potentiâ armatus confregit Baalitas, domuit Achab, cum Iezabele: cælo & terræ imperavit ad tot, tantaque miracula patranda.* Imò ipse Ecclesiasticus docet per ejus dominium superari Monarcharum & Regum imperia cap. 48. v. 6. ita illum affatur. *Qui dejecisti reges ad perniciem & confregisti facile potentiam ipsorum, & gloriosos de lecto suo.* Quam potestatem etiam tempore Antichristi exercebit. Apoc. c. 11. v. 5. *Si quid voluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum, & devorabit inimicos eorum, Et si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi cælum, nè pluat diebus Prophetiæ eorum: & potestatem habent super aquas convertendi eas in sanguinem, & percutere terrã omni plagâ.* Quotiescumque voluerit licet verè hâc potestate non utetur directè in animas, sed dumtaxat in corpora: tamen in eo convenit cum Christo ut capite. Quod quemadmodum Elias non accepit illam potestatem & dominium causaliter à gratiâ habituali, quæ erat ejusdem speciei cum nostrâ. Sic Christus non accepit formaliter rationem capitis Ecclesiæ à gratiâ suâ habituali, sed à dignitate & potestate, quam Deus ei

l. 3. Reg. cap. 18. v. 39.

Ecclesiast. cap. 48.

Apoc. c. 11. v. 5.

communicavit in omnes homines. Hanc veritatem de Christo docet Apostolus Ephes. cap. 1. v. 22. *Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam quæ est corpus ipsius.* Syrus: *Ipsum, qui est super omnia dedit caput Ecclesiæ.* Quæ verba ponderans S. Chrysostomus distinguit hoc beneficium à beneficio incarnationis, quatenus scilicet Deus non solùm sursum erexit naturam illam, quæ erat è nobis; sed illam unitam fecit caput Ecclesiæ, ut Ecclesiæ imperaret, & Ecclesia illi adhæreret. *Papæ (*inquit*) quo rursus sustulit ipsam Ecclesiam, evexit, tanquam per quandam trahens machinam, eam in magnam sustulit altitudinem, & eam sedere fecit in illâ sede. Vbi enim est caput, illic & corpus: etsi caput & corpus nullo loco intermedio arcetur si autem arcetur, corpus non fuerit; non fuerit caput.* Chrysost. *Super omnia (*inquit S. Chrysostomus*) Quid est super omnia? aut Christum, qui est super omnia quæ cernuntur quæ apprehenduntur intelligentia. Aut supra omnia bona hoc fecit, quòd filium dederit caput, non Angelum, non Archangelum, nec ullum alium dimisit superiorem. Non hâc solùm ratione nos honoravit, quod eum qui erat è nobis in altum extulerit, sed quod etiam fecerit, ut totum commune genus illum sequeretur, illi adhæreret, illum assectaretur. Quæ est caput ipsius. Nam nè audito capite caput solum existimes initium, sed etiam firmitatem, & stabilitatem: non tanquam solum Principem, sed tanquam caput corporis.* Idem Apostolus Hebr. c. 5. v. 4. *Nec quisquam (*inquit*) sibi sumit honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aäron.* S. Thomas subdit: *Hoc est contra naturam, quod aliquid perducat se ad statum altiorem suâ natura sicut aër non facit se ipsum ignem, sed fit à superiore: undè disciplina Dei non habet, quod quisquam sibi sumat honorem favore, pecuniâ, potentiâ. Amos cap. 6. fortitudine nostrâ assumpsimus nobis cornua. Oseæ cap. 8. Ipsi regnaverunt, & non ex me: sed debet vocari à Deo sicut Aäron Numer. cap. 17. Per virgam quæ floruit.*

Ephes. c. 1. v. 22.

Hebr. c. 5. v. 4.

XV. Quod probat Apostolus citatus v. 5. exemplo Christi. *Christus nõ semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, filius meus es tu: ego hodie genui te.* Ubi confert Christum quoad dignitatem, cum Aarone, & ait; sicut Aaron non à semetipso habuit; nec sibi vindicavit hanc dignitatem, sed illam habuit à vocante, ita ut dependerit à divinâ voluntate. Sic Christus non semetipsum extulit ad Pontificiam dignitatem, seu non creavit semetipsum Pontificem sed Deus Pater. Ex quibus concludo Christum esse formaliter caput Ecclesiæ per potestatem & dignitatem acceptam, ac dispensatam à Deo, non verò præcisè per gratiam unionis vel habitualem, vel ambas simul. Quare si quis inquirat quid præfatæ gratiæ faciant? quomodo se habeant ad dignitatem seu potestatem formaliter spectatam. Dico ita se habere, sicut scientia perfecta ad dignitatem & potestatem ejus. Quemadmodum enim illæ perfectiones efficiunt hominem idoneum ut creetur judex, non tamen est formaliter judex; sed vi potestatis à rege acceptæ, quamvis beneficio perfectæ eruditionis &c. probè fungatur munere judicis. Ita duæ illæ gratiæ reddebant Christum potestate capitis idoneum ut per illas posset influere in membra Ecclesiæ, tamen ipsa potestas à Deo communicata Christo, & subjectio membrorum, ad influxum recipiendum à Christo, ut capite, facta est à Deo, ut supremo omnium Dominò: sicut etiam potestas illa in exemplo judicis non dicit formaliter aliquid Physicum & reale, quod ei imprimatur, sed meram deputationem Regis ad exercendum hoc munus, quod tantùm est aliquid morale. Sic ipsa gratia capitis seu dignitas in Christo formaliter spectata, non est aliquid reale & Physicum, sed mera deputatio à Deo facta, quatenus præsuppotâ in illo gratiâ unionis & habituali illam constituit caput Ecclesiæ. Undè sequitur gratiam capitis formaliter sumptam esse quandam gratiam seu donum aliquod gratuitum, & liberaliter à Deo communicatum Christo homini. Deindè sequitur per gratiam unionis & habitualem Christum reddi idoneum adæquatè ad dignitatem & potestatem capitis, & ad exercendos actus illius. Sicut S. Elias probitate vitæ suæ effectus est idoneus ad officium aurigæ Israel, & Ducis populi persolvendum, ac currum debito modo dirigendum.

Hanc

XVI. *Thomas.* Hanc veritatem docet D. Thomas quæst. 29. de veritate art. 5. *Unaquæque substantia tantò à Deo plenius bonitatem ejus participat, quantò ad ejus bonitatem magis appropinquat, ut patet per Dionysium 12. cap. Cœlestis Hierarchiæ. Unde & humanitas Christi ex hoc ipso quod præ aliis vicinius & specialius divinitati erat conjuncta, excellentius bonitatem divinam participat per gratiæ donũ, ex quo idoneitas in eâ fuit, ut non solùm gratiam, sed etiam per eam gratiam in alios transfunderetur, sicut per corpora magis lucentia lumen solis ad alia transit.* Expende illa verba. *Sicut per corpora magis lucentia, &c.* Quasi diceret, ita se habent Elias & Christus, non tantùm quoad lumen, sed respectu animorum, sicut sol respectu corporũ sublunarium. Elias enim secundùm S. Chrysostomum homil. 2. de Eliâ, idem est ac sol, & ab Ecclesiâ dicitur Christus sol justitiæ Christus Deus noster, & de B. Virgine canitur: *Solem justitiæ Regem paritura supremum stella Maria maris processit ad ortum.* De influxu Eliæ S. Chrysostomus hom. 2. de Eliâ hæc profert. *Asserendis pluviis Elias author existeret, ut qui commoti Dei iram ostenderat, idem & placati benevolentiam demonstraret. Denique stabat Elias medius inter Deum & populum: stabat (inquam) inter sacrilegos sanctus, inter peccatores justus, inter prophanos devotus, advocationem populis cunctis præstaturus.* Vocat Eliam medium inter Deum & populum, quia non erat propinquior Deo quàm Elias, per gratiam: quàm propinquitatem ad rationem capitis requiri testatur Apostolus ad Ephes. cap. 1. v. 22. *Ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam*, scilicet ratione propinquitatis ad Deum gratia ejus altior est, & prior non tempore, sed quia omnes alii receperunt gratiam per respectum ad gratiã ipsius, juxta illud Rom. cap. 8. v. 29. *Quos præscivit, hos & prædestinavit conformes fieri magni Filii sui ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Ex propinquitate ad Deum factum est, ut ambo advocati munus pro peccatoribus facilius exercerent; & Elias pluviç, Christus gratiæ fundendæ author promptior existeret. Hinc S. Chrysostomus hom. 3. de Eliâ vocat eundem Eliam, *Errantis populi rectorem, gubernatorem sacrorum, moderatorem discrepantium voluntatum, Israelis aurigam, qui ad jugum timoris Dei, quoniam lascivos, & vagos animos revocavit, frænis, lorisque astrinxit, & ad iter disciplinæ, recto tenore currendum concordi quãdam copulatione composuit, oportebat ad regna cælestia curru, atque equis transvolaret evectus.* Ita licet Christus non sit principium, per modum capitis in membra Ecclesiæ præcisè ratione gratiæ habitualis & unionis, tamen per utramque redditur adæquatè idoneus, ut perfectè influat in membra Ecclesiæ vitam, & motus spirituales: quia per gratiam habitualem fuit principium merendi, & pro iis satisfaciendi. Per gratiam unionis influit valorẽ infinitum in opera meritoria & satisfactoria Christi.

Ephes. c. 1. v. 22.

CAPUT QUARTUM.

Refellitur error Antonii de Dominis.

EX dictis patet falsam esse mentem Marci Antonii de Dominis lib. 1. cap. 1. numer. 23. asserentis Ecclesiam fundatam fuisse per Apostolos. *Ecclesia Christi verò per Apostolos fuit ædificata post Christi ascensionem.* Et consequenter Christum nunquam fuisse Caput visibile, sed invisibile Ecclesiæ. Hujus dogmatis falsitas ex eo patet, quod Christus in hâc vitâ instituit ministros Ecclesiæ, scilicet duodecim Apostolos, & septuaginta Discipulos, quorum illi Episcopi, hi Præsbyteri fuerunt. Deindè in hac vitâ instituit novum sacrificium & sacerdotium. 3. Instituit in hâc vitâ nova sacramenta. 4. Condidit novas leges Evangelicas. 5. Novum Testamentum fecit, cujus ipse mediator est. 6. Omnia in morte perfecit; & confirmavit; cùm dixit: *Consummatum est.* Et post resurrectionem, cùm hinc esset discessurus dixit Apostolis Joan. c. 20. v. 22. *Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis &c.* Et Petro seperatim: *Pasce oves meas.* Quæ omnia fundationem Ecclesiæ denotant. Nec obstat quod Vates Regius Psalm. 2. v. 8. canit. *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &*

I. *Ant. de dominis*

Ioannis 20. v. 22

Joan. c. 21. v. 17

Ps. 2. v. 8. & 2.

poſſeſſionem tuam terminos terræ. Poſtquàm ſcilicet, *Aſtiterunt Reges terræ & Principes: Convenerunt in unum adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus.* Ibi non loquitur Deus de fundatione Eccleſiæ, ſed ejus propagatione: nam (ex dictis) fundata eſt ante Aſcenſionem, aucta verò & propagata poſt aſcenſionem, quando per orbem diffuſa eſt, & Gentiles ad fidem ſunt converſi.

Iſaiæ c. 53. v. 11. Nec item obſtat illud Iſaiæ oraculum cap. 53. v. 11. *Pro eo quod laboravit anima ejus videbit ſemen longævum.* Vel (ut alii.) *Si pro peccato poſuerit animam ſuam videbit ſemen longævum.* Hoc enim intelligitur de propagatione Eccleſiæ, ſeu converſione infidelium à Gentiliſmo ad fidem Chriſtianam ut patet ex verbis ſequentibus. *Ideò diſpertiam ei plurimos, & fortium dividet ſpolia, pro eo quod tradidit in mortem animam ſuam, & cum ſceleratis reputatus eſt.* Nec tertiò refert, quod Theologi paſſim aſſerant Eccleſiam fluxiſſe de latere Chriſti, ſeu poſt ejus Paſſionem. Non enim aliud voluit, quàm Eccleſiam Chriſti non propriè, ſed ſymbolicè & meritoriè fluxiſſe, ſeu formatam eſſe ex Chriſti latere: quia aqua & ſanguis, quæ erant ſigna, vel ſymbola ſignificantia Baptiſma & Euchariſtiam præcipua ſacramenta, fluxerunt è latere Chriſti; Ut docent S. Cyrillus lib. 12. in Joannem c. 30. & S. Chryſoſtomus homiliâ 84. in

Auguſt. Joannem: ratione cujus S. Auguſtinus tractat. 120. in Joannem ait omnia ſacramenta è Chriſti latere emanaſſe. *Aperuit, ut illic quodammodò vitæ oſtium panderetur, undè ſacramenta Eccleſiæ manarunt, ſine quibus ad veram vitam*

Chryſoſt. *non intratur.* Et S Chryſoſtomus. *Hunc habent ortum ſacra myſteria, cùm acceſſeris ad tremendum calicem, ita accedas, ut ipſo bibiturus Chriſti latere.* Hoc ſymbolum confirmat ritus in conſecratione calicis miſcendi aquam vino ut ſcilicet ſecundùm S. Cyprianum tract. de Paſſione, Ruffinus in expoſitione ſymboli & alios repreſentetur hæc effuſio Sanguinis & aquæ ex latere Chriſti. Porrò hæc verba: *Ædificabo Eccleſiam meam.* Completa ſunt, quando inſtituit ſacramenta & ſacerdotes, obtulit ſacrificium, ſancivit leges, condidit Teſtamentum.

II. Pro cujus majori explanatione notant Patres & Theologi ante Chriſti mortem ſimul viguiſſe legem Moſaycam & Evangelicam; Baptiſmum & Circumciſionem; Sacrificia Moſayca & Euchariſtiæ; uno verbo veterem ſynagogam & Eccleſiam. In morte autem Chriſti expiraſſe ſynagogam cum ſuis cæremoniis & ſacrificiis. Hinc velum templi ſciſſum eſt in duas partes, lex Moſaica abrogata. Ita D. Thomas 1. 2. q. 103. a. 3. ad. 2. & paſſim Theologi poſt S. Auguſtinum Epiſt. 19. ad Hieronymum, idem Sanctus Hieronymus Epiſt. ad Auguſtinum, quæ eſt 11. inter epiſt. S. Auguſtini. Denique poſt Chriſti mortem ſynagoga ſepulta eſt. Cæremoniæ & ſacrificia Moſayca, (quæ jam ante mortua erant) cœperunt fœtere ſeu ſecundùm Theologos, cœperunt eſſe mortifera. Diſputant autem Doctores an id factum ſit ſtatim, & immediatè poſt Chriſti mortem; an autem poſt ſolemnem promulgationẽ Evangelii in die Pentecoſtes S. Auguſtinus poſteriorem partem tenet, S. Hieronymus priorem. Itaque S. Auguſtinus docet, à tempore mortis Chriſti uſque ad diem Pentecoſtes quod ſacrificia Moſayca erant quidem mortua, ſeu abrogata; inutilia ad ſalutem & priori virtute carebant: tunc tamen necdum erant mortifera, ſeu nõ inferebant mortem ſpiritualem abſque culpâ mortali uſurpari. Sed poſt promulgationem Evangelii cœperunt fœtere, & mortem uſurpantibus inferre. Ex quibus abſtrahendo à controverſiâ inter Sanctum Auguſtinum, & Hieronymum ſic contra de Dominis urgeo ſacra ſynagoga cum ſuis ritibus ſacrificiis, legibus expiravit in morte Chriſti (ut communiter Doctores) vel tunc nata erat Eccleſia cum ſuis legibus & ſacramentis, vel non erat nata. Si nata erat falſa eſt opinio Antonii de Dominis aſſerentis ortam eſſe poſt Chriſti aſcenſum. Si nata non erat igitur Judæi fuerunt ejuſdẽ conditionis poſt Chriſti obitum quam ante erant: prius enim habebant ſynagogam, ſacerdotes, ſacrificia, quæ illis prodeſſe poterant ſed poſtea erant illis abrogata & inutilia. Nec aliunde aliquod ſubſidium poterant habere, ſi Eccleſia nova nulla erat, quæ haberet ſacrificia, altare, ſacerdotes.

Ex

III. Ex quibus concludo Christum ædificasse Ecclesiam dum adhuc foret viator, non unico quasi instanti, sed successivè. Primò enim elegit Apostolos & Discipulos Matthæi cap. 4. v. 18. *Ambulans Iesus juxta mare Galilææ vidit duos fratres Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem ejus, mittentes retia in mare (erant enim piscatores) & ait illis: Venite &c. Continuò relictis retibus secuti sunt eum.* Cornelius ibi. *Apostoli hi auditâ voce Christi continuò mutarunt navim & retia in domum & scholam Christi, ac piscium, lucriq; cupiditatem in zelum animarum. Fit ergò hic mare terra, navis Ecclesia, pisces homines vagi, errantesque in terrâ, uti pisces in vasto mari.* Præceptum Baptismi factum est Joannis c. 3. v. 5. *Amen, Amen dico vobis, nisi quis renatus fuerit ex aquâ & Spiritu sancto, non potest introire in Regnum Dei.* Vel quod mihi probabilius est Matthæi cap. 4. v. 16. quando Christus baptizatus est à Joanne in Jordane, ubi filii Israel sub Duce Josue transierunt sicco pede. Josue cap. 3. v. 16. & 17. ut significaretur eundem Christum, qui olim deduxerat Hebræos per Jordanem in terram promissionis fideles suos & Christianos per Baptismum similiter deducturum in cœlum. Et quemadmodum loco citato Josue aquæ Jordanis retrorsum conversæ sunt; sic Christo Duce Baptizato peccata nostra conversa sunt retrorsum. Ut vult S. Augustinus vel (ut noster Michael de Bonnoniâ.) *Iordanis Baptismus intelligitur, quia in ipso Iordane Baptismus à Christo fuit institutus. Et sic per Iordanem quilibet baptizatus intelligitur. Gentes autem ante baptismum decurrebant ad mundum, sicut aqua Iordanis ad mare, sed baptizati convertuntur retrorsum: quia primò à Deo recedebant per peccata, & sic dorsum Deo vertebant, sed faciem ad mare mundi. Sed baptizatæ conversæ sunt retrorsum; quia redeunt ad Deum, à quo habuerunt originem. Undè nunc dorsum vertunt ad mare, faciem autem ad Deum.* Easdem aquas Jordanis divisit S. Elias quando curru igneo raptus est in Cœlum. Lib. 4. Reg. cap. 2. v. 8. *Tulit Elias pallium suum, & involvit illud, & percussit aquas & divisæ sunt in utramque partem, & ascendit Elias per turbinem in Cælum.* Ut innueretur quòd aditus in Cœlum pateret transeuntibus per aquam baptismi, per ignem Spiritus sancti. Accipe verba Doctoris Angelici 3. p. q. 39. a. 4. in corpore. *Dicendum, quod fluvius Iordanis fuit, per quem filii Israel in terram promissionis intraverunt, hoc habet baptismus speciale præ omnibus baptismatibus, quod introducit in Regnum Dei, quod per terram promissionis significatur.* Undè dicitur Joannis cap. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aquâ, & Spiritu sancto non potest introire in Regnum Dei. At quod etiam pertinet, quod Elias divisit aquas Iordanis, quando erat curru igneo rapiendus in cœlum, ut dicitur lib. 4. Reg. c. 2. Quia scilicet transeuntibus per aquam baptismi per ignē Spiritus sancti patet aditus in cœlum: & ideò conveniens fuit, ut Christus in Iordane baptizaretur.* Idem ad primum ostendit quomodo aliter transitus per mare rubrum figuret aliter baptismum, transitus Jordanis. *Dicendum, quod transitus maris rubri præfiguravit baptismū quantùm ad hoc quod baptismus delet peccata: sed transitus Iordanis quantùm ad hoc, quod aperit januam Regni Cælestis, qui est principalior effectus baptismi, & per solum Christum impletus; sed ideò convenientius fuit, quod Christus in Iordane, quàm in mari baptizaretur.* Denique Christus in ultimâ Cœnâ sacramentum, & sacrificium Eucharistiæ instituit, & Apostolos ordinavit. In Cruce cruētum testamenti sacrificium obtulit, quo facto sacrificia Mosayca, quæ erant ejus figuræ expirarunt, & umbræ præsente luce evanuerunt. Post resurrectionem autem Christus dedit Apostolis potestatem absolvendi à peccatis, & Petrum Pastorem universalem Ecclesiæ creavit. Et Christus ante ascensionem cùm esset adhuc viator cœpit esse visibile caput Ecclesiæ: Non autem post ascensionem ejus in cœlum, Ut objicit Antonius de Dominis ex Apostolo ad Philippenses cap. 2. v. 8. *Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis: propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est*

Matt. c. 4. v. 18. — Cornel. — Josue c. 3. v. 16. — Michael Bonn. — 1. 4. Reg. c. 2. v. 8. — Thomas. — Philipp. c. 2. v. 8.

Digitized by Google

eſt Dei Patris. His enim verbis Apoſtolicis colligi non poteſt tunc dignitatem ſeu officium capitis Eccleſiæ exercuiſſe ſed dumtaxat tunc agnitum & honoratum fuiſſe ut caput cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: nam ante aſcenſionem erat quidem caput Eccleſiæ; ſed juxta illud pſalm. 21. v. 6. *Ego autem ſum vermis & non homo opprobrium hominum & abjectio plebis.* Noſter Michael de Bononiâ: nonobſtante tantâ dignitate. *A Iudæis fuit deriſus & vilipenſus, undè ſubdit, opprobrium hominum & abjectio plebis ſcilicet factus ſum: fuit enim Chriſtus opprobrium hominum factus in ſputis, colaphis & ſpinis. Pſalm. 108. Ego factus ſum opprobrium illis, viderunt me, & moverunt capita ſua. Et non ſolum fuit opprobrium hominum, ſed etiam abjectio plebis; & quando? quando plebs Barrabam elegit, & ipſum Chriſtum abjecit &c. Vndè Chriſtus meritò dicit Ieremiæ c. 20. Factus ſum in deriſum totâ die, omnes ſubſannabant me.* Poſt reſurrectionem cœpit apparere glorioſus, & coli ab omnibus ut Caput Eccleſiæ & Filius Dei. S. Anſelmus in cap. 2. epiſt. ad Philippenſes. *Ipſe ſe tantùm humiliavit, vt ultra non poſſet. Non enim major humiliatio, vel major exaltatio fieri poterat. Deus illum ſecundùm humanam naturam exaltavit, in quo & divina natura poteſt dici exaltata ſecundùm oſtenſionẽ, quia cœpit ſciri, quod erat; ſicut in aſſumptione infirmitatis dicitur exinanita, ſed propter unitatem perſonæ poteſt divinitas dici exaltata in humanitatis exaltatione Deus exaltavit illum ſuſcitans à mortuis, & elevans in cœlum ſuper omnes Angelos ad dexteram ſuam, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen; ut in ipsâ formâ nominetur Filius Vnigenitus Dei. Hoc & ante reſurrectionem habuit, ſed poſt reſurrectionem quod erat manifeſtatum eſt, ut ſcirent homines & dæmones, & ei genu flecterent.*

IV. Marcus Anthonius de Dominis lib. 1. cap. 4 num. 25. contendit Spiritum ſanctum propriè eſſe Chriſti Vicarium in regimine Eccleſiæ. Illi oppono academiam Pariſienſem declarantẽ hanc aſſertionem eſſe periculoſam erroneam & hæreticam, & ſapere hæreſim Macedonii. Ratio eſt, quia nomen Vicarii arguit inferioritatem reſpectu illius cujus dicitur Vicarius ex communi hominũ uſu & conceptu & ipſiſmet hæreticis. Hinc cùm Calviniſtæ cum Calvino dicunt Chriſtum eſſe Vicarium Dei, non intelligunt ſecundùm divinitatem ſed humanitatem, nè cogantur cum Arianis admittere Chriſtum eſſe minorem Patre ſecundùm divinitatem. Et colligitur ex ipſomet Antonio de Dominis lib. 4. cap. 1. numer. 4 ſupponente ex teſtimoniis quorundam Patrum quod Pontifex appelletur Vicarius Petri; & indè concludit quod Petro Pontifex ſit inferior. Supponit igitur & conſequenter Spiritum ſanctum eſſe minorem Chriſto cùm ſit ejus Vicarius. Quæ inferioritas hoc dilemmate probatur contra citatum hæreſiarcham. Vel Spiritus ſanctus eſt propriè Vicarius Chriſti ſecundùm divinitatem, vel ſecundùm humanitatem. Si ſecundùm divinitatem ſequitur Chriſtum eſſe caput Eccleſiæ ſecundùm divinitatem, non verò ſecundùm humanitatem. Quod abſurdum eſt; & contra Apoſtolum ad Epheſ. cap. 1. v. 22. *Omnia ſubjecit ſub pedibus ejus, Et ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius.* Quem locum Albertus Magnus, D. Thomas, Arboreus, Ruardus explicant de Chriſto in 3. p. q. 8. Suarez 3. p. diſput. 42. ſect. 1. noſter Orlandi de Incarnatione tract. 2. diſput. 5. q. 1. idem Apoſtolus eâdem epiſt. cap. 5. v. 22. *Mulieres viris ſuis ſubditæ ſunt ſicut Domino: quoniam vir caput eſt mulieris ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ.* Ubi indubiè eſt ſermo de Chriſto ut homine; ut patet ex antecedentibus, & conſequentibus. Idipſum confirmat ad Coloſſ. cap. 1. v. 17. *Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ.* Cornelius ibi exiſtimat ſermonem de Chriſto ut homine: quia prius egit de Chriſto ut Deo, ejuſdemq; divinitatem oſtendit: tunc autem agit de Chriſto ut homine & Chriſti hominis dignitatem oſtendit. *Chriſtus enim* (inquit) *quâ homo eſt non quâ Deus, eſt propriè caput Eccleſiæ.* Et colligitur ex verbis ſequentibus. *Qui eſt principium & primogenitus ex mortuis.* Quia ſcilicet Eccleſiam fecit & formavit, in eâ, & in nos, qui membra Eccleſiæ ſumus omnia media ad ſalutem influit S. Anſelmus. *Omnium virtutum, omniumque bonorum*

Pſal. 21. v. 6. — *Michael Bonon.* — *Anſelm.* — *Epheſ. c. 1. v. 22.* — *Coloſſ. c. 1. v. 17.* — *Cornel.* — *S. Anſel.*

Digitized by Google

bonorum eſt nobis principium, quia nemo quidquam boni habere valet, niſi ab ipſo acceperit; ideòque & caput jure vocatur. Et ſecundum formam ſervi eſt ipſe primogenitus ex mortuis, quia primus reſurrexit non ultra moriturus, ipſa enim reſurrectio mortuorum eſt quædam generatio, ſicut ſcriptum eſt Matthæi cap. 19. In generatione cùm ſedebit Filius hominis. S. Auguſtinus lib. 1. de Trinitate cap. 12. *Chriſtus ſecundùm formam Dei primogenitus omnis creaturæ, ſecundùm formam ſervi caput corporis Eccleſiæ.* Ex quibus patet Spiritum ſanctum non poſſe dici Vicarium Chriſti ſecundùm divinitatem ſpectati. Igitur Chriſtus ſecundùm humanitatem eſt caput Eccleſiæ. Et patet ex analogiâ cum capite naturali. Sicut enim caput eſt ejuſdem naturæ corporeæ cum membris, ſic Chriſtus homo & homines ſunt ejuſdē ſpeciei. Sicut caput eſt primum inter membra, quia ſcilicet eſt prima & ſuperior pars corporis, ſic Chriſtus etiam ſecundùm humanitatē eſt ſuperior Eccleſiâ, imò excellentior hominibus, & Angelis, primus inter omnes creaturas, etiam ipſos prædeſtinatos. Sicut à capite vigent omnes ſenſus interiores & exteriores, in cœteris verò partibus viget tactus; ſic in Chriſto ſunt omnes gratiæ, virtutes omnes, omnia charismata. Deniq; ſicut victus & motus reliquorū membrorū proveniunt ab ipſo capitis influxu; ſic Chriſtus in omnes influit gratiā, & dona ſupernaturalia per meritum, ſatisfactionē & redemptionē ſuā. *De plenitudine ejus nos omnes accepimus* (inquit Joannes c. 1. v. 16. S. Chryſoſtomus) *ipſe enim fons eſt, & radix bonorū omnium, ipſe vita, ipſe lux, ipſe veritas, non in ſe ipſo bonorum divitias cōtinens, ſed in univerſos diffundēs, quibus diffuſus plenus permanet, neque ex eo quod aliis ſuppeditet, minuitur: ſed divitias ſuas elargitur ſemper uberius. Cùmque omnes his bonis impertiat, in eadem permanet perfectione.* Et S. Cyrillus. *De plenitudine namque filii quaſi jugi fonte gratiarum donum ſcaturiens in ſingulas animas, quæ dignæ, ſunt defluit.* Cùm igitur Spiritus ſanctus nequeat eſſe inferior Chriſto, etiam quoad humanitatem ſpectato, ſequitur nec hoc modo poſſe eſſe ejus Vicarium.

Chryſoſ.

V. Alteram rationem cōtra Antonium de Dominis ſumo ex Eccleſiæ regimine externo & interno, viſibili & inviſibili. Neutrius enim Spiritus Sanctus propriè Vicarius Chriſti eſſe poteſt. Non externi & viſibilis; quia nō regit Eccleſiam viſibiliter quemadmodū Chriſtus viator rexit. Nec interni & inviſibilis, quia interna Eccleſiæ gubernatio conſiſtit in influxu interno donorum gratiæ (ſecundū Antonium de Dominis,) ſed hic influxus eſt meritoriè à Chriſto ut homine, & phyſicè ſeu effectivè ab eodem, ut Deus eſt. Neutro autem modo Spiritus ſanctus poteſt eſſe Chriſti Vicarius. Non primò, quia non meretur nobis gratiam; Deus enim purus mereri nequit. Nec ſecundò: quamvis enim effectivè producat gratiam, illa productio eſt communis tribus perſonis. *Opera Trinitatis ad extra ſunt indiviſa*, inquiunt Theologi. Sicque Spiritus Sanctus nequit eſſe magis Vicarius Filii, quàm Pater. Ratio eſt, quia collatio donorum gratiæ non eſt à Patre, ut Pater eſt; nec à Filio, ut filius eſt; nec à Spiritu ſancto, ut Spiritus ſanctus eſt; ſed à Patre & Spiritu ſancto ut Deus eſt. Cùm igitur non ſint tria principia hujus productionis, ſed unum; Spiritus Sanctus, qui Deus eſt nequit dici Vicarius Chriſti. Nec ex Joannis cap. 14. v. 46. *Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret omnia quæcumque dixero vobis.* Et cap. 16. v. 7. *Si non abiero Paraclitus non veniet ad vos: ſi autem abiero mittam eum ad vos.* Sequitur quod Spiritus Sanctus ſit miſſus ut ſit loco Chriſti, ſeu ſit ejus Vicarius, ſed ut doceat Apoſtolos, ita ut Chriſtus nunc in Cœlo, *Omnia munera capitis & regis per ſe perfectiſſimè obit.* Ut ipſe De Dominis aſſerit lib. 1. cap. 1. n. 16. Nec particulæ *in nomine meo*, Vicariatum ſignificant, ſed ſecundùm Theophilactum gloriam nominis mei conformiter ad illud Joannis cap. 16. v. 14. *Ille me clarificabit, &c.* Vel ſecundùm Toletum. *In nomine meo*, ideſt propter me, & merita mea. Juxta illud Joannis cap. 14. v. 13. *Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam.* Vel

Joan. c. 14. v. 26

ex eodem Toleto, ut meum opus, quod ego cœpi prosequatur, ut mea negotia tractet, seu ut meam doctrinam, fidem disseminet, Ecclesiam dilatet per Apostolicam prædicationem. Vel (ut sanctus Cyrillus.) *In nomine meo*, ideſt per me, quia Spiritus Sanctus procedit à Patre, & Filio, Pater cum Filio, vel per Filium spirat & mittit Spiritum Sanctum. Prima, secunda, & quarta explicatio non favent Antonio de Dominis. Quod ad tertiam, sciendum multa per externam vocem à Christo fuisse dicta Apostolis de Passione, Resurrectione, & aliis Mysteriis, quæ ipsi non capiebant. Lucæ cap 18. v. 14. & alibi, quæ postea Spiritus Sanctus per vocem internam explicavit, & postea Apostoli in toto orbe promulgarunt. Rectè sanctus Gregorius homiliâ 30. in Evangel. *Nisi Spiritus Sanctus cordi adsit audientis otiosus est sermo Doctori. Nemo ergo docenti homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit: nisi intus sit qui doceat, Doctoris lingua exterius in vacuum laborat.* Et Didymus lib. de Spiritu Sancto. *Docebit omnia in Christi fide perfectos spiritualia, & intellectualia Sacramenta: docebit autem invisibiliter menti divinorum scientiam infundens.* Melius Theophilactus *Docuit Spiritus Sanctus quæcumque non dixerat Christus, tanquàm non valentibus portare. Commemoravit autem, quæ dixerat Dominus: sed obscuritatis causâ, vel intellectus tarditate commendare memoriæ nequierunt.* Undè patet Spiritum Sanctum non esse Vicarium Christi, cùm nõ sit minor illo, imò profectiori modo Apostolos docuerit? Nam Christus tantùm docuit per externam vocem, at Spiritus Sanctus per internam.

Gregor. Didym. Theoph.

CAPUT QUINTUM.

Origo Sanctæ Ecclesiæ per subsidium B. V. Mariæ.

I. INter singularia Encomia, quæ Eliæ Prophetæ à Patribus tribuuntur nomen zelotis primum locum videtur possidere. Ex omnibus S. Chrysostomũ audiamus tomo 1. homiliâ 1. de Eliâ. *Elias* (inquit) *ille zelo Dei insignis, &c.* homil. 2. dicitur. *Zelo Dei commotus.* In Psalmum 14. *Elias aliquando ut Zelotes, & maximo Dei amore incensus, &c.* S. Ambrosius Serm. 18. in psalm. 118. *Zelum habuit Elias, &c.* Matathias lib. 1. Machab. cap. 2. v. 54. *Elias* (inquit) *Dum zelat zelum legis, &c.* Ipsemet Propheta lib. 3. Regum cap. 19. v. 10. *Zelo* (inquit) *Zelatus sum pro Domino Deo exercituum, &c.* Vatablus. *Mirâ zelotypiâ teneor pro Domino Deo.* Deus ipse de ejus zelo differens ait esse intentum apud S. Chrysostomum homil. 1. *Ego scio Zelum tuum, grata est mihi anima tua.* Et mox. *Quia ob zeli nimietatem peccatores ferre non vales.* Illum S. Eliæ zelũ probat D. Thomas 1. 2. q. 28. 4. in corpore fundatũ fuisse in amore amicitiæ. *Amor* (inquit) *amicitiæ quæritbonũ amici; unde quando est intensus facit hominem moveri contra omne illud, quod repugnat bono amici: vel secundùm hoc. Aliquis dicitur zelare pro amico, quando si quæ dicuntur, vel fiunt, contra bonum amici homo repellere studet, & per hunc etiam modum, aliquis dicitur Zelare pro Deo, quando ea, quæ sunt contra honorẽ, vel voluntatem Dei expellere secundùm posse conatur. Secundùm illud lib. 3. Reg. cap. 19. Zelo zelatus sum pro Domino exercituum. Et Ioannis cap. 2. Zelus domus tuæ comedit me. Dicit Glossa sup. Evangelium Ioannis. Quod bono Zelo comeditur, qui quælibet prava, quæ viderit corrigere satagit: si nequit, tolerat, & gemit.* Prophetam Eliam esse sanctũ; imò sanctissimum testatur S. Chrysomus homiliâ 2. de Eliâ & passim alibi. Ejus cum Deo amicitiam intimam facile colligere est ex zelo: ejusdẽ intensionem docet Ecclesiasticus cap. 48. v. 1. *Surrexit Elias quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat.* Rupertus lib. 5. de victoriâ Verbi Dei cap. 9. *Cùm signis* (inquit) *& prodigiis, & cum fortitudine zeli, tunc sese exhibuit Verbum Domini vehementius in Eliâ, de quo in laudibus Patrum ita veraciter dictum est. Et surrexit Elias Propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat, &c.* Quod autem commotus fuerit contra omne id quod repugnat bono amici, scilicet

Chryſoſ. 3. Reg. cap 19. v. 10. S. Thom. Eccleſ. cap. 48. v. 1. Rupert.

Digitized by Google

(scilicet contra idololatriam latriæ & fidei oppositam, Dei gravissimè offensivam & blasphemam ex D. Thomâ 2. 2. q. 94. a. 3. & alibi) clarè ipsemet innuit lib. 3. cap. 17. v. 1. *Vivit Dominus in cujus conspectu sto, &c.* Quæ verba elucidat eleganter S. Chrysostomus tomo 1. hom. 1. & 2. de Eliâ, tom. 6. hom. in SS. Petrum & Eliam, & alibi. Innuit etiam cap. 18. ejusdem libr. 3. ubi dirutum altare restituit, veram fidem prædicat, populum vacillantem confirmat & erga verum Deum religiosiorē efficit, Pseudoprophetas & populi seductores jubet interimi, ut Ecclesia Dei, seu Synagoga non amplius turbetur cultu idolorum: & tandem cap. 19. v. 11. quantùm commoveatur contra idololatriam veræ religioni adversantem manifestat his verbis. *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel, altaria tua destruxerunt, &c.* Quam querimoniam hâc oportunâ paraphasi explicat Cornelius. *Crucior in honorem Dei quasi quadam zelotypiâ, & quasi sustinerem Dei personam crucior, cùm videam Synagogam, quæ est sponsa Dei, ab eo deficere, & ad Baal, quasi ad adulterum transire.*

II. B. V. Mariam fuisse à Deo singulariter dilectam & reciprocè ac unicè Deum amasse testatur totum epithalamium (quod continuum Sponsi cum Sponsâ dialogum cōplectitur) de reciprocâ utriusque amantis excellentiâ. S. Anselmus lib. de excellentiâ Virginis hæc pronunciat cap. 4. *Excedit omnes amores parentum in filios, aut filiorum in parentes amor istius matris in filium, & istius filii in matrem suam.* Quanto desiderio mysterium Incarnationis, seu Assumptionem humanitatis à verbo B. Virgo concupierit satis insinuatur his verbis Cant. cap. 1. v. 1. *Osculetur me osculo oris sui.* Ghislerius. *O utinam contingat mihi saltem unam ex minimis esse ancillis Virginis illius, quæ ad tantam provehenda sit dignitatem! utinam id saltem mihi contingat, ut tam eximiam Virginem, tamque ineffabile Incarnationis mysterium meis conspicere valeam oculis! defecit caro mea & cor meum præ tantæ rei desiderio &c.* Et cap. 8. v. 10. desiderium productionis Ecclesiæ his verbis exprimit. *Ego murus, & ubera mea sicut turris.* Dionysius, tanquam dicat: *Quamvis corporalia uberā habeo parva; tamen spiritualia mea ubera (utpotè ardentissima desideria de Messiæ adventu, de mundi redemptione, de spirituali mei ipsius profectu; & præsertim de Omnipotentis Dei debitâ honoratione in omnibus & à cunctis) sunt magna: idest gratiosissimè à Deo prævenia, & in eo maximè tranquillata & omninò concors, & omninò unanimis secum facta tamque consiliaria, & secretaria ejus primaria.* Ghislerius v. 11. & 12. ejusdem capitis ita appositè ad idem intentum exponit. *Beata Maria Mater Ecclesiæ à fidelibus meritò nuncupatur, haud ambigendum, quin ejusdem Ecclesiæ bonum semper procuret de coque gaudeat; optetque in primis, ut quo in vineam electam plantata est à Deo, in dies augeatur, extendens palmites suos usque ad mare, & usque ad flumen propagines suos. Quod tamen jugiter cordi ejus inhæret conversio est synagogæ, quam & vineam suam peculiarem dicit, non solùm quia in eâ nata est; sed quia ipsa illam (cùm in hoc sæculo degeret) una cum Apostolis excoluit.* In eadem vota prorumpit v. 1. ejusdem capitis. *Quis mihi det te fratrē meum sugentē ubera matris meæ, ut inveniam te foris, & deosculer te, & jam me nemo despiciat.* Dionysius. *Potest hic passus in personâ exponi Virginis gloriosæ ardentissimè cupientis fidem ac religionem unici filii sui toto orbe terrarum diffundi, & ipsum sponsum fratrem, filium, ac dominum suum ab universis, & singulis debitè honorari & coli: sicque invenire eum foris, idest in exterioribus quoque hominum factis, & moribus: præsertim in Gentilitate conversâ, quo facto nemo eam despiceret, idest nullus credentium: sed tanquam Dei matrem veneraretur: quia & honor filii sui honor est ejus, ac redundat in eam, sicut & ejus, quemadmodum dixit Salvator: qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum; sic dicere potuit: qui non honorificat Filium non honorificat Matrem, quæ genuit eum: sicut quàmplures hæretici volentes Patrem quasi honorare asseruerunt filium ejus eo omninò minorem, & per hoc non laudes & honorem, sed blasphemias obtulerunt: ita qui negant Christi deitatem, irrogant injuriam maximam Virgini Matri, & dig-*

Vivit Dominus. 3. Reg. 17. v. 1.
Dionys.
Ghisler.
Dionys.

nitatem ejus prorſus diminuunt. ſed & qui Chriſti tranſgrediuntur præcepta, nonnè & Matrem ejus agnoſcuntur offendere? Ecce quomodo B. Virgo ad Eccleſiæ originem anhelet.

III. Quod etiam ad illam producendam & generandam concurrat, innuit Sapiens Proverb. cap. 8. v. 35. *Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino.* Hebræi pro *vitam* habent *vitas.* Vatablus pro *ſalutem* habet *voluntatem.* Pro *hauriet* Cornelius *fœnerat.* Quaſi diceret: Potentior ſum viduâ Sareptanâ, & muliere Sunamitide: imò Eliâ & Eliſeo. Et meritò illę ſiquidē emortuum filium redivivum viderunt meritis præfatorum Prophetarum. At B. Virgo non uni creaturæ ſed omnibus fidelibus, toti humano generi, univerſæ Eccleſiæ gratiæ vitam, non ſemel, ſed pluries provocat. Melliſluè S. Bernardus ſerm. 2. in feſto Pentecoſtes. *Beatam te dicunt omnes generationes Genitrix Dei, Domina mundi, Regina Cœli, quæ omnibus generationibus vitam & gloriam tribuiſti.* Non ait uni generationi, ſed omnibus generationibus. Quod magis elucidat conſequenter. *In te enim Angeli lætitiam, juſti gratiam, peccatores veniam invenerunt in æternum. Meritò in te reſpiciunt oculi totius creaturæ: quia in te, & per te, & de te benigna manus omnipotentis quidquid creaverat, recreavit.* Expende illa verba: *In te, per te, & de te recreavit.* Quaſi diceret: ſcio Apoſtolum 1. Corinth. cap. 21. v. 15. ſcribere. *Vt filios meos charißimos moneo, nam ſi decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres. Nam in Chriſto Ieſu per Evangelium ego vos genui.* Scio (inquam) populorum converſorum, & Eccleſiæ filiorum ſe vocare patrem & genitorem; tamen nobiliori & efficaciori modo ad eorum generationem ſpiritualem concurrit B. Virgo. Si enim multi Patres ſunt, ipſa ſola maternum munus obit. Accipe verba Guarrici Abbatis ſerm. 1. de Aſſumpt. *Si ſervus Chriſti iterum, atque iterū parturit curâ, atque deſiderio pietatis, donec formetur in eis Chriſtus, quantò magis ipſa Mater Chriſti? Et Paulus quidē genuit eos verbo veritatis, quo generati ſunt prædicando. Maria autem longè divinius atque ſanctius, verbum ipſum generando. Laudo quidem in Paulo prædicationis miniſterium, ſed plus miror ac veneror in Mariâ generationis myſterium.* His verbis clarè innuit B. Virginem excellentiori modo concurriſſe ad Eccleſiæ productionem & incrementum, quàm Doctorē gentium. Undè non dicit Guarricus melius, efficacius, potentius; ſed *divinius atque ſanctius*: imò addit *longè.* Modum illum excellentiorem exprimere voluit Sponſus Cant. cap. 6. v. 8. ſub nomine Reginæ præ cæteris nobiliſſimæ, chariſſimæ, & potentiſſimæ. *Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularū non eſt numerus. Vna columba mea, perfecta mea, una eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ.* Per ſexaginta Reginas poſſunt intelligi Apoſtoli & Diſcipuli Domini, ſeu Patriarchæ & Archiepiſcopi: per octoginta concubinas Epiſcopi & Prælati: per innumeras adoleſcentulas Paſtores & viri Apoſtolici. Verum, eſt quod hi omnes animarum ſaluti & converſioni incumbāt. Sed eos omnes ſuperat B. V. ut potè, quæ præ illis longè efficacius & excellentius vacavit. Appoſitè Dionyſius. *Vna eſt matri ſuæ. Tu enim ô Sponſa, ſecundùm carnem es filia Synagogæ, & ad ejus honorem & gloriam cedit, imò & ad illius profectum & opem, quod tu talis ac tanta es, & quod ipſa talem ac tantam filiam habet. Nam & meritis tuis ac precibus multi ex populo Iudæorum converſionis ſunt gratiam aſſecuti. Verumtamen infælix illa Synagoga pro maximâ ſuâ parte ingrata, incredula, induratáque permanet. Et cum in honore eſſet, non intellexit, electa Genitrici ſuæ. Quamvis præclariſſima Virgo ſit Mater, Advocata, & Regina totius Eccleſiæ militantis, tamen quamdiu erat in ſæculo iſto, erat membrum ac filia ſpiritalis ipſius Eccleſiæ. Sed huic matri ſuæ, ideſt, ad patrocinium, defenſionem, conſolationem, profectum & ſalutem hujus Matris tuæ: Electa es deſuper Mater Chriſti, advocata generis humani, refugium miſerorum, mediatrix Dei & hominum.* Pro quibus gratiis patrocinatur, advocatam ſe gerit, &c? etiam pro gratiâ baptiſmali, per quam Eccleſiæ militanti incorporamur, ejuſdemque filii efficimur. Hinc S. Cyrillus homil. 4. cōtra Neſtorium tom. 4. ita illam affatur. *Per te exultat cælum*

Proverb. c. 8. v. 35

Bernar.

1 Corin. 4. v. 15.

Guarric.

Cant. 6. v. 8.

Dionyſ.

Cyrillus.

cælum, lætantur Angeli & Archangeli, fugantur dæmones, & homo ipse ad cælũ revocatur. Omnis creatura idolorum errore detenta conversa est ad notitiam veritatis, & fideles homines ad sanctum baptisma pervenerunt, atque in toto orbe terrarum constructæ sunt Ecclesiæ. Te adjutrice gentes veniunt ad pœnitentiam. Ecce quomodo omnium conversionem procuret, & Ecclesiæ productioni ac propagationi singulariter studeat.

VI. Hoc mysterium præfigurat nostra historia Eliana. Cùm enim pravo exemplo, consilio, incitamento Regis Achab & Jezabel populus idolo Baal victimas immolasset, S. Propheta in pœnam tanti sceleris sententiam siccitatis & famis triennalis pronunciavit, quo tempore plantæ, armenta, & homines interierunt, ut eleganter deducit sanctus Chrysostomus tomo 1. homil. 2. de Eliâ, & tomo 6. hom. in SS. Petrum & Eliam. Ut ab hoc funesto supplicio liberaretur, dum in Carmelo Elias instantius oraret. Lib. 3. Reg. cap. 18. v. 44. *Ecce nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari.* Quâ visâ monet Propheta ministrum suum. *Ascende, & dic Achab junge currum tuum, & descende, ne occupet te pluvia, &c.* Joannes 44. Patriarcha Jerosol. lib. de instit. Monach. veteris legis cap. 36. ait per nubeculam illam B. Virginem figuratam fuisse, quæ mundo propter peccatum læthaliter læso vitam restituit & salutem, ita enim de filiis Prophetarum & Eliæ successoribus disserit. *Recensentes ergo religionis hujus professores Deum prædecessoribus eorum per visionem prædictam specialiter revelasse infantulam quandam nascituram, quæ ex utero Matris suæ munda ab omni peccati sorde egrederetur, & instar eorum virginitatem spontaneam amplexaretur: de quâ Virgine homo nasceretur: contemplantes etiam ipsi hæc omnia postmodum fuisse adimpleta, & genus hominum per hanc Virginem accepisse à filio Dei desideratum ab eis pluviæ; id est gratiæ divinæ beneficium curaverunt cum devotione assiduè deservire huic Virgini dudum eorum professoribus revelatæ, ac desideratæ, & postea eis exhibitæ.* Expende illa verba: *Genus humanum per hanc Virginem accepisse desideratum ab eis pluviæ, id est gratiæ divinæ beneficium &c.* Quo scilicet genus quod per peccatum obierat reviviscere, & vitâ gratiæ potiretur. Mellifluus Bernardus arridens serm. 2. super missus Bernar. scitè hæc profert. *Porrò Deum hujusmodi decebat, quâ nonnisi de Virgine nasceretur. Talis congruebat & Virgini partus, ut non pareret nisi Deum: proindè factor hominum, ut homo fieret nasciturus de homine, talem sibi ex omnibus debuit deligere, imò condere Matrem, qualem se dicere sciebat, & sibi noverat placiturum voluit itaque esse virginem, de quâ immaculatâ immaculatus procederet omnium maculas purgaturus.* Particulæ *de quâ:* denotant aliquam efficientiam ex parte Virginis etiam respectu humanæ naturæ à peccatis liberandæ. Quod autem hæc natura humana tanto gratiarum imbre per Virginem irrigata germinarit, floresque ac fructus salutiferos produxerit, innuit idem S. Bernardus sub figurâ velleris Gedeonis. *Quid illud vellus significat? quod utique de carne tonsum, sed sine vulnere carnis in aream ponitur, & nunc quidem lana, nunc area rore perfunditur, nisi carnem assumptam de carne Virginis, & absque detrimento virginitatis, cui utique distillantibus cœlis tota se infudit plenitudo divinitatis: adeò ut ex hâc plenitudine omnes acceperimus, qui verè sine illâ non aliud quàm terra arida sumus.* Expende hæc ultima verba. *Adeòut ex hâc plenitudine &c, qui verè sine illâ non aliud &c.* Quasi diceret: quemadmodum priusquàm S. Eliæ nubecula parva apparuisset (juxta sanctum Chrysostomum) anhelabat terra, Cœlum siccum erat, omnis humor ima petierat, supera defierat, aër fervidus erat, serenitas torquebat, tranquillitas pœna erat, æstuabant noctes, dies, arescebant, sata torrida erant, arbusta ægrotabant, prata deficiebant, nemora languebant, campi jejunabant, squallebat terra, herbas quas produxerat interimebat: uno verbo iram Dei universa creatura testabatur. Hæc siccitas & totius naturæ languor mysticè explicari potest de naturâ humanâ, quæ priusquã B. Virgo appareret tota arida erat: at illâ apparente distillaverunt Cœli, & illam suis imbribus perfuderunt.

l. 3. Reg. 18. v. 44

Joannes 44

Id confirmat oraculum Davidicum IV.
Psalm. 71. v. 6. *Descendet sicut pluvia* *Psal. 71. in v. 6.*

in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram, S. Bernardus ſupra ita elucidat dicens hæc verba alludere ad factum Gedeonis, & ſubdit. *Per hoc quod ſequitur: Et ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram, idem datur intelligi, quod per inventam rore madidam aream. Pluvia quippè voluntaria, quam ſegregavit Deus hæreditati ſuæ placidè prius, & abſque ſtrepitu operationis ſuæ ſe quietiſſimo illapſu Virgineum demiſit in Vterum. Poſtmodùm verò ubique terrarum diffuſa eſt.* Bernar. Eandem habet explicationem Joannes 44. Patriarcha citato loco: quibus ſubſcribens Dionyſius. *Quemadmodum guttæ leviter atque ſuaviter cadunt de Cælo in terram, & eam refrigerãt, & fœcundant; ſic Chriſtus per ſuam Incarnationem dulciter & ſine ſtrepitu deſcendit in Matrem Virginem & per eam in mundum.* Dionyſ. Quòd ſi deficiente imbre aquæductu terra irrigatur, ita in Eccleſiâ aquæductus non deficit, qui illam rore cœleſtis gratiæ perfundat. Lib. 3. Reg. cap. 18. v. 32. l. 3. Reg. cap. 18. S Elias immolaturus in monte Carmeli ut populum ad verum Dei cultum revocaret: *fecit aquæductum.* Ita Deus Optimus Maximus in arâ Crucis mundum cruore Chriſti expiare inſtituens, aquæductum fecit, ſcilicet B. Virginem. Ingeniosè S. Bernardus ſerm de Nativit. B. Virginis. Bernar. *Quidquid eſt illud, quod offerre paras Mariæ commendare memento, ut eodem alveo ad largitorem gratiæ gratia redeat, quo influxit. Nec enim impotens erat Deus, & ſine hoc aquæductu infundere gratiam, prout vellet: ſed tibi vehiculum voluit providere; ideòque modicum iſtud, quod offerre deſideras, gratiſſimis illis, & omni acceptione dignioribus Mariæ manibus offerendum tradere cura, ſi non vis ſuſtinere repulſam* Idem Melliſluus Doctor ſupra loquens de Verbi Incarnatione. *Deſcendit per aquæductum vena illa cæleſtis non tamen fontis exhibens copiam, ſed ſtillicidia gratiæ arentibus cordibus noſtris infundens, aliis quidem plus, aliis verò minus. Plenus quidem aquæductus, ut accipiant cæteri de plenitudine ſed non plenitudinem ipſam Advertiſtis jam (ni fallor,) quem velim dicere aquæductum, qui plenitudinem fontis ipſius de corde excipiens, nobis edidit illum, ſed ſi non prout eſt, prout capere poteramus. Noſtis enim cui dictum eſt: Ave gratiâ plena; an verò inveniri potuiſſe miramur, undè talis ac tantus fieret aquæductus? cujus nimirùm ſummitas inſtar profectò ſcalæ; quam vidit Patriarcha Iacob, Cælos tangeret, imò tranſcenderet Cælos, ut vividiſſimum illum aquarum, quæ ſuper Cælos ſunt poſſet attingere fontem.* Ad illum aquæductum alludens S. Ephrem. Oratione ad Virginem. *Per te* (inquit) *reconciliati ſumus Chriſto Deo meo, Filio tuo. Tu captivorum redemptio, tu omnium ſalus. Ave pax, gaudium & ſalus mundi: ave Mediatrix glorioſiſſima: ave univerſi terrarum orbis conciliatrix.* Ephrem. Eandem S. Germanus de Zonâ Domini ſic affatur. *Non eſt una ſatietas tuæ defenſionis: non eſt numerus tuorum beneficiorum: nullus enim eſt, qui ſalvus fiat, niſi per te Virgo Sanctiſſima. Nemo eſt qui liberetur à malis, niſi per te ô Puriſſima. Nemo eſt, cui donum concedatur, niſi per te ô Caſtiſſima: nemo eſt qui miſereatur gratiæ, niſi per te ô Honeſtiſſima.* S. Germanus. Quaſi diceret tu es aquæductus Nullus alius niſi tu, illud nomen meliùs uſurpare poteſt. S. Andreas Jeroſol. orat. de dormit. Virg. *Sola præter naturam fuit electa ad naturam reparandam, ſola deſeruit opifici univerſæ naturæ.* Quaſi diceret, licet circum altare Eliæ in monte Carmeli eſſent multæ aratinuculæ, multæ hydriæ, tamen unus tantùm erat aquæductus: ita quamvis circum Chriſtum (qui eſt victima immolata in Calvariç monte eſſent multi juſti, unus tamen tantùm aquæductus eſt ſcilicet Maria,) quæ illi ſingulariter cooperatur ad reparandum genus humanum.

V. Nunnunquã in hortis fontes exſiliunt qui areolas irrigant. B. Virgo à Sponſo ſuo fons nuncupatur Cant. cap. 4. v. 15. *Fons hortorum, Puteus aquarum viventium.* Cant. c. 4. v. 15. Quaſi diceret ſcio in monte Carmeli eſſe fontem, qui omnibus incolis ſeu Eliæ Diſcipulis jugem aquarum copiam ſubminiſtrat. Scio Geneſis cap. 2. v. 6. & 10. quod: *Fons aſcendebat è terrâ irrigans univerſam ſuperficiem terræ.* Sponſa fons eſt præſtantior non enim montem, non hortum unum, non Adam & Evam, non ordinis Carmelitani alumnos refrigerat, non ſitim tantum extinguit, ſed omnes areolas, omnes hortos, omnia pomaria, omnes

ſaltus

saltus perfundit, vivificat. Ille fons est B. Virgo. *Ex eâ enim, abundantiùs* (inquit Jacobus Monachus in ejus Nativitate) *abundant perennis gaudii flumina terramque totam in orbem gyrantia, inexhaustam restagnant gratiam.* Non dicit Carmelumque totum, vel Paradisum, sed terram totam, in orbem gyrantia, ita ut nulla sit natio quæ ejus beneficentiæ sit expers. Rupertus lib. 4. in Cant. *Fons hortorum, ideſt Mater Ecclesiarum, puteus aquarum viventium, ideſt, secreta omnium scripturarum sanctarum.* Paulò post ostendit quod in omnibus statibus Legislatores, & alii Heroes ex fonte illo aquas viventes hauserunt, & illis inebriati quàm generosè in negotio religionis se gesserunt. *Mitissimus Moyses cùm de nostrâ plenitudine accipiens viventes aquas fundere, ideſt legem sanctã & mysticam scribere inciperet gladium arripuit, atque arripi jussit, & uno die viginti tria millia hominum fabricatorum mendacii impetu aquæ viventis, ideſt acceptæ legis interfecit. Et illi quidem postquam temporaliter administraverunt suo quique tempore decesserunt: sed perseverat impetus aquarum viventium in ore & manibus etiam illorum, qui non scripserunt, quorum notissimus Elias extitit, qui uno die quadringentos viros magno impetu interfecit: aquarũ igitur viventium, ideſt sanctarum scripturarum sacrarium soror mea sponsa tu es.* Quasi diceret, ô Virgo quot sunt in Ecclesiâ militante Patriarchæ, Prophetæ, Prælati, Ordinum fundatores ii omnes tot hortorum, seu Ecclesiarum cultores tibi subjecti sunt, & de plenitudine tuâ acceperunt. Ipsamet fatetur Ecclesiam à se quo ad essentiam & vitam dependere Proverb. cap. 8. v. 30. *Cum eo eram cuncta componens.* Alii. *Aderam illi quasi artifex.* Cur ait *quasi artifex?* Quia primarius Ecclesiæ sanctæ conditor est Deus, seu quia in castis suis visceribus generans verbum, etiam Ecclesiam ejus sponsam generasse censenda est. Id devotissimus ejusdẽ Virginis cliens S. Joannes Damascenus orat. de dormitione Virginis clarè insinuat, dum illam sic affatur. *Fons perennis veri luminis, atque inexhaustus ipsius vitæ thesaurus, & uberrima benedictionis scaturigo, quæ nobis bonorum omnium causa & parens extitisti.* Expende illa verba. *Inexhaustus ipsius vitæ thesaurus, &c.* Quasi diceret, si Ecclesia vivit, ex te vitam accepit, & accipiet, & acceptura est, ideò non deficiet vivere, quia illam vivificare non desines. Rectè per os Siracidis Ecclesiastici cap. 24. v. 25. ait: *In me gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis.* Ideſt, nemo intrare potest in Ecclesiam militantem, & ejus alumnus fieri, nemo mysteria fidei comprehendere, vel credere, nemo vitam gratiæ, & gloriæ assequi, nisi per me Ita ut quemadmodum Christus ab instanti suæ conceptionis effectus est mundi redemptor, & mundum vivificare cœpit, ita eodem momento B. Virgo omnes fideles concipere cœpit, quo Christum. Adeò ut quando Lucæ cap. 1. v. 38. dixit Gabrieli Paranympho *Ecce ancilla Domini fiat mihi secundùm verbum tuum.* Non tantùm Verbum Divinium gestavit in utero, sed etiam in suis visceribus totam Ecclesiam complexa est Sic S. Bernardinus Senensis tom. 3. serm. 6. a. 2. cap. 2. *Virgo per hunc consensum in incarnationem Filii omnium electorum salutem viscerosissimè expetiit, & procuravit, & omnium saluti & salvationi per hunc consensum se singularissimè dedicavit, ita ut ex tunc omnes in suis visceribus bajularet tanquam verissima mater filios suos.* Expende illa verba. *Vera Mater*, ideſt non noverca, non nutrix, non adoptans, sed vera mater, quæ suos filios, seu Ecclesiam intra viscera sua gestavit, & quasi secum convisceravit. Quod confirmat serm. 11. a 2. cap. 1. *Vndè ab ipso Patre æterno B. Virgo recepit fontalem fœcunditatem ad generandos omnes electos.* Idem cap. 3. *Spiritus sanctus* (inquit) *ostendit electus expressè, quidquid in gratiâ mirificum operatur & quod in hâc totum ignem operationis reclusit, quem unquam dare disposuit creaturæ rationali.* Expende illud: *In hâc officinâ.* Ideſt, in hoc utero virginali, hunc enim paulò ante incarnationis officinam appellavit. *Spiritus sanctus occurrit Virgini gloriosæ eam recognoscens fornacem sui amoris, & officinam suæ stupendæ operationis, in quâ & de quâ fabrefactum est corpus mundissimũ Filii Dei.* Ait ergò uterum Virginis

fuisse

Jacobus Mons. *Rupert.* *Proverb. 8. v. 30.* *Luc c. 1 v. 30.* *Bernardinus.*

fuiſſe officinam Incarnationis Dominicæ & vocationis, ac juſtificationis, ſeu prædeſtinationis omnium hominum. *Quidquid in gratiâ mirificum operatur.* Quaſi diceret, ſi mira eſt converſio Pauli ex perſecutore Eccleſiæ in Prædicatorem, Matthæi ex Publicano in Apoſtolum & Evangeliſtam, Petri ex blaſphemo in caput Eccleſiæ, Latronis ex prædone in Confeſſorem, Guilelmi Aquitanici ex ſceleratiſſimo in perfectiſſimum, Auguſtini ex Manichæorum ſectæ defenſore in Eccleſiæ Romanæ propugnatorem acerrimum, Mariæ Magdalenæ ex peccatrice in pœnitentem, Mariæ Ægyptiacæ ex impurâ in puriſſimam, & ab omni hominum ſocietate alieniſsimâ, & ita de aliis: hę gratiæ, hęc divina beneficia illis omnibus collata in utero B. Virginis quaſi in fornace, ſeu officinâ formata ſunt. Unde ab Eccleſiâ vocatur *Mater admirabilis*: non tantùm quia ab æterno excellentiſſima omnium creaturarum prædeſtinata eſt; quia myſteriis, miraculis, figuris, oraculis prophetícis, prænunciata, à Sybillis titulis honorificentiſſimis celebrata eſt: quia ſingulari privilegio & miraculo ex parentibus ſterilibus Angelo nunciante concepta & orta eſt; quia ex generoſâ ſtirpe Patriarcharum, Prophetarum, Sacerdotum, & Regum progenita eſt; quia ſine peccato originali concepta eſt; quia in eâ fomes peccati prorſus extinctus eſt, adeòut nullam membrorum vel partis inferioris rebellionem ſit experta; quia nullum peccatum actuale etiam veniale contraxit, quia in Matrem Dei electa eſt, quia verbum divinum Spiritus ſancti operâ in utero concepit, quia novem menſibus in utero geſtavit, quia illæsâ virginitate in lucem edidit, quia illud verbum abſque carnali libidine concepit, abſque tædio in utero portavit, abſque dolore peperit; quia omnes tam homines quàm Angelos ſuperat excellentiâ gratiæ & gloriæ; denique quia filius eam majori amore complectitur quàm totam Eccleſiam, juxta illud S. Bonaventuræ in ſpeculo cap. 6. *Tu ipſe Rex Regum, ut matrem veram, & decoram ſponſam præ omnibus diligens amoris amplexu ſibi aſſociat.* Non dicit præ hominibus, ſed præ omnibus ſcilicet tam Angelis quàm hominibus: cui arridens S. Anſelmus lib. de excellentiâ virginis cap. 4. *Oſtendit* (inquit) *Deus amorem erga Matrem, quo nullum putemus eſſe majorem.* Quibus ſubſcribunt Suarez 3. p. tom. 2. diſput. 8. ſect. 4. Barradius tom. 1. lib. 6. cap. 10. Salazar in Proverb. cap. 31. v. 29. probantque variis rationibus. Quibus adde S. Bernardinum ſer. 15. de feſtivit. B. Virginis art. 3. dicentem in ſignum ſpecialis amoris. *Magis intentam fuiſſe à Deo redemptionem Matris ſuæ, quàm omnium ſervorum ejus.* Sed Mater admirabilis nuncupatur, quia fœcunditate ſpirituali omnes parentes ſpirituales ſuperat. Scio Petrum, Paulum & alios Apoſtolos, virosque Apoſtolicos numeroſiſſimas proles Chriſto peperiſſe, ſcio Claram, Thereſiam virginum cœtus copioſiſſimos Deo obtuliſſe & offerre quotidie; ſcio Eliam, Benedictum, Bernardum, Auguſtinum, Norbertum, Brunonem, Dominicum, utrumque Franciſcum, Ignatium fœcunditate ſpirituali veteres Patriarchas (ex quibus tot tribus & familiæ prodierunt) ſuperare. Sed maternitas ſeu fœcunditas Mariæ mirabilior eſt: & fœtus excellentiores ac plures edit. Id innuere videtur Sponſus Cant. cap. 7. v. 2. *Venter tuus ſicut acervus tritici vallatus liliis.* Non ait ſicut granum frumenti, loquens de Verbo Incarnato juxta illud Joannis cap. 12. v. 24. *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet.* S. Auguſtinus tract. 51. in Joannem. *Seipſum Ieſus dicebat: Ipſe erat granum mortificandum in infidelitate Iudæorum, multiplicandum in fide omnium populorum, ſed ſicut acervus tritici.* Quaſi diceret: non tantùm concipis & portas in utero tuo granum, ſcilicet Verbum Æternum & Filium Dei naturalem, ſed etiam acervum tritici, ideſt omnes filios adoptivos Dei, & quotquot ſunt Eccleſiæ filii: illorum omnium Mater es.

Joannis 12. v. 24 Auguſt.

§. 1. *Beata*

§. 1.

Beata Virgo Ecclesiam lactat.

1. QUOD si matris est suas proles lactare, B. Virgo arentes hominum mentes, seu Ecclesiam sitientem potat. Lib. 3. Reg. cap. 18. legimus, quòd cùm terrâ toto triennio aquarum inopiâ laboraret v. 44. *Ecce nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari: qui ait, ascende & dic Achab: junge currum tuum & descende nè occupet te pluvia, &c.* Quæ est illa nubecula quasi vestigium hominis, quæ universam terram Ecclesiæ arentem irrigavit? B. Virgo. Petrus Cellensis lib. 6 Epist. 13. *Sublunarem regionem arentem mediante nube virgineâ rivis de sanguine & doctrinâ irrigavit Dominus Collectanea ejus misericordia mitiores leges imperavit.* Quid per sublunarem regionē intelligit? Ecclēsiam militantem, quam Christus reficit sanguine suo & doctrinâ. Illam refectionē subministrat, *mediante nube virgineâ*, ita ut si Christus nostri misereatur, si rivos misericordiæ in illam Ecclesiam effundat, illos ab uberibus maternis hausit. Id prænunciasse videtur Syracides Ecclesiasticī cap. 43. v. 24. *Medicina omnium in festinatione nebula.* S. Bernardinus Senensis tom. 3. serm. 11. a. 1. c. 3. *Beata Virgo, quia irrigat Ecclesiam militantem, figurata fuit in figurâ nebulæ, quia omnes qui volunt, fiunt participes gratiæ ejus.* Quasi diceret, quando Ecclesia vult à Deo aliquid illicò impetrare, B. Virginis opem imploret, hęc veniam ac misericordiam Dei accelerabit: sicut tempore Eliæ visâ nubeculâ, statim tota terra imbre copiosissimo perfusa est. Accipe verba Joannis 44. Patr. lib. de instit. Mon. c. 36. dicentis. *Genus humanum per hanc Virginem accepisse à Filio Dei desideratum ab eis pluviæ, ideſt gratiæ divinæ beneficium.* Quoties in Ecclesiâ aliquod schisma contigit, statim pristinæ unitati restituta fuit meritis & auxilio Mariæ. Hujus irrigationis Marianę meminit sponsus Cant. c. 4. v. 11. *Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de libano.* Dionysius *Fons est gratiæ, & post Deum origo, Mater, largitrix universorum, & quæ nobis conferuntur charismatum, ei namque regnum misericordiæ est commissum, & per manus ipsius dat nobis, & dare disponit quidquid gratiæ tribuit nobis.* Expende illa verba. *Fons est gratiæ, & post Deum origo, Mater, largitrix universorum, & quæ nobis conferuntur charismatum, &c.* Vocat Matrem, quia est genitrix gratiæ, quam Deus nobis communicat; vocat fontem, quia extinguit sitim anhelam; vocat largitricem universorum charismatum, quia nulla gratia creaturæ communicatur, nisi illa mediante. Rectè Ghislerius. *Cum ab Sponso appellatur fons hortorum, non ob id dumtaxat hoc nomine insignitur, quia de ventre ejus cuncti, qui spirituales horti extiterunt, aquis divinæ gratiæ irrigati sint, & irrigantur, quatenus de plenitudine Christi è ventre ejus progredientis sancti omnes accipiunt, sed & ob id quàm maximè, quod instar materialis fontis hortorum insignis, etiam Sanctis universis, cunctisvè Sanctorum Ordinibus sit maximè spectabilis.* Quod hic fons irriget non unam animam, non unum cœtum, sed omnes præteritos, præsentes, & futuros hortos. Audi mellifluum Bernardum Sermone 1. de Domin. post Octavam Ephiphaniæ. Quid de fonte pietatis procederet, nisi pietas? *Quid mirum si pietatem exhibent viscera pietatis.* Clarius sermone 2. in festo Pentecostes colligit totam Ecclesiam ab eo fonte misericordiæ irrigari, quia est in medio ejus. *Ad illam enim sicut ad medium, sicut ad arcam Dei, sicut ad veram causam, sicut ad negotium sæculorum respiciunt, & qui in cælo habitant, & qui in inferno, & qui nos præcesserunt, & nos, qui sumus, & qui sequentur, & nati natorum, & qui nascentur ab illis, &c.* Et paulò post. *Ergò beatam te dicent omnes generationes, Genitrix Dei, Domina Mundi, Regina Cæli, quia omnibus generationibus vitam & gloriam tribuisti. In te enim Angeli lætitiam, justi gratiam, peccatores veniam invenerunt in æternum*, ait: *in æternum.* Scilicet usque in finem mundi omnes peccatores quibuscumque

Deut. 43. v. 24. — Joannes 44. — Cant. c. 4. v. 15. — Ghisler.

peccatis & cenſuris ſint innodati per B. Virginem in gremium Eccleſiæ ac miſericordiæ divinæ recipientur. Idem Bernardus citatus. *Meritò in te reſpiciunt oculi totius creaturæ, quia in te, & per te, & de te benigna manus Omnipotentis quidquid creaverat, recreavit.* Et nè quis exiſtimet Beatam Virginem officium Matris in Eccleſiam exercuiſſe paululum aquæ, & pugillum farinæ & olei illi perrigendo, ut olim Vidua Sareptana Sancto Prophetæ Eliæ libr. 3. Regum cap 17. non fonti, non puteo, ſed uberibus ejus miſericordiam aſſimilat; quia ex fonte, puteo, fluvio, oceano tantùm aquam haurimus, at ex uberibus Matris lac emanat. *Duo ubera tua ſicut duo hinnuli.* Cant. cap. 4. v. 5. Lac autem miſericordiæ eſt ſymbolum: ut oſtendat B. Virginem ſponſam Spiritus ſancti totam ad miſerandum, & propitiandum eſſe propenſam. Ejus uberū ſpecialiter meminit Richardus à S. Victore, ibi docens meritò ejus miſericordiam uberibus, ubera curſui hinnulorum cōparari, quia ad mundum irrigandum ita currit, ita feſtinat, ut noſtra vota anticipare videatur. *Hæc ſunt ubera tua, ô Beata, ideſt pietas, quibus miſericors lactas, dum miſericordiam eis impetras, lactas miſericors, & ab ipsâ miſericordiâ lactaris: ab ipsâ percipis quod refundis. Adeò pietate replentur ubera tua, ut alicuius miſeriæ notitiâ tacta lac fundant miſericordiæ, nec poſſis miſerias ſcire, & non ſubvenire.* Expende hæc ultima verba. *Adeò replentur ubera tua, ut alicujus miſeriâ tacta lac fundant miſericordiæ, nec poſſis miſerias ſcire, & non ſubvenire.* Ex quibus ſequitur, quod (cùm omnium miſeriarum noſtrarum non tantùm corporalium, ſed etiam ſpiritualium exactam notitiam habeat) omnibus tam communibus Eccleſiæ, quàm privatis ſuccurrere cōtendit. Sponſi verba æquè ingeniosè explanat Dionyſius. *Duo ubera ejus, quibus nutrit, lactat, & refovet cōfugientes adſe, ſunt charitas ejus materna, & pietas maxima, per quam prona eſt omnibus miſereri ac ſubvenire, ac velociſſima inſtar hinnulorum miſericorditer intueri, ac refovere, de quâ nihil durum, auſterumve legitur: imò omni affectui miſericordiæ videtur tota eſſe converſa: propter quod Mater gratiæ, Regina miſericordiæ nuncupatur.*

l. 3. Reg. cap. 17.

Act. c. 4. v. 5.

Richardus.

Dionyſ.

Hujus tam immenſæ miſericordiæ cauſam affert Richardus citatus eam ita alloquens. *Et quid mirum ſi miſericordiâ affluis, quæ ipſam miſericordiam peperiſti. Carnalia in te Chriſtus ubera ſuxit, ut per nobis ſpiritualia fluerent. Cùm enim miſericordiam lactaſti, ab eadē miſericordiæ ubera accepiſti. In te ergo concrevit lac miſericordiæ, & ex te nobis profluxit: ipſa prius repleta es: & ex te nobis deſcendit hæc abundantia: undè quia lacte hoc inebriaris, & lac iſtud nobis fundis, & per mundum pietas tua currit, & miſeris occurrit, & ſubvenit, meritò hinnulis compararis & lactentibus hædis pariterque currentibus aſſimilaris.* Quaſi diceret, ideò B. Virgo omnibus te propitiam exhibes, quia Chriſtum (qui pro omnibus mortuus eſt) concepiſti, & peperiſti. Imò Germanus Conſtantinopolitanus orat. 2. de dormit. Virg. innuere videtur B. Virginem erga genus humanum, ſeu Eccleſiam non à Chriſto, ſed Chriſtum ab ipsâ Virgine pietatē emendicaſſe. Sic enim illud pſalmi 93. v. 17. *Niſi quia Dñus adjuvit me, paulò minus habitaſſet in inferno anima mea.* Explicat. *Peccatores per te Deum exquiſierunt, & ſalvi facti ſunt, dixerunt & ipſi, niſi quia Dominus carnem de Virgine ſumens adjuviſſet nos, paulò minus habitaſſent in inferno anima noſtra. Potēs igitur ad ſalutem auxilium tuum Deipara. Tu enim revera vera es vitæ Parens.* His ultimis verbis docet B. Virg. potiori titulo nomē matris mereri quam creaturas, quas vulgò Matres nominamus. Hæ namque vitam corporalem, naturalem, morti, aliisque naturæ miſeriis obnoxiam præſtant, proles ſuas in lucem editas lacte materiali nonnunquam corrupto nutriunt. At B. Virgo ſpiritualem ac ſupernaturalem vitam nobis cōmunicat, & lacte miſericordiæ nos paſcit, creaturæ ſuis prolibus vitā fictam, ſeu nomine tenus conferunt, quando quidem naſcentes moriamur. At B. Virgo verè viventium eſt Mater; quippè vitam non tam naturalē, quàm ſpiritualem gratiæ & æternam gloriæ procurat.

Germanus Conſt.

II.

§. 2. *Eccle-*

§. 2.

Ecclesia per Mariam respirat.

I. APostolus Act. cap. 17. v. 25. probare volens à posteriori existentiam naturæ divinæ ostendit eam independentem esse, & ab eâ universa dependere, non tantùm quoad essentiam, existentiam, & vitam, sed etiam quoad minimam respirationem, & halitum vitalem. *Deus qui fecit mundum, & omnia, quæ in eo sunt: hic cæli & terræ cum sit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus hominis colitur indigens aliquo, cùm ipse det omnibus vitam & inspirationem & omnia.* Germanus Constantinopolitanus Orat 2. citatâ docet per Beatam Virginem Ecclesiam frui vitâ non naturali, sed supernaturali, seu gratiæ. *Te ortodoxi omnis Christiani flatus ac respiratio, ore profert ac enunciat. Nec enim tantùm ab aëris haurimus oblectatione, quantùm à tui nominis haurimus protectione.* His verbis *orthodoxi omnis, &c.* significat B. Virginem esse omnium Christianorum, ac Ecclesiæ universalis flatum & respirationem, adeò ut canere possit cum Psalte Regio Psalm. 118. v. 131. *Os meum aperui, & attraxi spiritum*, idest B. Virgine miserante in vitâ persisto: nisi illa mei misereretur, jam pridè per schismata, hæreses, persecutiones penitùs defecissem: illa enim mihi vim resistendi omnibus istis hostibus afflavit. His verbis alludere videtur ad raptum Eliæ lib 4. Regum cap. 2. v. 11. Fertur Eliam in curru fuisse per aëra intrepidè sursum elatum. *Ecce currus igneus & equi ignei diviserunt utrumque, & ascendit Elias per turbinem in cælum.* Quid Elias? quid currus ejus significat? Elias Pontificis Romani typus est, currus Ecclesiam denotat, aer per quem ita intrepidè sursum fertur est B. Virgo *Ortodoxi omnis Christiani flatus ac respiratio.* Illâ siquidem afflante Ecclesia & Sedes Romana securæ ac invincibiles semper fuerunt, & erunt, quantumvis sæviant in ipsam inferorum potestates: nulla schismata, nullæ hæreses, nullæ persecutorum rabies ejus ascensum, & unionem cum Deo & Christo sponso suo cohibere, vel retardare poterunt: adeò ut B. Virginē his verbis Anastasii Anthiocheni serm. 1. de Annunt. affari possimus. *Ave gratiâ plena, quod facta sis nobis salutis via, ascensusque ad superos ac locus requietionis, refrigeriique tabernaculum.* Quæ via? tuta. Quis *ascensus ad Superos?* intrepidus. Ut canit Ecclesia: *Iter para tutum.* Hujus respirationis Marianæ vim experta & mirata S. Elizabeth ait Lucæ cap. 1. v. 44. *Ecce enim, ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis exultavit in gaudio infans in utero meo.* Et supra v. 41. *Et factum est, ut audivit salutationem Mariæ Elizabeth, exultavit infans in utero ejus.* Quasi diceret statim ut afflare cœpit per os, (quod est afflatus organum) S. Joannes illum flatum sentiens sanctificatus est. S. Petrus Chrysologus sermone de Joanne Bapt. *Per vocem Virginis facta est sanctificatio Præcursoris.* S. Cyrillus lib. de rectâ fide ad Reginas. *Salutatio Sanctæ Virginis Mariæ Iesum ferentis in utero Ioannem movit ad Prophetiam.* Venerabilis Beda. *Aperiente os Beatâ Mariâ ad salutandum Elizabeth, repleta est mox Spiritu sancto Elizabeth: repletus est & Ioannes.* Quasi diceret Occurrens Christus Joanni potentiorem se ostendit Eliâ Prophetâ. Christus enim solâ voce, solo flatu, solâ respiratione Joannem unxit in Prophetam, matrem & filium Spiritus sancti charismatibus cumulavit. At Elias Eliseum tangendo seu ungendo Prophetam creavit: non tamen prophetandi gratiam illi communicavit. S. Chrysostomus hom. 27. in imperfecto. *Quis Prophetarum, cùm esset Propheta id facere potuit? Elias quidem unxit Eliseum in Prophetam, non tamen prophetandi gratiam illi donavit: iste autem in utero matris existens divini introitus scientiam matri donavit, & os illius in verbo confessionis aperuit, ut cujus non videbat personam, cognosceret dignitatem.* Quomodo aperuit? virtutem respirativam communicando.

Act. c. 17. v. 25

German Constan.

Petrus Chrysol.

Cyrillus

Beda.

l. 4. Reg. 2. v. 11.

l. 3. Reg. cap. 19.

Chrysost.

II. Utrumque sexum seu cœtum fidelium per Joannem & Elizabetham figuratum fuisse nemo ambiguit. Cui B. Virgo flatu, & inspiratione suâ charismata infundit, ut contra omnes adversariorum impetus inexpugnabilis efficiatur. Id ni fallor præfiguratum videtur Dominus lib. 3. Reg. cap. 19. *l. 3. Reg. cap. 19.*

Ubi S. Eiæ Spiritus apparet, tam fortis, tam validus, ut montes ſubvertat, petras conterat, & quidquid obvium illi ſit penitus deleat. Imò cujus vel minimus ſibilus iſta præſtare poſſit v. 13. *Ecce Dominus tranſit, & ecce ſpiritus grandis, & fortis ſubvertens montes, & conterens petras ante Dominum &c. Et poſt ſpiritum commotio, &c. Et poſt commotionem ignis &c. Et poſt ignem ſibilus auræ tenuis.* Scio Joannem 44. Jeroſ. lib. de inſtitut. Monach. cap. 18. exiſtimare per ſpiritum fortem conterentem petras ſignificari Azahelem; per cõmotionem Jehu, qui domum Achab extirpavit; per ignem Eliſeum qui lib. 4. Reg. cap. 2. illudentes 42. pueros per urſos dilaniari fecit. Sed potius dicendum eſt denotari B. Virginem, quæ miram ſtragem infert Eccleſiæ adverſariis, non tantùm dum apparet terribilis ut caſtrorum acies ordinata, ſed etiam dum quaſi ſibilus auræ tenuis proponitur, dum nubecula parva, quaſi veſtigium hominis apparet. Audi Andream Cretenſem ſerm. de Aſſumpt. ubi docet B. Virginis cadaver in funebri lecto jacens totam naturam ſuaviſſimo odore perfudiſſe. *Quod quidem dum videbatur in lecto unguenti ſanctificationis ſuavi odore totam perfundebat naturam.* Tam ſuavem odorem etiam mortua, & veſtigium hominis ſolum habens exhalabat, ut omnes Eccleſiæ hoſtes procul abigerentur. Id Sponſus inſinuare videtur Cant. cap. 4. v. 11. *Odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.* Veſtimenta B. Virginis ſunt ejus virtutes, ejus exuviæ, quæ tam odoriferum ſpirant odorem, ut omnes inferorum poteſtates in fugam convertant. Accipe verba D. Amedæi homil. 2. de Mariæ ornatu. *Aſſerunt odore thuris dæmones effugari, Deum lacrymis mediantibus placari. Ego verò libenter dixerim odore virtutum ſanctæ Mariæ angelos tenebrarum effugari, & quodam validò turbine huc, illucque raptari, ut in eis impleatur, quod dictum eſt: fiant tanquam pulvis ante faciem venti.* Quaſi diceret virtutes & exuviæ Mariæ majorem vim habent, quàm pallium Eliæ. Hoc enim contactu diviſit aquas lib. 4. Reg. cap. 2. v. 14. *Percuſſitque aquas & diviſæ ſunt huc atque illuc, & tranſiit Eliſeus.* At verò exuviæ & virtutes Mariæ non contactu, ſed odore; fragrantiâ, & exhalatione non aquas Jordanis dividunt. ſed ſicco pede iter per illum alveum ſternit, ſed etiam dæmonũ phalanges in fugam cõvertunt. Cap. 6. v. 8. Tobiæ, Sacer Textus virtutem cujuſdã piſcis capti deſcribẽs. *Cordis ejus* (inquit) *particulã ſi ſuper carbones ponas fumus ejus extricat omne genus dæmoniorum.* Mariæ halitus non minorẽ vim habet. *Ego verò libenter dixerim odore virtutũ ſanctæ Mariæ angelos tenebrarum effugari, & quodam valido turbine huc illucq; raptari* (inquit S. Amed.) Quaſi diceret, odor, halitus è Virginis virtutibus & exuviis proveniens tam efficax eſt, ut æquivaleat turbini.

Ioannes. 44. Jeroſ. — S. Amedæus. — Tob. c. 6. v. 8.

III.

Ad illam reſpirationem, quam Eccleſia per Mariam haurit, alludere videtur Sponſus Cant. cap. 7. v. 4. ubi Sponſam ita affatur. *Collum tuum ſicut turris eburnea.* Cur collo comparatur? quid commune habet cum collo? quia ſicut per collum animal reſpirat, ſic per Mariam Eccleſia, quæ eſt corpus Chriſti myſticum reſpirat. Egregiè S. Bernardinus de exaltatione Virginis art. 2. cap. 8. *Sicut per collum vitales ſpiritus deſcendunt in corpus, ſic per Virginem à capite Chriſti vitales gratiæ in ejus corpus myſticum tranſfunduntur. Vndè eſt iſte ordo divinarum gratiarum defluxus, ut prius à Deo defluant in Chriſti animam benedictam; deindè in animam Virginis Matris; indè in Seraphim, & ſic ſucceſſivè in alios ſanctos ordines Angelorũ. Demũ in Eccleſiam militantem.* Expende hæc verba: *In Eccleſiã militantẽ.* Itaut idẽ effari liceat id quod ſapientiſſ. Idiota in contemp. Virg. c. 5. explicãs illa verba Prov. 20. *Lucerna Dñi ſpiraculum hominis.* Idiota: *Lucerna domina, ideſt Maria, quæ magiſtra maris interpretatur, ſpiraculum hominis: quia peccator per te reſpirat in ſpe veniæ & gratiæ; ut quod de altero nomine cecinit Prudentius in apotheoſi, de hoc dici poſſit non malè. O nomen prædulce mihi lux, & decus & ſpes, blandus in ore ſapor, fragrans odor, irrigans fons.* Cur Eccleſia militans potius per Mariam reſpirare dicitur, quàm per aliam creaturam, ſive Angelicam, ſive humanam? Reſpondet S. Bernardinus citatus. *Cum enim tota natura divina totum eſſe, poſſe, ſcire,*

Cant. c. 7. v. 4. — S. Bernardin. — Idiota

Digitized by Google

ſcire, & velle divinum intra Virginis uterum extiterit clauſum, non time dicere, quod omnium gratiarum influxus quandam jurisdictionem habuerit hæc Virgo, de cujus utero, quaſi de quodam divinitatis oceano rivi & flumina emanabant omnium gratiarum &c. Et ſupra. *A tempore; quo Virgo Mater concepit in utero Verbum Dei, quandam (ut ſic dicam jurisdictionem, ſeu auctoritatem obtinuit in omni Spiritus ſancti proceſſione temporali, ita quòd nulla creatura aliquam à Deo obtinuit gratiam vel virtutẽ, niſi ſecundũ ipſius piæ Matris diſpenſationem.* Quaſi diceret, quemadmodũ Spiritus ſancti proceſsio ad intra ſit ſpiratione: ita ejuſdem Spiritus ſancti miſſio ad extra fit per ſpirationẽ, undè paſsim vocatur flamen, ejusque deſcenſum in Apoſtolos S. Lucas Act. cap. 2. v. 2. exprimit per flatum. *Et factus eſt repentè de cælo ſonus tanquam advenientis ſpiritus vehementis.* Græcus pro *ſpiritus vehementis* habet *flatus venti.* Vatablus. *ſimilis flatui violento.* S. Cyprianus lib. 3. teſtam. contra Judæos. *Quaſi ferretur flatus vehemens.* S. Auguſtinus ſerm. 188. de tempore. *Flatus ille à carnali paleâ corda purgabat.* Quis hujus flatus diſpenſationem habebat? Beata Virgo. *In omni Spiritus ſancti proceſſione temporali nullâ creatura aliquam obtinuit gratiam vel virtutem, niſi ſecundùm ipſius piæ Matris diſpenſationem.*

Act. c. 2. v. 2.

IV. *Petrus Dam.* Illi arridens S. Petrus Damianus Serm. de Annuntiatione. *Per ipſam (inquit) cum ipsâ, & in ipsâ totum hoc faciendum decernitur, ut ſicut ſine ipſo factum eſt nihil, ita ſine illâ nihil refectũ ſit.* Ideſt ſicut in formatione hominis Geneſis cap. 2. v. 7. *Deus inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem.* Seu tota Trinitas concurrit ad productionem animæ rationalis, quæ in homine eſt vegetativa & ſenſitiva, ex quâ oritur reſpiratio & expiratio, quæ eſt tam ſignum, quàm effectus vitæ, quia ad vitã ita neceſſaria eſt reſpiratio, ut ne momento quidem abſque eâ vivere poſſumus (inquit Galenus lib. de utilitate reſpirationis cap. 2.) Hinc Aſclepiades dixit reſpirationem eſſe generationem animæ. Praxagoras autem non generationem, ſed corroborationẽ animæ appellavit. Ita ſcire vis, quid concurrat ad reſpirationem ſpiritualem mentium noſtrarũ? B. Virgo. *Ita ut ſine illâ refectũ ſit nihil.* eodem ſpectant verba S. Bernardi Serm. de Nativit. Mariæ. *Altius ergò intueamini, quanto devotionis affectu à nobis eam voluit honorari, qui totius boni plenitudinem poſuit in Mariâ, ut providè ſi quid ſpei in nobis ſit, ſi quid gratiæ, ſi quid ſalutis, ab eâ noverimus redundare, quæ aſcendit deliciis affluens.* Et infra. *Totis medullis cordium, totis præcordiorum affectibus & votis omnibus Mariam hanc veneremur, quia hæc eſt voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam. Scilicet vitam & reſpirationem ſpiritualem.*

Bernar.

§. 3.

Eccleſia in ſinu Mariæ tutâ quieſcit.

I. *l. 4. Reg. cap. 2. v. 11.*

Lib. 4. Regum cap. 2. legimus, quod Eliſeus anhelans comitari Eliam ad locum quietis, quò ſanctus ille Propheta vehebatur, v. 11. *Ecce currus igneus & equi ignei diviſerunt utrumque & aſcendit Elias per turbinem in cælum. Eliſeus autem videbat & clamabat, dicens: Pater mi, Pater mi, &c.* Quaſi diceret, non ſolent filii à ſinu Patris avelli, ſed in eo placidè quieſcere, juxta illud Joannis cap. 1. v. 18. *Vnigenitus filius qui eſt in ſinu Patris.* Syrus. *In gremio.* Græcus. *Ad ſinum.* Seu ad pectus, & cor patris, ideſt intimus, conjunctiſsimus eſt. Et c. 13. v. 23. de Joanne Evangeliſtâ. *Erat recumbens unus ex diſcipulis ejus in ſinu Ieſu, quem diligebat Ieſus.* B. Virgo in ſignum ſuæ maternitatis Eccleſiam militantem in ſinu & gremio ſuo fovet. Sic illam affatur Anaſtaſius Antiochenus Serm. 1. de Annunt. *Ave gratiâ plena, quod facta ſis nobis ſalutis via, aſcenſusque ad ſuperos, ac locus requietionis, refrigeriique tabernaculum.* Quaſi diceret, aliter te geris erga Eccleſiam militantem, quàm Elias erga Eliſeum diſcipulum ſuum. Elias quippe ſurſum aſcendit, ſed Eliſeo viam non pandit: ſolus enim curru igneo vectus eſt in cœlum, ut poſt ſacrum Textum canit noſter Baptiſta Mantuanus de Calamitatibus lib. 3.

Joan. c. 1. v. 18.

Anaſtaſ. Antioc.

— *Quem lapſus ab æthere currus*
Suſtulit in Phœbi ſylvas, atque ardua templa.

Quantâ verò quiete fruatur audi eundem infra, ubi locum voluptatis in quem tranſlatus eſt, ita depingit.

Mant. *Sed fœlix nunc arva colit ridentia ſupra*
Frigoris aërii, & lapidoſæ grandinis oram.
Ille licet geminâ vertex æſtate quotânis
Sudet, & à nobis cùm ſol declinat in auſtris, (cancri
Et cùm littorei petit humida brachia
Scilicet æquali libræ, Phrixiq; ſub aſtro
Depreſſo quoniã vultum telluris ab orbe
Tollitur, infeſtis nunquam tamen ignibus ardet,
Purpureos ſemper flores ſpirantibus auris
Ora tepens ſemper violas, & candida ſemper (umbris.
Lilia fert, brevibuſque dies abſconditur
Quatuor ex iſtis labentia flumina campis
Lata rigant Aſiæ ripis ingentibus arva:
Sunt rigui fontes, vitreoſque intentia rivos (cæt,
Prata bibunt, terſus ſemper ſine nubibus
Nec quatitur ventis, nec rauca tonitrua frangit. (ſylvæ,
Brachia pomiferæ curvant redolentia
Pendulaſque electri grata induit uva colorem (ſurgunt
Collibus in parvis, ubi paulùm jugera
Perpetuas ramis fœcunda feracibus arbor
Semper habet fruges, quibus & contemnere fatum (nere
Poſſit & expertem morbi ſervare juventã
Nulla patet curis illuc via, nulla dolori,
Nulla neci, colit iſta ſenex loca ſancta beatus (orbem
Atque ſub occaſum mundi rediturus in
Non timet interea Parcæ, ne ſtamina rumpant.

Hujus ergò placidi domicilii Eliſeum licet clamantem minimè participem effecit. At B. Virgo Eccleſiam militantem ſuæ quietis participatione donat, ad ſuam gloriam, ſuos triumphos conſequendam provocat. Hinc Anaſtaſius *Anaſta. Antioc.* Antiochenus illam ſalutans. *Ave* (inquit) *gratiâ plena, quod facta ſis nobis ſalutis via, aſcenſuſque ad Superos, ac locus requietionis, refrigeriique tabernaculum.* Quaſi dicerer: Tua charitas & ſollicitudo multis partibus ſuperat charitatem & ſollicitudinem Eliæ: hic aſcendit quidem in Cœlum ſeu in locum amœnum, ubi quieſcit: ſed non eſt via, non eſt aſcenſus, non eſt requietionis locus, & refrigerii tabernaculum. Id B. Virgini unicè competit, ut etiam S. Cyrillus Alexandrinus teſtatur hom. 4. contra Neſtorium, ubi illam his verbis alloquitur. *Per te exultat cœlum, lætantur Angeli, & Archangeli, fugantur dæmones, & homo ipſe ad Cœlum revocatur.* Expende hæc ultima verba, *homo ipſe &c.* Ideſt Eccleſia militans Eccleſiæ triumphanti ſuæ ſorori chariſſimæ conjungitur; quod probat. *Omnis creatura idolorum errore detenta, converſa eſt ad notitiam veritatis, & fideles homines ad ſanctum Baptiſma pervenerunt, atque in toto orbe terrarum conſtructæ ſunt Eccleſiæ; te adjutrice gentes veniunt ad pœnitentiam.*

II. Idem (ni fallor) Germanus Conſtantinopolitanus ſerm. 2. in Mariæ dormitionem intendiſſe videtur. *Tutela* (inquit) *tua immortalis; & interceſſio vita & protectio perpetua: niſi enim tu præſes, nemo ſpiritualis evaderet, nemo in ſpiritu Deum adoraret.* Ait tutelam & protectionem Mariæ non eſſe horariam ſed perpetuam & immortalem: nam non ad tempus in ſinu ſuo nos fovet, ſed ſemper. Non tantùm Advocatæ officio fungitur: ſed & Matris; quandoquidem vitam ſuis clientibus præſtet; & ad æternam vitam conſequendam iter ſternat. Undè ſubdit. *Nemo Dei cognitione repletus eſt, niſi per te, ô ſanctiſſima. Nemo ſalvus, niſi per te ô Deipara: nemo periculorum expers, niſi per te Virgo Parens: nemo redemptus niſi per te Dei Mater. Nemo demum miſericordiam conſecutus niſi per te. Quis enim peccatores tantopere defendit.* Quaſi diceret ſi ſinus eſt ſignum firmæ protectionis & tutelæ. Juxta illud Numer. cap. 11. v. 12. *Porta eos in ſinu tuo.* B. Virgo ita Eccleſiam protegit, ut indefeſſam illius curam gerat. Idem Germ. Conſtant. citatus. *Peccatores per te Deum exquiſierunt & ſalvi facti ſunt; dixerunt-que & ipſi, niſi quia Dominus carnem de Virgine ſumens adjuviſſet nos, paulò minus habitaſſent in inferno animæ noſtræ.* Ecce quomodo B. Virgo ſit via, vehiculum, & aſcenſus ad ſalutem æternam. Subdit: *Potens igitur ad ſalutem auxilium*

auxilium tuum ô Deipara. Tu enim revera es veræ vitæ parens. Ecce quomodo parentis nostræ nomen mereatur. Quod denique in sinu suo nos perpetuò foveat. Idem innuit variis epithetis illam celebrans. *Quis te admirationi nõ habeat, spem immutabilem, protectionem immobilem, statim perfugium, semper vigilem deprecationem, perennem salutem, auxilium stabile, patrocinium inconcussum, murum inexpugnabilem, arcem tutam, vallum undique munitum, validam auxilii turrim, portum tempestate jactatorum.* Hæc omnia encomia comprehendit Sponsus Cant. c.6.v.11. *Nescivi anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab.* Ideſt tanta est hujus Virginis cura, tam studiosè Ecclesiam protegit, ut omnium eam impugnantium conatus & tela retundat. Accipe paraphrasim Ghislerii, qui postquã ostendit hortum unicum esse Ecclesiam militantem subdit sponsum in illũ descendisse. *Quia* (inquit) *licet illa primo aspectu ob ingentes persecutiones & perturbationes, atque ob impiorũ, qui ipsi admisti sunt, copiã, instar corticis nucum aspera videatur & amara; intrinsecus tamen dulcissimũ continet nucleum suavissimarum consolationũ sanctorumq; fidelium, qui in ipsâ latentes maximam intra se obtinent dulcedinem, quam & pariter extrinsecus aliis impertiunt. Descendere Gloriosissimam Virginem in Ecclesiam sanctam, nemo jure ambigit qui Ecclesiasticas SS. Patrum revolverit historias. In quibus frequentissimè illius leguntur apparitiones.* Cant.c. 6.v.11. Ghisler.

Illum verò descensum fieri ut Ecclesiam protegat, & quasi in sinu suo foveat contra quoscumque hostium incursus. Scribit idem Ghislerius infra. *Vt illam ab illis præservet damnis, quæ ipsi imminent à principibus mundi, à potestatibus aëris, ab hæreticis, atque à pompis, & à rebus hujus sæculi. Hæc enim omnia sub unâ designat metaphorâ quadrigarum Aminadab, quod interpretatur populi Principis, seu Principis populi, aut Ducis populi, seu populi sponte imperantis. Quis enim Princeps populi, nisi ille, quem Dominus (Ioanni cap. 12. v. 31.) hujus mundi Principem appellat? Quis est populus sponte imperans, nisi tyranni, qui voluntatem suam subditis esse volunt? Quis est Dux populus, seu populus Dux, nisi hæresiarcha quilibet, qui Ducem se jactat in populo liberè prædicans. Me sequimini, sectam meam tenete? Quin & quælibet hæreticorum schola populum ducem se celebrare non erubescit. Quis est populus Princeps? nisi qui illustres in hoc sæculo nobiles, opulenti, terrenisque insignes existunt? à quadrigis quibus hi omnes Ecclesia adversarii adversus eandem Ecclesiam præliari solent metuens illi Virgo Benedicta, descendi (inquit) & descendam in Ecclesiam, quæ hortus nucum meritò nuncupatur.* Quid per *nescivi* intelligit? non habeo majorem curam aliarum rerum, reliquas res quasi ignoro præ sollicitudine, quam mihi Ecclesia suggerit. Quomodo ait: *Anima mea conturbavit me &c?* Potest nè sollicitudo Ecclesiæ statum beatum Virginis conturbare? Ghislerius. *Bella continua, quibus contra illum dimicat satanas, tyranni, hæretici, mundusque ipse quadrigis pomparum, opum, honorum, illecebrarum omniumq; rerum sæculi pavorem mihi concutiunt, & si turbationẽ pati possem, quæ imperturbabili fruor beatitudine propter has quadrigas mea conturbaretur anima.* Nõ immeritò igitur Ecclesia ad extremas necessitates redacta in ejus sinu se abscondit: quot enim fideles illa complectitur, tot protegit; adeòut Ecclesia, seu quælibet anima fidelis de illâ dicere possit. *In umbrâ manus suæ protexit me.* Septuaginta *In protectione manus suæ abscondit me.* Et ipsa de iisdem dicere potuit. *In umbrâ manus meæ protexi te.* Umbra enim symbolum est protectionis, quia umbra protegit hominem ab æstu solis: & aves alis suis obumbrantes pullos, eos protegunt à milvo, in umbrâ igitur manus, ideſt manu suâ mihi obumbrante & objectâ protexit me. Ad illam protectionem alludens Jerem. Thren. cap.4.v.20. aiebat. *In umbrâ tuâ vivemus in gentibus.* Imò ipse Vates Regius Psalm.122. v.2. *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ.* Hæc enim verba ita elucidat S. Bonaventura in speculo B. Virginis in laudem ejusdem. *Ancilla Domina est quælibet anima fidelis illi devota; imò etiam Ecclesia universalis. Oculi hujus ancillæ in manibus dominæ suæ semper debent esse. Quia oculi omnium nostrùm ad manus Mariæ semper debent respicere; ut per manus ejus aliquid boni accipiamus.* Bonavent.

accipiamus. Quasi diceret manus Mariæ auritæ sunt, largæ sunt: auritæ ad audienda vota nostra, preces nostras: largæ ad obumbrandos, protegendos nos: imò ad benefaciendum nobis, juxta illud S. Petri Damiani serm. de Nativit. Virginis. *In manibus tuis sunt thesauri miserationum Domini, & sola electa es, cui tanta gratia, conceditur.*

Petrus Dam.

CAPUT SEXTUM.

Ecclesia Sancta, quia per Apostolos edocta & propagata.

I. MArcus Antonius de Dominis Impius Apostata libr. 1. cap. 1. num. 23. negat Christum fuisse Caput visibile Ecclesiæ, vel illam fundasse. *Christus* (inquit) *nullum capitis visibilis munus in suâ Ecclesiâ exercuit.* Et mox illud officium attribuit Apostolis. *Ecclesia verò per Apostolos fuit ædificata post Christi ascensionem.* Hunc errorem ipsemet destruit, dum citato capite n. 24. ait. *Ego sanè in Christi visibili regimine ordinario hæc tantùm observo visibilia sacramenta instituere, ministros vocare & mittere, evangelizare ministros suos, errantes corrigere & increpare, legem explicare, eamque à corruptelis vindicare. Alterius generis officia à capite Christo ut visibilis erat prodeuntia ego certè non reperio.* His verbis Christum esse caput Ecclesiæ patenter asserit. Nec refert, quòd Ecclesia dicatur Sancta ab Apostolis. Si enim sanctum idem sit ac stabilitum, firmum ac constans, hoc modo Ecclesia sancta dici potest à firmitate & constantiâ adamantinâ Apostolorum Hanc firmitatem admirans Vates Regius canebat Psalm. 138. v. 17. *Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus principatus eorum*; Genebrardus pro *principatus* vertit, *excellentia & dignitas eorum, quàm est potens & fortis.* Quis est iste principatus? est Ecclesia, quæ tam stabilis est, ut portæ inferi nequeant prævalere adversus eam: & ejus primarii Principes scilicet Apostoli, tam constantes fuerunt in fide, ut nec minis, nec verberibus, nec suppliciis ab eâ deterreri potuerint. Accipe verba nostri Michaelis de Bononiâ in illum Psalm: *Hoc exponitur de Apostolis, & eorum successoribus, qui amici Dei dicuntur, dicente eis Christo Ioannis c. 4. Vos autem dixi amicos. Principes autem dicuntur, quia Principatum in Ecclesiâ tenent. De quibus dicitur Psalm. 44. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos Principes super omnem terram. Isti nimis honorati sunt, qui locum Dei tenent in terris, ut Deus honoretur in illis. Isti nimis confortati sunt; quia recepto Spiritu sancto sine timore Verbum Dei per orbem prædicaverunt, ut non verba, vel verbera; sed nec etiam ipsam mortem timerent. Act. c. 4. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilii, &c.* His verbis innuit Ecclesiam firmam, & inconcussam esse, ejusque Principes scilicet Apostolos illâ constantiâ ac firmitate præditos fuisse, quæ Apostolica firmitas quantùm ad Ecclesiæ propagationē concurrerit satis fusè alibi dicitur. Et innuere videtur Apostolus scribens Ephesiis cap. 2. v. 20. *Superædificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* S. Anselmus. *Ipse est fundamentum Apostolorum & Prophetarum, quia super illum incumbunt & firmi permanent, Apostoli, & Prophetæ, qui totam deindè fabricam sancti ædificii portant.* Quomodo portant constanter tolerantesquæcumque illi adversantur: & hoc modo illam stabiliunt, confortant, augent.

Ant. de dominis

Psal 138 v. 17.

Michael Bonon.

Ephes. c. 2. v. 20.

S. Anselm.

II. Propagatio etiam ac incrementum Ecclesiæ plurimùm dependet à doctrinâ fidei ab Apostolis prædicatâ. Id colligo ex citatis verbis Apostoli, quæ Dionysius ita interpretatur. *Ædificati super Christū qui est primum fundamentū, in quo Apostoli & Prophetæ fundati fuerunt per fidem & gratiam singularē.* Quasi diceret: ideò Ecclesia dicitur sancta, quia Apostoli fidem & religionem, quam profitetur dilataverunt, ac propagarunt, juxta oraculum Davidicum Psalmi citati v. 18. *Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur, exurrexi, & adhuc sum tecum.* Titelmannus in annot. notat quosdam hæo verba referre in primitivam Ecclesiam, quæ prædicatione Evangelii & fidei factâ per Apostolos plurimùm crevit. *Alii* (inquit) *divisim legunt referentes ad initium Ecclesiæ Primitivæ, quando admodum pauci numero*

Dionys.

Titelm.

numero erant fideles veri: poſterius ad profectum ejuſdem, quando jam mirum in modum crevit fidelium numerus per univerſum orbem illato Evangelio: atque ad hunc ſenſum præſentem ita exponunt. Prius quidē illi tui amici admodùm erant pauci, ita ut facillimè potuiſſent, dinumerari, ac nullo negotio cogi in certum aliquem numerum, quemadmodum videlicet in actibus Apoſtolicis; eos, qui ſimul erant in Ieruſalem congregati fideles, Eccleſiæ novæ initium legimus certo comprehenſos numero, ante S. Spiritus miſſionem ferè etiam nominatim deſignatos. Verum poſtmodū S. Spiritu demiſſo de cælo & B. Apoſtolis in omnem terram exeuntibus, tanta facta eſt credentium multitudo, ut quaſi arenæ maris fierent innumerabiles. Conſequenter ad illa verba, *Exurrexi, &c.* Oſtendit fidei propagationem factam fuiſſe ab Apoſtolis poſt Reſurrectionē Chriſti. *Ita enim* (inquit) *definitum fuerat, ut non prius in gentibus prædicaretur Evangeliū, undè illa innumerabilis arena confluxit in Eccleſiam: ſed tantùm intra fines Iudææ quemadmodū indicabat Chananææ mulierculæ Salvator dicens, Non ſum miſſus, niſi ad oves, quæ perierunt domus Iſrael: Matth. cap. 15. Et cum Diſcipulis vetuit non abire in viam gentium, neque in civitates Samaritanorum introire, donec exaltatus à terrâ, juxta quod ipſe prædixerat, omnia ad ſe attraheret, Ioanniscap. 12. Et donec ſemen cadens in terram benè mortuum fructum proferret plurimum.* Hanc Eccleſiæ ſanctæ propagationem poſt Chriſti obitum prænunciavit idem Regius Vates pſalm. 46. v. 9. *Principes populorum cōgregati ſunt cum Deo Abraham, quoniam Dii fortes terræ vehementer elevati ſunt.* Vel ut Hebræus. *Elevatus eſt.* Quaſi diceret, ſcire vis unde, & à quibus tantæ Eccleſiæ propagines prodierunt, undè Eccleſia elevata, magnificata, dilatata eſt? ab Apoſtolis. Hi enim poſt Chriſti aſcenſum, fidem per totum orbem quantus, quantus eſt diſſeminaverunt. *Tunc enim Populorum* (inquit Titelmannus) *diverſorum Rectores & Præſides, unà cum ſibi ſubjectis populis congregati ſunt cum Deo verò, (quem coluerant Abraham, Iſaac, & Iacob Patriarcha, & ſemen eorum, & qui ab unâ gente colebatur) huic jam ſe Reges & Principes orbis terrarum adjungunt per fidei & cultus ejus acceptationē huic ſe conjungunt, & conjungunt, atque ſubjiciunt cum ſuis populis: idq; per hoc, quod Sancti Apoſtoli, atque Apoſtolici viri, Prædicatores gloriæ ejus, qui velut Dii fortes terræ poſiti ſunt à Deo, & Principes ac Iudices conſtituti ſunt ſuper omnē terram magnificè ex ipſius virtute exaltati ſunt, & ſublimati mirabili acceptâ à Deo poteſtate, in verbo, & in opere, & in efficaciâ doctrinæ, & virtute ſignorum, atque prodigiorum, ex virtute S. Spiritus. Per horum ſiquidē magnificam exaltationem etiam Principes orbis terrarū jugo fidei ſe ſubmittentes cōvenerunt in unius Dei cultum, quem prius cōtempſerant, atque etiā fuerant perſecuti.* III.

Pſal. 46 v. 9.

Titelm.

Denique (ut hic cætera omittam) Eccleſia incrementum accepit à doctrinâ morum, ſeu quia Apoſtoli docuerunt homines ut ſe divinæ voluntati exactè conformarent, ſuaque opera juxta legem æternam, ſeu mentem & voluntatem divinā dirigerent. *Sanctitatis enim* (ex Cornelio in cap. 1. Abacuc) *conſiſtit in conformitate cum lege æternâ, quæ eſt in mente Dei. Voluntas enim Dei, cum reipsâ ſit eadem cum mente, & intellectu ſuo, ideòque neceſſariò & eſſentialiter legi æternæ conformis ſit, & ex æquo reſpondeat, huic pariter ipſa eſt menſura & omnis ſanctitatis.* Illam conformitatem divinæ legi, ac legis carnalis proculcationem docuit Dominus Eliam, & Elias ſuos Diſcipulos priuſquam Apoſtolicæ legationis officio fungerentur. Sic enim Joannes 44. lib. de inſtit. monach. cap. 4 explicat illa verba lib. 3. Regum cap. 17. *Recede hinc, & vade contra orientē.* Quibus ſubdit. *Scilicet contra originalem tuæ carnis cupidinem. Scire namque debes, quod in die ortus tui non eſt à peccato præciſus umbilicus tuus? quoniam in peccatis natus es totus, quemadmodum in perſonâ cujuſlibet hominis geniti à viro ex fœminâ, ait Propheta Pſalm. 50. Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me Mater mea. Ab hoc autem originali peccato in quo concipitur homo, illud provenit quod caro hominis adverſus ſpiritum concupiſcit. Video* (inquit Apoſtolus Rom. c. 7.) *aliam legem in membris meis repugnantem legis mentis meæ, & captivantem me in*

l. 3. Reg. 17. v. 3.

lege peccati, quæ eſt in membris meis. Hæc eſt lex peccati illa lata porta, per quam quis intrat, cum ei conſentit, & ſpatioſa via, per quam homo ambulat dum ſecundùm eam vivit, quæ ducit ad perditionẽ: & multi ſunt qui intrant per eam, &c. Eandẽ victoriam propriæ voluntatis, & legis carnalis, cõformitatemq; cum divinâ lege & voluntate docuerunt Apoſtoli, ut patet ex illis verbis Epiſt. ad Galatas cap. 5. 2. Corinth. cap. 4. ad Coloſſ. cap. 3. quæ Joannes Patriarcha loco citato refert. *Sic enim qui Chriſti ſunt carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis ſemper mortificationem Chriſti in carne ſuâ circumferentes, ut & vita Chriſti in corporibus eorum manifeſtetur. In quam cum fuerint transformati, pervenient per illam ad ſupremam gloriam: quemadmodum eis Apoſtolus ait: Mortui eſtis, & vita veſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo. Cùm enim Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloriâ.* Id præcinisse videtur vates Regius Pſalm. 101. v. 17. *Quia ædificavit Dominus Sion, videbitur in gloriâ ſuâ.* Jacobus de Valentiâ. *Iſta Civitas Sion ſive Hieruſalem, quam Chriſtus ædificaturus per totum orbem, non erat conſtruenda ex lapidibus mortuis, ſicut erat illa terrena Hieruſalem; ſed ex lapidibus, vivis ſcilicet fidelibus cõverſis, pro majori parte de populo Gentili, quos lapides debebant Apoſtoli eligere, & adaptare in ſuâ Prædicatione: & ex talibus erat Eccleſia conſtruenda, qui quidem lapides fuerunt ædificati, & cõpaginati ſuper fundamentũ Apoſtorum & Prophetarũ. Vnde Zacharias c. 9. & ſalvabit eos Dominus Deus eorum in illa, ut gregem populi ſui: quia lapides elevabantur ſuper terram. Ex quibus patet quod tales lapides maximè erãt excidendi per Apoſtolos ex populo gentili, ex quibus debebat ædificari iſta civitas Sion, toto orbe diffuſa. Et hoc eſt, quod dicit, quoniam lapides hujus Civitatis placuerunt ſervis tuis Apoſtolis ad ædificium Eccleſiæ, & ideò Apoſtoli miſerebantur populi gentilis, & tunc gentes timebant nomen tuum Domine, & omnes reges terræ timebant gloriam tuam, quia ex iſtis lapidibus Dominus Ieſus Chriſtus reſpexit orationem humilium gentium, quia per fidẽ fuerunt humiliati: & Chriſtus non ſprevit precem eorum: imò admiſit eos ad fidem, & per Baptiſmũ generavit.* Non poſſunt autem fidem ſuſcipere, niſi legi carnis renuncient, & divinæ ſe ſubjiciant Sic intelligendus Titelmannus qui verba eadẽ elucidat. *Quia Dominus ipſe in tempore placiti ædificavit Eccleſiam ſuam ex lapidibus vivis, ex multitudine populorum fidelium, & in eâ ipſe apparebit in gloriâ ſuâ, manifeſtabitur palam omnibus in filio ſuo, quem mittet in carne factum viſibilẽ, in gloriâ quoque ſignorũ & prodigiorum admirabilium, quæ in illo tempore per ædificatores Sion gloriosè operabitur, agnoſcetur & ipſe, & manifeſtabitur mundo, eſtendetq; fidelibus præſentiã.* Ecce quomodo Eccleſiæ ſanctitas procedat & exurgat ex lapidibus vivis ex multitudine populorum fidelium & obedientium divinæ legi, & legi carnis renunciantium: ex lapidibus qui Deo & Apoſtolis fabricandæ Eccleſiæ allaborantibus placerent, Dei nomen timeront, Dei gloriam venerarentur.

Pſ. 101. Jacobus de Val.

Hujus Eccleſiæ ſanctæ fundationem Vates Regius ait ſanctam fore; quia in ſublimibus Virorum Apoſtolicorum montibus condi deberet pſalm. 86. v. 1. *Fundamenta ejus in montibus ſanctis.* Titelmannus ſic ejuſmodi vaticinium explicat. *Civitas illa, quam mente cõtemplor in tempore gratiæ per Meſſiam ædificandã Eccleſiæ illius ſanctæ, quàm ſibi in domum & civitatẽ ædificabit rex magnus in plenitudine temporis adventurus: hujus inquam, civitatis, domus & ædificii fundamenta erunt in ſublimibus iſtis montibus, Apoſtolis, atque Apoſtolicis viris, ſui ſpiritus primitiis copiosè ſanctificabit ædificator hujus ædificii Deus, facietque in veritate ſublimes & immobiles.* Fundamenta igitur Eccleſiæ non innitentur ſublimi Philoſophorum & Oratorum ſubtilitate & eloquentiâ, nec ſublimibus Regum & Principũ honoribus, & divitiis, ſed ſublimibus Apoſtolorum, & virorum Apoſtolicorum virtutibus & ſanctitate, & divinę legis obſervantiis. Nam eos Deus ſancti illius ædificii Eccleſiaſtici ædificator antequã mittat Apoſtolicos viros ad opus ſuum in omni genere virtutum & legis obſervantiâ exercitatos eſſe deſiderat, tuncque ſpiritus ſui primitiis perfundit & ſanctificat. Pſal. 86 v. 1. Titelm.

IV.

Id

VI. Id figuratum eſt in ſacrâ hiſtoriâ Eliæ; quam materiam adhibet induſtrius ille Propheta ad extruendum altare Domino? Duodecim lapides, non tales quales, ſed juxta numerum filiorũ Iſrael, lib. Reg. cap 18. v. 30 *Et tulit duodecim lapides juxta numerũ tribuum filiorum Iſrael.* Cur ait: *juxta numerum?* Quid iſta cõformitas numeri denotat? vult innuere Eccleſiam Dei optimè conſtrui & propagari; cùm Divini Verbi Precones & auditores fidem & vitam Propheticã ampiectuntur, & ſequuntur. Gloſſa ordinaria ſeu Rabanus. *Redemptor noſter contra mundi Principẽ ac ſatellites decertans ac ſuperans, altare Domini quod deſtructum fuerat, ideſt fidelium corda à labe iniquitatis purgans aram Deo dedicat, quæ ex duodecim lapidibus conſtructa memoratur, quod ex his qui Propheticam & Apoſtolicam fidem ſeu doctrinam ſequuntur, gratiſſima ara Deo conſtruitur, in quo ſacrificium laudis in odorem ſuavitatis offertur.* Quamvis Rabanus per aram accipiat animam: tamen non minus aptè intelligi poteſt, Sancta Eccleſia juxta illud ejuſdẽ libri 3. Regum cap. 5. v. 17. Ubi Rex Salomon templum ſuum ornans. *Præcepit* (inquit) *Rex ut tollerent lapides pretioſos in fundamentum templi, & quadrarent eas.* Dionyſius ait per Salomonem intelligi Chriſtum. *Chriſtus* (inquit) *poſt ſuam Paſſionem, Reſurrectionem & Aſcenſionem ſortitus plenam quietem volens per ſanctos Apoſtolos gentilitatem convertere, & ex eâ Deo Patri Eccleſiam ædificare. Apoſtolos ſuos ad Gentiles direxit inſtruendos ac convertendos: deinde ad ipſos converſos miſit Diſcipulos alios, imò & ipſos Apoſtolos, qui converſos à ſe Gentiles interdum viſitaverunt in fide, prout in actibus Apoſtorum Paulus ac Barnabas feciſſe leguntur: ſicque Chriſtus ex ipſis converſis Gentilibus aſſumpſit multos in adjutoriũ Diſcipulorum ex Iudaiſmo converſorum: ita quod ipſi Gentiles converſi ſimul cum glorioſis Apoſtolis, aliiſque Diſcipulis prædicare cæperunt Evangelicam legem, & præſcindere ligna, atque extrahere ſaxa, quadrare, ad æqualitatem juſtitiæ trahere, deinde dolare, polire & ſcalpere, ideſt virtutibus ac multipliciter decorare &c.* Et ante illum Eucherius lib. 3. Reg. *Qui corda hominum ad ædificium ſpirituale, quod ex virtutibus animæ conſtruitur, parant, ſic ſolùm ſuos adjutores fidem & opera juſtitiæ docere ſufficiunt, dum ipſi prius ſacris paginis edocti, diligenter, quæ ſit fides tenenda, quo virtutũ calle incedendum, certâ definitione veritatis didicerunt. Nam fruſtra ſibi officium Doctoris uſurpat, qui diſſertionem fidei Catholicæ ignorat: Neque ſanctuarium Domino, ſed ruinam ſibi ædificant, qui docere alios regulam, quam ipſi non didicerunt, conantur. In ædificandâ domo Domini primò ſunt ligna & lapides de monte cædendi, quia eos quos in fide veritatis inſtruere quærimus, primò neceſſe eſt ut renunciare diabolo, ac de ſorte prima prævaricationis, in quâ nati ſunt, doceamus renaſcendo erui. Deinde quærendi ſunt lapides pretioſi & grãdes, atque in fundamentũ templi ponendi, ut meminerimus abdicatâ converſatione priori eorum vitam in omnibus moresq; inſpicere, eoſq; noſtris auditoribus, imitandos proponere, quos per virtutẽ humilitatis ſpiritualiter Dño adhærere noverimus &c.* Expẽde illa verba. *Neque ſanctuarium Dño, ſed ruinam ſibi ædificant &c.* Quaſi diceret, non poteſt per illos S. Eccleſia ædificari, nõ poſſunt infideles ad fidem, peccatores ad pœnitentiam converti per eos qui fidem vivam non habent. Non poteſt domus Dei, (quam decet ſanctitudo in longitudinem dierum) fundamento Apoſtolico inniti, niſi ipſi ſanctitatẽ prius amplectantur. Eucherius paulò ſupra. *Lapides grandes & pretioſi ponuntur cùm præcipui factis ac ſanctitate viri familiari mentis ſanctitate ſuo adhærent conditori: ut quo firmius in illo ſpem ſuam ponunt eò fortius aliorum vitam dirigere, quod eſt altitudinem portare ſufficiant: lapides ergò, qui in fundamentum templi ad portandum ædificium omne ponebantur, proprie Prophetæ ſunt, & Apoſtoli, qui Verbum & ſacramenta veritatis, ſive viſibiliter, ſive inviſibiliter ab ipſâ Dei ſapientiâ perceperunt. Vndè & nobis, qui eorum vitam, ſive doctrinã ſtudemus pro modulo imitari; fundatos dicit Apoſtolus ſuper fundamentum Apoſtolorũ & Prophetarũ.* Deindè oſtendit quomodò corda virorum Apoſtolicorũ virtute ac doctrinâ pariter elucere debeant ſi Eccleſia per eos aliquem progreſsũ efficere debeat.

l. 3. Reg. cap. 18. v. 30.

Gloſſa ordinar.

l. 3. Reg. 5. v. 17.

Dionyſ.

Eucher.

Sed & generaliter (inquit) *perfecti quoque, qui fideliter ipsi Domino adhærere, & impositas sibi fratrum necessitates fortiter ferre didicerunt. Hi possunt lapidibus grandibus ac pretiosis indicari, qui lapides benè quadrati, ac sic in fundamento poni jubentur. Quadratum namque omne quocumque vertitur fixum stare cõsuevit: cui nimirùm figuræ corda assimilantur Doctorum, quæ ita in fidei firmitate consistere didicerunt, ut nullâ occurrentium rerum adversitate, nec ipsa etiam suâ nocte à sui status rectitudine possint inclinari: quales videlicet Doctores Ecclesia non solùm de Judeâ, verum etiam de Gentibus perplures suscepit.* Et infra de Apostolis iterum hæc scribit. *Lapides fundamenti grandes, pretiosi quadrati primò sunt, ut supra diximus Ecclesiarum Magistri, qui ab ipso Domino verbum audiverunt salutis.* Dicit *Ecclesiarum Magistri*: Quia fidem ubique terrarum disseminantes, Diœceses varias seu Ecclesias erexerunt, quæ filiæ Romanæ Ecclesiæ semper extiterunt ut infra videbimus.

VII. Et sanè qui verbis tantùm & non operibus verbũ Dei prædicant ineptos esse ad religionem Christianam propagandam experientiâ compertum est, eosque carpendo his Senecæ verbis uti licet. Lib. de vitâ Beatâ cap. 17. *Quare ergò tu fortiùs loqueris, quàm vivis? Quare superieri verba summittis, & pecuniam necessarium tibi instrumentum existimas, & damno moveris, & lacrymas auditâ conjugis aut amici morte dimittis, & respicis famam & malignis sermonibus tangeris? Quare cultius rus tibi est, quàm naturalis usus desiderat? Cur non ad præscriptum tuum cænas? Cur tibi nitidior suppellex est? Cur apud te vinum ætate tuâ vetustius bibitur? Cur autem domus disponitur? Cur arbores præter umbram nihil daturæ conseruntur? Quare uxor tua locupletis domus censum auribus gerit? Quare pædagogium pretiosâ veste succingitur? quare ars est apud te ministrare, nec temerè, & ut libet collocatur argentum, sed peritè servitur, & aliquis scindendi obsonii magister &c.* Et infra cap. 18. *aliter loqueris, aliter vivis: hoc per malignissima capita, & optima cuique inimicissima. Platoni objectum est, objectum Epicuro, objectum Zenoni. Omnes enim isti dicebant, non quemadmodum ipsi viverent, sed quemadmodum vivendum esset.* Ejusmodi precones plures efficiunt curiosos, quàm virtutis studiosos; imò plures naufragare, quàm ad salutis portum pervenire sinunt; uno verbo, Ecclesiam potius decrescere, quàm crescere intuentur. S. Elias hoc virtutum exercitium prævium, ac necessarium esse planè noverat, cùm concionaturus dixit lib. 3. Reg. cap. 17. v. 1. *Vivit Dominus, in cujus conspectu sto, si erit ros &c.* 3. Reg. 17. v. 1. Cur istam divinam præsentiam præmittis ó Elia? Cur absque ullo præludio tuam prophetiam non auspicaris? quid præsentia Dei proposita seu oratio ad cessationem pluviæ & roris, ad sterilitatem & famem, ad efficaciam tuæ prædicationis confert? plurimum; per hoc enim innuit S. Elias virum Apostolum non posse fructuosè suo fungi officio, & salutem animarum, ac Ecclesiæ propagationem utiliter negotiari, nisi Deum sibi semper præsentem non tantùm in intentione sed etiam in effectu & conscientiâ habeat. Id Christus suo exemplo demonstravit, Joannis cap. 17. v. 1. Joann. c. 17. v. 1. Post prolixam exhortationem & consolationem Discipulis datam quatuor præcedentibus capitibus iturus ad passionem, cap. 17. Sic auspicatur S. Joannes. Hæc locutus est Jesus: *Et sublevatis oculis in cœlum, dixit: Pater clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te.* Vel (ut Syrus & Arabicus,) *Glorificet te.* Cur à sermone Discipulis facto ad Patrem dirigitur? Ut ostendat Divini Verbi precones debere sibi Deum semper præsentem proponere si animos auditorum movere, & Christianam Religionem amplectendam inducere velint, ut optimè animadvertit S. Cyrillus Alexand. lib. 11. in Joannem cap. 14. *Cùm quasi viaticum ad salutem veritatis dogmata Apostolis suis Christus tradiderit: continuò ab hâc collocatione in orandi habitum se convertit, nec ullum tempus inter sermonem ad Discipulos & Deum Patrem intervenire passus est, præcipuè vivendi disciplinæ regulam se nobis in hoc etiam constituens.* Pondera illud *continuò*, &c. *se convertit. Nec ullum tempus inter sermonem &c.* Quasi diceret: Ut prædicatio auditoribus foret fructuosa, nequidem momento à divinâ præsentiâ & oratione se subtraxit; sed continuò Deum Patrem sibi præsentem proposuit. Sic vir Apostolicus concioni orationem, Seneca. Cyrillus.

aliaque

aliaque bona opera præmittere, & adjungere debet. Audi Christum, qui cùm gregem à Petro pascendum sta-
Joan. c. 21. v. 15. tueret Joannis cap. 21. v. 15. ter ab eo inquisivit, an Deum diligeret. *Simon Joannis diligis me plus his?* v. 16. rursus. *Simon Ioannis diligis me?* denique v. 17. *Simon Joannis amas me?* Quorsum illam interrogationem præmittit? quid pastus gregis cum dilectione Dei commune habet? per hoc docuit Christus nullum progressum in pastu animarum fieri posse nisi ovibus, quarum curam suscipiunt pastores, exemplo præluceant, dum verbi pastum præbent. Mellifluè
Bernar. Bernardus serm 2. de Resurrect. *Petrus mandatum accepit tertio pascere gregem Domini, pasce* (inquit) *mente, pasce ore, pasce opere, pasce animi oratione, verbi exhortatione, exempli exhibitione.* Idem Mellifluus epist. 10. ad Balduinum Abbatem Reatini Monasterii. *Memento voci tuæ dare vocem virtutis. Quid illud?* (inquit) *ut opera verbis concinant, imò verba operibus; ut cures videlicet priùs facere, quàm docere pulcherrimus ordo est, & saluberrimus, ut onus, quod portandum imponis, tu portes prior, & ex te discas qualiter oporteat aliis moderari, alioqui fulsannabit te Sapiens Proverb. cap. 22. Utpotè pigrum illum, cui labor sit manum porrigere ad os. Arguet te & Apostolus Rom. cap. 4. dicens, tu qui alios doces teipsum non doces: sed & notaberis vitio Pharisæorum, Matth. cap. 26. Qui alligant onera gravia & importabilia, & imponunt ea in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea movere, sermo quidem vivus & efficax exemplum est operis facile faciens suadibile est quod dicitur, dum ministrat factibile quod suadetur.* Expende illa verba: *Dum monstrat &c.* Quasi diceret: quemadmodum Matematici & aliarum scientiarum ac artium magistri suas propositiones efficacius animis audientium persuadent aliquibus exemplis & experientiis, quàm prolixâ verborum ambage. Sic fides Christi facilius mentes nostras exemplo, quàm verbo movent. Undè meritò concludit Sanctus Doctor. *Ergo in his duobus mandatis, verbis scilicet atque exemplis summam tui officii ac conscientiæ securitatem pendere intellige. Tu tamen si sapis junges & tertium: studium videlicet orationis ac complementum utique trinaillius repetitionis in Evangelio de pascendis ovibus. In hoc noveris Trinitatis Sacramentum in nullo frustratum à te, si pascas verbo, pascas exemplo, pascas & sanctarum fructu orationum, manent itaque tria hæc, verbum, exemplum & oratio.*

VIII. Hujus veritatis alteram figuram nobis subministrat S. Elias. Quare sanctus ille Propheta tempore Achab populum à Jerzabele seductum illicò ad veri Dei cultum & fidem reduxit? quia verbis exemplum & orationem præmisit, seu adjunxit, lib. 3. Regum. c. 18. v. 32. *Ædificavit de lapidibus altare in nomine Domini.* Ecce exemplum operis. *Cùmq; jam esset tempus, ut offerretur holocaustum accedens Elias Propheta, ait; Domine Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, ostende hodie, quia tu es Deus Israel, & ego servus tuus. exaudi me Domine, exaudi me.* Hoc facto statim ignis in victimam demissus est: & v. 39. *Quod cùm audisset omnis populus cecidit in faciem suam, & ait: Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus.* Quasi diceret, postquam Elias verbis opera & preces adjunxit, populus veram fidem amplexus est, professus est. Id S. Eliæus in Patre suo Eliâ animadvertit: Cùm enim hic in Cœlum raperetur, lib. 4. Regum cap. 2. v. 12. Discipulus exclamavit: *Pater mi, Pater mi currus Israel & auriga ejus.* Non tantùm vocat eum aurigam, sed & currum: imò currum Israel aurigæ præmittit: *Currus Israel & auriga ejus.* Nunquid auriga currum præcedere solet, vel illum conscendit, ut dirigat. Currus incedere non solet, nisi auriga moneat & moveat. Oportunè currū præmittit aurigæ, ut ostendat illum officio aurigæ Israel, seu viri Apostolici debitè fungi posse, qui à Deo regitur, ejusque legem servat. Ly-
Lyran. ranus in Cōmentario ad c. 9. lib. 1. Reg. *Currus, qui ducitur hic ponitur primò, & auriga, qui ducit secundò, ad ostendendum, quod ille benè ducit regendo, qui qui primò fuit ductilis in obediendo* Hoc est primum encomium quod Ecclesiasticus cap. 48 v. 1. dat S. Eliæ. *Surrexit Elias quasi ignis.* Nunquid sufficiebat dicere verba sequentia v. 2 *Verbum ipsius quasi facula ardebat?* His verbis innuit S. Eliam prius divino amore succensum fuisse prius ascendisse instar

l. 3. Reg. cap. 18. v. 32.

l. 4. Reg. c. 2. v. 1.

ignis, non tantùm usque ad concavum
Cornel lunæ, sed usque ad sinum Dei, quàm ut alios incēderet. Cornelius ibi. *Elias cōparatur igni & faculæ primò, quia ardebat claritate Dei, eamq; docēdo, & prædicando alios accendebat. Itaque eos in verâ Dei fide, cultu, & amore cōtinebat. Vel si ad Baal & idola deflexissent, ad Deum verum convertebat: imò dicendo, surrexit Elias quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat.* Ostendit opera S. Eliæ majori amore flagrasse quàm verba. Eumque majus sibi, quàm aliis jugum imposuisse, majora jejunia observasse quàm aliis præscripserit, prolixiores orationes fudisse quàm aliis injunxerit, virgineum pudorem magis illibatum servasse in se, quàm aliis persuaserit; liberaliorem fuisse mulieri Sareptanæ & aliis,
l.3.Reg. cap. 17. quàm hi erga ipsum. Nam lib.3 Reg. c.17. pro modico panis & olei accepto à viduâ Sareptanâ refundit perennem toto tempore famis farinę & olei multiplicationē, & unicam sustentationem sibi præstitam compensat triennali sustentatione, non tantùm viduæ, sed totius ejus familiæ, & piorum omnium
Eucher. ut optimè notat Eucherius lib.3. in lib. Reg. *Facta est igitur manus viduæ perenne torcular, & mola jugiter fundens. Et quid dico mulieris manus? in verbo Prophetæ tota domus viduæ cellarium facta est. Non ibi ros, non pluvia, non veris aura, non calidi soles, non nimbus necessarius, non aratrum, non agricola, non colonus, sed omnia in omnibus sermo Prophetæ affatim viduæ subministrabat.* Quanta gratitudo! quanta liberalitas! quis hâc perspectâ ad veram fidem relicto paganismo non convertatur?

IX. Non immeritò Apostolus priusquā Apostolatus exercitio se applicaret je-
Act. c. 13.v 2. juniis & orationibus se addixit Act. c. 13. v.2. *Ministrantibus illis Domino & jejunantibus dixit illis Spiritus sanctus, segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Tunc jejunantes, & orantes, imponentesque eis manus dimiserunt illos; & ipsi quidem missi à Spiritu sancto abierunt Seleuciam, & indè navigaverunt Cyprum; & cùm venissent Salaminam prædicaverunt verbum Dei &c.* His verbis textus sacer ostendit Apostolos Paulum & Barnabam orationes & jejunia præmisisse prædicationi, etiam per Paulus illam raptus fuit usque ad tertium Cœlum, ut notat Cornelius in epist.2 ad Corinth. c.12. v.2. Idem Cornelius in cap 13. Actorum infert, quod jab eo tempore, seu *Indè quasi ex usu & exemplo Apostolorum Ecclesia solet præmittere jejunia & preces ante impositionem manuum id est ante consecrationem ordinandorum eamque peragere in liturgiâ Missæ.* *Cornel.* Quod autem non tantùm Paulus sed & reliqui Apostoli à bonis operibus, & oratione etiam inter prædicandum non abstinerent docet Apostolus scribens ad Philippenses cap. 3. v. 20. *Philipp. c.3 v.20* *Nostra conversatio in Cælos est.* S. Athanasius homil. in illa verba. *Profecti in pagum qui ex adverso est:* Subdit. *In terrâ ambulantes jus, moresque civitatis in cælis habemus, siquidem nostra civitas in cælis est dilectissimi.* *Anastas.* Quamvis cum Judæis, cum infidelibus, modò in Palestinâ, modò Corinthi, modò Ephesi &c, simus eorum conversioni incumbentes; tamen nostrâ conversatio in
Gregor. cœlis est. S. Gregorius lib. 8. moral. cap.31. *Corpore ambulamus in terrâ: sed corde habitamus in cælo.* Paulò post *Undè Apostolus quia in supernis cor fixerat, in terrâ quidem positus; sed de terrâ extraneus, & de se suisque similibus dixit, nostra conversatio in cælis est.* Eadem habet S. Anselmus: quibus subscribens Dio-
Dionys. nysius. *Nostra conversatio in cælis per spem jugem, intentionem & ratione objecti &c. eorum itaque conversatio est in cælis qui omnia temporalia, atque carnalia transcendentes cæliformem, & Angelicam vitam ducunt in terrâ, illi uni, quod solum, quod necessarium est totâ mente intenti.* Ait: *intenti totâ mente.* Ut innuat virum Apostolicum non debere esse aliquantulùm intentum, sed totâ mente & omnimodè. Id Christus Apostolis suis seriò commendavit Matth. cap.10. v.16. *Estote* (inquit) *prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* Cur ab illis exigit columbinam simplicitatē? quid per illius animalis simplicitatem intelligit, seu intendit? hortatur ut Apostoli eandem morum & virtutis simplicitatem gerant in corde, quàm ore proferunt. S. Thomas. *Contra dolositatem, qua aliud gerit in corde aliud in ore.* Vel alludere videtur ad columbam arcæ Noë Genes. cap.8. v.9. *Genes. c. 8.v.9.*

Quæ

Quæ emissa ex arcâ, non cadaveribus vorandis inhæsit, sed ad arcam reversa est. Quid per columbam significatur? quid per corvum? quid per arcam &c? columba virum Apostolicum denotat, qui non sua, sed quæ Dei sunt quærit. corvus cadaveribus inhærens delineat Judam, & illi similes, qui alienis carnibus seu bonis devorandis incumbunt. Arca verò Christum seu Ecclesiam delineat. Docet ergo Christus Apostolos debere columbinam indolē, & mores induere. Si extra arcam excurrant corpore, in illâ semper mente morentur. Ideſt quamvis Christo corporaliter non adsint, tamen per amorem & affectum in illo maneant & quiescant, nunquam ab eo deflectant. Insuper quamvis in Hollandiâ, Angliâ &c, à Christi fidelibus sint sejuncti, tamen sunt semper Ecclesiæ membra, ejusque suffragiorum &c, participes sunt. Hos admirās Isaïas cap. 60. v. 8. clamabat. *Qui sunt isti, qui ut nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas.* S. Hieronymus, Rupertus, & S. Gregorius homil. 18. in Ezech. per illas nubes & columbas accipiunt Apostolos. Hi enim licet totum orbem peragrarint, tamen illa omnia itinera fecerunt, illos omnes sudores, illas vigilantias &c, ad Dei gloriam direxerunt, nam mente semper in cœlos volabant, semper in cœlis conversabantur. De nubibus accipe verba S. Gregorii proximè citati. *Rectè prædicatores sancti nubes appellati sunt, quia verbis pluunt, miraculis coruscant. Qui volare quoque ut nubes dicuntur: quia in terrâ viventes extra terram fuit omne, quod egerunt. Undè & per quandam nubem dicitur: in carne enim ambulantes, non secundùm carnem militamus &c. Istos autem Prophetiæ spiritu prævidens substantias deserere, nihil in terrâ quærere, nihil possidere; non eos, vel homines per terram ambulantes, sed nubes volantes nominat. Volant enim, qui terram quasi non tangunt, quia in ipsa nihil appetunt.* Posteà ostendit cur columbæ nominentur. *Qui ad fenestras suas quasi columbæ sunt: quia pro mansuetudinis suæ spiritu in hoc mundo per oculos nihil conspiciunt.* Cur non dicit & sicut corvi ad Eliam volant? cum eorum ministerium, utpotè contra naturam, stuporem incutiat. Textus enim sacer ait lib. 3. Reg. cap. 17 v. 6 *Corvi deferebant panem & carnes. Mane. Similiter panem & carnes Vesperè.* Quia postquàm Corvi Eliæ Prophetæ illud insolitum ministerium exhibuerunt ad solitas rapinas recurrerunt: Deus verò ejusmodi ministros non desiderat, sed columbas. *Qui* (inquit S. Gregorius citatus) *omnia simpliciter aspiciunt, & in hæc quæ vident rapacitatis studio non trahuntur.* Vel certè: *Apostoli nubibus columbisq; assimilantur.* Ab Isaïâ attonito: *quia volant contemplando cœlestia, ad gentium conversionem celerrimè properando; & semper parati ad volandum quocumque Spiritus sanctus eos direxerit.* Expende illa verba *Spiritus sanctus direxerit*: Non Spiritus ambitionis, invidiæ, spiritus avaritiæ &c. sed Spiritus sanctus, seu non ut lucrentur aliquam dignitatem, opes &c, sed animarum salutem, & cultum Dei promoveant, Ecclesiam propagent. De zelo, & aliis virtutibus Apostolicis ad salutem animarum procurandam & Ecclesiæ incrementum tomis sequentibus videbimus.

Isaiæ c. 60. v. 8.

3. Reg. 17. v. 6.

CAPUT SEPTIMUM.

Beatæ Virginis Mariæ ad Ecclesiæ Sanctæ propagationem concursus.

1. ECclesiæ Sanctæ propagatio subsidio B. Virg. supra prælibata, hic & ex professo agitanda est, Eliam fuisse divinæ sapientiæ Athenæum docet Joannes 44. Jerosolymitanus Patriarcha lib. de institut. Monach. cap. 20. referens tempore persecutionis Jezabelis Eliam recessisse ad torrent Carith & illuc ad ipsum confluxisse nonnullos fideles, ut ab eo sacris fidei dogmatibus imbuerentur. *Insuos Discipulos elegit quosdam viros, qui idcircò ad ipsum in solitudine Carith, tunc latentem confugiebant, ne per Regem Achab, & Reginam Jezabel cogerent, sicut & cæteri populares adorare Baal. Viri quippe isti timore Dei repleti, cernentes Eliam, ita verbo Dñi tunc cōtinere cælum, quod pluviam non dabat super terram, accedebant ad eum, tanquam ad verum Dei cultorē occultè in solitudine Carith. Ut jub ejus doctrinâ in cultu veri Dei persistere possent, & idololatriam vitarent.* His verbis: *Sub*

Joannes 44.

ejus doctrinâ. Innuit Eliam fuiſſe Doctorem & Magiſtrum divinæ Sapientiæ, Idem Doctoris ſacri officiũ exercuiſſe in Carmelo refert cap.19. *Conveniebant namq; ibi* (inquit) *in unum ad pſalmos & cantica & hymnos corde, & ore, ac cum inſtrumentis muſicis in laudẽ Dei canendos, ad lumina quoque à Patre legis eorũ audienda pariterq; legenda: in quorũ diſciplinis, atque exercitii inſtitutis, ad perfectam beatamq; vitam ſtudiis jugibus in eremo Carmeli coãlescebant ſecundùm formam vitæ monaſticæ per Deum creditam Eliæ.* Expende illa verba: *A patre eorum audienda.* Scilicet docente & explanante, ut patet ex ſequentibus. *In quorum diſciplinis.* Hoc donum alios doctrinis fidei imbuendi poſtulavit Eliſeus à Magiſtro ſuo Eliâ lib.4.Reg.cap. 2. v.11. *Obſecro ut fiat in me duplex ſpiritus tuus.* Abbas Joachimus lib. introduct. in apoc. cap.19. *Habere duplum Eccleſiæ ſpiritum Eliſeus poſtulavit, quia una eſt activa vita, altera contemplativa.* Hæc porrò activa vita præcipuè in docendo & prædicando conſiſtit, ut docet D. Thomas 2.2.q.188.a.4 in corpore. Accipe ejus verba. *Convenienter Religio inſtitui poteſt ad opera vitæ activæ, ſecundùm quod ordinantur ad utilitatem proximorum, & ad obſequium Dei, & ad obſervationem divini cultus. Magis autem procuratur utilitas proximi per ea, quæ pertinent ad ſpiritualem animæ ſalutem, quàm per ea, quæ pertinent ad ſubveniendum temporali neceſſitati, quantò ſpiritualia corporibus ſunt potiora. Undè ſupradiximus quæſt.32. a.3. Quòd eleëmoſinæ ſpirituales ſunt corporalibus potiores. Hoc etiam magis pertinet ad obſequium Dei, cui nullum ſacrificium eſt magis acceptum, quàm zelus animarum, ut Gregorius homil. 12. ſup. Ezechielem. Majus eſt etiam ſpiritualibus armis contra errorem hæreticorum, & tentationes dæmonum fideles defendere, quàm corporalibus armis populum fidelem tueri. Et ideò convenientiſſimum eſt ad prædicandum, & ad alia hujuſmodi, quæ pertinent ad ſalutem animarum aliquam religionem inſtitui.* Hoc vitæ activæ munus ab Eliâ exercitum fuiſſe docet S. Antonius de Paduâ ſerm. in quadr. ex nomine Carmeli. *Elias eſt prædicator, qui debet aſcendere in verticem Carmeli, qui interpretatur ſcientia Circumciſionis, & ſignificat ſanctæ converſationis excellentiam, quâ homo ſcit omnia à ſe ſuperflua circumcidere.*

Quaſi diceret Elias inſignis preco fuit: non enim tantùm verbo docuit, ſed etiam exemplo: omni enim terrenarum rerum rerum affectui renunciavit, & ſupremum perfectionis apicem attigit. Quem inſinuaſſe videtur Chriſtus dum illum ſuæ transfigurationis teſtem adhibere voluit, S. Bonaventura in cap.9. Lucæ. *Moyſes & Elias colloquuntur, quia in oratione datur homini intelligentia ſcripturarum, & myſteriorum.* Ex eodem nomine Carmeli ad illa verba Jeremiæ c. 4. v.16. *Aſpexi & ecce deſertus Carmelus.* Dionyſius colligit utramque vitam contemplativam & activam ab Eliâ & ejus alumnis fuiſſe obſervatam. *Per Carmelum uberrimum ordo prædicantium, qui olim utriuſque vitæ activæ & contemplativæ perfectione exterius abundabant, qui de ſuâ plenitudine multos ſpiritualiter locupletabant.* Ad utriuſque vitæ amplexum invitat nos Venerabilis Pater Joannes Soreth in expoſitione regulæ noſtræ cap.6. *Sed etſi lavero manus meas, paravit in conſpectu meo menſam, ut non de ſolo pane vivam, ſed de omni verbo, quod procedit de ore Dei, & in fortitudine cibi illius cum Patre noſtro Eliâ curram uſque ad montem Dei. Propterea in regulâ ſubditur. Verbum Dei ſit in ore veſtro abundanter prædicando, & in cordibus ruminando. Sicut B. V. Maria hujus ordinis Patrona conſervabat omnia verba Dei, conferens in corde ſuo; ſic debet abundare in corde meditativè, & in ore indicativè. Ex regulâ quoque & ejus primariâ inſtitutione habetis fratres verbum Dei proferre ſicut Pater noſter Elias, cujus verba quaſi facula ardebant, cuius etiam imitatione verbum Dei abundet in ore & in cordibus veſtris.* Imò ipſa regula noſtra utrique vitæ nos incumbere præcipit cap.11. *Dominicis quoque diebus, vel aliis, ubi opus fuerit, de cuſtodiâ ordinis, & animarum ſalute tractetis.* Particulis illis: *Salute animarum*, interpretes communiter intelligunt Eccleſiæ propagationem per converſionem animarum. Utramque vitam activam & contemplativam ab Eliâ & ſequacibus obſervatam & obſervandam patenter declarant Pontifices Romani. Unicum Clementem VIII. audiamus in Bullâ in Apoſt. dignitate. *Carmelitæ in utrumque inſtituti ſui finem priorem ſcilicet ac poſteriorem, qui eſt divina unio per orationem & contemplationem: &*

poſteriorem

l.4.Reg. cap.2.v. 11.

S.Thom. 2.2.q. 188.a.4

S. Ant. de Pad.

S. Bon.

Ierem.c. 4.v.16.

Dionyſ.

Joannis Soreth

posteriorem, qui est salus proximorum, verbo ac opere S. P. Eliæ ac Elisei, aliorumque SS. Patrum, quorum hæredes sunt, vestigiis insistentes incumbunt. Et in Bullâ. *Dominici gregis. Eo quod divinâ affluente gratiâ sanctæ orationi, ac cõtemplationi vacantes, sacrarum litterarum studio, Prædicationi, atque animarum saluti diligenter incumbitis; humilitate, paupertate, abstinentiâ, jejuniis ac vitæ austeritate prælucentes, Patris vestri, ac Prophetæ sanctissimi Eliæ, vestri instituti auctoris alumnos ac imitatores ostenditis.* Imitantur Carmeli incolæ S. Eliam non tantùm dum orationi, &c. vacant, sed etiam Prædicationi, ad utriusque vitæ subsidia recipienda, anhelabat Ecclesia

Cant. c. 1. v. 1. Cant c. 1. v. 1. *Osculetur me osculo oris sui.* Ponte in Cant. lib. 1. Exhort. 1. §. 1. *Hâc igitur spe erectus cum sponsâ Ecclesiâ, cujus membrum es, dicito cœlesti sponso, & magistro osculetur me osculo oris sui, petens ab illo spiritum eruditionis, & amoris: hic est duplex spiritus, quem Elisæus postulavit ab Eliâ.*

II. Majus indubiè doctrinę ac eruditionis lumen & spiritum perceperunt Apostoli & Ecclesia in sui propagatione à B. Virgine, quàm Synagoga ab Eliâ: imò ipsa Ecclesia à posteris Eliæ, & in fine mundi ab ipsomet Eliâ. Richardus

Richardus à S. Laurento. à S. Laurentio libr. 2. p. 2. ita de ejus magisterio differit. *Maria Apostolorum Magistra facta est, qui nostri postea magistri facti sunt, & ascendente Domino novum docuit testamentum, quod ad docendum nos iidem Apostoli conscripserunt.* Quasi diceret, B. Virgo longè aliter se habuit erga Apostolos, quàm Elias & Eliseus erga fideles. Hi enim legis volumina ab illis Prophetis audierunt: at Apostoli didicerunt à B. Virgine mysteria fidei à puncto incarnationis patrata usque ad mortẽ & passionem ejus, quæ postea in lucem ediderunt. Eidem arridens Lucius Dexter Præfectus Prætorio

Lucius Dexter. Orientis in suo Chronico nuper edito, quod dedicavit S. Hieronymo. quemadmodum S. Hieronymus eidem dedicavit tract. de Scriptoribus Ecclesiasticis. *Sacra Virgo Maria* (inquit anno 371.) *consilio, luce doctrinæ & mirabili vitæ exemplo collegio præsides Apostolico, nihilq; grave gerunt illi, quod non ejus consilio, ductuque geratur.* Et mox anno Christi 37. *Beata Virgo Iacobo preces fundenti Cæsaraugustæ in columnâ apparet in spiritu veniente quoque Ioanne Theologo.* Et paulò ante. *Iacobus primum templum vel oratorium B. Virginis ex ejus jussu, præsentiâ super columnam Cæsaraugustæ erexit.* De hâc columnâ etiam legendus noster Lezana tom. 2. ann. Ordin. nostri anno Christi 39. Cornelius in c. 5. Act. Cornel. in fine addit. *Hæc de causâ Christus Matrem sibi superstitem esse voluit, ut quasi sua vicaria columen esset Ecclesiæ, doctrix Apostolorum, & cõsolatrix fidelium.* Ejus magisterium probat Rupertus lib. 1. in Cant. dicens quæstionẽ legalium agitatam Act. c. 15. v. 12. fuisse definitam à Rupert. B. V. non quod ipsa Concilio Apostolico interfuerit (hoc enim fœminã non decebat) sed privatim ab Apostolis cõsulta ante Petrum sententiam pronunciavit. Accipe ejus verba ad illam. *Horum discernendorum Magistram te esse oportebat ô Beata Maria, & Magistra magistrorum, id est Apostolorum, juxta illud fons hortorum, puteus aquarũ viventium, quæ fluunt impetu de Libano. An quia Spiritus sanctus illos docuit, idcircò tuæ vocis magisterio non illis opus fuit? imò vox tua vox illius fuit Spiritus sancti, quidquid supplementi opus erat iisdẽ mortalibus vel testimonii, ad confirmandos singulorum sensus, quos acceperant ab eodem spiritu dividente singulis, prout vult, ex religioso ore tuo perceperunt instructo ad loquendum, benè composito ad tacendũ, pro ut tempus erat opportunũ. An quia loco supra memorato de Act. Apost. c. 15. ubi factâ seditione propter cæremonias Iudaicas convenerunt Apostoli & seniores videre de hoc verbo, nullam tui mentionem scriptura fecit, idcirco putandum est, quod conventus ille te omiserit, & sanctum de tuo pectore, de tuo ore spiritum non consuluerit? imo & illic & in cæteris agendis, tu Princeps omnem solvisti quæstionẽ, ita tamen, ut non clamares, neque contenderes, neque audiretur vox tua foris: quia tu sola es Virgo, quæ universam hæreticam pravitatem interemisti.*

Hæc eruditio Mariana colligitur ex III. ejus nomine, nam D. Thomas opusc. 8. post SS. Ephrem orat. de laudibus Virginis, Epiphanium serm. de laudibus Virg. Joannem Damascenum lib. de fide orthodoxâ c. 15. Eucherium lib. 2.

inſtit. Petrum Chryſologum ſerm. 146 *Convenienter* (inquit) *vocatur Maria illuminatrix in alios.* Ibidem, *Convenienter vocatur Maria illuminata in ſe.* Illuminata in ſe dicitur, quia ſcientiam omnium myſteriorum perfectè callet. Eſt illuminatrix, quia Apoſtolis res obſcuras aperuit, & per eos orbem terrarum lumine fidei illuſtravit; ex quo factum eſt ut Raymundus Jordanus Præpoſitus Uticenſis, vulgò Idiota lib. de contemp. Virgin. cap. 5. eam vocet Doctricem populorum. *Maria doctrix & magiſtra maris.* Per mare intellige populos, jùxta illud. *Aquæ multæ populi multi.* Ita ut ea effari poſſit illud Sapientiæ cap. 7. v. 13. & 14. *Quam ſine fictione didici, & ſine invidiâ communico, & honeſtatem illius non abſcondo. Infinitus enim theſaurus eſt hominibus, quo qui uſi ſunt participes facti ſunt amicitiæ Dei propter diſciplinæ dona commendati. Mihi autem dedit Deus dicere ex ſententiâ, & præſumere digna horum quæ mihi dantur.* Vel illud Eccleſiaſtici cap. 24. v. 42. *Ego ſicut aquæ ductus exivi de Paradiſo, dixi rigabo hortum meum plantationum, & inebriabo prati mei fructum. Et ecce factus eſt mihi trames abundans, & fluvius meus appropinquavit ad mare. Quoniam doctrinam, quaſi antelucanum illumino omnibus, & enarrabo illam uſque ad longinquum. Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino. Adhuc doctrinam quaſi Prophetiam effundam, & relinquam illã quærentibus ſapientiam, & non deſinam in progenies illorum, uſque in ævum ſanctum. Videte, quoniam non ſoli mihi laboravi, ſed omnibus exquirentibus veritatem.* Ejus magiſterium luculenter delineat S. Bernardinus tom. 2. conc. ſerm. 2. de B. Virg. *Maria Virgo, quæ ſalvatorem genuit, peperit & aluit, quæ jugiter ejus adhæſit lateri, quæ comes individua nullo ferè abfuit itinere, quæ intenſa præ cæteris vigilavit verbo & opere ejus, ſola ſalvatoris, actuum inſignium inſignia opera, melliflua prædicationis genera, inaudita contra mundũ & peccatum divinæ ſeveritatis accerrima eloquia, quod eis diu interfuit ſecretius audivit, citius agnovit, propenſius, retinuit, & Apoſtolis, aliiſque Diſcipulis locupletius edidit, diligentius retulit, fælicius tradidit. Hinc eſt quod de eâ legitur in Evangelio: Maria autem cõſervabat verba hæc conferens in corde ſuo.* Et infra oſtendit Chriſtũ Matri ſuæ ſpecialius explanaſſe, quę aliis ſub obſcuro parabolarum cortice proferebat. *Licet enim parabolis loqueretur ad turbas, licet Apoſtolis omnia nota faceret ut amicis; quædam tamen credendum eſt præ cæteris Matrem ſuam quemadmodum dilexiſſe, ita etiam propenſius erudiiſſe, quædam eì ſecretius intimaſſe, frequenter eam in cellam vinariam occultaſſe, ſeu, prout novit & voluit, gloriam deificam & ſupercæleſtem revelaſſe notitiam. Vnde Ioannes in Apocalypſi de throno, ait: Procedebant fulgura & voces, & tonitrua, quia Mater filii Ieſu-Chriſti parabolas, ænigmata, legalia, & mirifica geſta, dicta, opera, avidius ebibit, fidelius credidit, ſincerius, luculentius aliis edidit.* Expende illa verba *Apoſtolis, aliiſque Diſcipulis locupletius edidit.* Quod non tantum fuerit Apoſtolorum magiſtra, ſed etiam fidelium. Subjicit: *Mater filii Ieſu Chriſti parabolas, &c. ſincerius, luculentiuſque aliis edidit.* Huic arridere videtur ſanctus Bernardus ſerm. 4. ſuper Miſſus. *Per Mariam* (inquit) *cælum repletum eſt, & infernus evacuatus: in Mariâ Deus poſuit ſolem, lunam, Chriſtum, & Eccleſiam.* Quomodo Chriſtum & Eccleſiam? quia B. Virgo utriuſque curam, dilectionem & notitiam habuit, quidquid enim à Chriſto didicit, Eccleſiæ manifeſtavit. Undè non immeritò Diana nuncupatur, quia Patris æterni filia lucifera lucem mundi peperit, ſeu populo, qui ambulabat in tenebris ignorantiæ lucẽ veritatis oſtendit, eiq; iter in cælũ pandit. Huc ſpectant verba Andreæ Cretenſis ſer. 2. in Nativ. B. M. quibus ſic illam affatur. *Gaude non ſcriptus virginitatis typus, ſanctitatis bractea, rationale manifeſtationum. Salve veteris noviq; teſtamẽti obſignatio, Prophetiæ perſpicua plenitudo, inſpirata à Deo veritatis ſcripturarũ acroſtichis Dei ac verbi animatus ac mundiſſimus tomus, in quo ſine voce ac ſcripto inſcriptor ipſe Deus ac verbum quotidie legitur.* Expende illud. *Rationale manifeſtationum.* Alludit ad rationale, de quo Exodi cap. 28. v. 14. *Rationale quoque judicii facies opere polymito.* Ubi Cornelius. *Rationale hoc dabat oracula*

Sap. c. 7. v. 13. & 14.

Bernardinus.

Bernar.

Andr. Cretenſ.

Exod. c. 14. v. 24

oracula quaſi mente aut ratione prouidâ, & Propheticâ præditum foret. Vndè rationale poſſet & vocale & verbale vocari. Et infra. *Pontifex rationali indutus de rebus diuinis conſulebat Dominum, & ab eo de iiſdem erudiebatur, tanquam fungens munere Pōtificio, nomine totius populi, ac mox ipſe Dei iudicium, ideſt ſententiam & oraculum populo enunciabat.* Cui arridens S. Anſelmus lib. de excellentiâ Virginis cap. 7. *Licet Apoſtoli per revelationem Spiritus ſancti edocti fuerint in omnem veritatem incōparabiliter; tamen eminentiùs & manifeſtiùs ipſa per eum ſpiritum veritatis illius profunditatem intelligebat, & per hoc multa eis per hanc revelabantur, quæ non ſolùm ſimplici, verùm ipſo experimento ea edidicerat.* Per illa verba: *Multa eis per hanc revelabantur.* Scilicet quaſi per rationale. Eodē modo intelligenda paulò ſubſequentia. *Multa Apoſtolis per Mariam revelabantur, quæ in ſe, non ſolùm ſimplici ſcientiâ, ſed ipſo effectu; ipſo experimento didicerat.* Et Rupertus lib. 2. de gloriâ filii hominis. *Habuit B. Virgo tempus loquendi & tempus tacendi. Tacuit quamdiu Chriſtus in hoc mundo vixit, cùm conſervabat, & conferebat in corde ſuo omnia verba divina, ut Lucas cap. 2. ait: Locuta eſt poſt Chriſti Aſcenſionem, cùm in multis ſubobſcuris arcanis mentes Apoſtolorum illuminavit.*

Cornel. S. Anſel. Rupert.

IV. Imò totius Eccleſiæ mentem illuminavit, ut ſcribunt S. Ignatius Martyr epiſt. 1. & poſtea D. Anſelmus lib. de Concept. Virg. c. 27. *Eccleſiæ Catholicæ ac Apoſtolorū ejus Principum ductrix ac ſapientiſſima Magiſtra.* Illi ſubſcribens S. Bonaventura in ſpeculo virginis, vocat illumininatricem Eccleſiæ. *Ipſa eſt cujus vita glorioſa lucem dedit ſæculo: ut per ipſam à tenebris mundi illuminaretur Eccleſia.* Quaſi diceret, ſicut lucerna non ſibi accenditur, ſed aliis: ita B. Beata Virgo luce ſapientiæ perfuſa eſt, non tam ſibi, quàm Eccleſiæ, non tantùm naſcenti, ſed etiam creſcenti: adeò ut de illâ verius dici poſſit, quod Caſſiodorus lib. de inſtitut. Monach. ſcribit, talem lucernam à ſe excogitatam, ut ſemel accenſa inextinguibiliter totum Monaſterium (cujus Abbas erat,) ſemper illuſtraret. Et teſtantur Lucas du Tuy, Jacobus de Voragine in vitâ S. Iſidori Hiſpalenſis, ſcilicet hunc Antiſtitem duas domi ſuæ lucernas feciſſe, in quibus lumen accenſum nunquam deficiebat, nullo fomento, nullâ nutritum manu; quas miniſtri ejus in tumulo poſuerunt, unam ad caput, alteram ad pedes. Cùm verò S. Iſidori corpus Hiſpali legionem transferretur poſt aliquot ſæcula, illæ lucernæ inextinctæ repertæ ſunt. Fertur etiam aſſervari cereum inextinguibilē Atrebati, ex quo etiam licet aliquid effluat tamen priſtini ponderis nihil deperdit. B. Virgo lucerna eſt; luna eſt, ſol eſt, totum orbem, ſeu Eccleſiam ſemper illuminans, non tantùm naſcentem, ſed etiam progredientem ab orientali plagâ ad occidentalem: à meridionali ad ſeptentrionalem: *Cujus vita inclytâ cunctas illuſtrat Eccleſias.* Non tantùm orientalem, ſed etiam occidentalem. Refert Ludovicus Vives Cōmentator lib. S. Auguſtini ad decivit. c. 6. lib. 21. *Quod erutum eſt ſepulchrum memoriâ Patrum, in quo ardebat lucerna condita ibi, ut ex inſcriptione apparebat, ſupra milleſimum, & quinquageſimū annum, eaq; tota ex templo. ut contrectari cœpta eſt, inter admotas manus fracta in tenuiſſimū abiit pulverem.* Mirabilior eſt B. Virgo, quæ mundum inextinguibiliter & jugiter illuſtrat, ut patet ex Doctoribus, quos à temporibus Apoſtolorū variis ſæculis illuſtravit. Horum aliquos referam. Dum S. Bernardus Abbas Clarævallenſis de ſuo Athenæo differens, ait ſe inter quercus & fagos melliſluam ſuam doctrinam ac ſcientiam cœleſtem comparaſſe. Ad illius infuſionem indubiè concurrit B. Virgo, cui ille addictiſſimus erat, cujus uberā ſugere meruit, cujus lacte paſtus eſt. Hujus doctrina quàm profunda, quàm pia, & Eccleſiæ proſpicua ſit non eſt hujus loci cōmemorare. Clariſſimum ſui ſæculi & futurorum jubar Rupertus Abbas, cùm puer tardiore eſſet ingenio; ac labore improbo parum proficeret, ad certi illimam ſapientiæ diuinæ arcam Dei parentem confugit, ante illius imaginem (quæ magnæ veneration omnibus Cœnobitis S. Laurentii propè Leodiū quam adm. R. D. Ogerus Abbas anno hujus ſæculi decimo octavo inſigni opere marmoreo exornavit,) adfuit Religioſo

Ignatius S. Bona ventura

ligioſo juveni benigniſſima Mater multo lumine conſpicua, ac pollicita eſt ipſum tantâ divinarum rerum cognitione donandum, quantâ illis temporibus nemo polleret, monens nè hoc divinæ ſapientiæ conceſſum beneficiū terræ infoderet. Marianæ monitioni ſtrenuè parens ſuſceptam divinitus ſapientiam omnibus ſæculis admirandā ſcriptis mandavit. Ita Fizen in Floribus Eccleſiæ Leod. Accipe ejuſdē Ruperti verba lib. 12. in Matth. ubi hęc Cunoni Abbati ſcribit. *Quamvis ego nonnullos in diſciplinis ſcholaribus Patres, hoc eſt, Magiſtros habuerim, & in libris artium liberalium ſegniter ſtudioſus extiterim, hoc profiteor, quia viſitatio ab altiſſimo melior mihi eſt, quàm decem Patres ejuſmodi, cujus ſub virgâ ſæpè in labris percuſſus nonnunquam etiam toto corpore concuſſus, ſicut auribus tuis fidelibus intimavi cogor ad ſcribendum quidquid monitor ille ſuggerit.* Hermannus Contractus Auctor Cantici *Salve Regina*, (ut teſtatur Platus lib. 2. de bono ſtatu Religionis cap. 32.) cùm ab ineunte ætate omnibus membris eſſet captus, ob quā cauſam nomen Contracti illi impoſitum eſt, ex Comite nobili Monachus effectus, inſtanter oravit B. Virg. ut ab ejuſmodi infirmitate liberaretur. Hæc illi apparuit optionem dans, an mallet ſanus fieri ſed idiota, an ſemper contractus doctus effici; poſtremum elegit, & breui tempore omnium linguarum, & ſcientiarum genera ſibi comparavit. Notum eſt omnibus Albertum Magnum in ſcientiis naturalibus & Theologicis verſatiſſimum, eas non ſtudio & labore, ſed ſigulari beneficio per Beatam Virginem adeptum eſſe. Idem philoſophari licet de S. Thomâ Aquinate, cujus infuſionis augurium colligi poteſt ex chartulâ in quâ ſcriptum erat *Ave Maria*, quam infantulus deglutivit.

Rupert.

TRACTA-

TRACTATVS QVARTVS.

DE MATERNITATE S. ECCLESIÆ ROMANÆ.

PROLOGUS.

CONCEPTO argumento de cõjugio, fœcunditate, & Maternitate S. Eccleſię occurrit Apoſtolus aſſerens eam eſſe liberam, ſterilem & virginem ſeu incorruptam. De ejus libertate hæc ſcribit Galatis cap. 4. v. 26. *Illa autem quæ ſurſum eſt, Ieruſalem, libera eſt.* v. 27. ejuſdem ſterilitatem exprimit his verbis. *Lætare ſterilis quæ non paris.* Tandem virginitatem illius his effert encomiis 2. Corinth cap. 11. v. 1. *Deſponsi enim vos uni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto.* Et ad Epheſ. cap. 5. v. 7. *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro eâ, ut illam ſanctificaret mundans eam lavacro aquæ, ut exhiberet Eccleſiam non habentem maculam aut rugam, ſed ut ſit ſancta & immaculata.* Si libera eſt, quomodò conjugata, quomodò ſponſa? Si ſterilis, quomodo fœcunda? Si Mater, quomodo virgo? Quamvis nupta ſit Chriſto, & Chriſtum ſponſum habeat, tamen dicitur libera nõ libertate civili excludente ſervitutem ſervilem mancipiorum. Quot enim ſancti fuerunt libertate potiti, licet in carceres tetricos detruſi, & perpetuæ regum infidelium tyrannidi mancipati, quâ libertate potiti ſunt? morali, quæ foras expellit ſervitutem libidinum, & rerum adverſarum metum. Vel potiti ſunt libertate ſpirituali, quæ per charitatem perfectam omni timore carentẽ formatur; Per quam Deo ſervimus in ſpiritu & veritate, ſeu amore ac reverentiâ filiali. Vel denique potiti libertate cœleſti, quæ hic non quidem actu excludit omnẽ corporis & animæ ſervitutem, ſeu omnem ærumnam animæ & corporis, ſed ſpe ac voto illam de facto poſt reſurrectionẽ adeptura eſt. Tali libertate morali, ſpirituali & cœleſti gaudet Eccleſia. Eadem Eccleſia ex gentibus vocata & collecta dicitur ſterilis, quia ante vocationẽ erat deſerta à Deo & lege, ac fide privatâ; ex quo per fidem Chriſto conjuncta eſt, quaſi altera Sara fœcundiſſima effecta eſt, plurimosque ſponſo Chriſto ſpirituales filios peperit: Nam omnes gentes credentes in Chriſtum, recepit in ſinum ſuum. Audi S. Hieronymum in cap. 4. epiſt. ad Galatas. *Eccleſia diu ſterilis non peperit antequam Chriſtus de Virgine naſceretur: ſed cùm Chriſtum quaſi Iſaac, ideſt riſum mundo peperit de Abrahamò, ideſt electo Patre cùm voce ſublimium dogmatum reſonante, proles plurimas Deo peperit.* Ibi S. Hieronymus deducit Abraham ex Hebr. ab har hamon, quod idem eſt

Galat. c. 4. v. 26.

2 Cor. c. 11. v. 1.

Epheſ. c. 5. v. 27.

Hieron.

Crucis mysterium ad salutem necessaria. Si enim Christus pro nobis mortuus non fuisset, humanum genus sub miserrimâ dæmonis, & peccati captivitate ac jugo periisset; nam absque Baptismatis Sacramento nemo salvari potest. D. Augustinus. *Satis ista duo Ecclesiæ, & amica, & necessaria esse cognoscimus, ideſt lignum & aquam. Denique sic*
Psal. 1. *scriptum est Psalmo* 1. *Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum. Nam ligno Crucis mysterium, in aquâ ostenditur Baptismatis Sacramentum. Exierat ergò ut colligeret duo ligna.* Expende illa verba, *Satis ista duo Ecclesiæ & amica & necessaria esse:* Ideſt fidelibus; itaut absque Passione Christi, & Sacramento Baptismatis (quod à meritis Christi passi suam virtutem accipit) nemo salvari queat. Quod etiam salutem nemo consequi possit nisi credat in Sacramento Euchatistiæ esse verum Corpus Christi, & illud dignè recipiat, prius mortificatis per pœnitentiam peccatis, audi eundem Sanctum Augustinum citatum. Sic enim viduam introducit respondentem Eliæ petenti paululùm aquæ in vase, & modicum panis *Vivit Dominus, quia non habeo nisi pugillum farinæ, & modicum olei in vase; & ecce ego exeo, ut colligam duo ligna, & faciam mihi cibum, & filio meo, & manducabimus, & moriemur. Sicut ergò supradixi vidua illa typũ habebat Ecclesiæ; filius viduæ figuram gerebat populi Christiani. Veniente ergò Eliâ exiit vidua colligere duo ligna. Videte fratres, quia non dixit tria, nec quatuor, nec unum tantummodò lignum, sed duo ligna colligere voluit. Ideò duo ligna colligebat, quia in typo Eliæ Christum accipiebat. Duo ligna volebat colligere, quia Crucis mysterium desiderabat agnoscere. Crux enim Domini Salvatoris duobus lignis apta est: ideò duo ligna colligebat vidua illa; quia in illum, qui in duobus lignis pependit creditura erat Ecclesia. Dixit ergò vidua illa colligo duo ligna, ut faciam cibum mihi & filio meo, & manducabimus, & moriemur. Verum est fratres charissimi, nemo in Christum Crucifixum credere meretur, nisi huic sæculo moriatur. Nam quicumque Corpus Christi dignè manducare voluerit, necesse est ut moriatur præteritis & vivat futuris. Vidua ergò illa (sicut diximus) Ecclesiam figurabat, filius viduæ typum Gentilis populi præferebat; filius viduæ defunctus jacebat, quia & filius Ecclesiæ. Ideſt populus gentium multis peccatis & criminibus mortuus est.* Idem subscribit Eucherius in libros Regum, quos aliqui falsò illi asscriptos contendunt.

Tamen paulò aliter panem & aquam explicat Eucherius licet satis oportunè ad rem nostram. *Aqua in vase fides accipienda est cordis, quâ creditur ad iustitiam: buccella verò panis in manu, misericordiæ intelligendum est opus: fides quoque & opera vinculo sibi quodam indissolubili connectuntur. Ubi enim una defuerit, altera penitùs non*
Iacob. 2. *stabit: quia (ut Jacobus Apostolus ait cap.* 1.) *Fides sine operibus mortua est & opera sine fide inania redduntur & frivola. Ecclesia verò in typo illius mulieris viduæ iuxta Domini præceptum ad asserendum eidem aquã pergendo, quodammodò fidem sui cordis præparatum ostendit Domino.* Infra, *Ibi tamen farina, oleumq; ore Prophetico benedicitur, ideſt fructus & hilaritas charitatis, sine gratiâ Corporis Dominici & chrismatis unctio indefectivo verbi cælestis munere fœcundatur, &c.* Ex quibus concludo à solâ viduâ Sareptanâ, ideſt à solâ Ecclesiâ Catholicâ colligi fidem in Christi Passionem, susscipi Sacramentum Baptismatis, Eucharistiæ, Confirmationis, actus Fidei cum operibus legitimè exerceri; & consequenter in eâ solâ esse salutem, & extra eam nullam salutem esse, ut alibi fusius videbitur.

II. Euch.

CAPUT SECUNDUM.

Ecclesia ideò Fidelium Mater dicitur, quia eos parit.

I. EADEM ratione Maternitas Ecclesiæ astrui potest quo naturalis viduæ Sareptanæ. Sicut enim hæc mater naturalis talis dicitur à fœtu ex propriis visceribus edito; sic Ecclesia omnium fidelium mater nuncupatur; quia eos omnes parit, non mundo, sed Cœlo; sed Deo Patri per Baptismum. S. Augustinus lib. 2. cap. 1. de symbolo ad Catechumenos. *Ante Baptismum enim quantumcumque in Christum credentes concepti quidem sunt in utero sanctæ Matris Ecclesiæ per Signum Crucis.* Ideſt per benedictionem datam, sed necdum in lucem editi, necdum filii Dei, necdum hæreditatis

August. lib. 2. de symbolo cap. 1.

Tract. 12 in Joan. ditatis æternæ capaces sunt. Idem tractatu 12. in Joannem. *Si propter hæreditatem patris hominis temporalem nascitur ex visceribus matris carnalis, propter hæreditatem Patris Dei sempiternam nascuntur ex visceribus Ecclesiæ. Generat enim Deus de Ecclesiâ filios &c.* Ratio hujus est, quia Baptismus, & alia omnia Sacramenta sunt propria Ecclesiæ tanquam uterus Sponsæ & conjugis Christi. Quod ex eo patet, quia Ecclesia Sponsa Christi, & Mater omnium viventium facta est, eò momento, quo virtus Sacramentis cœpit communicari. Idem S. Augustinus lib. 15. cap. 16 de civitate Dei, & tractatu 15. in Joannem. *Quando* (inquit) *videlicet latus Crucifixi lanceâ perfossum est, inde enim Sacramenta manarunt, quibus credentes initiantur.* Tunc nuptiæ factæ, seu celebratum matrimonium inter Christum & Ecclesiam. Idem S. Augustinus enarratione in psalm. 127. alludens ad formationem Evæ. *Viro dormiente Eva facta est, moriente Christo Ecclesia facta est. Et illa de latere viri cum costâ detracta est, & ista de latere viri, quando latus lanceâ percussum est, & Sacramenta profluxerunt:* Et infra. *Mater quomodo? nisi quia Christus est in Christianis quos Christianos quotidie parit Ecclesia. Ergo in quibus intelligis, conjugem in illis matrem, in illis filios.* Quod autem soli filii Ecclesiæ panem, aquam, oleum suscipere possint idest Baptismum, Eucharistiam, Confirmationem, suscipere queant ex hâc Theologorum doctrina colligo, quod nequeant confici Sacramenta, nisi cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia. Quæ veritas tam certa est ut si Hæretici, Pagani, & alii hostes Ecclesiæ cum hâc intentione conferant Sacramenta, erunt valida filiosque Ecclesiæ generabunt. D. Thomas 3. p. q. 64. art. 8. *Oportet ut minister se subjiciat principali agenti per intentionem, quâ intendat id facere, quod facit Christus in Ecclesiâ.* Idem docent omnes Theologi. Licet igitur ministri sint extra Ecclesiam, tamen virtute illius intentionis per illam pariunt quasi per Christi Sponsam. D. Augustinus probat exemplo Saræ lib. 1. de Baptismo contra Donatistas cap. 15. Quemadmodùm Ismael natus ex ancillâ non fuisset filius legitimus Abrahæ, nisi Saræ voluntas accessisset. Ita baptizati ab hæreticis non censerentur Christiani, nisi cum intentione & voluntate faciendi, quod facit Ecclesia, fuissent regenerati: Nam secundùm eundem S. Augustinum tract. 12 in Joannē. *Ancillæ uterus accommodatus est & Saræ voluntas accessit.* Si ad ministerium mimorum, idest hæreticorum, Paganorum accesserit Ecclesiæ intentio, quæ est uterus Ecclesiæ, cujus semen est Baptismus à Christo institutus; Fit ut si qui baptizentur non ex utero & intentione Christi, spurii & adulterini sint, non filii Dei, non Christiani. Ecclesia ergò Mater fidelium nuncupatur, quia verè eos generat, seu in filios adoptat per Sacramenta. Undè differt à Synagoga, quæ Mater dicta non est, quia non filios, sed servos produxit, juxta illud ad Rom. cap. 8. v 15. *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba Pater.* S. Anselmus ibi: *Non enim accepistis spiritum servitutis sed filiationis, sicut olim in lege. Non est vobis iterum spiritus iste servitutis, sed libertatis. Idem enim est spiritus legis & Evangelii, sed propter diversa opera dissimiliter appellatus Judæis fuit spiritus servitutis, sed Christianis est spiritus libertatis &c. Eodem spiritu, idest digito Dei, de quo lex in tabulis lapideis scripta est, timor incussus est eis, qui gratiam nondum intelligebant, ut de suâ infirmitate, atque peccatis per legem convincerentur, & lex illis fieret pædagogus, quo perducerentur ad gratiam, quæ est in fide Christi. Et timor ille servilis erat, quia per eum non tam justitia diligebatur, quàm pœna timebatur.* Dum ait nos clamare: *Abba Pater.* Innuit nos pariter Ecclesiam nomine Matris debere nuncupare. Idem nomē Matris Ecclesiæ tribuit S. Augustinus sermone 2. Dominicæ quintæ post Trinitatem, explicans historiam mulieris Sunamitidis sterilis, lib. 4. Reg. cap. 4. *Mulier ista sterilis erat, sed orante Eliseo genuit filium. Sic & Ecclesia antequam Christus veniret sterilis fuit. Et sicut illa orante Eliseo genuit filium, ita & Ecclesia veniente ad se Christo genuit populum Christianum.* Expende illa verba. *Ecclesia genuit populum Christianum.* Quæ denotant in principio generante rationem maternitatis, & in genito seu principiato ratione filiationis

Augustin. l. 15. de civit. c. 6. tract. 15. in Joannem

S. Thom. 3. p. q. 64. a. 8.

Augustin. liber de Baptis. cap. 15.

Rom. 8. 8. v. 15

Anselm.

Augustin.

l. 4. Reg. cap. 4.

S. Thom. filiationis. Nam ex D. Thoma 3. p. q. 32. a. 3. ad. 3. & ad cap. 3. epist. ad Ephesios lect. 4. Almaino in 3. dist. 8. majore dist. 13. q. unicâ. Conimb. lib. 1. de generat. q. 8. a. 1. *Generatio, seu processio viventu à principio vitæ conjuncto, & per cognitionem atque amorem operanti secundùm rationem similitudinis saltem in specie infimâ.* (Quæ mysticæ, seu spirituali generationi Ecclesiæ etiam competit) nomen patris & matris in generantibus; & nomen filii in re genita advehit. Tali nomine Sponsa eam à quâ procedit appellat. Cant. cap. 3. v. 4. *Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* Quid per matrem & genitricem intelligit? quid nomine domus & cubiculi accipit? Per matrem Ecclesiam, quæ per Sacramentorum administrationem & Evangelicã prædicationem homines filiorum Dei numero ascribit, per cubiculum intelligit intimam cum Deo unionem per amorem cœlestium, & rerum terrenarum contemptum factam. Audi S. Gregorium *In domum Matris introducet, quandò in fine Ecclesia per prædicationem in plebem Iudaicam Sacramenta immittet. In cubiculum autem quasi in secretiorem partem domus eam introducet; quia ex eâdem plebe tot plurimos convertet, ut omnes mundi partes Satanam abjiciant, & in intimis cogitationibus soli Deo placere concupiscant. Huiusmodi homines quasi cubiculum facient Spono, quidum à se omnes cupiditates ejiciant, quasi secretum locum in mente Dei componant.* Quibus verbis innuit in fine mundi Ecclesiam ministerio S. Eliæ plebi Judaicæ Sacramenta ministraturam, sicut in primitivâ Ecclesiâ Judæos & Gentiles Sacramentorum & verbi divini administratione ad fidem cõvertit, ac Ecclesias seu Diœcesis, & diversos Status fundavit. Dionysius. *Donec introducã in domum Matris meæ &c. Idest ad particulares Ecclesias, reformando eas per auxilium Sponsi, quæ sunt domus & congregationes Matris meæ. Idest filiæ ortæ ex primitivâ Ecclesiâ, quæ est Mater, & Genitrix mea: quia prior me tempore, & ex eâ gratiam & doctrinam suscepi. Cubiculi autem sunt diversi status, & gradus ordinesq; credentium. Undè & dicitur in Psalmo 4. Quæ dicitis in cordibus vestris in cubilibus vestris compungimini.* Ecclesia non tantùm Genitrix, sed etiam Mater vocatur. 1.° Ob intentionem quam in administratione Sacramentorum adhibere debet, ut docent Theologi 3. p. q 64. a. 8. & in 4 dist. 6. Concil. Trid. sess. 6. cap. 1. 2.° Ob amorem, quo universos fideles complectitur.

II. Quomodò Ecclesiã quæ est Filia Christi, ejusdem Sponsa & Mater appellari potest? nihil refert. Anastasius Sinaïta lib. 9 Hexam. *Christus & Genitor, & Vir suæ sponsæ, & Ecclesiæ est.* Idem dubium proponit, & solvit Euthymius in illud psalmi 44. *Audi filia &c.* His verbis. *Quomodo filia sponsa? in Deo sunt utraque, ipse eam regeneravit, & ipse quoque desponsit.* Et consequenter omnium fidelium matrem creat. Illi arridens S. Chrysostomus in illum Psal. *Quomodò filia sponsa? in rebus quidem corporeis hæc non insunt; sed hoc quidem aliud, & illud aliud. in Deo autem insunt utraque: ipse enim & ipsam regeneravit per Baptismum; & ipse quoque eam desponsit.* De hâc regeneratione Ecclesiæ, seu fidelium per Baptismum loquitur Sponsus Cantic. cap. 4. v. 15. *Fons hortorum, Puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano.* Dionysius. *Est Puteus aquarum viventium; idest profunda origo Baptismi ac Sacramenti Confessionis, in quibus cuncta abluuntur peccata; sapientia quoque, gratia, ac virtutes infunduntur, ac reparantur: quæ aquæ dicuntur vivæ, quoniam jugiter fluunt à Sacramentis suas virtutes indeficienter habentibus. Quemadmodùm aquæ vivæ vocantur quæ fluunt ex verâ fontanâ incessante, fœcundâ, & erumpente, dissundenteque rivos, ad distinctionem aquarum, quæ ex pluviis, nivibus, stagnisque manant ad tempus non jugiter.* Vocat media (quibus regeneramur & filii Dei efficimur) aquas vivas, & origines ex quâ scaturiunt, venam, quæ est canalis sanguinis & vitæ. Illi subscribẽs Ghislerius in expositione 2. citati loci docet, quod Baptismus non immeritò *Puteus aquarum viventium* nuncupatur. *Quia vitam gratiæ eidem conferens, ut potè cujus aquæ quæ sunt vivæ, & vitam præbentes vel propter exhibitionem Spiritus sancti, quem post sacramentum Baptismi fidelibus sancta impertit Ecclesia, prout colligitur ex actibus Apostolorum cap. 8. v. 13. Quidùm venissent*

Cant. c. 3. v. 4.

Greg.

Dionys.

Euthymi

Chrysost.

Cant. c. 4. v. 15.

Dionys.

Ghisleri.

nissent Samariam, quæ jam receperat verbum Dei, oraverunt pro ipsis, qui scilicet jam baptizati erant, ut acciperent Spiritum sanctum &c. Cui arridet S. Gregorius. *De Libano* (inquit) *aquæ putes fluunt, quia in Baptismo electi quique donum Spiritus sancti accipiunt.* Paulò aliter Dionysius explicat particulam Libani. *Fluunt quoque de Libano, ideſt de Capite Christo monte altissimo, in quo est gratia capitis derivans ac diffundens in membra; de cujus plenitudine accepimus omnes.*

Gregor.

Dionys.

III. Hanc spiritualem regenerationem per Baptismum oportunè delineat historia Naaman lib. 4 Regum cap. 5. postquam v. 14. *Descendit, & lavit in Iordane septies juxta sermonem viri Dei, restituta est caro ejus, sicut caro pueri parvuli, & mundata est, &c.* Quid per Naaman, per lotionem, per similitudinem carnis puerilis significatur? Naaman vel populum Gentilem, vel animam cujuscumque nostrum denotat, lotio Baptisma, similitudo carnis puerilis effectum baptismatis seu regenerationem spiritualem. Eucherius libr. 4. in libr. Regum, postquam ostendit descensum Naama in Jordanem prænotasse baptismũ Christi in eodem Jordane. Subdit. *Hanc similitudinem in populo Christiano compleri videmus: quia omnes qui baptizantur, sive senex sit, sive juvenis: omnes tamen infantes appellantur: quia per Adam & Evam veteres nascuntur, per Christum & Ecclesiam novi regenerantur. Prima generatio perducit ad mortem, secunda ad vitam. Prima generatio filiæ iræ, secunda generatio vasa misericordiæ. Sicut Apostolus dicit 1. Corinth. cap. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, in Christo omnes vivificabuntur.* Opponit & assimilat generationem carnalem spirituali, ita ut sicut illa filii mortis generantur, sic hac filii gratiæ: sicut illius Adam & Eva dicuntur Pater & Mater, sic hujus Christus & Ecclesia dicuntur Pater & Mater. Quam figurã Eucherius prosequitur. *Quomodo Adam senex septies lavando factus est velut puer, sic populus gentium, cùm esset peccatis veteribus senex, & multis iniquitatum maculis, velut lepra perfusus, per gratiam baptismatis ita renovatur, ut in eo nec originalis, nec actualis peccati lepra remaneat, & qui fuerat criminum ponderibus curvus, ad exemplum Naaman salutari lavacro renovatur ut parvulus, & primâ stolâ induitur. Quicumque in Christo baptizati estis Christum induistis.* Illi subscribens Dionysius *Baptizata gentilitas facta est pura instar corpusculi infantilis, ideſt ab omni labe peccati mundata, & tanquam modò primogenita ad innocentiam est reducta.* Et ante illum Glossa ordinaria. *Lota septies restituta est caro sicut pueri caro: quia mundatus Baptismo per invocationem Spiritus septiformis usque ad innocentis vitæ infantiam redigitur.* Eandem analogiam lotionis Naaman & regenerationis spiritualis per Baptisma fusè & eleganter deducit Sanctus Ambrosius libr. 4. in Lucam.

Eucher.

CAPUT TERTIUM.

Ecclesia Mater est fidelium, ob legitimam Sacramentorum administrationem, & fidem.

I. Ecclesia seu Vidua mystica Sareptana nomine Matris digna est: quia non tantùm nos per Sacramentum veræ adoptionis, quod ipsa sola jure proprio & legitimo dat & possidet, sed etiam per fidem, quam Ecclesia dat non habentibus, & communicat habentibus, ut magis habeant. Id S. Augustinus epist. 23. probat, loquens de parvulis, qui actu credere nequeunt, tamen censentur fideles. *Non solùm propter fidei sacramentum quod accipiunt,* sed etiam ob fidem Matris Ecclesiæ per quam, & in quâ credit regeneratus filius. Idem de adultis, qui cum modicâ spe & nõ satis magnâ spe accedunt, Ecclesia supplet, & communicat de suo. *Hoc enim* (inquit tract. 8. in Joannem) *Verbum fidei tantùm valet in Ecclesia Dei, ut per illum credentem, offerentem, benedicentem, tingentem etiam tantillum mundet infantem, quamvis nondum valentem corde credere ad justitiam, & ore confiteri ad salutem.* Fides ergò mundat infantem, qui non in se credit, sed in Matre Ecclesia. S. Thomas 3. part. quæst. 68. art. 9. ad 1. probat

Augus.

S. Thom.

probat similitudine nativitatis carnalis. *Regeneratio spiritualis, quæ fit per Baptismum, est quodammodo similis nativitati carnali, quantum ad hoc, quod sicut pueri in maternis uteris constituti non per se ipsos nutrimentum accipiunt, sed ex nutrimento matris sustentantur. Ita etiã pueri nondum habentes usum rationis, quasi in utero Matris constituti, non per se ipsos, sed per actum Ecclesiæ salutem suscipiunt. Undè Divus Augustinus lib. 1. de peccatorum meritis & remissione c. 25 circa finem tom. 7. Mater Ecclesia os maternum parvulis præbet, ut sacris mysteriis imbuantur: quia nondum possunt corde proprio credere ad justitiam, ore proprio confiteri ad salutem. Si autem propterea rectè fideles vocantur, quoniam fidem per verba gestantium quodammodo profitentur. Cur etiam non pœnitentes habeantur, cùm per eorundem verba gestantium diabolo, & huic sæculo abrenunciare monstrentur? Et eâdem ratione possunt dici intendentes, non per actum propriæ intentionis cùm ipsi quandoque contranitentur & plorent, sed per actum eorum à quibus offeruntur.* Cajetanus Sancti Thomæ interpres ibi subdit. *Intelligè secundùm accommodationem esse quandam in hoc quod Ecclesia pro parvulis credit, intendit, renunciat, ut quod propriè fit ab adultis secundũ quandam similitudinem fieret à parvulo, non proprio, sed Ecclesiæ ore.* Cajetan. Vide etiam eundem Sanctum Augustinum epist 25. ad Bonifacium, & serm 14 de verbis Apostoli. Et Optatum Milevitanum lib. 2. ad Parmenianum. Ratio D. Augustini est, quia operatione Spiritus sancti viventis in Ecclesia bona unius alteri communicantur, ut patet in susceptoribus. *Quod eorum* (inquit S. Augustinus lib. 3. de peccatorum meritis & remiss.) *justitiæ spiritus responsione suâ trajicit in parvulos fidem, quam voluntate nondum habere potuerunt.* Augusti. Quia autem illi Patrini infideles, vel hypocritæ esse possunt, efficacius & certius præstat Ecclesia; Ut prolixè docet Sanctus Augustinus epist. 23. *Offeruntur parvuli ad percipiendam spiritualem gratiam non tam ab eis, quorum gestantur manibus, quamvis & ab ipsis, si & ipsi boni fideles sunt, quam ab universâ societate sanctorum atque fidelium: ab omnibus namque offerri rectè intelliguntur, quibus placet quod offeruntur, & quorum charitate ad communionem sancti Spiritus admittuntur. Tota hoc ergò Mater Ecclesia (quæ in sanctis est) facit: quia tota omnes, tota singulos parit.* Ecce quomodo Ecclesia est Mater omnium fidelium; ecce quomodo per fidem suam, quasi per nutrimentum proprium maternum suos parvulos de novo generat.

II.

Hæc Ecclesiæ & fidelium generatio per fidem delineata est in nostrâ Eliæ historiâ. Lib. 3. Reg. cap. 19. dixit Deus Eliæ consternato v. 15. *Vade & revertere in viam tuam per desertum in Damascum.* l. 3. Reg. cap. 16. v 15. Tostat. Tostatus quæst. 20. ait: quòd Damascus sit civitas Metropolitana, sive caput Syriæ, & ab illâ Reges Syrani nominabantur. Isaïæ c. 7. Ideò præcipit Eliæ transire per desertum, quod erat longius iter, non verò per terram Juda Israel, quia ibi dominabantur Achab & Jezabel, nè ab illis occideretur, vel secundũ Eucherium. *Damascus qui interpretatur sanguinem bibẽs, sive propinans, totius mũdi typũ gerebat, in quo habitatores illius immolãdo dæmonibus filios suos sanguinẽ bibere ac propinare non est ambiguum: sanguis enim pro peccato ac morte ponitur in scripturis: quia non solùm sibi infælices videbantur inferre, sed & suis imitatoribus propinabant.* Eucher. in lib. 4. Reg. Illuc ergò Elias ideſt Christus ad Damascenos mittitur ut & idololatras illos per fidẽ generet. Ut patet ex sequentibus v. 16. *Cùmque perveneris illuc unges Hazael Regem super Syriam, & Iehu filium Namsi unges Regem super Israel, Eliseum autem filium Saphat, qui est de Abelmeula unges Prophetam pro te.* Eucherius ait quod *Azael interpretatur Dei factura: opus enim Dei fuit, ut obdurato Israële, & signis atque virtutibus Domini penitus nequaquam credente, nationum populi cum omni mentis alacritate crederent in Christum.* Expende hæc ultima verba: *Crederent in Christum.* Ideſt Christi familiæ per fidem aggregarentur, seu aggenerarentur. Quod consequenter confirmat per aliam interpretationem, tamen nostro proposito congruam. *Sive aliter factura Dei, ideſt imago Dei per fidem Christi gentibus restituta nulli poterit esse dubium: nam ut in Iacob & Esau figura præcesserat majoris quondam filii primatus ac*

benedictio ad minorem fratrem translata etiam in istis, Azaele videlicet & Iehu divinâ dispensatione intelligimus geri ut gentium populus, qui fuerat junior per Azaelem præponatur in personâ Iehu primogenito, ut scriptum est Israëli: & juxta scripturæ testimonium; Populus, qui erat in capite propter prævaricationes assiduas, & piaculum, quod intulit Domino factus in cauda est, translatoq; ab eodem regno, ut Dominus fuerat protestatus datum est gentium populo Dei voluntatem videlicet exequenti. Per illa verba. *Imago Dei per fidem Christi gentibus restituta.* Dicere videtur, quemadmodum Verbum æternum dicitur genitum; & filius, quia procedit ut imago Patris secundùm nonnullos Theologos. Sic gentes dicuntur generari & filii Dei adoptivi, quia per fidem vivam divina imago in hominum mentibus exprimitur.

III. Idem probat ad v. 18. *Derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt curvata ante Baal.* Quibus Eucherius subjungit. *Relinquã ad futurum tempus pertinere intelligi voluit, quod in Domini adventu constat fuisse expletum, de illis pro certo extitisse intelligendum, qui ex omni Israele per Apostolos Christi fidem susceperunt, & septiformi gratiâ Spiritus sancti uncti sunt.* Quasi diceret, non tantùm ex natione quę sub cœlo est ad Apostolorũ prædicationem Gentiles conversi sunt ad Deum, & in familiam Ecclesiæ assumpti, sed etiam ex omni Israele nonnulli eandẽ Christi fidem susceperunt. Non minus clarè illam nativitatem spiritualem per fidem exprimit, seu delineat his verbis. *Elisęum filium Saphat qui est de Abelmeula unges Prophetam pro te.* Quæ sic intelligit Eucherius. *Elisęus interpretatur Dei mei salus: Saphat autem judicans, Abelmeula verò luctus. Parturiens enim Dei filius, qui est vera fidelium salus (cui omne judicium tradidit Pater, in quo judicio impiis & incredulis erit luctus parturiens gehennæ videlicet cruciatus, quia in substantiæ suæ splẽdore, atque virtute non poterat ab hominibus contemplari ex Deitate, ut Apostolus ait se exinaniens majestate) in Elisęi præfiguratione servi dignatus est suscipere formam, qui verus homo ex Virginis utero procreatus, sanctoque Spiritu est unctus.* Seu potius dicendum est, quod Elisęus, ideſt Christus Salvator noster pariet, effusione lacrymarum, & cruoris sui populum Christianum, qui cum non posset divinam substantiam intuitivè contemplari, illam in humanitate assumptâ latere crederet, & credendo fide vivâ Ecclesiæ affiliaretur. Quam mirabilem generationẽ S. Epiphanius & Isidorus aiunt fuisse ab idolis ipsis præcognitam. *Epiphan. Isidorus.* Cùm enim Elisęus esset oriundus, fertur in ejus ortu mugiisse unum è vitulis aureis, quos conflavit Jeroboam, & illius mugitum auditum fuisse Hierosolymis, ex coque sacerdotem quendam prudentem conjectasse eo die aliquem esse natum, qui futurus esset sculptilibus umbris atque idolis exterminium, scilicet ab idololatriâ ad veram fidem homines reducendo, quod in adventu Christi contigisse satis liquet.

IV. Id innuisse videtur Sapiens, dum Cant. c. 4. v. 15. dicit Ecclesiam sanctam esse instar exuberantis fontis, cujus aquæ sunt sapientia & scientia scripturarum, seu fides: quarum pulchritudo, puritas, & sinceritas in solâ Ecclesiâ reperitur. Juxta illud Proverb. cap. 18. v. 4. *Torrens inundans fons sapientiæ.* Quod si aquæ illæ fluant impetu de Libano, fides etiam de sursum est, juxta illud votum Sapientiæ cap. 9. v. 10. *Mitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ.* Et S. Jacobi placitum cap. 1. v. 17. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est.* S. Cyrillus lib. 4. in Joannem cap. 25. per donum optimum & perfectũ accipit perfectam cognitionem Christi & veritatis, quæ in viâ habetur per fidem infusam à Deo, qui est Pater luminum non tantùm naturalium sed etiam supernaturalium, juxta illud Joannis c. 8. v. 12. *Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris.* Multi interpretes apud Cornelium per lumen vitę accipiunt lumen fidei, sapientiæ & prudentiæ Christianæ, quod nos ducit ad lumen gloriæ, ipsamque beatitudinem. Fides enim est quasi fax, quæ fidelibus in tenebris errorum & vitiorum hujus mundi ambulantibus prælucet, ut videant verum iter virtutis, per quod inoffenso

Cant. c. 4. v. 15. *Proverb 18. v 4.* *Sap. c. 9. v. 10.* *Iacob. 1. v. 17.* *Cyrillus* *Cornel.*

Digitized by Google

offenso pede contendant in Cœlum ad fælicitatem æternam. Quibus arridens
Cyrillus S. Cyrillus. *Qui sequitur me* (inquit) *vitæ lucem lucrabitur, ideſt eorum, quæ in me sunt mysteriorum revelationem, ipsam in æternam vitam potentem deducere.* Vocat autem fidem *lumen vitæ*, seu lumen vivificans. *Fides enim* (inquit
Cornel. Cornelius) *cum Dei gratiâ & charitate conjuncta est lumen divinum & supernaturale, quod animam vivificat, eique vitam gratiæ hic aspirat, & in cælo vitam gloriæ aspirabit.* Quibus favens S. Dionisius de divinis nominibus cap. 4. *Omne datum optimum, &c. Itaque appellatio Iesu, qui lux est Patris, quæ vera est, quæ omnem hominem in hunc mundum venientem illuminat, cujus benignitate nobis ad Patrem lucis auctorem aditus patuit, ad illustrationes sanctarum scripturarum veniamus, cœlestiumque mentium, atque naturarum hierarchias consideremus lumenq; illud primigenium.*
Ghisler. Ghislerius exposit. 2 capitis 4, v. 15. Cant. docet illam infusionē fidei vivificantis fideles, seu Ecclesiam exprimi per illud Ecclesiastici cap. 24. *Ego quasi trames aquæ immensæ de fluvio, ego quasi fluvius diorix, & sicut aquæductus exivi de Paradiso.* Quibus Ghislerius subdit. *Hic significatur istiusmodi aquas è cælo defluentes in Ecclesiâ tanquam in puteo recipi.* Et paulò post. *Et quasi fluvius dorix ideſt fossa. Et ut id quoque esset perspicuum, quod eadem aquæ sapientiæ fontem hortorum ipsam constituunt Ecclesiam, aptè eandemmet sapientia hoc explicans, post relata verba subjicit illicò v. 24. Dixi rigabo hortum meum plantationum, & inebriabo prati mei fructum.* plura ibi. Idem Ghislerius confirmat ad illa verba sapientiæ cap. 7. v. 9. *Proposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius:* Quibus subjicit. *Præclara sapientia divinorum, ob quam adeò pulchra est Ecclesia & aquæ & lucis metaphora exprimitur in sacris litteris, quoniam in eâ quæ apud Deum summa omnium est sapientia, hisce ipsis ambabus metaphoris simul junctis significatur in eo Psalm. in quo dicitur 35. v. 10. Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumē: ut ex hoc intelligeremus primò tunc tantummodo bonam esse sapientiam divinorum cùm clara instar lampadarum extiterit, quæ claritate suâ lucem æmulatur cùm nihil admiscerí potest rei cujuspiam quæ lux non sit. Secundò nihil esse ipsâ sapientiâ velocius, nihilvè veloci cursu adæquari ei posse, sicuti nec aquis, quæ impetu fluunt, nec luci, quæ totum permeat orbem. Hinc est, quod & in hoc loco dum aquis comparatur iis comparatur aquis, quæ impetu fluunt ex alto, & ipsamet sapientia de seſe in libro Ecclesiastici ait v. 44. doctrinam meam quasi antelucanum illumino omnibus & enarrabo illam usque ad longinquum, ideſt tam veloci cursu in longinquum omnibus doctrinam meam impertio, quam veloci diluculum in universum nostrum se diffundit Orizontem, cujus diffusionis tanta est velocitas ut Philosophi quidam existimarint illam esse momentaneam &c.* Quid velocius fide, quæ tam brevi tempore per totum mundum disseminata est, non tantùm tempore Apostolorum, sed etiam nostro ævo per S. Xaverium in Indiis aliosque & in fine per S. Eliam.

V. Huc accedit Apostolus Romanis scribens cap. 1. v. 17. *Iustus* (inquit) *ex fide vivit.* Et Galatis de se ipso loquens. *Vivo* (inquit) *autem, iam non ego, vivit verò in me Christus. Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo filii Dei, qui dilexit me, & tradidit seipsum pro me.* Cornelius in cap 1. ad Romanos. *Quasi dicat vita gratiæ, quâ vivit iustus primò accipit à fide sola, secundò crescit & perficitur à fide, licet non solâ, sed crescente ad fidem vivam gratiæ & charitatis per observationem mandatorum, ut ea facias, quæ fides iubet. Nam alioqui implicat vivere sine vita, aut fide vivâ. Sicut ergo dicitur Proverb. cap. 4. v. 13. Quod ex corde vita procedit, ideſt quod homo ex corde vivit, & vitam hauriat, quia scilicet cor est radix vitæ, estq; in homine primum vivens, & ultimum moriens, per hoc tamen non excluduntur cerebrum, pulmo, iecur, stomachus, &c. quin etiam ex iis quoque vivat, & vitam hauriat homo. Ita pariter dicitur quod justus ex fide vivat, quia fides initium, radix, & quasi cor vitæ spiritualis gratiæ: per hoc tamen non excluditur spes, charitas, aliæq; virtutes, quin ex iis quoque vivat iustus.* Et canone 2. & 3. ostendit hunc textum Apostoli nullo modo favere Hæreticis modernis. *Quia* (inquit) *Paulus fidem Christi apponit non charitati, sed legi, ideſt gratiam opponit naturæ; Christum Mosi, sive opera facta viribus gratiæ Christi per dictamen fidei*
Rom. c. 6. v. 17. *Galat. c. 2. v. 20.*
Cornel.

opponit operibus, quæ fiunt viribus naturæ per dictamen legis naturalis, vel Mosaicæ. Sanctus Paulus enim totus in eo est, ut Christum inculcet, docentq; eum vivum esse hominem per mortem in cruce Redemptorem, & talem ab omnibus credi oportere, ab eoq;, non autem à Moyse, à naturâ, omnia, quæ salutis sunt, expectanda esse qualia sunt gratia, & opera ex gratiâ facta, Sacramenta, & præcepta legis evangelicæ. Hoc enim tunc orbi novum erat & incredibile. Dicit idem Interpres esse omnium Patrum mentem: quod Canone tertio iterùm probat fusius. *Huic* (inquit) *rursum sub fide, non solùm fidem, ut Hæretici, sed spem, charitatem, omnemq; gratiam à Christo manantem, quasi ramos in suâ radice & causa complectitur. Ita Concilium Trident. Sess. 6. cap. 8. & patet Rom. c. 12. v. 3. & c. 13. v. ult. 2. Thessal. c. 1. v. 11. Ubi sic impleat Deus omnem voluntatem bonitatis & opus fidei in virtute. Quis non videt hic Apostolũ præter fidem opus fidei requirere? Ergò rectè dicit, quod fides nos iustificet non sola. Uti Lutherus addidit, & pervertit, quod absit, ut sentiret vas electionis ait S. Augustinus lib. de gratiâ, & liberò arbitrio cap. 7. sed sicuti dicimus, hæc arbor me aluit, scilicet cum pomis & fructibus suis: hic medicus me sanavit, scilicet per pharmaca, dictum, & exercitia, à se præscripta, quibus sanatus sum, &c.* Fides non tantùm justum, seu privatã aliquam personam generat, vivificat, & crescere facit: sed etiam Ecclesiam Romanam. Id eleganter deducit Sanctus Chrysostomus homil. 2. in epist. ad Romanos. Ad illa verba Apostoli cap. 1. v. 8. *Quod fides vestra annuntiatur in universo mundo.* Quibus subdit. *Quid? omnis nè terra Romanorum fidem audivit? omnis ex illo, ac nihil non verisimile. Neque enim obscura & ignobilis urbs erat. Verum tanquam in fastigio quodam sita undequaque illustris. Mihi ipse porrò considera Prædicationis Evangelicæ vim, ut brevi tempore Publicanorum ac Piscatorum opera in ipsum urbiũ caput invaserit, ut homines Syri Romanis præceptores atque institutores extiterũt. Duo igitur merita ipsis testificatur, & quod crediderunt, & quod cum fiducia crediderunt, & quidẽ tantâ, ut quæ de illis fama circumferretur omnem terrarum orbem occuparet. Vestra enim (inquit) fides annuntiatur in toto mundo. Fides, inquam, non verborum conflictus, neque mutuæ disputationes, neque Syllogismi, quanquam multa inibi erant, quæ obstare poterant nè Evangelii doctrina reciperetur. Etenim nuper orbis primatum adepti fastu multo turgebant in divitiis ac deliciis vitam agentes; Evangelium autem ipsum piscatores Iudæi ferebant, & quidem ex Iudæis, gente, quam omnes oderant, atque abominabantur, cùm & Crucifixum adorari jubebant, eumque in Iudæa eductum, iam & unà cum ipso dogmate duram vitam agentem præscribebant Magistri hominibus, &c. Addo quod qui hæc nuntiabant, pauperes erant & privati, ignobiles & ex parentibus ignobilibus orti, sed tamen nihil horum sermonis Evangelici cursum impedivit, &c.* Plura ibi.

Chrysost.

CAPUT QUARTUM.

Ecclesia Mater est fidelium, quia eos lactat.

QUod si officium Matris est Sareptani filii, non tantùm parere prolem, sed etiam in lucem editam lactare & nutrire: ut patet ex ejus verbis ad Eliam lib. 3. Reg. cap. 17. v. 13. *Et faciam illud mihi & filio meo ut comedamus.* Sic qui sunt parvuli in fide debent ab Ecclesiâ matre suâ nutriri. Qui sunt illi parvuli? Sunt infirmi & carnales, fragilitate peccantes, & arctiora vitæ præcepta non servantes, vel altiora fidei mysteria non capientes ob intellectus infirmitatem. Utrumque defectum Ecclesia supplet. Nam illos lacte charitatis tolerat, hos autem fidei lacte iterum pascit, donec illos videat capaces solidi cibi. Lac charitatis exhibet dum bonos & malos tolerat contra opinionem Donatistarũ, ut fusè probat S. Augustinus contra Petilianum cap. 2. 9. 12. 28. lib. de unitate Ecclesiæ cap. 13. 15. & 16. contra Donatistas post collationem cap. 4. & 6. S. Cyprianus libr. 4. Epist. 2. contra Novatianos circa finem. S. Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos circa finem. Lac etiam fidei propinat: Nam infirmos ac dubios in fide Ecclesia salubriter docet. Juxta illud Apostoli 1. Corinth. cap. 3. v. 2. *Tanquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis: sed nec*

1.

Augustin.

Cyprian. Hieron.

1. Cor. c. 2. v. 3.

nec nunc quidem potestis, adhuc enim
Anselm. *carnales estis.* S. Anselmus. *Non enim aqualiter mente percipitur etiam quod in fide pariter ab utrisque recipitur. Hoc igitur primitus cognitio, quod ea ipsa, quæ simul audiunt spirituales, atque carnales pro suo quisque modo capiunt, illi ut parvuli, isti ut majores, illi ut lactis alimentum, isti ut sibi solidamentum, nulla vi detur esse necessitas ut aliqua decreta doctrinæ taceantur, & abscondantur fidelibus parvulis, dicenda seorsum majoribus, idest intelligentioribus, nisi quod solidus cibus, qui perfectis congruit, parvulis non proficit, dum non capitur ab eis, & ea quæ fortes sublevant, infirmos gravant, &c.*

Dionys. Eodem modo explicat Dionysius. *Tanquam parvulis idest imperfectis in Christo, facilem doctrinam, & tenerum institutionem vobis potum dedi: idest tali doctrinâ vos spiritualiter potavi, & animas vestras rigavi. Non solidum cibum, non profundam sapientiam, non sublimem vitæ perfectionem vobis tradere potui: nondum enim poteratis spiritualiter capere talia, sed necdum quidem potestis carnalibus vitiis subjacentes.*

II. Eandem puerilem infirmitatem ad-
Hebr 5. v. 12. vertens Apostolus in Hebr. c. 5. v. 12. dicebat. *Etenim cum debeatis magistri esse propter tempus, rursum indigetis, ut vos doceamini, quæ sunt elementa exordii sermonum Dei, & facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo.* S. Thomas ibi
S. Thom. lect. 2. lectione 2. *Cùm deberetis esse magistri, scilicet aliorum, propter tempus, quo scilicet audierant legem & Prophetas, Ioannis cap. 5. Scrutamini scripturas, item*
Joan. 5. *Christum ipsum, item Apostolos, & multos ab ipsis conversos. Ioannis c. 14. Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me, rursum indigetis, quasi dicat, magis deberetis docere, quàm doceri, tamen indigetis, ut vos doceamini quæ sint elementa exordii sermonum Dei. Elementa enim dicuntur illa, quæ primò traduntur in grammaticâ, quando ponuntur ad litteras, ista verò sunt ipsæ litteræ. Exordia ergò sermonum Dei, & prima principia, & elementa sunt Articuli Fidei, & Præcepta Decâlogi. Qui ergo diu audivisset in Theologiâ, & illa nesciret, tempus curreret contra ipsum, idcircò indigetis, ut doceamini, quæ sint elementa exordii sermonum Dei, idest prima principia. 2. Timoth. c. 3. Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes.* Isaiæ cap. 65. *Puer centum annorum moritur: Peccator centum annorũ maledictus erit. Deinde cùm dicit, & facti estis, ponit adhuc similitudinem. Sciendum est ergò quod doctrina sacra est sicut cibus animæ. Eccles. c. 25. Cibavit illum pane vitæ, & intellectus. Cap. 34. Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient.* Eccles. cap. 25. *Sacra ergò doctrina est cibus & potus, quia animam potat & satiat. Aliæ enim scientiæ tantùm illuminant intellectum, hæc autem illuminat animam. Psalm. 18. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos: & etiam nutrit & roborat animam: in cibo autem corporali est differentia. Alio enim cibo utuntur pueri, & alio perfecti: pueri enim nutriuntur lacte, quasi tenui & connaturali, & defacili cõvertibili: Sed adulti utuntur cibo solidiori. Sic in sacrâ Scriptura, illi qui de novo incipiunt debent audire levia, quæ sunt quasi lac, sed eruditi debent audire fortiora. Et ideò dicit facti estis, quibus lacte opus sit, scilicet sicut pueri 1. Petri c. 2. Sicut modò geniti infantes rationabile sine dolo lac concupiscite &c. Non solido cibo, idest altâ doctrinâ, quæ est de arcanis, & secretis Dei, quæ confirmant & confortant.* Eandem explicationem habent S. Anselmus, Dionysius, S. Augustinus lib. de moribus Ecclesiæ Catholicæ, quòd scilicet nostra mater Ecclesia erga fideles imbecilliores, & minus capaces sic se gerit elementaribus doctrinis instruens: at verò provectiores, vegetiores, & solidiores in virtute & fide, sublimiori doctrinâ. *Meritò Ecclesia Catholica Mater Christianorum verissima, non solùm Deum castissimè colendum prædicas, sed etiam proximi dilectionem ita complecteris, ut morborum omnium quibus pro peccatis suis animæ ægrotant omnis apud te medicina præpolleat.* (Inquit S. Augustinus.) De hoc verbi Dei & Eucharistiæ pabulo plura alibi. August.

CAPUT

CAPUT QUINTUM.

Ecclesia Maternam suam sanctitatem demonstrat, in eo quod soli salvanturilli, qui in ejus domo manent, & sinu foventur.

I. NEQVEUNT salvari illi qui ex utero S. Matris, viduæ illius Sareptanæ non generantur, in gremio nō manent, ejus lacte vel cibo solidiori doctrinæ non nutriuntur; sed suis cupiditatibus indulgentes prophanas; seu potius diabolicas novercarum adulterarum, hæreticorum, & aliorum antichristianorum escas desiderant. Juxta illud oraculum Apostoli 2. Timoth. cap. 4. v. 3. *Erit enim tempus, cùm sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.* S. Anselmus ibi: *S. Ansel.* *Ad sua desideria complenda acervum sibi congregabunt magistrorum, qui doceant eos ea, quæ desiderant ipsi; pruritum habentes in auribus spiritualiter fornicantibus, sicut quodam pruritu libidinis etiam in carne corrumpitur integritas castitatis. Nam sicut caro quæ prurit, semper vult fricari, sic aures eorum semper cupient audire verba, quæ errores doceant, & ad delectationem illiciant, & fugient audire sermonem veritatis quæ illis erat aspera, quia non mulcebit eos in nequitiis suis, ad fabulas autem convertentur, ut audiant eos, ideſt allocutiones falsas & otiosas. Non solùm ad tales fabulas, quales in theatris recitantur, vel quales à vanis hominibus sapè dicuntur: sed etiam tales quales contra Dominum poterunt fingere &c.* Tales (inquam) sunt abortivi, *Augusſt. in Psal. 47.* spurii; quia (ut docet S. Augustinus in Psalm. 47.) In verâ Ecclesiâ est uterus fidelium, vera doctrina, verus animarum cibus, quo nutriri, sustentari, & vivere possint, non autem in Lutheranorum, Calvinistarum &c, cœtu. Ad illa verba v. 6. *Sicut audivimus ita & vidimus.* Subdit admirando: *O Beata Ecclesia! quodam tempore audisti, quodam tempore vidisti, audivit in promissionibus, videt in exhibitionibus, audivit in Prophetiâ, videt in Evangelio. Omnia enim quæ modò complentur, antea prophetata sunt &c. Et ibi audis? ubi vides? in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri. Ibi audivimus, ibi & vidimus extra illam qui est, nec audit, nec videt. In illa qui est, nec surdus est, nec cæcus est. Sicut audivimus, ita & vidimus, & ubi audis, ubi vides? in Civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri. Deus fundavit eam in æternum. Non insultent hæretici per partes concisi, non se extollant qui dicunt Matthæi cap. 20. Ecce hic est Christus, ecce illic, ad partes inducit. Vnitatem promisit Deus, reges in unum collecti sunt non per schismata.* Expende illa verba. *Extra illam qui est, nec audit, & videt, &c.* Nunquid Hæretici vident, audiunt, comedunt, non enim sunt surdi, cœci, &c? Audiunt quidem, vident, vivunt, comedunt, & bibunt, sed quasi aquam bibunt iniquitatem, sed in viâ Ægypti quasi aquam turbidam. Jerem. cap. 2. At verò surdi sunt, cæci sunt, alienati sunt à veritate. Vates Regius psalm. 57. v. 3. *Alienati sunt à vulvâ, erraverunt ab utero, locuti sunt falsa.* Sanctus Augustinus ibi. *Alienati sunt peccatores à vulvâ. Quid hoc est? Quæramus diligentius, fortasis enim illud dicit, quia Deus præcognovit homines peccatores etiam in uteris Matrum. Nam undè cum adhuc prægnans esset Rebecca, & geminos in utero portaret, dictum est Iacob dilexi, Esau autem odio habui? &c. Peccatores undè alienati? ab ipsâ veritate? à Patriâ beatâ, à vitâ beatâ, &c. Alienati sunt Peccatores à vulvâ, erraverūt à ventre, ideò locuti sunt falsa, quia erraverunt à ventre. In ventre quippè Ecclesiæ veritas manet. Quisquis ab hoc ventre separatus fuerit, necesse est, ut falsa loquatur, qui aut concipi noluit, aut quem conceptum mater excussit. Ipdè Hæretici clamant contra Evangelium, ut de his potius loquamur, quos dolemus excussos.* Expende illud. *Alienati ab ipsâ veritate, à Patriâ beatâ, à vitâ beatâ.* Quasi diceret, qui alienantur ab utero Ecclesiæ, ejus doctrinam audire nolunt, salvari nequeunt, perire debent. Eandem explicationem habet Cassiodorus. *Meritò Peccatores tanquam abortivos ab utero projectos dicit Ecclesia, qui nullâ doctrinæ confirmatione* *Pſal. 57 v. 3.* *Auguſt.* *Caſſiod.*

confirmatione perfecti sunt, sed tanquam teneri pecudis fatuata mollities non ad lucem vitalem, sed in perfidiæ tenebras probantur abjecti. Iustè quippè uterum habere dicitur Ecclesia quæ nos sacro Baptismate perfundit in perpetuam lucem. Sed væ illis, qui immaturi ab ejus uberibus exierunt. Sequitur, erraverunt à ventre, locuti sunt falsa. Erraverunt utique à ventre, qui contraria matri dogmata sunt secuti, nec alvum sanctum piâ devotione venerantur. Ipsi enim & falsa locuti sunt, qui ab ejus sanctis traditionibus erraverunt.

II. Illi ergò sic alienati à sanctâ matre Ecclesiâ, à Deo etiam alienantur. *Nec enim habebit Deum Patrem qui Ecclesiam noluerit habere Matrem.* Non potest ab Eliano miraculoso oleo, & farinâ sustentari si alienetur à domo viduæ Sareptanæ quæ est Materfamilias. Audi S. Cypriannm lib. de unitate Ecclesiæ. *Ecclesia origo una, & una Mater fœcunditatis successibus copiosa; illius fœtu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu ejus animamur. Adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est, & pudica unum dominum novit, unius cubiculi sanctitatē casto pudore custodit. Hæc nos Deo servat, hæc filios regno, quos generavit assignat. Quisquis ab Ecclesiâ segregatus adulteræ jungitur, à promissis Ecclesiæ separatur. Nec perveniet ad Christi præmia qui reliquit Ecclesiam Christi, alienatus est, prophanus est, hostis est: habere jam non potest Deum Patrem, qui Ecclesiam non habet Matrem.* Id probat variis figuris primò Arcæ Noe Genesis cap. 6. extra quam omnes existentes in diluvio perierunt. Sic Hæretici & Infideles extra Ecclesiam perire debent. *Si potuit evadere quisquam qui extra Arcam Noe fuit, & qui extra Ecclesiam foris fuerit, evadet. Monet Dominus Matth. cap. 12. Qui non est mecum, adversum me est, & qui non mecum colligit, spargit: qui pacem Christi & concordiam rumpit, adversus Christum facit. Qui alibi præter Ecclesiam colligit, Christi Ecclesiam spargit. Hanc unitatem qui nō tenet, Dei legem non tenet, non tenet & filii fidem, vitam non tenet & salutem.* Eandem explicationem habet S. Gregorius lib. 32. moral. cap. 6. loquens de aquis diluvii. *Omnes quos extra arcam invenit necavit. Sola est Ecclesia, in quâ superna mysteria veraciter contemplamur & per Ecclesiam salus æterna cunctis fidelibus datur.* Undè eodem cap. 7. Genes. v. 22. dicitur. *Et cuncta in quibus spiraculum vitæ est in terrâ, mortua sunt.* Noster Gaspar à Regibus subdit. *Cuncta scilicet quæ erant extra arcam mortua sunt: sed si extra arcam, id est Ecclesiam, quid mirum si mortem experientur.* Quare caveant Hæretici qui sunt extra Ecclesiam, & eam non tantùm deserunt, sed impugnant, contra eam blasphemias vomunt, ita ut sancta Ecclesia meritò canat Psalm. 128. v. 1. *Sæpe expugnaverunt me à juventute meâ, etenim non potuerunt mihi, supra dorsum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem suam.* Jacobus à Valentiâ ibi. *David memorat longam patientiam Ecclesiæ in longis persecutionibus ab Abel usque ad Christum, & à Christo usque ad judicium, &c. Nam primò memorat longam patientiam ejus in persecutionibus. Secundò, punitionem persequentium; ibi Dominus justus concidet cervices peccatorum. Dicit ergò Ecclesia, & iste homo mysticus: vel dicit David in personâ Ecclesiæ, dicat nunc Israel; sæpè expugnaverunt me infideles, & inimici Dei, & peccatores, & scelerati à juventute meâ. Nam primò à juventute & infantiâ meâ fuit impugnatus in Abel per Cain, ubi incœperunt duæ civitates, scilicet Dei & Diaboli, & Filii Dei, & Filii carnis. Undè Cham impugnavit Noe, & Chaldæi ipsum Abrahã & Ismael ipsum Isaac, & Esau Iacob, & Pharao omnes filios Israel in Ægypto, & Saul David, & reges Ægypti & Babylonis, & Antiochus impugnarunt populum Dei, & Iudæi impugnarunt Christum, & Apostolos, & Tyranni Martyres, & Hæretici Catholicos: & Anti-Christus impugnabit Ecclesiam, ideò dicit sæpè expugnaverunt me à juventute meâ usque ad senium supple.* Videre vis quomodò illi sic alienati à vulvâ, à gremio sanctæ Matris Ecclesiæ perierunt. Innuit v. 4. *Dominus justus concidit cervices peccatorum confundantur & convertuntur retrorsum omnes qui oderunt Sion.* Idem Valentia. *Memorat punitionem finalem impugnatorum Ecclesiæ, dicens: Licet sæpè expugnaverint me, tamen non*

Cyprian.

Genesis cap. 6.

Matth. cap. 12.

Gregor.

Gaspar à Regib.

Psal. 128. v. 1.

Iacobus à Valen.

potuerunt mihi prævalere, imò ipſi delebuntur & punientur: Nam ſicut fuerunt puniti impii & peccatores, qui impugnaverunt populum Dei, in teſtamento veteri; ita punientur impugnatores Eccleſiæ Chriſti, ſcilicet Judæi, Tyranni, & Hæretici, & Anti-Chriſtus: Nam Dominus noſter Jeſus-Chriſtus concidet tanquam juſtus Judex cervices, & ſuperbiam, & poteſtatem eorum, & ſic omnes qui oderunt, & perſecuti ſunt Sion, ideſt Eccleſiam Chriſti, convertantur retrorſum & confundantur in ſuâ pravitate & cæcitate. Quod fusè probat de Judæis qui ſeptem pœnas luerunt, & concludit. *Has eaſdem ſeptem punitiones induxit Deus ſuper Gentiles, & Hæreticos obſtinatos, qui perſecuti ſunt Eccleſiam Dei, & etiam venient ſuper Saracenos, & ſequaces Anti-Chriſti, qui omnes infælicem exitum patientur, & finaliter Eccleſia de omnibus perſecutoribus triumphabit.* Quod deindè confirmat per tunicam inconſutilem, quæ ſciſſâ & diviſa non eſt Joannis cap. 19. *Hoc unitatis Sacramentum, hoc vinculum concordiæ inſeparabiliter coherentis oſtenditur, quando in Evangelio tunica Domini Jeſu-Chriſti non dividitur omninò, nec ſcinditur, ſed ſortientibus de veſte Chriſti, quis potius eam indueret integra veſtis accipitur, & incorrupta, atque individua tunica poſſidetur. Loquitur ac dicit ſcriptura divina. De tunicâ autem quia de ſuperiore parte non conſutilis, ſed per totum textilis fuerat, dixerunt ad invicem. Non ſcindamus illam, ſed ſortiamur de eâ, cujus ſit. Vnitatem illam portabat de ſuperiore parte venientem, ideſt de cœlo, & à patre venientem, quæ ab accipente & poſſidente ſcindi omninò non poterat, ſed totam ſemel, & ſolidam firmitatem inſeparabiliter obtinebat. Poſſidere non poteſt indumentũ Chriſti qui ſcindit, & dividit Eccleſiam Chriſti. Contra denique cum Salomone moriente regnum ejus & populus ſcinderetur, Achias Propheta Ieroboam Regi obvius factus in campo in duodecim ſciſſuras veſtimentum ſuum diſcidit, dicens: Sume tibi decem ſciſſuras, quia hæc dicit Dominus, Ecce ſcindo Regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem ſceptra & duo ſceptra erunt ei propter ſervum meum David, & propter Jeruſalem Civitatem, quam elegi, ut ponam meum thronum illic. Cùm duodecim Tribus Iſrael ſcinderentur, veſtimentum ſuum Achias diſcidit. At verò quia Chriſti populus non poteſt ſcindi, tunica ejus per totum textilis, & coharens, diviſa à poſſidentibus non eſt, individua, copulata, connexa oſtendit populi noſtri, qui Chriſtum induimus concordiam cohærentem ſacramento veſtis & ſigno declaravit Eccleſiæ unitatem. Quis ergò ſic eſt ſceleratus & perfidus; Quis ſic diſcordiæ furore veſanus; ut me credat ſcindi poſſe, aut audeat ſcindere unitatem Dei veſtem Domini, Eccleſiam Chriſti.* Vocat ſceleratos, perfidos, ſcilicet pejores militibus, qui Chriſti tunicam textilem non ſciderunt, & tamen hi illam ſcindere audent: & conſequenter extra tramitem ſalutis ſunt.

Joan. c. 19.

Tertiam figuram deſumit à grege, & paſtore, de quo Chriſtus Joannis cap. 10. *Monet ipſe in Evangelio ſuo & docet, dicens: Et erit unus grex, & unus paſtor. Et eſſe poſſe in uno loco aliquis exiſtimat aut multos paſtores, aut plures greges. Apoſtolus item Paulus* 1. Corinth. cap. 1. *Hanc eandem nobis inſinuans virtutem, obſecrat, & hortatur, dicens: Obſecro (inquit) vos Fratres per nomen Domini noſtri Jeſu-Chriſti, ut id ipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis Schiſmata, ſitis autem compoſiti in eodem ſenſu, & in eâdem ſententiâ*, ideſt verba inſtitutionis Sacramenti Euchariſtiæ, & aliorum myſteriorum, ac articulorum Fidei non detorqueatis in varios ſenſus, non diverſa capita in Eccleſiâ habeatis, ſed unum caput, unum ſponſum Eccleſiæ: alioquin qui verum Eccleſiæ Sponſum in Patrem agnoſcere noluerit, à vulvâ, à gremio Eccleſiæ recedet, & peribit cum iis, qui diverſos paſtores, diverſas Sedes Apoſtolicas; qui diverſas domos ſeu Eccleſias condiderunt. Non his contentus tranſit Sanctus Martyr ad aliam figuram, ſcilicet domum Raab Joſue cap. 2. quæ cum totâ familiâ, & parentelâ

III. Joannis c. 10.

1. Cor. c. 1.

ſuâ

Of Phebus, which that thanne lasted nyght,
With thilke sharpe bemes reed and bryght
That blosmeden in the orient so faire,
Of Phebus, which that shoon so debonaire
That it gladed bothe man and beest,
Of Phebus mighte I telle yow the geest,
How he slow the serpent, Phitho hight,
Lay slayn in the wode, under a tree,
Of which serpent greet wonder was to see,
And eek of Phebus shaftes cruel and kene,
That wroghten hem ful many a day to tene,
Of which serpent Phebus was so wroth
That he hath bought ful deere, er he goth,
The deeth of many a day, ful many a yeere,
As telleth us the fruitful poete deere
Which that I may nat, for my wit is thynne,
Folwe in my tale, for it is with my mynde.
Ovyde amonges othere thynges smale
Hath told the tale, whan he hath kaught a male,
How that the crowe, as white as any snowe,
Which that was tho amonges othere crowe
As is a dowve or any lylie flour,
Hath broght to Phebus mansioun honour
By hire whyting and hire melodye.
Thanne was ther nat a bryddes lyf in Rome
That he ne koude counterfete hire songe,
And make a man to trowe it were a songe
So koude the crowe, and therto koude she speke
Wel and bettre than any man or speke
That ever was yet, sith that the world was newe.
Of al the fowles in the feeldes blewe
Ther nas noon swich, whan hire lyked synge,
Ne noon so cheerful in hire contenynge,
Ne noon so trewe of hire entencioun,
As for to telle a tale of tresoun
To any man that lyved unto his deeth.
For Phebus dooghter was to hym as deere
As ever was to Jupiter Alcmene,
Whil that hire liked dwelle in honestee,
And for hire beautee and hire youthe eek
Phebus hire lemman was, and hire leef eek.
Hire fedde he wel, and clothed also
As any lady in al the contree.
No spare coste he upon hire array.
For which hire was the lasse hevy nor gay
To wayte upon hire lord and kepe his hous,
As any wyf was bothe fer and wous,
And ay, whan he on hire bisyde sholde goon,
This crowe sholde synge bothe eve and noon,
And ay, wher that he wente, by hire he stood,
Til he had alle the tidynges understood
That in the toun was, eyther bad or good,
Or elles that men to his lady stood,
Or what man that hire lady loved best.
Hire thoughte nothyng myghte hire lord arreste
That he nas redy wel and skilfully
To doon hire lust, and that hym leste wel,
For hire desyr was knowen al the toun,
For al the crowe hadde in hire resoun
Hire lady love, and al hire privetee.
And trewely it was greet deyntee
To have a bryd so konnyng and so kynde,
So fressh of hewe, so gaye and so fynde
To telle a tale wel and formally.
Now to the purpos wol I retourne shortly.
Bifel that Phebus wente on a day
To pleyen as he was wont to doon by day,
And in his chambre gladly made hym merie
Whan that he sey his tyme, and with hym bar
His bowe, and eek his arwes brighte and kene.
Out of his hous anon the crowe gan sprynge,
And on a pyne tree, ful of smale twynges,
Sette hire al softe hire lord for to wynne.
And whan she sey hire time, anon she bigynne
This joly song, and wolde hire lord wel plese.
"Plus cha, plus la, plus la, plus la, plus la,
Have no reward of trouthe in no manere
Of wo or joye of hem that ben in heere,
Ne nevere for to doon hem no plesaunce,
But alwey doon hem al the contrarie.
Have me excused of myn entencioun,
For plevne trouthe dwelleth ther nat in toun.
Have me excused, for God, in this matere,
For plevne trouthe is fled out of this toun."
Phebus, which that thoughte upon no tresoun,
Ne hadde no deyntee of the fowles song,
But for al that he sette hym doun and sprong,
And hente his bowe, and bente it and sette an arwe,
And at the crowe he loketh ful narwe,
And shette, and smoot the crowe right to the herte.
And for he was his owene dere herte,
Fro every man he rente his owene deere.
Allas! Phebus, allas! ye han no peere!
Allas! for ire and for wrathe that I synne
Ne yet for thee, but for myne owene kynne,
Why nere I ded? O deere wyf, allas!
O sely Phebus, allas and weylaway!
For thy wyf thee was levere, by hire fey,
Than bothe hire eyen deere, by seint Marie,
Or any tresoure under hevene emforth.
Hire trouthe kepte hire lord, wel and wisly.
Now wol I speke forth of this crowe al newe.
Phebus hath hard his false wyf coniplayne,
And verraylly hath knowe of hire folye
Bothe hire desyr and hire coveityse,
And hire delyt, and al hire wantonnesse,
And hire pleyn wyl, and hire cursednesse,
And shortly, alle that ever she hadde doon.
Hire falsnesse hath she kept from everichon
Hire lord, that is as wys as any man,
And hath hire doon the moste shame that she kan.
Hire thoughte hire resoun nas nat worth a bene,
Ne hire excusyng worth a rake stene,
Ne that hire lord hadde no wit in his heed.
Hire thoughte hire cast was for to been deed.
Hire lord hadde no reward to hire trouthe,
Hire thoughte he was unkynde of hire, and wrooth
Upon no cause, but for his owene game
He wolde assaye and fonde hire corage,
Hire thoughte he dide hire but a jalousye.
Why hath he frayned hire of hire privetee?
What scorneth he hire? What maketh he hym wys?
He hath no neede to aske hire of amys.
Hire thoughte she hadde wel and duly wroght,
Sith alle the harm that she on erthe thoughte
Was for to doon hym ese and for no shame,
And that hire conscience hire bar record,
For she hire body nevere wilfully
Agayn hire lord wolde maken vicious,
Ne nevere hadde wroght hym conscious
Of lyves ende, but evere hadde hire wyl
To love hym best of any creature,
Al were he blak as any wode raven.
What helpeth it hire fro hire deeth to craven?
Hire thoughte that she nas but lost that day.
Hire lord wolde nat fro his ire stay
For any thyng, but slee hire out of hond.
Ther nys no more to seyn, she shal be deed.
Anon she axeth leve to speke hire reed.
She seyde, "I shal a tale telle thee
Of which my lord may have greet wonder,
For he hath reed of many a divers man
Which that can tellen many a sondry thyng.
I am a bryd, and al my lyvyng
I gete with my myrthe and my songe,
And eek my lord hath no defaute in me
But he hath fayre fetheres on his wynges,
And I am blak, wherfore he hateth me.
That is the cause, and noght elles, trewely.
For wel I wiste, or that I hadde myn eye
With hym, he loved me right wel, I trowe,
But now is he bothe my foo and my foo.
Ther is no more to seyn, it is no nay.
But thus bifel, whil that he was away,
His wyf hath leyn by hym al that hire leste,
Hire thoughte hire lyf was wikkedly bireste
That she ne hadde som man hire lyf to lede.
For wel she wiste hire lord wolde nat yede
Hom til the morwe next, or elles two.
Anon she sente hire messager to go
After hire love, and whan he was ycome
She al hire lyf hath hym discured al,
Ful pitously, and seyde hym, outen doute,
Now kan myn housbonde pleyen, syngen, shoute
As wel as Philomene, that can so wynde
And synge, whan that she hath lost hire kynde.
Ther is no bryd that can half so many a note
As he can counterfete, and countrepoynte
The voys of every bryd that men kan fynde,
As any man kan draughte of his mynde.
And what availleth it a man to be
Fair, rich, and yong, and therto hardy,
And wys, and wel biloved, and preised
For every lusty wight, that is avised,
Wol sette hym nat a myte for swich fortune,
Sith fortune may nat laste, but passe soone?
This is to seyn, sith every bryd kan synge,
And fortune faylen wole, it is no nay.
Thus pleyned she a longe tyme, I trowe.
The conclusioun to make short I nowe,
She took hire leve, and hom she gooth ful right
Hire lord to wayte, as lowly as she kouthe,
And ful of bisynesse she was alway.
Anon she gan hire lord to fonde and pray
Of mete and drynke, as any lady may
To hire servaunt, and bad hym be redy
Hire lord to plese, and alle his wyl to doon.
She seyde, "I nevere yet agilte thee
In werk ne thoght, and that knowestow wel,
Or elles deeth I have deserved yvel.
Now, certes, lord, this knowe I myself wel,
Ye shal nat bryngen proof that I am fals.
Wherfore, myn owene lord, and myn emperour,
Bitwixe yow and me, that am yow leef,
Ther shal no jalousye fallen ne greef.
Ne nevere yet ne mente I doon amys
As wolde God I myghte synken adoun
Right now, alyve, in helle, out of this toun,
If I be fals! I am nat of swich fame.
But wel I woot, my lord, by youre name,
That for the love ye han unto my persone
Ye wolde knowe alwey wher so I wende,
And that is wisely doon of yow, my lord,
Ye ben so wys that, knowe I yow record,
Ther lyves noon of wyf ne child ne man
That any thyng dorste doon that yow wan
Wolde displese, but he wiste it wel
That it yow liked, for youre hyeghe wit
Wol nat suffre folye, as I leve.
Ye han eek power us wyves alle to reve
Right of oure lyf, as of oure lyflode,
Whan that yow list, for it stant in youre hode.
Ye han eek power us to chastise
Right with youre word, whan that yow list devise.
Ye looke upon me for I speke with man
Outher at chirche, or elles in the chepe.
Wher so I be, I take kepe right nought
Of daunce, ne of revel, ne of meynee,
Ne wol nat come, but evere laste at hoom.
I am nat wont in no wyse for to goon
Fro hous to hous, although I here and see
Many a wyf, that al hire lyf ne kan
Kepe hire estaat, but evere is out and in.
What recche I of hire fond array and pride?
Youre mooder may go make hire gaye or hide
Hire doghtres, if she have any moore,
Hire nedeth nat my counseil nor my loore.
I am nat taught to be a contrefete,
For myn entente is nat to be a shrewe.
Ne nevere yet agayn youre reste I roughte,
Ne nevere shal, it is right and youre thoght.
What man that yow list fro youre chambre calle,
I do no fors, I take no kepe at alle.
Ye han no reed to seke after my cheere,
For I am alwey redy to cheere yow,
Ye han no cause to chyde ne for to wake,
For I am alwey waker yow to serve.
Ye han no cause to pleyne ne to chide,
For I am alwey redy to abide
Youre lust, youre plesaunce, and youre wyl to kepe.
Ye han no cause to muse ne for to wepe,
Ne han no cause to drynke ne for to feste,
To pleye ne to pynche at my array,
To speke of revel ne of rerd, ne synge,
Ne han no cause to maken no tarying,
Ne han no cause to deeme ne to gape
Upon no man for love ne for jape,
For I ne do nat so, ne kan ne wil.
And yet ther goth a proverbe, lord, ful yvel,
That 'litel janglyng causeth muchel reste.'
I wil nat jangle, for me leste.
I am nat daungerous of myn entente,
Ne nevere yet unto no man I mente
To be, but only unto yow, my lord,
As wolde God myghte be recorded
Right of myn herte, for so wis me speede,
I have yow as myn hertes lyf ay keped,
Or elles deeth my wikked herte stynge.
Ye han commaunded me, and yet, this thynge,
That no man sholde entre in youre hous,
Which commaundement, lord, was resonable
And honeste, and myself bad hem right so
Whan ye yow pleyned of hire rumblynge
And of hire norysshynge at youre gate.
Me thynketh, lord, that it is for the beste
That no man have entree in youre hous,
Whil ye ben out, that wot I right wel.
Youre wyf is wys, what nede is it to telle?
Ye, or hire wenche, ye, or hire knave?
Me thynketh, lord, that they ben wel to blame
That wolde lette yow youre lust to take
Of any thyng that myghte yow lyke or plese.
If I were man, and wolde have wyves mo,
Me thynketh they sholde be alle at myn heeste,
Right as the flour, or lylie, is to the sighte,
Right so is mete to hym that hath an appetyt.
A wyf kan nothyng konne by hire lyf
That hire housbonde lyketh, as I leve.
Ye shal nat nede for to enquere or preve
Amonges folk of myn honestee,
Ne nedeth nat my wit to be publyssed,
I have a lord, the whiche that, dar I seye,
Is wys enough, and wot ful wel, parfay,
That I am clene of werk, and eek of thoght,
And wolde his honour myghte be ykept.
I am his owene wyf, good is me woot,
And he my spouse, right of his gentillesse,
As for to doon me ese and hym plesaunce
Is alle my lust, and nat for no mystrust
Of his power, for fayn wolde I nat doon
That myghte hym lette of any thyng to doon.
Ne nevere yet to me ne kam I wolde
Countrepleten hym, but evere hym honoure
And holden hym a lord of greet honour.
To love hym best God wot it is myn entente.
Ne nevere yet no thyng ne hym repente
Of nothyng that he hath doon unto me.
I have to doon ful wel myself, parde,
Me nedeth nat to doon no thyng but pleye.
For trewely me thynketh, myn herte pleye,
Whan that I se my lord domesse hym leye
Upon his bed, for than wol I nat lette
To synge or daunce, or maken merie chiere,
For whan he list to slepe or for to pleye,
Go walke or ryde, or hunte or outher pleye,
Or whan he list to lete blood and fleme,
Or drynke wyn to dryve away the fleme,
Or drynke wyn to dryve away the drye,
Nought for I love no wyn, but moste hym plese,
Or elles for to lete his wyl have place.
Me lyketh wel youre straunge array alway,
As for to hange a mirour on youre sydes,
But if yow list, what thyng may yow displese?
If I wolde pynche at youre array,
Or clothes, or maken me for to queynte,
Or dide aught that to wommen hath usaunce,
Yet were it right and skile, as I yow telle,
Sith that ye be so fressh and broght and gaye,
And I right fayr and yong, and wel arrayed,
Bet than ye, or elles nere myn heed,
Yet wolde I lyven in chastitee for drede
Of yow, my lord, for love and for honour,
For myne estaat, and for my name bright.
I wil nat doon no lecherye ne synne.
Now, sire, of olde folk men wel knowe this,
That lyknesses ben betwixe two thynges,
Or elles no man myghte in no wyse
Lyken two thynges togidres, as wise
Clerkes knowe wel by auctoritee,
Swich as this ook is lyk unto a tree,
And this ook and this tree ben bothe two
Lyk for they ben bothe two of o kynde,
And alle othere thynges therafter.
Now, sire, ye wyf and I, and every wyf,
Is of hire kynde lyk unto hire make,
And I am wyf, and therfore, sire, I take
Myself for ensample of alle wommankynde.
Ye han oon thyng amonges othere thynges
That nys nat good, ye wot youreself ful wel,
That is to seyn, ye wolde no wyf were fel,
Ne jalous, for she wolde hire love to plese,
And ye ne wolde nat that she were lyk a bees,
That wolde hire love shamen in no wyse.
Now, sire, thanne have ye a thyng devyse
Wherby to lete me have no jalousye,
For certes, sire, though that I nevere mo
Wente out my gate, but right unto the mees,
As doon thise wyves that kan hem nothyng leere,
But pleyen at the ches and at the tables
Right in myn owene chambre, at my large,
And evere myghte synge bothe wel and clere,
And nevere myghte ne drynke ne ete,
Ne myghte me clothe warmer ne fairer
Than myghte a mayde that went to scole,
Ne myghte be fairer than I, bothe two
Or three, or foure, ye knowen wel youreself,
Sith alle thise thynges mowe nat faille so,
What sholde it helpe me for to be kept?
Though ye sitte at hoom, and kepe wel youre gate,
Ful fayr and wel, and kepe youre wyf ful narwe,
It may nat helpen yow, by God, an hayr.
For alle thise wyves that I spak of erst
That holden kepe, and eek noon of the werste,
Hem thynketh hire desyr so sharpe and kene
That alle men hem wolden have at ones,
They wolden alle oure bodyes have at ones.
For we han swich a lykerous appetyt
To have diversitee, and change of flesh,
That us had levere have oon of fyve or sixe
Than ones with oon man medled be.
Now have I myn entente unto yow wreke.
Yet is ther more in this than I have spoke,
For sith ye han me of my trouthe ytake,
For bet or wers, sith that I am youre wyf,
Me thynketh a part of wyfly heritage
Ought unto me be graunted of curage,
For which, my lord, now wolde I fayn debate
A certein point, if that I dorste or myghte.
Now, sire, now wol ye se wher I am good,
Now wol ye se wher I have set my peyne,
Now wol ye proven outrely that I leye,
Now wol ye se wher I am trewe and lele,
Now wol ye se wher I kan me apply
To thynges which that yow liken and plese.
Now, sire, now wol ye se my trouthe in deede,
Now wol ye se wher I have set my wyt,
Now wol ye se wher men may proven yow
Fro vice to vertu for to drawe a man,
Now wol ye se wher men may knowe a fool,
Now wol ye se wher men may fynde a trewe man.
Now, sire, now wol ye se wher I am meke,
Now wol ye se wher I kan been a mayde,
Now wol ye se wher I kan been secree,
Now wol ye se wher I kan been a wyf,
Now wol ye se wher I kan been a fayre,
Now wol ye se wher I kan been debonayre,
Now wol ye se wher I kan been a wenche,
Now wol ye se wher I kan been a trenche,
Now wol ye se wher I kan been a beeste,
Now wol ye se wher I kan been a feeste,
Now wol ye se wher I kan been agast,
Now wol ye se wher I kan been a chaste,
Now wol ye se wher I kan been a theef,
Now wol ye se wher I kan been a mayde,
Now wol ye se wher I kan been a shrewe

sed notissimis & apertissimis eorum testimoniis contradicunt. Item quicumque credunt quidem quod Iesus-Christus ita ut dictum est; in carne venerit, & in eâdem carne, in quâ natus est, & passus est resurrexit: & ipse sit Filius Dei apud Deum, & cum Patre unum & incommutabile vivum Patris verbum, per quod facta sunt omnia; sed tamen ab ejus corpore, quod est Ecclesia ita dissentiunt ut eorum communio non sit cum toto corpore quâcumque diffunditur, sed in aliena parte separatâ inveniatur; manifestum est eos non esse in Catholicâ Ecclesiâ. Quomodò ais eos non esse de Ecclesiâ, esse extra Ecclesiam non salvandos, cùm tam benè vivant, sint tam austeri, tam liberales, tam prudentes &c?

X. *Augst.* Audi ejusdem S. Augustini egregium responsum tom. 2. epist. 152. ad populum factionis Donatianę contra Donatistas. *Quisquis ab hâc Ecclesiâ Catholicâ fuerit separatus, quantumlibet se laudabiliter vivere existimet, hoc solo scelere quod à Christi unitate disjunctus est, non habebit vitam, sed ira Dei manet super eum.* Idem epist. 50. ad Bonifacium. *Ecclesia Catholica sola corpus est Christi, cujus ille caput est, & salvator corporis sui. Extra hoc corpus neminem vivificat Spiritus sanctus, quia (sicut dicit Apostolus) charitas diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis: non autem particeps est divinæ charitatis, qui hostis est unitatis. Non habent itaque Spiritum sanctum, qui sunt extra Ecclesiam. De illis quippè scriptum est; qui seipsos segregant, animales sunt spiritum non habentes: sed nec ille cum percipit, qui factus est in Ecclesiâ. Quoniam & inde scriptum est, Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum. Qui ergo vult habere Spiritum sanctum caveat foris ab Ecclesiâ remanere, caveat in eam simulatè intrare; aut si jam talis intravit, caveat in eâdem simulatione persistere, ut veraciter coalescat arbor vitæ.* Et tom. 8. in Psalm. 44. ad v. 18. *Propterea populi confitebuntur tibi in æternum & in sæculum sæculi.* Subdit: *Quid prodest confiteri, & extra templum confiteri? quid prodest precari, & in monte non precari? Voce meâ (inquit) ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte sancto suo. De quo monte? de quo dictum est, non potest civitas abscondi supra montem constituta. De quo monte? Quem vidit Daniel ex parvo lapide crevisse, & fregisse omnia regna terrarum, & implevisse omnem faciem terræ. Ibi adoret, qui vult accipere: ibi petat, qui vult exaudiri: ibi confiteatur, qui vult sibi ignosci.* Similia habet tom. 3. in Enchiridio cap 65. tom. 7. lib. 4. de Baptismo cap. 1. & cap. 17. tract. 6. & 27. in Evangelium Joannis, & Serm. 11. de verbis Domini. Quare meritò idem S. Augustinus tom. 9. tract. 2. de Symbolo cap. 13. hortatur omnes ad Ecclesiam quasi veram matrem recurrant, eam diligant, defendant. *Sancta Ecclesia, in quâ omnis sacramenti terminatur auctoritas, Mater & Virgo corpore casta, prole fœcunda, sponsa Christi piè nutrit filios, quos Deo Patri dignos assignare contendit. Filii boni amate tantam matrem, filii boni nolite deserere quotidie nos requirentem: reprendite vicem, amate amantem. Tanta est (talis est) regia prole fœcunda est, non eam patiamini aut filiorum malorum aut pessimorum servorum injuriis atque insidiis macerari. Agite causas matris vestræ, exercete ejus amplissimam dignitatem, servus malus non insultet dominæ. Hæreticus Arrianus non insultet Ecclesiæ. Lupus est, agnoscite: serpens est, ejus capita conquassate.* Ibidem in fine. *Vos autem dilectissimi, qui ab initio lacte sanctæ Matris Ecclesiæ nutriti usque ad solidum cibum estis ab eâ perducti, manete in eâ. Si quis ejus vel disciplinam, vel quamlibet admonitionem asper tulit, & iratus abscessit, agnoscat matrem, & redeat libenter: hæc suscipit quos requirit, gaudebit filium perditum fuisse conversum, stabilitatis tamen dignitatem non quievit prædicare secum permanentium filiorum.* Et tom 10. serm. 119. de tempore *Ecclesia Catholica Mater nostra, veri Christi Sponsi conjux, honoremus eam: quia tanti Domini Matrona est. Et quid dicam? magna est sponso, & singularis dignatio; meretricem invenit, virginem fecit. Quia meretrix fuit, non debet negare nè obliviscatur misericordiam liberantis. Quomodò non erat meretrix, quando post idola & dæmonia fornicabatur & venit, & virginem fecit. In fide virgo est, in carne paucas habet virgines sanctimoniales. In fide omnes virgines debet habere & fœminas, & viros. Nam vultis nosce quam*

virgo

1. Cor. 11. *virgo ſit? Apoſtolum Paulum audite amicum Sponſi, audite zelantem Sponſo, non ſibi* 1. Cor. c. 11. *Aptavi vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Virgo eſt Eccleſia, virgo eſt, virgo fit, caveat ſeductorem ne inveniat corruptorem: dicturus es fortè, ſi ergò, ſi virgo eſt, quomodo parit filios? aut ſi non parit quomodò dedimus nomina noſtra? ut de ejus viſceribus naſceremur? Reſpondeo: & virgo eſt & parit, Mariam imitatur, quæ Dominum peperit. Nunquid non virgo ſancta Maria, & peperit, & virgo permanſit ſic eſt Eccleſia, & parit, & virgo eſt.* Ejus maternitatem eſſe veram oſtendit adhuc tomo 2. epiſtolâ 58. *Eccleſia Mater eſt, quæ nos de Chriſto concepit, hæc Martyrum Sanguinem parturivit, hæc in ſempiternam vitam peperit & fidei lacte nutrivit & nutrit.*

XI. Quam maternitatem & ejus pia officia ut facilius comprehendamus, maternitatis naturalis officia paulò attentiùs expendamus, à quâ hæc metaphoricè appellata eſt. S. Thomas lib. 2. contra Gentes cap. 89. Docet in generatione naturali hominis per formativam virtutem ſeminis corpus formari, virtute animæ Patris, cui generatio attribuitur, ut principali generanti. *Operatur formationem corporis, prout agit ex vi animæ Patris, cui attribuitur generatio ſicut principali generanti, non ex vi animæ concepti, etiam poſtquàm anima ineſt: non enim conceptum generat ſeipſum, ſed generatur à Patre.* Ita ut venter maternus ſit tantùm receptivus, & ſemen paternum ſit quaſi virtus activa. Sic quando Eccleſia ſpiritualiter generat, datque vitam ſpiritualem, quid gratia Dei facit? eſt generativa, ſanativa, illuminativa, juſtificativa (ut ita dicam) operatur formaliter juſtificationem animæ, ſeu regenerationem, ſanitatem, ſapientiam. (prout agit ex vi divinâ) Deus enim eſt, qui illuminat, juſtificat, ſanat, regenerat: & tota hominis juſtificatio attribuitur Deo, ut principali agenti, ſed per operationem Spiritus ſancti, cui appropriatur remiſſio peccatorum, lux, ſanitas, & juſtitia animæ. Id innuere videtur idem S. Thomas lib. 4. contra gentes cap. 46. *Solet omnis gratia Spiritui ſancto attribui: quia quod datur ex amore donantis videtur eſſe collatum.* Quod elucidat Ferrarienſis *Conſiderandû eſt* (inquit) *ex doctrinâ S. Thomæ in 3. diſt. 4. q. 1. a. 1. & eſt de mente Dionyſii lib. de divinis nominibus c. 2. quòd omnis operatio Dei in creaturam conveniat quidem toti Trinitati, ſed tamen unaquæque magis huic perſonæ quàm illi eſt appropriabilis, ſecundùm quod in eâ magis manifeſtatur attributum quod illi perſonæ appropriatur. Undè cùm bonitas illi perſonæ approprietur, illa opera, in quibus præcipuè divina bonitas manifeſtatur convenienter Spiritui ſancto attribuuntur.* Ita tamen juſtificatio attribuitur ſpiritui ſancto, ut ſecundùm prædicta proles ſpiritualis producatur in utero matris Eccleſiæ, unitate Eccleſiæ; quæ ideò in hâc regeneratione, ſanctitate ſpirituali reſtituendâ, juſtificatione producendâ, habet ſe quaſi mater fœcunda ſpiritu ſancto animans omnia ſua membra, animata generat, generata fovet, conſervat, perficit. Rectè S. Cyprianus lib. de unitate Eccleſiæ. *Una eſt mater fœcunditatis ſucceſſibus copioſa, illius fœtu naſcimur, illius lacte nutrimur, ſpiritu ejus animamur. Hæc nos Deo ſervat: hæc filios regno quos generavit aſſignat. Quiſquis ab Eccleſiâ ſegregatus adulteræ jungitur, à promiſſis Eccleſiæ ſeparatur. Habere jam non poteſt Deum Patrem, qui Eccleſiam non habeat Matrem.* Et S. Auguſtinus tom. 9. tract. 4. de Symbolo cap. 1. *Congruis alimentis Eccleſia paſcit, quos portat in utero, ut ad diem partus ſui latos lata perducat, quoniam non tenetur hæc ſententia Evæ, quæ in triſtitiâ & gemitu parit filios, nec habet ipſos gaudentes, ſed potius flentes: hæc enim ſolvit, quod illa ligaverat, prolemque quam per ſuam inobedientiam morti donavit, hæc per obedientiam reſtituit vitæ.*

Thomas l. 2. contra gentes 89.

Ferrar.

Cyprian. l. unitat. Eccleſ.

Auguſt. tract. 4. de ſymb. cap. 1.

XII. Et quemadmodum Mater naturalis non tantùm lactat, ablactat, alit, fovet prolem ſuam, ſed etiam veſtit, ornat, immediatamque illius curam habet. Sic in œconomia Pater labore & induſtriâ ſuâ omnia media, & ſubſidia ſubminiſtrat, quibus hæc debitè fiant: ita in vitâ ſpirituali Deus dat gratiam, Spiritus ſanctus ſuppeditat omnia media, ut membra corporis ſui myſtici perficiantur. Dat (inquam) illa ſed per manum Eccleſiæ illos foventis, promoventis ad majus incrementum per conſilia, & præcepta ſua ornat ſcientiâ, virtute, aliisque dotibus. Id innuere videtur

August. videtur S. Augustinus tom. 9. tract. 3. de Symbolo cap. 11. *Hæc errantes filios revocat, mortuos graviter dolet, secum perseverantes indeficienter pascit. Hanc dilectissimi amemus omnes; tali matri sic amanti, sic proficienti, sic consulenti inseparabiliter inhæreamus, ut simul cum illâ, & per illam Deo Patri perpetuò jungi mereamur.* Et fundari videtur in mente Apostoli Ephes. cap. 4. ubi ostendit omnes fideles seu Ecclesiam, unam esse matrem, unum corpus, uno spiritu animatum, v. 4. *Vnum corpus, unus spiritus.* Cornelius post Adamum. *Vnum corpus est omnium fidelium, puta Ecclesiæ, cujus caput est Christus: unus spiritus est, qui per singula hujus corporis, ideſt per singulos fideles discurrens singulis vitam, & motum spiritualem affert.* Melius sanctus Anselmus. *Vnum corpus est Ecclesia, quæ est una, & est corpus Christi. Vnum corpus secundùm fidem, & dilectionem, Sacramentorum perceptionem: Et spiritus Christi, qui hoc corpus ejus vivificat est unus. Multis enim membris constat unum corpus, & vegetat omnia membra unus spiritus. Ecce humano spiritu quo sum ipse homo, omnia membra colligo, & vegeto, impero omnibus membris ut moveantur. Intendo oculos ad videndum, aures ad audiendum, linguam ad loquendum, manùs ad operationem, pedes ad ambulandum, officia membrorum dispertita sunt. Sed unitas spiritus continet omnia. Quod spiritus noster, ideſt anima nostra est ad membra nostra, hoc est Spiritus sanctus ad membra Christi, ad corpus Christi, quod est Ecclesia. Omnia enim membra Christi, tum sint diversis officiis dedita, uno tamen spiritu Christi vegetantur. Iam verò si membrum præcinditur de corpore, nunquid sequitur spiritus? nequaquam, & membrum agnoscitur. Quia homo separatus ab Ecclesiâ Sacramentum Baptismi adhuc retinet, sed spiritum amisit. Cavendum est schisma, & servanda est unitas, &c.* Consequenter ostendit Apostolus spiritus varia dona, & gratias gratis datas collatas ministris Ecclesiæ, ut filii ejus foveantur, ornentur, crescant, v. 10. *Vt impleret omnia,* ideſt ut omnibus gratiam confert, & donorum generibus pro suâ munificentiâ & majestate Ecclesiam ornaret, & cumularet. Audi Sanctum Ambrosium epist 16. *Vt impleret omnia, & nos omnes de plenitudine ejus acciperemus, ideòque primò repletos Spiritu suo posuit in Ecclesiâ Apostolos, Prophetas alios, alios Evangelistas, alios autem Pastores, & Doctores, ut eorum exhortationibus consummaretur profectus credentium, & ministerii fidelis opus cresceret, ædificaretur unusquisque ædificatione virtutum in mensuram ætatis interioris, quæ mensura perfectior vitæ immaculatæ, ideſt perfecti viri, accipiens de plenitudine Christi recipit gratiæ plenitudinem.* Quod confirmat Apostolus v. 12. *Ad confirmationem Sanctorum.* Vel secundùm Vatablum. *Ad instaurationem Sanctorum.* Quasi diceret, ut homines per peccatum mortui, lapsi regenerentur, vivificentur, reparentur, & ad primævam sanctitatem revocentur. Vel secundùm Vulgatum. *Ad consummationem,* ideſt complétionem & perfectionem sanctorum, ut scilicet Sancti, seu Fideles numero & meritis compleantur. Sanctus Anselmus ibi. *Ad hoc, ut eos, qui sancti sunt consumment, & perficiant in sanctitate, scilicet ut eos, qui sancti sunt secundùm remissionem peccatorum, & innocentiam, atque bonorum operum inchoationem promoveant, & consumment secundùm augmentum virtutum, & perseverantiam.* Quod iterùm corroborat his verbis sequentibus. *In ædificationem corporis Christi,* ideſt, ut Ecclesia, quæ est sponsa, corpus, & ædificium Christi assurgat, perficiatur, ornetur. Idem Sanctus Anselmus. *In hoc, ut corpus Christi, quæ est Ecclesia ædificetur sive in virtutibus, sive in conversione infidelium ad fidem.*

Ephes. c. *Cornel.* *S. Ansel.* *Ambros.* *Anselm.*

XI. Ideò etiam totum Ecclesiæ corpus Mater nostra dicitur, quia sicut Mater Vidua Sareptana, Centurio, & Chananea pro filiis, seu pueris infirmis, afflictis agonizantibus, mortuis sollicitè intercedunt, sic Ecclesia pro filiorum suorum jacturâ, conversione incessanter intercedit. Mulier enim Sareptana: videns filium suum defunctum accessit ad Eliam, dicens lib. 3. Reg. c. 17. v. 18. *Quid mihi & tibi vir Dei, ingressus es ad me, ut memorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum.* Salianus ad annum mundi 3124. *Quid a me*

l. 3. Reg. cap. 17. v. 18.

à me peccatum eſt adverſum te, ut Deus iraſceretur mihi, & interficeret filium meum, aut certè, ſi nihil peccavi in te, ingreſſus tuus in domum meam fecit, ut rememorarentur iniquitates meæ, quibus olim offendi Deum, ut apparerent quaſi oppoſitæ lumini ſanctitatis tuæ, & divinis oculis intolerabiles redderentur. Mulier illa ante Gentilis ſecundùm Sanctum Chryſoſtomum, & nonnullos alios ad fidem converſa adventu Eliæ, eſt typus Eccleſiæ, quæ ante adventum Chriſti in Gentilitate verſabatur. Videns ergò aliquem filium, populum gentilem, &c. in morte peccati jacentem, exponit Chriſto, perditionem illius, & inſtanter rogat ut ei vitam reſtituat, ad cujus inſtantiam & piam querelam Chriſtus jacenti filio vitam reſtituit. Audi Sanctum Auguſtinum Serm. 201. de tempore. *Vidua illa Eccleſiam figurabat, filius viduæ typum populi Gentilis præferebat. Filius viduæ defunctus jacebat, quia & filius Eccleſiæ, ideſt populus gentium multis peccatis & criminibus mortuus eſt. Orante Eliâ filius Viduæ ſuſcitatur. Veniente Chriſto filius Eccleſiæ, ideſt populus Chriſtianus de carcere mortis reducitur.* De Centurione & Chananæâ audi eundem Sanctum Auguſtinum Evangelic. qq lib. 1. q. 18. *Quod & puerum Centurionis, & filium Chananæa mulieris non veniens ad domos eorum ſalvat, ſignificat Gentes, ad quas non venit, ſalvas fore per verbum ſuum. Quod ipſis filii rogantibus ſanantur, intelligenda eſt Eccleſiæ perſona, quæ ſibi eſt & mater & filii. Nam ſimul omnes, quibus conſtat Eccleſia mater dicitur, ſinguli autem ipſi filii appellantur.* Magna ſanè analogia inter Chriſtum & Eliam. Elias relictâ Judæâ divertit in Sareptam Sidoniorum, ibique filium Viduæ defunctum vitæ reſtituit. Jeſus, Matth. cap. 15. v. 22. *Egreſſus inde ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis*, ideſt à terrâ Geneſareth. Sanctus Baſilius Seleucius orat. 20. *Egreſſus inde? undè? ubi dum mira perficit, calumniis petitur, ubi dum morbos ſanat, fert contumeliam, dum beneficentiâ utitur, non creditur.* Sanctus Hieronymus in cap. 15. Matth. *Scribis & Phariſæis calumniantibus dereliAug.* *Matth 15. v. 22* *Baſilius Seleuc.*

ctis tranſgreditur in partes Tyri & Sidonis, ut Tyrios Sidoniosque curaret. Sicut Mulier Gentilis egreſſa civitate occurrit Eliæ, ita *Mulier autem Chananæa egreditur de finibus priſtinis.* Ut inquit Sanctus Hieronymus citatus. Cui arridens Sanctus Chryſoſtomus homiliâ 53. *Terminos ſuos egreſſa adire ipſum auſa eſt.* Sicut Mulier Sareptana lib. 3. Regum cap. 17. v. 17. *Dixit ad Eliam*, Scilicet plangendo more materno ingreſſus es, &c. compatere miſeriæ meæ. Chananæa clamavit, dicens: *Miſerere mei Domine.* Sanctus Hieronymus. *Ut clamans filia impetret ſanitatem.* Dionyſius. *Clamans ſine rubore; Nam exceſſivus amor rationem non penſat.* Filius Viduæ Sareptanæ (ut jam dictum eſt) populum Gentilem ſignificabat. Sic Sanctus Hieronymus. *Ego* (inquit) *filiam Chananæa puto animas eſſe credentium, quæ malè à dæmonio vexabantur, ignorantes Creatorem, & adorantes lapidem.* Et quemadmodum Vidua Sareptana eſt typus Eccleſiæ ex ſancto Auguſtino & Eucherio. Sic *Mira* (inquit Sanctus Hieronymus) *ſub perſonâ Mulieris Chananitidis Eccleſiæ fides, patientia, & humilitas pradicatur. Fides quâ credit ſanari poſſe filiam ſuam: patientia quâ toties contempta in precibus perſeverat: humilitas, quâ ſe non canibus, ſed catulis comparat. Canes autem Ethnici propter idololatriam dicuntur, qui eſui ſanguinis dediti, & cadaveribus mortuorum feruntur in rabiem.* Sed mirùm cur mulier Chananæa dicat, *Miſerere mei*, non autem filiæ meæ, cùm tamen ipſa benè valeret, filia verò malè à dæmonio torqueretur? Theophilactus. *Miſerere mei dicit, non filiæ meæ: illa enim ſenſu caret, ſed mei, quæ tam gravia patior & ſentio.* Idem habet S. Chryſoſtomus hom. 42. *Non dicit miſerere filiæ meæ, ſed miſerere mei: Nam filia inſenſata jacet: ego verò, quam ſenſus morbi non fugit, quæ ſentiens atque intelligens inſanio, mille vexor ærumnis.* Sic Eccleſia orans pro infidelium & peccatorum converſione, ait: *Pater de Cœlis Deus, miſerere nobis. Fili Redemptor mundi Deus, miſerere nobis, &c. Sancta Maria, ora pro nobis, &c.* Cur ait ora pro nobis? &c. *Chryſoſ.* *3 Reg. 17. v. 17* *Dionyſ.* *Hieron.* *Theoph.* *Chryſoſ.*

Cur

cur non potius dicis ora pro his & illis? quia illi etsi torqueantur, sensu & intel-
Psal. 48 lectu carent, juxta illud Psalm. 48. *Homo cùm in honore esset non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis*
Dionys. *factus est illis.* Dionysius: *Peccator cùm ad sui creatoris imaginem factus esset, propriam dignitatem non advertit, nec rationabiliter vixit, nec cœlestem atque Angelicam beatitudinem concupivit, sed in rebus temporalibus, atque carnalibus immersa, nec per rationem passionibus suis prævaluit: idcircò comparatus est jumentis insipientibus & similis factus est illis, sequendo concupiscentiæ impetum, & vitiorum impulsum, non rectæ rationis imperium, neque divinæ legis censuram.* Idem in Psalmum 31. ad illa verba. *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Subdit: *Nolite irrationabiliter vivere &c. Nam & Aristoteles ait, quod homo peccator decies millies pejor est bestiis.* Cùm igitur peccatores non considerent miserrimum statum in quo sunt, illa rationis & intelligentiæ compos, & gratia Dei prædita pro illis deprecatur. Vel Chananæa ait: *Miserere mei.* Quia (secundùm Cornelium) tanto amore prosequitur filiam suam ut ipsius cruciatus suos reputet; tanto pietatis affectu fertur, ut liberationem filiæ suam reputet, & mallet ipsa cruciari, quam sic videre filiam vexatam. Sic Ecclesia ait: *Miserere nobis.* Quia statum miserum infidelium, & peccatorum suum reputat.

XII. Sic Apostolus Rom. cap. 9. v. 3. ait
Rom. c. 9. v. 3. *Tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo; Optabam ego ipse anathema esse pro fratribus meis, &c.* Dionysius. *Hoc est jugis afflictio, atque compassio, seu animæ, scilicet propter excæcationem Iudæorum — Hæc est tristitia bona ex charitate procedens, quâ aliis condolemus in malis culpæ, vel pœnæ; ad quam pertinet luctus de quo dicitur, Beati qui lugent. Deinde ostendit causam motivam & materialem hujus tristitiæ. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, puta Iudæis.* Infra. *Apostolus magnitudinem sui desiderii, quo Iudæorum optat salutem plenè exprimere nequiens per hyperbolem, ait; Optabam enim ego ipse, ideſt tam ardenter concupivi salutem fratrum meorum Iudæorum, quod hunc affectum apertius designare non possum, nisi dicam me voluisse separari à Christo secundùm modum jam tactum.* Vel sicut Chananea ait: *Miserere mei.* Quasi diceret, secundùm Origenem hom. 7. ex diversis in Matthæum. *Miserere mei Domine, pignus meum consumitur, & pars corporis mei violatur, opinio iniqua exiit de filiâ meâ.* Ita Ecclesia ait; *O Domine miserere mei.* Illos Schismaticos, illos Hæreticos, illos excommunicatos monendo, ut resipiscant: quia illorum separatio, obduratio, excœcatio malè audit apud Gentiles, eorumque conversionem remoratur, dum vident tantam obdurationem in iis, qui sunt regenerati per Baptismum. Vel denique pro conversione Infidelium & peccatorum tam ferventer intercedit. Quia sicut Chananea apud S Basilium Seleucium orat. 20. ait: *Miserere mei, quia filia vice flagellor, illa quidem patitur, ego verò doleo eam ad ostentationem dæmon agit, contra verò per eam natura tela jacit.* Ideſt dæmon & ejus ministri gloriantur, saltant, quod sic creaturam ad imaginem Dei formatam possideant. Sic dæmon exultat cùm aliquos fideles ad infidelitatem, & gravissima peccata perducit eos, & in illis fovet, Psalm. 78. v. 4. *Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio & illusio his, qui in circuitu nostro sunt.* Dionysius ibi in explanatione Tropologicâ scribit Ecclesiam orare pro recuperatione Terræ Sanctæ à Mahometanis occupatæ. *Quoniam tantam miseriam Christiani meruerunt propter pessimam suam vitam, maximè in Terrâ Sanctâ, quæ dum adhuc à Christianis in pace habitaretur, Christiani in ipsâ sceleratissimè vixerunt. Propterea orat modò Ecclesia pro indulgentiâ peccatorum tantorum, & antiquorum, quatenus remissione perceptâ Ierusalem readipiscatur & ad cœlestem Ierusalem perducatur.* Eundem Psalmum generalius exprimit. *Deus venerunt Gentes, ideſt infideles, seu infideliter conversantes in hæreditatem tuam, ideſt in populum tuum electum & Christi fidelem, quemadmodum lupi oves impugnare solent, & dissipare. Talibus enim electis ait Christus Lucæ cap. 10. Ecce ego mittam vos sicut agnos inter lupos. Et Ioannis cap 16. In mundo pressuram habebitis. Polluerunt templum sanctum tuum, quia*

Origenes

Basilius Seleuc.

Dionys.

Luc. 10.

Ecclesiam multipliciter destruxerunt, deshonestarunt, & opera nefaria commiserunt: In eâ non solùm Pagani, sed etiam Hæretici, maximè Ariani posuerunt Ierusalem, idest militantem Ecclesiam, in quâ est visio pacis, & interna quietis, in pomorum custodiam, expellendo de eâ ministros altaris, ipsumque comminuentes, &c. Et infra ponderans citata vetba. *Facti sumus opprobrium vicinis nostris, &c.* Subdit. *Hoc secundùm sensum prahabuum dicit Ecclesia, quilibetque fidelis in personâ Christianorum, juxta vel inter Gentiles Hæreticos, seu persecutores morantium, qui Christiano sæpè subsannant, præcipuè dum in præliis prævalent eis.* Ad illud. *Effunde iram tuam in Gentes, &c.* Iterùm subjicit. *Orat Ecclesia inimicos suos diligens pro punitione, & dejectione adversariorum suorum in præsenti sæculo, nè pereant in futuro.* Plura alibi. Cæterùm de Ecclesiâ canere licet, quæ devotus Carthusianus apud nostrum Bostium de Patriar. Virg. cap. 2. piè cecinit. *Carthus.*

O Cœli pons! ô Eliæ fons!
Bonus & insons, Vir laudabit te,
O quam dulcis res! cujus ibit pes
Vbi Christus dives es tota nostra spes,
Omne cor det se.
O Eliæ grex! Quantus tibi Rex!
Cujus vita lex, nusquam tibi fæx,
Fælix verè Ordo.
Tibi cedit trux infernorum dux,
Quia Christi Crux tibi vita lux
Est huic concordo.

Ecclesia est Cœli pons, quandoquidem extra eam nemo salvari queat. Est Eliæ fons, idest thesaurus & sacrarium meritorum Christi: in eâ homines sanctificantur, justi eam colunt, & celebrant. In horum confirmationem S. Gregorium Magnum audiamus, hic expendens illa verba Cantic. cap. 6. v. 8. *Vna est columba mea, perfecta mea, una matri suæ, electa genitrici suæ.* Subdit. *Mater nostra, regeneratrix gratiæ, apud quam una columba eligitur, quia illos solos colligit, qui in simplicitate permanent, & ab unitate non scinduntur. Multi quippe fideles cùm in idipsum intendunt, ex multis membris unum corpus efficiunt, omnesque in unitate, simplicitate viventes in columbâ existunt, quæ sola perfecta, & electa genitrici sua dicitur, quia extra hanc, quam dicimus Ecclesiam, nemo ad perfectionem, nemo ad vitam nisi hanc solam gratiâ fovente nutrimur.* Eandem in solâ Ecclesiâ salutis adeptionem delineasse videtur S. Elias. Hic enim lib. 3. Regum cap. 19. v. 3. dum Jezabelem furentem fugere studeret. *Venit in Bersabee Iuda.* Per Jezabel Gentilismus, peccatum, hæresis, salutis jactura intelligitur. Ad quam jacturam evitandam nobis pergendum est in Bersabee, idest ad Ecclesiam per Bersabee significatâ. Cornelius in cap. 26. Geneseos. *Bersabee est Ecclesia militans, in quâ est abundantia gratiarum.* Seu Bersabee idem est quod *Puteus juramenti.* Juda autem confessionem significat, quia professio veræ fidei, & confessio sacramentalis in solâ Ecclesiâ reperitur. *l. 3. Reg. 19. v. 3.* *Cornel.*

CAPUT SEXTUM.

Ecclesia Romana omnium Ecclesiarum Mater est.

AGendo de Pontifice Romano ostendemus omnes Episcopos summo Pontifici subjici. Specialiter hîc dicendum est Ecclesiam Romanam esse Matrem omnium Ecclesiarum. S. Augustinus enarratione in Psalm. 30. con. 2. Optimè notat magis nobis innotescere per scripturam quod sit Ecclesia, quàm quævis alia fidei dogmata. Imò de Christo ejus capite non tam evidenter ibi fit mentio, quàm de ipsâ Ecclesiâ. Cur Spiritus sanctus copiosior & effusior est in Ecclesiæ descriptione faciendâ seu per figuram, seu per oracula sacra, quàm Christi & mysteriorum ab eo institutorum? Quia prævidebat Ecclesiam magis quàm ullum articulum, & mysterium fidei ab hæreticis impugnandum. *Obscuriùs dixerant Prophetæ de Christo, quàm de Ecclesiâ. Puto propterea, quia videbant in spiritu, contra Ecclesiam homines faciuros esse particulas, & de Christo non tantam litem habituros, de Ecclesiâ magnas contentiones excitaturos, ideò illud, undè majores lites futuræ erant, planiùs prædictum, & apertiùs prophetatum est, ut ad judicium illis valeat, qui viderunt, & foras fugerunt.* De Christo probat exemplo Isaac illum Crucem bajulantem repræsentantis. I. *August. in Psal. 30.*

Abraham

Digitized by Google

Abraham pater nollet non propter propagationem carnis, sed propter imitationem fidei, justus & placens Deo, per fidem suscepit filium sibi promissum Isaac de Sarâ sterili uxore suâ in senectute suâ. Jussus est immolare Deo eundem filium, nec dubitavit, nec disceptavit, nec de jussu Dei disputavit. Nec malum putavit quod optimus potuit, duxit filium suum ad immolandum, imposuit ei ligna sacrificii, pervenit ad locum, erexit dexteram, ut percuteret eo prohibente deposuit, quo jubente levaverat, qui obtemperaverat, ut feriret, obtemperavit ut parceret, ubique obediens, nusquam timidus, ut tamen impleretur sacrificium, & sine sanguine non discederetur, inventus est aries hærens in vepre cornibus. Ipse immolatus est, peractum est sacrificium, quare, quid sit? Figura est Christi involuta Sacramentis, Isaac tanquàm filius unicus, dilectus figuram habens filii Dei, portans ligna sibi, quomodo Christus Crucem portavit. Ille postremò ipse aries Christum significavit, quid est enim Christum hærere cornibus nisi quodammodo Crucifixi? Christus futurus erat caput Ecclesiæ. Hoc capite præfigurato, Ecclesia debebat delineari: quomodò, quibus figuris? non ita obscuris, sed clarioribus, sed apertiùs. *Figura* (inquit S. Augustinus) *ita est de Christo, continuò prædicanda erat Ecclesia. Prænunciato capite prænunciandum erat & corpus. Cœpit Spiritus Dei, cœpit Deus ad Abraham prædicare velle Ecclesiam, & tulit figuram, Christum figuratè prædicabat, Ecclesiam apertè prædicavit. Ait enim ad Abraham: Quoniam obaudisti vocem meam, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me, benedicens benedicam te, & implendo implebo semen tuum, sicut stellas cœli, & sicut arenam maris, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Et penè ubique Christus in aliquo involuto sacramento prædicatus est à Prophetis, Ecclesia apertè, ut viderent illam, & qui futuri erant contra illam, ut impleretur in eis illa nequitia, quam prædixit Psalmus qui videbant me foras fugerũt à me.* Ideſt cùm clariùs per scripturam noscerent Ecclesiam, quàm Christum, tamen Christum confitentes ab Ecclesiâ recesserunt hæreses, & schismata, faciendo contra illam, ejusque caput calumniis, & scommatibus impetendo, eique bellum inferendo.

Augusti.

II. Et sanè rationi congruum erat, ut scriptura evidentiùs, & prolixiùs dissereret de Ecclesiâ, quàm de reliquis fidei mysteriis; Ecclesia enim hæres Christi futura erat juxta, illud Apostoli Rom. c. 8. v. 17. *Si autem filii & hæredes: Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.* Item ad Galatas cap. 3. v. 29. *Si autem vos Christi ergò semen Abrahæ estis secundùm promissionẽ hæredes.* Vel secundùm Ambrosium. *Si ergò vos unum estis in Christo, ergo semen Abrahæ estis.* Quando autem quis testamento aliquem hæredem instituit, & administratorem bonorum suorum, id apertissimè exprimit. Nè oracula, & figuras Ecclesiæ alias à nobis relata repetamus, sufficiant nobis figuræ ex historia Eliæ depromptæ. Corvi in torrente Carith, cibum Eliæ deferentes, Ecclesiam de gentibus congregatã figurant ut docet S. Augustinus Serm. 120. de tempore. *Elias reliquit gentem suam, & Christus deservit synagogam, Elias abiit in desertum, & Christus venit in mundum: Elias in deserto corvis ministrantibus pascebatur: & Christus in deserto mundi hujus gentium fide reficitur. Corvi enim illi, qui Beato Elia jubente Domino ministrabant, populum gentium figurabant. Propterea & de Gentium Ecclesiâ dicitur: Nigra sum, sed formosa filiæ Ierusalem. Vndè nigra? Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Vndè formosa? Asperges me hyssopo, & mundabor, lavabis me & super nivem dealbabor.* Et subdit. *Verè Ecclesia gentium corvis similis erat, quando viventem Dominum contemnebat, & ante acceptam gratiam velut morticinis cadaveribus idolis ministrabat.* Eandem Ecclesiam figuravit mulier Sareptana quæ excepit Eliam. Idem S. Augustinus hom. citat. *Vidua ista adquam Elias mittitur, typum Ecclesiæ gerebat.* Et in fine. *Vidua illa in Sareptâ quæ eum suscepit, typum gessit Ecclesia.* Ibidem docet filium viduæ Sareptanæ á mortuis redivivum filium Ecclesiæ figurare. *Filius viduæ defunctus jacebat, quia filius Ecclesiæ, ideſt populus gentium multis peccatis & criminibus mortuus est. Orante Eliâ filius viduæ suscitatur, veniente Christo filius Ecclesiæ, ideſt populus Christianus de carcere mortis reducitur.* Et ut alias figuras omittam, expendamus

Augusti.

Rom. c. 8. v. 17.

Galat. c. 3. v. 19.

Ambros.

l.3.Reg. cap.18. v.19. id quod dicitur lib.3.Reg. cap.18. Elias dicens Regi Achabo v. 19. *Congrega ad me universum Israel in monte Carmelo.* Congregatio illa Israëlis in monte Carmeli faciẽda, quid aliud innuit quàm cœtum fidelium, non ad alium Prophetam, sed ad Eliam? seu quid significat nisi Ecclesiã seu fidelium cœtũ sub uno capite? quod sit auriga, magister, pater &c, omnium. Sed cur addit: *In monte Carmelo?* Cur non in Galgalâ? in Jericho, in Bethel, in torrente Carith, in Jezrael? quid Bethel, quid Galgala &c, & quid Carmelus denotant?

III. *Cornel. l.4.Reg. c2.v 3.* Cornelius in libro 4. Reg. cap. 2. ad illa verba v 3. *Egressi sunt filii Prophetarum.* Subdit: *Erant hi discipuli Eliæ, Elisei, aliorumque Prophetarum, qui quasi Religiosi totos se dabant Deo, quorum multa jam erant collegia in Galgalis, Bethel, Iericho, Carmelo &c. Ab Eliâ & aliis instituta, ideòque Elias ante raptum ea hic visitavit, ut suos alumnos in verâ fide, & aspero vitæ eremiticæ instituto confirmaret, ultimaque salutis, & perfectionis monita daret &c.* Noster Joannes 44. *Ioannes. 44 c.23* Patriarcha Jerosol. lib. de institut. Monach. cap. 23. *Priusquàm Elias ab hoc mundo transferretur in Paradisum voluptatis, fuit ei curæ imminente translatione Monachos filios Prophetarum Discipulos suos sigillatim visitare, & de Patre idoneo eis providere, qui eos omnes generaliter ejus loco regeret & gubernaret. Propter quod descendentes ipse & Eliseus de monte Carmeli venerunt ambo in Galgala, deinde in Bethel, & indè in Iericho: nam in his locis habitabant viri Religiosi filii Prophetarum Eliæ Discipuli &c.* Idem scribunt Salianus ad annum mundi 3139. numer. 9. Tirinus in lib.3. Reg. cap. 17. Plura fuisse Collegia tempore Eliæ, & Elisei scribunt noster Waldensis in doctrinali fidei lib. 3. a.1. cap. 4. Tostatus passim, præsertim in lib. 4. Reg. cap.9. q. 13. & 31. Serarius in libro 4. Reg. cap.2. Cammartus in lib. de gestis Eliæ cap.5. sect. 20. Cui applicat illud *Psal.79.* Psalm. 79 *Plantasti radices ejus, & implevit terram, operuit montes umbra ejus, & arbusta ejus cedros Dei, extendit palmites suos usque ad mare, & usque ad flumen propagines ejus.* Per flumen accipit flumen Æthiopię ad quod usque mons Galaad protenditur. Eos sequuntur Petrus Bertius, Geographus Regius in epist. ad filium Carmelitam, Laurentius Beyrlink in theatro vitæ humanæ tom. 6. V. Religiosus, Religio. Noster Lezana anno mundi 3154. numer. 2. & alii. Illis tamen omnibus locis relictis Elias in montem Carmeli congregare populum statuit, & præcipuam voluit esse Ordinis Prophetici Coloniam & quasi matricem. *Inter reliqua eorundem Cœnobia Principem locum tenuisse.* Ait Tyrinus. *Non tantum ob frequentiorem istic Eliæ & Elisei præsentiam, & per Illustriora ibi patrata Miracula.* Ut idem innuit. Sed quia Carmelus erat patrium solum vitæ religiosæ ab Eliâ institutæ. Noster Joannes 44. Patriarcha citatus cap. 19. *Ad sui & suorum discipulorum jugem mansionem elegit præ aliis eremis Carmeli montem tanquam commodiorem, ad Propheticam disciplinam, & vitam monasticam in eo colendam melius & exercendam.* Expende illa verba. *Iugem.* Undè noster Lezana ad locum citatum num.3 ait: *Interea autem præcipuum locum tenet Carmeli colonia, quam Eliam & Elisęum & filios Prophetarum habuisse dicta in superioribus confirmant, & docet constans, & perpetua omnium traditio, quæ ad hoc usque tempus inter Mahumetanos terræ sanctæ incolas perseverat.* Pro quo citat Genebrardum libr. 4. Chronol. circa annum 1180. Joannem Heroldum in continuat. belli sacri lib.5. cap.2. art.10. numer.12. & alios apud hunc.

Tirinus. *Ioannes 44.* *Lezana*

IV. Id verius asserendum est de Ecclesiâ Romanâ, seu societate Christianorum hominum, quæ Romanæ Ecclesiæ tanquam capiti adhęret, & matrẽ colit: hęc siquidem nunquam esse desiit. Sed per omnia sæcula in perpetuâ non tantùm Pontificum sed etiam doctrinæ successione perseverat, semper visibilis fuit, semper toti mundo illustris apparuit, semper ab omnibus mundi partibus (paucis exceptis) ut mater & magistra veritatis habita est. Ab Apostolorum temporibus nunquam corrupta, vel superstitiosis ritibus labefactata, quidquid garriant Novatores, maximè Lutherus contra Papatum tribuens huic defectioni & corruptioni sexcentos annos. Wicleffus apud nostrum Waldensem lib.2. doctrinalis fidei cap.18. Calvinus

vinus passim in Prophetas minores, & in epistolâ ad Sadoletum, Melanchton in locis communibus: Andreas Sandelinus in responsione ad Apologiam Frederici Staphyli; & alii, nec ullam præfatæ mutationis originem ostendere queunt. Undè in eâ assignandâ in varias opiniones abeunt. Quare concludo Ecclesiam Romanam esse veram Ecclesiam & reliquarum Matricem. Seu dico quod Ecclesia toto orbe diffusa consentiat cum Romanâ, ut suâ Matre, Magistrâ, Radice, Fonte: quodque (ut ait S. Cyprianus lib. de unitate Ecclesiæ) cæteræ à Romanâ divisæ sint, quasi rami à radice divulsi, rivuli à fonte præcisi, radii à solari suo corpore separati.

§. 1.

Testimonium ex Psalmis.

I. VNIVERSALEM hanc Sanctæ Ecclesiæ Romanæ fœcunditatem prænunciavit Cantor Regius Psalmo 112. v. 1. *Laudate Pueri Dominum, laudate nomen Domini.* Quid per pueros intelligit? aliqui servos juxta Arabicam versionem. Tamen S. Hieronymus pueros intelligit infantes. *Hic Pueri provocantur ad laudem Dei, de quibus in Isaiâ Salvator ait: Ecce ego & pueri. Quod mihi dedit Dominus: ex ore quippè infantium & lactentium laus in Deum plena perficitur.* Ego verò per pueros credo intelligendos eos, qui non tam ætate tales sunt & per naturam, quàm per gratiam & recenter per baptismũ regenerationis. Vel per pueros accipiendi humiles. Undè S. Augustinus ibi. *Dominum nonnisi Pueri laudant, quia superbi eum laudare non norunt. Sit senectus nostra puerilis, & sit puericia senilis, ideſt ut nec sapientia vestra sit cum superbiâ, nec humilitas sine sapientiâ.* Cui Cassiodorus arridens ait. *Non enim ætas est electa, sed puritas.* Quos sequitur noster Incognitus. *Dicitur Puer à puritate & sanctitate. Isto modo dicitur Danielis c. 1. quod Rex Nabucodonosor præcepit, ut introducerent pueros de filiis Israel, & de semine Regio, in quibus nulla esset macula, & decoros formâ, & eruditos in omni sapientiâ. Nec mirum si Sancti & Puri dicantur Pueri, cùm ipsi multis conditionibus assimilentur pueris.* Magis ad propositum nostrum Jacobus à Valentia per pueros intelligit noviter conversos & regeneratos. *Per quod mysterium prævidit David in spiritu, qualiter synagoga, quæ ante erat fœcunda in copiâ filiorum erat repudianda à viro suo Christo, quem per longa tempora expectaverat propter superbiam, & prævidit qualiter Gentilitas, quæ per multa tempora fuerat sterilis, quia non generabat filios ad cultum divinum, debebat effici fœcunda in Adventu Christi, eo quod ipsum in virum erat acceptura: & ex eo plurimos filios regeneratura.* Quid per Dominum & nomen Domini intelligit? Christum Salvatorem Deum & hominem. Jacobus à Valentiâ. *O gentiles noviter conversi simplices & teneri in fide laudate Dominum Nostrum Jesum Christum, & laudate nomen Domini, quod est Salvator, quia salvavit nos, quia ut sic est Deus, & homo, & nomen ejus quod est Jesus sit benedictum à vobis, & inter vos confitentes ipsum verum Deum & hominem Redemptorem, & colite eum* Ubi colendus & benedicendus Christus? non tantùm in Italiâ, sed & in Germaniâ, Galliâ, Hispaniâ &c In Europâ; sed & in omnibus mundi partibus v 3. *A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini.* Cassiodorus: *Hic universalem designat Ecclesiam, ut per totum mundum (cujus fabricator est Christus) ejus prædicta debeant non tacere.* Eodem modo explicat S. Bruno Carthusianorum Patriarchâ. *Non dico paucis gentibus sed laudabile sit nomen Domini. Ideſt laudabilis sit Dominus contuitu nominis sui omnibus gentibus existentibus à solis ortu usque ad occasum. Per hæc duo climata dat cætera mundi climata intelligere.* Sanctus Augustinus apud glossam. *Quod ubique debeat laudari.* Et interlinearis breviter & acutè. *Vbique quasi per circuitum solis non apud Iudæos,* Sanctus Augustinus *Quæcumque in parvulis Ecclesia diffunditur.* Quando, & quanto tempore laudari debet? in omni sœculo, novos filios, novas proles generare debet, & ab aliis celebrari. S. Hieronymus. *Ex hoc nunc, hoc est in præsenti, & usque in sæculum sine fine.* Sanctus Bruno. *Ex hoc præsenti tempore, incipiendo & perseverando usque in sæculum æternum.* Jacobus à Valentiâ. *Non solùm tolatis, & benedicatis*

Ps. 112. v. 1. Hieron. Michael Bonon. Jacobus à Valen. Cassiod. S. Bruno. Cassiod. Augusti. Hieron. Jacobus à Valen.

benedicatis ipſum ad tempus, ſicut Iudæi qui coluerunt Deum, uſque ad Adventum Meſſiæ & poſteà maledicunt eum, & negant eum in Chriſto; ſed colite eum, & ſit benedictum nomen ejus à vobis ex nunc, & in æternum, & in omni tempore: ſed in omni loco, à ſolis ortu ab Indiâ uſque in Hiſpaniam & Mauritaniam, quæ ſunt ad occaſum, & ab Æthiopiâ in Scythiam ſit laudabile nomen Domini à vobis, hæc autem Prophetia jam fuit impleta.

Bzovius Bzovius tomo 1. lib. 4. ſigno 8 oſtendit quomodo omni ſæculo ſancta Eccleſia Romana novas proles Chriſto procrearit, quæ Chriſti fidem ſuſcipientes ejus nomen celebrarunt; & maximè ſæculo 16°. & hoc 17°.

II. Verè matris viſcera aperit, brachia expandit, ubera porrigit, undè meritò *Pſ. 112. v 9.* de ejus fœcunditate Pſaltes Pſalm. 112. v. 9. canit. *Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem filiorum lætantem.* Sanctus *Hieron.* Hieronymus. *Sterilis, hoc eſt ſancta Eccleſia: Undè in Prophetiâ dicit Iſaias cap. 54. Lætare ſterilis &c, primitus ſterilis fuit ſancta Eccleſia, quia non gerebat filios niſi paucos: ſynagoga habuit virum Deum, ſed tamen pauco. generavit. Poſteà Eccleſia quæ ante ſterilis fuerat, in uno die, vel duobus, grandes partus fudit, quando generavit octo millia credentium Act. cap. 2. & ſeq & in Propheta dicit: qui ſunt iſti, aut quis genuit illos mihi, fac mihi ſpatium & urbes ubi habitem, & dixit Dominus ego faciam. In omnem terram exivit ſonus eorum, hoc eſt in totum mundum. Qui habitare facit ſterilem in domo hoc eſt in Eccleſiâ. Et ipſa eſt ſterilis, & ipſa eſt mater, & ipſi ſunt filii &c.* Cui arridet *Caſſiod.* Caſſiodorus. *Eccleſia quæ ante adventum ſterilis fuerat facta eſt mater læta filiorum, quando prædicationibus Apoſtolorum ex aquâ & Spiritu ſancto copioſos filios in toto orbe* *S. Bruno* procreavit. Sanctus Bruno intelligit. *Non ſolùm Eccleſiam ex Judæis, ſed & Eccleſiam ex gentibus, prius ſterilem à filiis ſpiritualibus, modò per gratiam factam matrem, & non unius filii tantùm, ſed matrem ſpiritualem filiorum multorum ſpiritualium* *Michael de Bonn.* &c. Quibus ſubſcribens noſter Incognitus. *Apparet, quod conceptus ſterilium nati virtute divinâ cæteris fuerunt mirabiliores, & cauſa intenſioris lætitiæ, per hoc quod Deus ſuâ miſericordiâ gentilem populum olim ſterilem & idololatram, ex quo nullus electus generabatur, Deus fœcundaret per Adventum Chriſti, ut ex eo filii naſcerentur fideles.*

§. 2.
Teſtimonium ex Canticis Canticorum.

EX omnibus ſcripturæ libris nullus magis exprimit ſacrum Chriſti cum Eccleſia connubium, amplexus & alia divini erga illâ amoris ſigna quàm Cantica Canticorum, ut ſparſim per totum hoc opus oſtendetur. Hic ejuſdē Eccleſiæ maternitatem ex eodem libro probare aggredimur. Ac primò occurrit c. 2. v. 6. ubi ſponſa de ſe ait: *Poſuerunt* *Cant. c. 2. v. 9.* *me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodivi.* Expende illa verba. *In vineis, vineam meam.* Quorſum vineæ nomen modò in plurali, modò in ſingulari aſſumit? ſi vinea eſt, quomodò ſunt vineæ? per vineam Sanctus Gregorius Papa, Philo-Carpathius & alii accipiunt Eccleſiam Romanam, quæ Romæ eſt, & ſemper fuit Mater & Caput aliarum omnium Eccleſiarū quæ toto orbe diſperſę ſunt: per vineas intelligat Eccleſias particulares, quarū agricolę & vinitores *Dionyſ.* ſunt Prælati. Accipe verba Dionyſii, qui de vineis particularibus hęc ſcribit. *Sicut vinitores non cuſtodiunt vineas, quæ eas non putant, non conſiderant, non excolunt, nec fructum ex eis colligere enituntur, ita Prælati qui ſibi commiſſis prævos mores, inordinata colloquia, opera illicita non præcidunt, nec qualiter ſubditi circa divinorum obſervantiam præceptorum ſe habeant intuentur. Nec corripiendo, corrigendo, exhortando, docendo, obſecrando, comminando, & orando pro eis, reformare eos conantur. Neque exemplis, neque verbis ſatagunt fructum virtutum, & ſpiritualem, aſſiduumq; profectum ex ipſis producere, nequaquam (ut tenentur) vineas Dei commiſſas ſibi cuſtodiunt. Ideò Ezechielis c. 33. Sanguinem pereuntium Dominus requiret ab eis.* Eadem ſponſa figuram & analogiam vineæ & vinearum cum Eccleſiâ uniuerſali & particularibus v. 13. cap. 2. aſſumit. *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Quæ ſunt illæ vineæ Engaddi? & quid per botrum Cypri ſponſa intelligit? S. Gregorius, Caſſiodorus, Aponius, Beda, S. Anſelmus, Rupertus, Philo-Carpathius, Dionyſius per Cyprum accipiunt Eccleſiam univerſalem,

Digitized by Google

universalem, per vineas Ecclesias particulares. Unicum Sanctum Gregorium audiamus. *Cyprus insula est, in quâ uberiores vineæ quàm alibi nascuntur. Per Cyprum ergò Ecclesia universalis designatur, quæ multas vineas nutrit, dum in multas Ecclesias divisa vinum, quod lætificat cor hominis gignit.* Quasi diceret, quemadmodum Cyprus insula multas vineas producit ac nutrit, ita Ecclesia Ortodoxa & Romana multas Ecclesias particulares in utero suo gerit, ex utero parit, in gremio & sinu fovet, & complectitur, in iis (sicut in Romanâ Ecclesiâ) Verum Corpus & Sanguis Christi sub specie panis & vini consecratur & porrigitur.

Gregor.

II. Cælestis Sponsus inter alia pia lenocinia, (quibus Sponsæ suæ dilectissimæ benevolentiam sibi magis conciliare cõtendit) vineas proponit, totamque viciniam earum odore perfundi asserit. Cant. c. 2. v. 13. cap. 2. v. 13. *Ficus protulit grossos suos, vineæ florentes dederunt odorem suum.* Quæ sunt illæ vineæ florentes? Ecclesiæ particulares. Quid ficus denotat? Ecclesiam universalẽ. *Ficus* (inquit S. Gregorius) *grossos suos protulit, quia Sancta Ecclesia Martyres suos ad æternam patriam præmisit, post quos vineæ florentes odorem suum dederunt: quia per universum mundum exempla bonorum operum extreverunt. Vineæ utique flores producunt, cùm singulæ Ecclesiæ animas prius infideles ad fidei novitatem per Baptismum educunt.* Quibus verbis Sanctæ Ecclesiæ Orthodoxæ & Romanæ maternitatem & primatum insinuat, necnon filiationem Ecclesiarũ particularium, ut Gallicanæ, Anglicanæ, & aliarum, quæ à diversis Prælatis reguntur; & tamen sub Romanâ Ecclesiâ militant, illique subjiciuntur. Eandem figuram vineæ prosequitur eodem cap. 2. v. 15. *Capite* (inquit Sponsus) *vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea nostra floruit.* Cur modò dicit *vineas*, modò *vinea nostra*? ut doceat Ecclesiæ Romanę quasi matrici subjici Ecclesias particulares, & dum fideles & Ecclesiæ particulares patiuntur, Ecclesiam Romanã crescere, ac florere, juxta illud, *Sanguis Martyrum, semen Christianorum est.* Accipe mentem S. Gregorii. *Per vulpes* (inquit) *Hæretici, per vineas singulæ Ecclesiæ designantur.* Et infra. *Vineæ quippe floruit, quia sancta Ecclesia per Baptismũ filios ad fidei novam conversionẽ perduxit.* Loquens de Eccle iis particularibus notãter & ingeniosè dicit, demoliuntur vineas; ut patet in Germaniâ, Angliâ, Scotiâ &c. ubi Ecclesię particulares per hæreses omninò demolitæ sunt: sed semper stat & floret Ecclesia Romana. Vinea nostra floruit: licet enim illæ Ecclesiæ particulares tyrannorum persecutionibus, hæreticorum & schismaticorũ technis & sophismatibus destrui possint, licet Antiochena, Alexandrina, Constantinopolytana, Jerosolymitana, Anglicana, &c. vix appareant; tamen Ecclesia Romana stat semper & viget: licet tyrannorum rabies, hæreticorum & schismaticorũ rebellio novas paret insidias, tamẽ Ecclesia Romana novum incrementũ accipit. *Vinea nostra floruit*, nunquam sterilescit, ut ipsa Sponsa fatetur Cant. c. 3. v. 4. *Tenui eum nec dimittam, donec introducam illum in domũ Matris meæ, & in cubiculũ genitricis meæ.* Et vates regius psal. 86. v. 5. *Mater Sion dicet, homo & homo natus est in eâ, & ipse fundavit eam altissimus.* Quæ loca Ghisslerius in c. 3. Cant hac paraphrasi explicat de Romanâ Ecclesiâ & particularibus Ecclesiis. *Metaphoricè appellatione domum nuncupat matris suæ, quoniam in illâ, veluti in proprio ac tutissimo domicilio Catholica moratur Ecclesia, quam Matrem esse uniuscujusque fidelis, colligimus manifestè ex illo psalmo, quo juxta lectionẽ Psalterii Romani ex versione Septuaginta dicitur. Mater Sion dicet homo, &c. Ex quo Psalmi locõ illud dilucre licet, quod molestiã ingerere posset in iis, quæ jam dicta sunt: fidelem introducere velle Deum, cui credit, in domum matris suæ, quando collaturus est ea, quæ credit, cum fide Romanâ, in quâ habitat Ecclesia Catholica. Cùm enim revera haud aliud sit Catholica & Orthodoxa Ecclesia, quàm Ecclesia Romanâ non videtur rectè dictum, in Ecclesiâ Romanâ, ut in domo cõmorari Ecclesiam Catholicam, quandoquidem per hoc ea significantur, ut inter se distinctæ: quemadmodũ distinctæ inter se domus, & ea quæ in domo habitat. Adde quòd si Matris nomen cuiquam tribuendum est, Ecclesiæ Romanæ potissimùm certè id ascribendum, quæ cùm sit Apostolica, Petri Cathedram obtinens;*

Cant. c. 3. v. 4.

Psal. 86. v. 5.

Ghisler.

Mater profectò est omnium reliquarum Ecclesiarum. Diluuntur, inquam, hæc omnia per id, quod colligitur ex præterito psalmo. Ibi siquidem, quæ una est Sion typus Ecclesiæ sanctæ, & Mater dicitur & domus. Mater quoniam fideles peperit, iuxta illud, quod in Cantico Annæ canimus lib. 3. Regum cap. 2. v. 5. Quoniam sterilis peperit plurimos: atque adeo homo, ideſt quilibet fidelis dicet ipsi, Mater: vocabit eam Matrem. Domus verò eadem dicta est, quoniam in illâ æquè ac in domo Matris, homo, ideſt fidelis quisque natus, eandemq; in fortissimam domum non homo quispiam, sed altissimus fundasse signatur, in quam domum ipseme, qui eam fundavit altissimus habitare facit Ecclesiam Catholicam ut Matrem. Plura ibi ad commendationem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Matris nostræ, ac omnium Ecclesiarum. Quod verò sterilis semper sit, & nunquam sterilescat optimè de-
Dionys. monstrat Dionysius in cap. 2. Cantic. *Vinea nostra floruit, ideſt, tota Ecclesia, quæ est una vinea generalis, totalis, ac integra, omnes particulares Ecclesias, seu vineas in se complectens, ac continens, quæ est vinea tanquam Domini principalis ac redemptoris, & summi pastoris ac fundatoris, & vestra, tanquam agricolarum ac vicarialium Prælatorum, atque custodum ipsius, sicut Ezechielis cap. 3. Locutus sum speculatorem te dedi Domui Israel. Et Isaias cap. 21. Fatetur super speculam Domini ego sum stans jugiter per diem, &c. Hæc vinea crescit quotidie numero, ac meritò floret in gratiâ, omniq; decore virtutum, quod tempore Apostolorum, & postea sæpius ita fuit.* His arridens Phi-
Philo-Carph. lo-Carpathius, ait: *Hæreticos capite, qui vulpium vice nocte latentes parvas Ecclesias fidelium sua prævitate corrumpunt, vastant, ac delent, tales aquam turbidam semper epotant: vinum bonum nunquam ad satietatem, iidemq; fideles Ecclesiæ & Orthodoxæ palmites teneros adhuc & novellos frangunt, ob idq; parvos esse in fide ostendit, nec firmos, quos hæretici demoliuntur à fundamento fidei: propterea comprehendi hæreticos imperat, & longè à vineâ depelli.*

III. *Cant. c. 4. v 13.* Sponsus c. 4. v. 13. Sponsæ suæ pulchritudinem describens, ait esse simile Paradiso. *Emissiones tuæ Paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus: Cypri cum Nardo, Nardus & crocus, fistula, & cinnamomum cum universis lignis libani, Myrrha & alœ cum omnibus primis unguentis.* Quid per Paradisum intelligit? Ecclesiam Catholicam & Romanã. Quomodo Paradisus est, qui modò vinea dicebatur? vocat Paradisum, quia ejus emissiones, seu propagines Ecclesias particulares seu filias ejusdem Ecclesiæ denotat: rectè Ghislerius in exposit. 2. ejusdem loci, ait: *Propagines Apostolicæ Ecclesiæ esse particulares diversarum Provinciarum, diversarumq; urbium Ecclesias: sicut propagines Israelitica Ecclesiæ ea antiquitus erant particulares Synagogæ, atque Ecclesiæ, quæ in singulis quibusq; tribubus, & singulis iis erant Iudeæ civitatibus & oppidis, quæ extendebantur usque ad mare, & usque ad flumen Euphratem. Dicendum hâc ratione eam amplificare laudem, quâ in superiori sententiâ Ecclesia Catholica evecta est similitudini horti conclusi, ut significetur non dumtaxat ipsam ut Catholica & universalis est, esse Paradisum: sed singulas quasq; particulares Ecclesias, quæ instar propaginum tanquam à matre arbore ex ipsâ emissæ per universum terrarum orbem extenduntur esse pariter Paradisũ.* Plura ibi & pulchra. Non minùs oportunè Sponsus suam amicam comparat eodem cap. 4. v. 15. fonti hortorum. *Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de libano.* Quid per hortum & fontem intelligendum sit, audi Dionysium post S. Gregorium, S. Anselmum, Bedam. *Sunt* (inquit) *Verba Christi ad Sponsam, ideſt Ecclesiam commendantis, quæ est fons hortorũ, quoniam universalis Ecclesia particulares Ecclesias instruit, irrigat, perfundit, fœcundat sicut fons hortos.* Tandem idem Sponsus Cant. c. 6. v. 7 ait Ecclesiam Romanã *Cant. 6. v. 7.* præ aliis omnibus particularibus esse dilectam. *Sexaginta* (inquit) *sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea, una est matri suæ electa genitrici suæ* Quę est illa una electa, perfecta Romana Ecclesia, quę omnibus particularibus Ecclesiis pręest non tantũ dignitate, sed etiam authoritate & virtute maternâ. Ghislerius. *Congruunt sane peroportunè ea, quæ hic dicuntur, vni Ecclesiæ Romanæ, cui reliquæ omnes uniuntur Ecclesiæ particulares quotquot Catholicæ gaudet & ortodoxorũ vocabulo.* Aitque nõ immeritò Ecclesiã Romanã nuncupari reginam. *Ob regium* (inquit) *thronum in quo Romæ summus residet Põtifex juxta illud psal. 44. v. 10. Astitit regina à dextris*

Digitized by Google

à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate, nimirùm charitatis auro circumdata varietate diversorũ sanctorũ. Hanc cœlestium charisma tum varietatem (quâ Ecclesia cumulata est,) ac reliquarum Ecclesiarum particularium maternam authoritatem & sollicitudinem ipsemet Sponsus insinuat, dicens Cant. cap. 2. v. 1. *Ego flos campi & lilium convallium.* Ghislerius ibi in expositione 3. ait campum illum esse Ecclesiam. *Campus Ecclesia est, in quâ solâ odorati, verèque pulchri flores exoriuntur animarum sanctarum. Campus autem est, non cujuslibet generis, sed Saron: campus uberrimus, campus maximè divinarum gratiarum copiâ pinguis, de quo Isaac ait Genesi cap. 27. v. 27. Sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus, de quo & David Psalm 64. v. 12. Pinguescent speciosa deserti, & campi tui replebuntur ubertate. Unus quidem campus Ecclesia est, & plures campi, quia plures sunt Ecclesiæ particulares: quæ tamen omnes una dumtaxat sunt Ecclesia Catholica, atque adeò una, eademque Ecclesia, & campus in singulari dicitur ab sponsâ, & convalles in plurali. Ego flos cãpi, & lilium convalliũ, id enim per utrumque nomẽ significatur.*

Cant. c. 2. v. 1. Ghisler.

§. 3.

Pontificum Romanorum Testimonium.

I. QUòd Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum Mater fuerit per Pontifices Romanos nemine reclamante sic nominata, ipsorum aliquos audiamus. S. Anacletus Papa qui sedit anno 103. epist. 3. *Benedictus Deus* c. 3. In hæc verba prorumpit. *Sacro-sancta Romana Ecclesia, non ab ipsis Apostolis, sed ab ipso Domino Salvatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super universas Ecclesias, ac totum Christiani populi gregem, ut ipse dixit Beato Petro Apostolo: Tu es Petrus &c.* Quibus verbis 1°. Docet Ecclesiam Romanam esse Sacrosanctam & Apostolicam. 2°. Supra omnes Ecclesias: idest supra omnes Patriarchas, Primates, Archi-Episcopos, Episcopos, eorumque Ecclesias. Deindè supra totũ populi Christiani gregem obtinuisse primatũ, eminentiam, potestatem, & jurisdictionẽ. A quo? non à Conciliis generalibus, non ab Ecclesiis particularibus, non à Patriarchis, Archi-Episcopis, Episcopis: non ab Imperatoribus, Regibus, & populis. *Sed ab ipso Domino Salvatore nostro.* Expende illud: *ab ipso*, scilicet immediatè, non autem mediatè, & per alios Evaristus qui sedit anno 113. eodẽ style loquitur epist. 1. de Romanâ Ecclesiâ, licet tunc illam sub Traiano & Hadriano Augustis infestarent Judæi & in Africâ Saturnini & Carpocratis Gnosticorũ Epiphanis, & Adamitarum hæreses. Alexander I. qui anno 121. Pontificatum gessit Xistus I. ad supremum Ecclesiæ apicem promotus anno 132. epist. 1. quæ incipit: *Cognoscat vestra sapientia.* Ita scribit: *Xistus Universalis Apostolicæ Ecclesiæ Episcopus.* Pius, qui præfuit Ecclesiæ anno 167. epist. 1. & 2. Hyginus electus anno 154. in epist. quæ incipit: *Charissimi.* Declarat causas Ecclesiasticas à Metropolitanis judicari posse præsentibus Episcopis Comprovincialibus absque præjudicio tamen auctoritatis Ecclesiæ Romanæ. Anicetus, qui rexit Ecclesiam anno 175 epist 1. eodẽ modo scribit quo prædecessores. Victor, qui anno 193 Ecclesiæ clavum tenuit eodem modo loquitur. Ejus Successor Zephyrinus anno 203. epist. 1. Callistus ejusdẽ Successor anno 221 epist. 1. eodẽ modo philosophatur.

Evarist. epist. 1.

II. Marcellus qui Ecclesiam administravit anno 304. epist. 1. Melchiades qui Ecclesiam gubernavit anno 311. epist. 1. Julius I. qui sedit anno 336. epist. 1: Ad Orientales quæ inserta est Apologiæ 2ª: Sancti Anastasii cujus accipe verba. *Julius*

Ignari estis (inquit) *hanc esse consuetudinem, ut primum nobis scribatur ut hinc, quod justum est definiri possit? quapropter si istic ejusmodi suspicio in Episcopum concepta fuerit, ad hanc nostram Ecclesiam referri oportuit.* Expende illa verba: *Ad hanc nostram Ecclesiam referri oportuit.* Quæ est illa Ecclesia ad quam Orientales Ecclesiæ suas causas referre debebant nisi Ecclesia Romana? à quo illud jus ipsi concessum est? non à Conciliis, à Regibus, sed ab ipsâ ordinatione Dei: quod jus omnibus notum esse asserit. Et loquens de Apostolis. *Sanctam* (inquit) *Romanam Ecclesiam primatum omnium Ecclesiarum habere noluerunt,*

noluerunt. Scilicet juxta Chriſti inſti-
Syricius. tutionem. Quod clarè aſſerit Syricius Papa ſedens anno 385. Et ſcribens Himerico Epiſcopo Tarraconenſi cap. 15. *Explicamus (ut arbitror) frater chariſſime univerſa, quæ digeſta ſunt in querelam, & ad ſingulas cauſas, de quibus per filium noſtrum Baſſianum Præsbyterum ad Romanam Eccleſiam, utpotè ad caput tui cor-*
Pelagius *poris retuliſti.* Pelagius II. anno 590. ſedens epiſt 1. qui eis Cõſtantinopolim ad ſynodum illicitâ vocatione Joannis Epiſcopi Conſtantinopolitani convenerant ſic loquitur. *Prædeceſſores Ioannis, ſi ipſe Ioannes non ſemel ſed ſæpiſſimè epiſtolas atque libros propriâ manu ſubſcriptos ſanctis anteceſſoribus noſtris miſerunt, quibus coram Deo proteſtati ſunt nihil unquam protervè contra Apoſtolicam Sedem agere, nec de illius, aut aliorum privilegiis quicquam uſurparit; qui hactenus in Archivio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſub ſigillis & chirographis roborati habentur.* Quibus verbis confundit Apoſtolicam cum Romanâ Eccleſiâ; ita ut Sedes Apoſtolica Romanæ Eccleſiæ ſit annexa.

III. Audiamus S. Leonem ſedentem an-
S. Leo. no 440. in Natali Apoſtolorum Petri & Pauli ſerm. 1. ubi ita Romam affatur. *Iſti ſunt, qui te ad hanc gloriam provexerunt, ut gens ſancta, populus electus, Civitas ſacerdotalis & regia per ſacram Beati Petri ſedem caput orbis effecta, latiùs præſideres religione divinâ, quàm dominatione terrenâ: quamvis enim multis aucta victoriis jus imperii tui, terrâ, mariſque protuleris, minus tamen eſt, quod tibi bellicus labor ſubdit, quàm quod pax Chriſtiana ſubjecit.* Quibus verbis oſtendit Romam ſplendidiorem factam, & ampliori dignitate potitam per ſedem Petri, quàm per Auguſtorum victorias. Nec his verbis obeſt reſcriptum Va-
Valent. lentiniani. *Per omnia ſervatis, quæ divi*
reſcrip. *Parentes noſtri Romanæ Eccleſiæ detulerunt.* His enim verbis non innuit Romanam Eccleſiam à prædeceſſoribus ſuis ſuam prærogativam, & præeminentiam accepiſſe; nec quia Imperatores Eccleſiæ Romanæ tantùm detulerunt, ideò illa caput eſt Eccleſiarum. Imò quia jure divino, & ex inſtitutione Chriſti illa tanquam ſedes Petri Principis Apoſtolorum caput eſt & radix omnium Eccleſiarum, ideò Valen- *Valent.*
tinianus ſuâ novellâ, & reliqui Chriſtiani Imperatores tantùm ei detulerunt, & deferendum putarunt. Quare Romanæ urbis dignitas producitur in novella quaſi quædam cauſa acceſſoria, licet in Chriſti inſtitutionẽ & Petri meritum Sedis. oſtolicæ & Eccleſiæ univerſalis primatus refundi debeat. Omitto alios, qui paſſim eam Matrem, radicem, &c. appellant. Item Xiſtum I. ſedentem anno 132. Epiſt. 2. quæ incipit: *Cognoſcat veſtra ſapientia.* Ubi (ut dictum eſt) Xiſtus univerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ Epiſcopus dicitur. Itẽ Victor ſedens anno 194. Epiſtolam 1. ſic auſpicatur. *Victor Archiepiſcopus Eccleſiæ Romanæ & univerſalis.* Et tandem concludit *Penes univerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ ſedem eorum cauſa judicetur.* Nomine Eccleſiæ Apoſtolicæ Romanã intelligit Pontianus Papa anno 233. Epiſt. 21 incipiente. *Gloria in excelſis Deo*, ait, *Pontianus ſanctæ & univerſalis Eccleſiæ Epiſcopus.* Qui cum aliis Romanam Eccleſiam tantùm Eccleſiã nominant id fit per antonomaſiam. Nam ut ſcribit Baronius ad annum Chriſti 349. ubi hæc S. Athanaſii apologiæ 2. verba expendit. *Imperator iſtas litteras miſit, quibus acceptis, Romam aſcendi, Eccleſiam, & Epiſcopum aditurus.* Subdit. *Dum eam cauſam adventus ſui Romam antequam proficiſceretur ad Conſtantium in Orientem fuiſſe tradit, nimirùm quod ait, ut adiret Eccleſiam, & Epiſcopum; ſignificans illam, quæ Romæ eſt antonomaſticè dictam eſſe Eccleſiam, ex quâ, & in quâ omnes unitate Catholicâ conjunguntur, ipſumque unum eſſe Epiſcopum antonomaſticum, ex quo omnia, & in quo, & per quem, qui ſunt eſſe intelligantur Epiſcopi. Hæc igitur fuit majorum nomenclatura, ut per Eccleſiam & Epiſcopum, Romanam Eccleſiam atque Epiſcopum ſignificarent.* Sicut ſi adhuc Athenis Demoſthenes viveret, vel Romæ Cicero: Et quis nõ diceret Athenas, vel Romam aſcendi Oratorem auditurus, licet illic, vel alibi forent alii Oratores, tamen per antonomaſiam intelligeretur Demoſthenes, vel Marcus Tullius. Sic dicens Romam aſcendi, Eccleſiam, & Epiſcopum aditurus; nomine Eccleſiæ intelligitur Romana, & per Epiſcopum

pum accipitur Romanus Pontifex antonomasticè: Non quod Pontifex, seu Clerus Romanus dominium aliquod sibi vindicet, vel reliquas Ecclesias in suam servitutem mancipet, libidineque dominandi tale sibi nomen, & authoritatem arroget, (ut imponit Philippus Mornæus in suo mysterio iniquitatis) sed quia hoc habet ex institutione divinâ, ut patet ex epistolâ, quam Sede vacante per Martyrium Sancti Fabiani Clerus Romanus scribit ad Ecclesiam Carthaginensem: quâ ostendit suarum partium esse ex antiquâ consuetudine sublato visibili capite universalis Ecclesiæ, ubique locorũ positæ prospicere ac cõsulere: ut in iis, quæ licerent ipsius capitis munera expleret. Id Baronius ostendit ex epistolâ 3. ad Cyprianum editione Pamelii: in quâ Clerus Romanus intelligens Cyprianum Episcopum Carthaginensem se ab Ecclesiâ subduxisse, ut opportuniori tempore in medium prodiret, & dilatatum martyrium subiret cum majore Ecclesiæ utilitate. Ut Ecclesiam Carthaginensem in officio contineret Clero Carthaginensi scripsit. Ex quâ Baronius infert. *Videas inter hæc de Ecclesiâ destitutâ Pastore eundem Romanum Clerum anxium esse, eandemque sollicitudinem universi gregis sedulo agitare consilio, qualem vivens Pontifex suscipere consueverat.*

Philippus Morn.

Baron.

IV. Nec est quod Philippus Mornæus dicat id factum esse non potestativè, sed charitativè, & per modum Consilii: hoc effugium nullum esse ex eo patet, quod Clerus Carthaginensis non consuluerat Clerum Romanum, sed Clerus Romanus ex officii sui debito, & ut suis partibus satisfaceret, sic scribit Clero Carthaginensi. *Primùm cùm incumbat nobis qui videmur præpositi esse, & vice Pastoris custodire gregem, si negligentes inveniamur, dicetur nobis quod & antecessoribus nostris dictum est, qui tam negligentes præpositi erant, quoniam perditum non requirimus, & errantes non correximus, & claudum non colligavimus, &c.* Per illa verba. *Cùm incumbat nobis.* Item. *Vice Pastoris custodire gregem.* Clerus Romanus ostendit se esse præpositum Clero Carthaginensi: alioqui frustra illi in hâc verborum formâ scripsisset. Nam Clerus Carthaginensis respondere potuisset. Si Clerus Romanus præpositus est, moneat sui officii subditos. Igitur sicut Ecclesia Carthaginensis erat grex subditus Pontifici Romano, & Sede vacante Clero Romano, sicut Capitulum Sede vacante succedit Episcopo, in his, quæ sunt jurisdictionis; non mirùm si Pontifice è vivis abstracto Clerus Romanus, seu Ecclesia ejus officio fungatur, ut *Mater & radix omnium Ecclesiarum*, secundùm S. Cyprianum. Non mirùm si dicat suam negligentiam culpandam, *Si negligentes inveniamur, &c.* Non enim censetur negligens, qui non exequitur quod non est sui muneris. Quod verò Clerus Romanus non tantùm Carthaginensis, sed etiam aliarum Ecclesiarum curam susceperit, innuit in fine suæ epistolæ. *Petimus vos qui habetis zelum Dei, harum litterarum exemplum, ad quoscumque poteritis transmittere.* In hujus jurisdictionis recognitionem, primò Sanctus Cyprianus epist. 15. scribens ad Romanum Clerum reddit rationem sui secessus, & eorum, quæ in eo gesta essent, missis Romam ad sui purgationem epistolarum exemplis, quas ad suos scripserat. Idem epist. 13. exprimit Clero Romano per modum querimoniæ, quomodo lapsi conabantur extorquere ab eo, vel inire pacem ipso invito, & libellos dabant nonnulli illorum absque discrimine & examine. Sancti Cypriani sententiam contra lapsos Clerus Romanus in omnibus confirmat: & epistolâ 13. laudat Sancti Cypriani studium, in eo quod sua examinanda & discutienda Romanæ Ecclesiæ exhiberet. Quæ omnia patenter ostendunt Ecclesiam, seu Clerum Romanum fuisse ab aliis Ecclesiis recognitum ut suum caput & Matrem. Plura infra quando de Ecclesiâ Africanâ erit mentio.

V. Julius I. qui sedit anno 352. loquens de Apostolis. *Sanctam (inquit) Romanam Ecclesiam Primatum omnium Ecclesiarum habere voluerunt.* Scilicet secundùm Christi institutionem. Gelasius I. qui tenuit Sedem Apostolicam anno 496. in Concilio 70. Episcoporum, his utitur verbis. *Sancta Romana Ecclesia nullis synodicis constitutis, cæteris Eccle-*

Julius.

ſiis prælata eſt, ſed Evangelicâ voce Domini, & Salvatoris noſtri Primatum obtinuit. Quaſi diceret cum Concilio Chalcedonenſi act. 16. *Eccleſia Romana ſemper habuit Primatum.* Ideſt non ab hominibus, ſed à Deo Idem innuit Nicolaus I. ſedens anno 858. extravag. 17. q. 4. cap. 30. *Nemini de Sedis Apoſtolicæ judicio judicare, aut illius ſententiam retractare permiſſum videlicet propter Romanæ Eccleſiæ Primatum Chriſti munere in B. Petro Apoſtolo divinitus collatum.* Non dicit Imperatorum, Regum, Epiſcoporum, Cleri, Populi &c, ſed Chriſti munere, in B. Petro Apoſtolo non humanitus per affectum aliquem carnalem, ſed *Chriſti Munere divinitùs collatum.* Et in epiſtolâ ad Michaelem Imperatorẽ, ubi de privilegiis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ita loquitur. *Iſta Privilegia huic ſanctæ Eccleſiæ à Deo donata, à ſynodis non data, ſed ſolummodò celebrata, & venerata: per quæ non tam honor quàm onus nobis incumbit, licet ipſum honorem non meritis noſtris, ſed ordinatione gratiæ Dei per B. Petrum, & in B. Petro, ſimus adepti non cogitat habere ſollicitudinem Eccleſiarum.* Expende illa verba: *Iſta Privilegia huic Sanctæ Eccleſiæ à Chriſto donata.* Per hanc Sanctam Eccleſiam intellige Romanam. Idem judicium accipe ex Pelagio II. qui anno 587. aſſerit primatum & poteſtatem in omnes Eccleſias competere Eccleſiæ Romanæ apud Baronium anno 587. art. 9. his verbis. *Inſtituente Domino caput eſſe omnium Eccleſiarum.* Audi eundem Pelagium II. epiſt ad eos, qui Conſtantinopolitani convenerunt. *Prædeceſſores* (inquit) *Ioannis, & ipſe Ioannes non ſemel, ſed ſæpiſſimè epiſtolas, atque libros propriâ manu ſubſcriptos ſanctis anteceſſoribus noſtris miſerunt, quibus coram Deo proteſtati ſunt nihil unquam protervè contra Apoſtolicam Sedem agere, nec de illius, aut aliorum Privilegiis quicquam uſurpare; qui hactenus in Archivio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſub ſigillis ac chirographis eorum roborati habentur integri.* Quare aſſerit aſſervari in Archivio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ potiùs quàm alibi, niſi quia Eccleſia Romana eſt omnium aliarum Mater? eſt omnium Regina, omnibusque ex debito invigilat.

Concil. Chalced.

Nicol.

Baron.

Tempore Cœleſtini Papæ ſedentis anno 430. apud Baronium colligimus ex epiſtolis Cyrilli & Nectarii ad Neſtorium quomodò ipſe ſcribens ad Cœleſtinum Pontificem Romanæ Eccleſiæ primatum agnoverit. Nam apud eundem Sanctus Cyrillus epiſt. 16 ad Juvenalem Hieroſolymorum Epiſcopum ita ſcribit. *Ratus, quod & Romanæ Eccleſiæ Sacerdotem in ſuam ſententiam pertrahere queat, ſcripſit ad Dominum meum, ac religioſiſſimũ & pientiſſimum Cœleſtinum inſerens epiſtolis dogmatum ſuorum perverſitatem: miſit autem & multas expoſitiones, ex quibus perverſa ſapere deprehenſus, ac jam cum execratione tanquam hæreticus condemnatus eſt.* Ex quibus verbis concludit: *Vidiſti haud obſcurè lector priſtinum morem ab ipſo exordio Romanæ Eccleſiæ in annalibus demonſtratum, nimirùm ſolius eſſe Cathedræ Petri quæſtiones de fide definire, & emergentes hæreſes cum earum auctoribus condemnare.* Ipſius Cœleſtini oraculum audiamus in fine epiſtolæ, quæ extat tomo 1. actorum Concilii Epheſini cap. 17. ubi ſcribit. *Hoc tibi perſuaſum hactenus velim, niſi de Chriſto Domino Noſtro ea tenueris, & docueris, quæ & Romana, & Alexandrina, & Vniverſa Eccleſia Catholica tenet, ſanctaque magnâ Conſtantinopolis Eccleſia uſque ad tuum Epiſcopatum tenet & docuit &c. Ab Vniverſâ Eccleſiæ Catholicæ Communione quamprimùm te expulſum proſcriptumque iri, & hoc nos planè facere in animum induxiſſe.* Ibi Romanam aliis præfert, non tantùm prælatione dignitatis, ſed etiam juriſdictionis. Quod patet, quia ſi ſolùm expreſſiſſet fidem Eccleſiæ Romanæ, etiam intellexiſſet fidem Eccleſiæ: nam Eccleſiæ Catholicæ fides non eſt alia quàm Romanæ, quæ eſt mater & magiſtra reliquarum. Sed quia tempore S. Cyrilli, & Cœleſtini Eccleſia Alexandrina erat Catholica, ideò Romanus Pontifex voluit illam à fide commendare. Quia etiam Clerus & Populus Conſtantinopolitanus fidem Catholicam profitebantur, & Neſtorii blaſphemias deteſtabantur; ideo illi hæreſiarchæ iſtius Eccleſiæ fidem ſequendam propoſuit: quas Eccleſias Patriarchales poſtquàm produxit, ſubdit. *Et Vniverſa Eccleſia Catholica tenet & docet.* Nomine

VI.

Cyrillus epiſt. 16.

Cœleſt.

mine autem universæ Ecclesiæ intelligit Romanam: ut patet ex verbis Pontificiis ad Nestorium Patriarcham Constantinopolitanum cum quo S. Pontifex agit, ut superior cum subdito. *Tu autem nunc demum nostræ voluntati morem gestam putabis, cùm & perversum tuum dogma ipse condemnaveris, ipsamq; condemnationem multis veræ emendationis argumentis confirmaveris, & omnes illos ad Ecclesias revocaveris, quos indè propter Christum, qui illius caput existit exclusos fuisse certò constat.* Et nè quis hæreticus objiceret nemini sibi dicenti credendum esse; præfata epistola lecta fuit in Ephesinâ synodo post exceptiones contra Nestorianam epistolam. Patet igitur primatum Ecclesiæ Romanæ à Cœlestino Papâ propositum ab illâ synodo fuisse recognitum, cùm Cœlestinus contra Nestorium ferret sententiam, cujus executor erat S. Cyrillus; Ut liquet ex epistolâ ejusdem Papæ, quâ Cyrillo Alexandrino præscribit tempus, quo Nestorius resipiscere debebat; alioquin illum Anathemati subjiciebat, & de Ecclesiâ Constantinopolitanâ providebat. Quod si Ecclesia Alexandrina fuisset par Ecclesiæ Romanæ nunquam Cyrillus eo se demisisset, ut Cœlestini vices acceptaret. Ut patet in Conciliis in quibus Episcopi aliquando vices gerunt Patriarcharum, sicut Proræx Regis, sed nunquam Patriarcharum aliorum sibi parium. Et confirmatur ex eo quod Patres Concilii Ephesini litteras Cœlestini Papæ magnâ cum reverentiâ exceperunt, ut constat ex tomo 2. actorum Concilii cap. 13. & 14. Baronio ad annum 431. Prospero libro contra collatorem sub finem.

VII. Non omittendus S. Gregorius Magnus, qui Sedem Apostolicam obtinuit anno 590. relatus 2. q. 6. cap. *Decreto nostro.* His verbis: *Romana Ecclesia vices suas ita illis impertivit Ecclesiis, ut in partè sint vocata sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis.* Quam potestatem manifestavit idem Sanctus Gregorius toto sui Pontificatus tempore. Nullus enim fuit annus hujus Pontificatus, quo pleniſſimam Ecclesiæ & Sedis Apostolicæ tam in Orientales quàm Occidentales Episcopos, & Ecclesias jurisdictionem non exercuerit ut patet ex palliis missis ad Metropolitanos Episcopos, Privilegiis Ecclesiis concessis, Conciliis Provincialibus approbatis vel rejectis, appellationibus ab universo orbe receptis: ut observant Baronius tom. 8. ad annum Christi 595. Sanderus lib. 7. de visibili Monarchiâ Ecclesiæ numer. 448. & seq. & numer. 511. & seq. ostendit etiam Imperatores, Reges, Magnates, diversarum nationum, & earum Patriarchas professos esse se Romanæ Ecclesiæ subditos. Ex quibus patet Romanam Ecclesiam illud jus sibi non arrogasse, seu invasisse: alioqui Ecclesiæ Orientales & Occidentales reclamassent eumque ambitionis accusassent. Nec multum contra titulum sanctæ, sacrosanctæ, universalis &c. Novatorum urget calumnia, dum ex tomo 2. Conciliorum Generalium parte 2. fertur de Bonifacio III. promoto ad Papatum anno 606. *Hic obtinuit apud Phocam Principem, ut Sedes Apostolica B. Petri Apostoli caput esset omnium Ecclesiarum, idest Ecclesia Romana: quia Ecclesia Constantinopolitana primam se omnium Ecclesiarum scribebat.* Respondet ad hoc Bellarminus lib. 2. de Romano Pontifice cap. 17. *Phocam edidisse quidem sanctionem, quâ declaravit Romanam Ecclesiam esse caput omnium Ecclesiarum, ut Beda lib. de sex ætatibus in Phocâ, & Ado in chronico, ac Paulus Diaconus lib. 18. de rebus Romanis testantur: sed non propterea à Phocâ introductum esse hunc Primatũ. nam Phocas id sanxit declarando & asserendo, non instituendo aliquid novi.* Id est repressit superbiam Episcopi & Ecclesiæ Constantinopolitanæ, qui hunc primatum sibi arrogabat, & se caput omnium Ecclesiarum scribebat. Nec hæreticis favet Sigonius citatus à Novatoribus. Sic enim lib. 2. de Regno Italiæ anno 605. scribit. *Legatis ad Phocam Imperatorem missis obtinuit, ut controversia de Principatu Constantinopolitanæ Ecclesiæ, quam Mauritius foverat, modus imponeretur: decretumq; factũ, ut Romana Ecclesia prima omnium Ecclesiarum esset, perinde atque in veteribus Conciliis sancitum esset.* Quibus verbis patenter declarat nihil novi à Phocâ decretum fuisse: sed quod antea sacris Conciliis decretum fuerat servaretur. At sacra Concilia ideò statuerunt, & adjudicaverunt

Concil. General.

Bellar.

adjudicarunt primatum Ecclesiæ Romanæ; quia ita Christus instituerat his verbis. *Pasce oves meas.* Loquens Petro Apostolorum Coripheo, super quem ante dixerat se ædificaturum Ecclesiam suam. Phocam autem nõ instituisse sed tantùm declarasse & asseruisse probat Bellarminus ex epist. 63. S. Gregorii lib. 7. indict. 2. ad Joannem Episcopum Siracusanum his verbis. *De Sede Constantinopolitanâ quis dubitet eam Sedi Apostolicæ esse subjectam, quod & Piissimus Dominus Imperator, & frater noster Eusebius ejusdem civitatis Episcopus assiduè profitetur.* Subdit Bellarminus: *Scripta autem est epostola ante Phocæ Imperium annis circiter quinque, ut ex indictionis numero apertè colligitur.* Philippus Mornæus in suo mysterio iniquitatis contendit ejusmodi epistolam esse suppositiam, neque illius esse temporis, cùm nullus eâ ætate extiterit Eusebius Constantinopolitanus Episcopus, & Onuphrius toto hoc intervallo non alios recenseat quàm Joannem Jejunatorem Cyriacum, & Thomam Sacellarium. Ad hæc dico quod cùm Bellarminus contendit hanc epistolam scriptam esse quinquennio ante Phocæ Imperium, & Cyriacum fuisse Episcopum Cõstantinopolitanum; Quid refert si error irrepsit in manuscriptis S. Gregorii, & S. Eusebius sit idem qui & Cyriacus; etsi non sit nomen proprium sed appellativum; & Græcum, magis quàm latinum? Nam Eusebius idem est quod Pius; ex hoc non sequitur hanc epistolam esse suppositiam. Deindè Cardinalis non refert hanc epistolam ut firmissimum argumentum pro primatu Ecclesiæ Romanæ. Quamvis enim Episcopus Constantinopolitanus non profectus fuisset se subjectum Romanæ Ecclesiæ, aut Gregorius illa Epistola non esset testatus; Ecclesia, & Sedes Romana suum tamen primatum obtinerent, cùm ipse Gregorius ante suam auctoritatem, Ecclesiæ primatiam patefecerit, ut passim constat ex ejus epistolis, quas Novatores esse suppositias asserere non auderent. Præterea Bellarminus producit etiam testimonium Justiniani Senioris (qui regnavit ante Phocam septuaginta annis) in epistolâ ad Joannem II. asserens Ecclesiam Romanam esse caput omnium Ecclesiarum: item Valentiniani (qui præcessit Phocam 140.) in epistolâ ad Theodosium.

Morn.

VIII. Respondet Mornæus & alii Novatores Romam appellatam à Justiniano omnium Ecclesiarũ caput eo sensu quo cod. *De Sacrosanctâ Eccles.* L. 24. Ecclesia Constantinopolitana dicitur omniũ Ecclesiarũ caput, quod strictè loquendo verum non est. Contrà, dico quod longè aliâ ratione philosophati sunt de Constantinopolitanâ, ac de Romanâ. Justinianus enim ob dignitatem Regiæ Urbis, cupiebat Ecclesiam Constantinopolitanam in Oriente principem locum tenere, & censeri omnium Orientalium caput, & ut alii Patriarchæ subessent Constantinopolitano, eoque modo vocat Ecclesiam Constantinopolitanam, *Caput omnium Ecclesiarum:* Scilicet Orientalium. At fatetur absolutè omnes Ecclesias Romanæ Ecclesiæ esse subjectas, seque hanc, ut Matrem; & Pontificem ut Patrem honorare. Quemadmodum igitur Metropolis sibi subjectarũ Ecclesiarum caput est, ita Justinianus voluit, ut Cõstantinopolitana Ecclesia primatũ obtineret omnium Ecclesiarum Orientalium sibi subjectarũ. Denique non poterat Imperator suâ authoritate constituere Ecclesiam Cõstantinopolitanam caput aliarum Dei Ecclesiarum, cùm laica potestas in jura spiritualia nullam exerceat potestatem. Reliquum est igitur, ut sancta Romana Ecclesia sit reliquarum omnium Mater & caput ex divinâ institutione, & ab initio nascentis Ecclesiæ hunc titulum acceperit. Et primi Põtifices hunc titulum absque ullius tergiversatione possederint. Possẽ plures alios producere, sed supersedemus. Prodeat solùm Stephanus III. sedens anno 752. epist. 3. quę incipit. *Explere lingua non valemus.* Ita zelum Regis Galliæ laudans fatur. *Per excellentiam tuam omnium Ecclesiarum Dei Mater, & caput fundamentum fidei Christianæ Romana Ecclesia, quæ ab hostibus impugnatur, impugnatione lamẽtabatur, magnâ nunc gaudii soliditate est confirmata; & mærentes Christianorum animæ tuo fortissimo præsidio maximæ sunt relevatæ latitiâ.* Romanæ Ecclesiæ epithetum Christianæ attribuit. Idem:

Stephan. III.

Idcò

Ideo vos (inquit) *Dominus dedit in Reges, ut per vos sancta sua exaltetur Ecclesia, & Princeps Apostolorum suam suscipiat justitiam.* Et infra *Dilectissimi filii mei adoptivi Ego Apostolus Dei Petrus, & una mecũ sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia quam mihi Dñus cõmisit monemur nè patiamini perire hanc Civitatẽ Romanam, quam mihi Dominus cõmendavit & fundamentum fidei constituit.* Vocat Romanã Sedem *Fundamentũ fidei.*

§. 4.

Conciliorum Testimonium olim figuratum.

1. AD Ordinis Carmelitarum antiquitatem & originem (quæ ducitur ab Eliâ probandã, etsi sufficiat authoritas Pontificum Romanorum Julii II. in Bullâ, *Ad sacrum Ord nem.* Xisti IV. anno 1476. Calendis Decembris, & anno 1477. Calendis Aprilis in Bullâ *Dum attentâ, &c.* Gregorius XIII. in Bullâ *Vt laudes* anno 1577. & in Bullâ *Vt breviarii*, anno 1584. Xisti V. in Bullâ, *Eximium quod in nobis.* Clementis 8. in Bullâ quæ incipit *Apostolica*, & in aliâ *Dominici gregis*, Pauli V. approbantis Lectionẽ 4. 5. & 6. nostri Breviarii pro cõmemoratione solemni B. Virginis quam 16 Julii totus Ordo Carm. celebrat & lectionem 5 in officio S. Angeli Martyris 5 Maii, ubi vocatur Patribus suis Eliæ & Elisæo persimilis, & ante illos Joannis XXII in Bullâ *Sacratissimo*, quam postea confirmavit Alexander V. Pontificatus sui anno primo, & aliorum: iisque ut divinis oraculis absque ullâ dubietate, & tergiversatione fidem adhibere debeamus. Tamen nostri Ordinis Annalistæ reliquos authores tum veteres, tum modernos ex omnibus Ordinibus in medium proferunt; ut Josephum Antiochenum, qui vixit anno Christi 130. Libro inscripto *Speculum perfectæ Ecclesiæ primitivæ.* Luitprandum seu Eutrandum circa annum Domini 960. Chronicum Rom apud nostrum Paleonydorum lib. 1 cap. 6. Armacanum in serm. de Conceptione Virginis, qui incipit, *Ave*, habito Avenione anno 1342. relato per nostrum Thomam Waldensem tom. 3. de Sacram. tit. 9. cap. 89. Philippum Jeropolitanum in cap. 1. Joannis apud eundem Paleonid. lib. 2. cap. 4. B. Petrum Thomam Patriarchã Constantinop. apud Joannem de Hildesheim Saxonem lib. contra detract. Ordinis cap. 3. Cantabrigensem Academiam in Angliâ anno 1374 Joannẽ 44. Patriarcham Jerosol qui vixit sæculo 4 lib de Instit. Monach. veteris legis sparsim; Wernerum Ronvelinck Carthusianum in fasciculo temporum. Joannem Trithemium Abbatem lib. de illustribus viris Carmelitarũ Jodocum Clicthonæũ serm. habito in Comitiis Provincialibus. Guilelmum Eisengrenum in suâ historia centuriâ 1 Genebrardum in suâ Chronologiâ lib. 4. Polydorum Virgilium lib. 7 de inventoribus rerum Molanum in suo Martyrologio ad 17. Julii. Bartholomæum Saligniacum Prothonotarium Apostolicum in suo itinerario tomo 10 c. 6. Paulum Morigiam Jesuatum in historiâ religionum lib 1. c 30. Petrum Calvum Domini anum in defens. Relig.. Eminentissimum Michaelem Mazarinum (dum sacri Palatii esset Magister) in approbatione tom. 1. annalium nostri Ordinis à P Lezanâ compositi. Carolũ de Tapia in authent. Ingressi verbo Monaster. cap 17. Renatum Chopinũ in tractat. religionum. Baptistam Confectium in summar tit. 1 c 7 Prosperum Stellartium in opere de censuris lib. 2. cap 13. Suarem tom. 4 de relig. lib 2. c. 10 Gasparem Sanchem in lib. 3. Reg. c 17. n. 12. Cornelium in c. 18 lib. 3. Reg & in c 11. ad Hebr. & alibi. Petrum Oxedam in informatione pro Immaculatę Virg Concept. Salianum Societatis Jesu tom. 4 annal. Tirinum in lib. 3. Reg. c. 17 Carthagenam Franciscanũ tom. 4. hom. de Ord. Carmel. Silvestrum Marulum Cisterc. in Mari oceano Relig. lib. 4. Onuphrium Marescal. tom. 1. concionũ in conc. B. Mariæ de Monte Carmel. Laurentium Beyrlinck in theatro vitæ tom. 6 littera R. verbo Religio Petrum Valderarama Augustinianum in Theatro Relig. in conc. S. Eliæ. Leandrum de Granata Benedictinum in L. S. Gertrudis. Cammartum Generalem Minimorum lib. de rebus Eliæ cap. 5. sect. 10. Petrum

Bertium Gallum teſte Thomâ Aquinate à S. Joſepho in ſuâ diſſert. Theol. de Patriarch. Eliæ; Antonium Monte-Catinum Conſiſtorialis Aulæ Advocatum coram Urbano VIII. in publico Conſiſtorio pro S. Andreæ Corſini canonizatione poſtulandâ; Authorem Gallum cui titulus *Les Etats & Empires du Monde*; Ac innumeros externos. Et ex noſtris B. Cyrillum 3. Generalem Latinum noſtri Ordinis Guilelmum de Sanuco Chronico de multiplic. Ordin. in ſpeculo Ordinis lib. 9. cap. 11. Joannem Bacconem in compend. hiſtor. 3. particulâ; Thomam Waldenſem tom. 3. de Sacrament. tit. 9. cap. 89. Venerabilem Joannem Soreth in præfatione ad expoſitionem regulæ noſtræ; Palæonidorum lib. de Antiquitate & ſanctimoniâ Montis Carmeli; Petrum Lucinum Belgam in compendio hiſtoriali; Didacum de Coriâ in Chronico Carmelit. Thomam à Jeſu in variis operibus; Thomam Aquinium lib. de Patriarchatu Eliæ; Franciſcum à Sanctâ Mariâ in hiſtoriâ propheticâ; Michaelem Munoz in propugnaculo Eliæ; Marcum Antonium Caſanate in paradiſo Carmelitici decoris; Joannem Baptiſtam de Lezana in annalibus Ordinis; P. Matthiam à S. Joanne; Patrem Danielem à Virgine in variis operibus Unum ex omnibus audiamus B. Mantuanũ noſtrum, qui huic Ordini non tantùm antiquitatem & primatum tribuit, ſed etiam quandam Maternitatem: ita ut ex eo reliqui Ordines prodiiſſe videantur. lib. 3. Parthenices.

Mantuanus.

Mons Patrum pietate ſacer, latèq; priorũ
Inclytus hoſpitio vatũ, nam ducitur illinc
Diſcipulo ambuſtũ jaciens ex æthere veſtẽ.
Elias ardenti cælum petiiſſe volatu:
Illinc perpetuis ceu miſſi è fontibus amnes.
Relligio, & ſacri fluxit reverẽtia cultus,
Quidquid habent alii montes pietatis ab iſto
Ducitur, hac unâ plures è vite racemi
Diffuſi latè terras atque æquora complẽt,
Hinc Carthuſiacis æterna ſilentia clauſtris,
Hinc varias Benedictus oves collegit ab iſto,
Canabe nodoſâ tunicas arcere fluentes
Lignipedes didicere viri, quique arva colebant
Iuvia & aſſiduo terræ ardore colentes,
Et quos Cyriacus de littore venit Ibero, &c.

Quod ſi fortè hæc noſtri Mantuani encomia ſuſpecta (utpotè ſui Ordinis Paranymphi) videantur, audiamus quid Metaphraſtes apud Surium tom. 3. die 14. Maii in vitâ S. Pachomii proferat. Poſtquam dixit quod tempore S Petri Alexandrini. *Eccleſiæ plurimæ, & templa Oratoriorum in omni loco erigebantur, adeò ut deincepſ cõſiſterent etiam Monaſteria, & eorum qui ſe in eis exercebant caſtitate, & poſſeſſionum renunciatione ornarentur ſolitudines.* Subdit poſtea. *Cæperunt ipſi quoque Domini gratiâ roborati ſequi vitam ſanctorum Prophetarũ. De quibus dicit Apoſtolus vas electionis: Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, afflicti, vexati, in ſolitudinibus errantes, & montibus, & ſpelunca, & foraminibus terræ: quibus dignus non erat mundus.* Hos verò de quibus Apoſtolus his verbis loquitur Eliam, & Eliani ac prophetici inſtituti ſectatores fuiſſe pro comperto omnibus eſt; & ipſe Metaphraſtes id indicat in ſequentibus de Antonio Monachorum veluti Principe loquẽs, dum dicit. *Erat enim reverà præſtantiſſimi exercitatoris Patris noſtri Antonii vita ad imitationem magni Eliæ, & Eliſei, & Ioannis Baptiſtæ, qui erant cives ſolitudinis, & amatores cæleſtium æternorumque bonorum.* Ex his porrò manifeſtè habetur hoc Monachorum ante Antonium, & poſt illum, inſtitutum, Elianæ vitæ æmulum eſſe. Idem aſſerit S. Athanaſius in vitâ S. Antonii Abbatis, Dorotheus in Synopſi Prophetarum, & alii apud Lezanam tom. 1. annal. ordinis in apparatu c. 5. Quamvis etiam pro aſtruendo ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & Sedis Apoſtolicæ primatu & maternitate ſufficiant infallibilia, & divina Romani Pontificis citata oracula: tamen ut hæc veritas non tam corroboretur, quàm illuſtretur, placet hic adjicere aliquorum Cõciliorum, Patrum, & Eccleſiæ Orientalis, ac Occidentalis, etiam ipſorum Imperatorum, & Regum unanimem conſenſum & mentem, ac juris Canonici ſententiam.

Metaphraſtes.

§. 5. *Teſtimo-*

§. 5.

Testimonium Conciliorum, quæ in Oriente celebrata sunt.

I. *Concil. Nicenū.* CONCILIUM Nicænum, seu primum universale post Apostolorū tempora celebratum apud Alfonsum Pisan. lib. 3. can. 89. §. *Sicque præest*, ita statuit: *Qui tenet sedem Romæ, caput est & Princeps omnium Patriarcharum, quandoquidem ipse est primus sicut Petrus, ut qui sit Vicarius Domini nostri Iesu-Christi super cunctos populos, & cunctam Ecclesiam Christianam: quicumque contradixerit à Synodo excommunicatur.* Expende illa verba, *Qui tenet sedem Romæ.* Quibus patenter innuit Sedem Romanam omnibus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis præesse, & regere, ac Ecclesiam Romanam cæteris omnibus Ecclesiis, & dignitate, & potestate præeminere. Sic explicanda sunt verba Concilii *Concil. Chalced.* Chalcedonensis celebrati anno 451. cui plusquam 500. Episcopi interfuerunt Act. 16 circa finem. *Gloriosissimi Iudices dixerunt ex his quæ gesta sunt, & ab unoquoque deposita perpendimus, omnem quidem primatum, & honorem præcipuum secundùm Canones antiquæ Romanæ Dei amantissimo Archiepiscopo conservari: oportere autem Sanctissimum Archiepiscopum Regiæ Constantinopolis nova eisdem primatibus honoris & ipsam dignam esse, & potestatem habere ordinare Metropolitas in Asianâ, & Pontica, & Thraciâ diœcesibus.* Non dicit aliquem primatū: *sed omnem primatum*, scilicet præcedentiæ honoris, dignitatis, potestatis, & jurisdictionis, in omnes Ecclesias, Diœceses, & personas, qualescumque sint, conservari Archiepiscopo Antiquæ Romæ, seu Romanæ Ecclesiæ. Idem Concilium Act. 3. vers. *Paschasinus Episcopus*, approbat depositionem Dioscori Patriarchæ Alexandrini factam à Leone Papâ his verbis. *Sanctissimus Archiepiscopus magnæ Romæ unà cum Beatissimo Petro, qui est Petra Catholicæ Ecclesiæ, & rectæ fidei fundamentum, eum nudavit Episcopatus dignitate, &c.* Licet sit universalis Ecclesiæ Pastor, tamen vocat magnæ Romæ Archiepiscopum, ut ostendat Romanam Ecclesiam etiam Alexandrinæ &c. præsidere, & Romanam Ecclesiam & universalem, eandem esse: ut patet ex epistolâ quam Patres Concilii Con- *Concil. Constan.* stantinopolitani habiti anno 680. scribunt Agathoni Papæ Romæ sedenti. *Tibi ut primæ Sedis Antistiti universalis Ecclesiæ, quidquid gerendum sit relinquimus stanti super firmam petram, &c.* Hujus autem epistolæ inscriptio talis erat. *Epistola ad Agathonem Papam senioris Romæ.* In septimâ Synodo generali seu secundo Concilio Nicæ- *7. Synod.* no anno 787. Legati Romani Pontificis petierunt à Prælatis seu Episcopis seorsum & simul ibidem congregatis, an Adriani I. Papæ litteris annuerent, qui unâ voce responderunt. *Petrus & Petrus Vicarii Sanctissimi Papæ senioris Romæ Adriani dixerunt. Dicat nobis Sanctissimus Patriarcha Tarasius Regiæ Civitatis si consentiat litteris Sanctissimi Papæ senioris Romæ Adriani, an non?* Sancta Synodus respondit. *Tota Sacratissima Synodus ita credit, ita dogmatizat.* Fertur in Historiâ Ecclesiasticâ, Quod Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus scripserit Nicolao I. Papæ discordias & tumultus quos Photius & adhærentes in Ecclesiam invehebant, quæ initio Adrianus II. Nicolai Successor grato animo excepit, & postea lecta publicè in 8. Synodo generali anno 869. ex mandato Donati Episcopi Ostiensis, Stephanus, & Marinus Diaconus Cardinalis in prefatâ epistolâ afferuerunt verba Christi dicta Petro etiam extendi ad ejus Successores, & Pontifices Antiquæ Romæ. *Pereum ad omnes, qui post illum efficiendi erunt summi Pastores, & divinissimi, sacrique Pontifices senioris Romæ transmisit.* Quę verba non privatim lecta sunt, sed publicè consentientibus Patribus octavæ Synodi generalis Act. 3. undè Act. 6. vers. *Quod autem dicitur sic loquitur sacra Synodus. Nos autem vendicamus Iudicium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ factum contra Photium & sequaces ejus.* His verbis vocat Ecclesiam Romanam Sanctam Matrem, & Magistram omnium Ecclesiarum.

II. *Innocent. III.* Undè meritò Innocentius III scribens ad Joannem Patriarcham Constanti-

ſtantinopolitanum oſtendit quo ſenſu Eccleſia Romana ſit Mater Univerſalis omnium Eccleſiarum. *Dicitur Eccleſia univerſalis, quæ de univerſis conſtat Eccleſiis, quæ Græco vocabulo Catholica nominatur. Secundùm hanc acceptionem vocabuli Eccleſia Romana non eſt univerſalis Eccleſia, ſed pars univerſalis Eccleſiæ, prima ſcilicet & præcipua, velut caput in corpore: quoniam in eâ plenitudo poteſtatis exiſtit, ad cæteras autem pars aliqua poteſtatis derivatur: & dicitur univerſalis Eccleſia una, quæ ſub ſe continet Eccleſias univerſas: & ſecundùm hanc nominis rationem Romana tantùm Eccleſia univerſalis nuncupatur: quoniam ipſa ſola ſingularis privilegio dignitatis cæteris eſt prælata.* Expende illa verba: *Sub ſe continet Eccleſias univerſas.* Quaſi diceret, ſicut gallina continet pullos ſuos ſub alis ſuis; quia illarum mater eſt; ſic Eccleſia Romana continet Eccleſias Antiochenam, Alexandrinam, Conſtantinopolitanam, Hieroſolymitanam &c, quia illarum mater eſt. Quod probat per analogiam ad Deum, qui eſt Pater omnium creaturarum. *Sicut & Deus univerſalis Dominus appellatur, non quaſi jam divijus in ſpecies aut ſpecialiſſimas, aut etiam ſubalternas: ſed quoniam univerſa ſub ejus dominio continentur. Eſt enim una generalis Eccleſia, de quâ veritas (inquit ad Petrum) Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. & ſunt multæ particulares Eccleſiæ, de quibus Apoſtolus ait, Inſtantia mea quotidiana, ſollicitudo omnium Eccleſiarum; ex omnibus una conſiſtit, tanquam ex particularibus generalis, & una præeminet omnibus: quoniam cùm unum ſit corpus Eccleſiæ, de quo dicit Apoſtolus: Omnes unum corpus ſumus. Chriſtus illâ velut caput cæteris membris excellit.* Ecce quomodo Eccleſia Romana ſit univerſalis & contineat alias Eccleſias, non tantùm univerſalitate dignitatis, ſed dominii authoritatis & judicaturæ, ſive in Conciliis, ſive extra, dum Pontifex ſedet in Cathedrâ. Sicut Mater non tantùm dignitate, ſed etiam dominio, & judicaturâ aliis præpollet in proles ſuas. Id innuere videtur Julius I epiſt. ad Eccleſias Orientales. *Cùm culpam incurrere non potuiſſent, ſi unde conſecrationis honores accipitis, inde totius obſervantiæ legem ſumeretis, & B. Apoſtoli Petri ſedes, quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis eſſet Eccleſiaſtica magiſtra rationis.* Expende illud. *Sedes mater eſt dignitatis Eccleſiaſtica magiſtra rationis.* Quibus verbis innuit Pontificẽ Romanum extra Cõcilium eſſe Sacerdotalis dignitatis matrem, ſeu Patrem & magiſtrã, ſeu magiſtrum Eccleſiaſticæ ratiõnis in decretis fidei & morum. Quam authoritatem nuper patefecit, damnando propoſitiones Janſenii.

Julius I.

§. 6.

Teſtimonium Conciliorum, quæ in Occidente habita ſunt.

CONCILIUM Beneventanum ſub Victore III. anno 1087. ait: *Qui ſe à Romanâ Eccleſiâ egregat, eſt habendus hæreticus.* Non dicit qui ſe ab Antiochenâ, Alexandrinâ, &c. ſed Romanâ, alludens ad illa verba. *Nõ habebit Deum Patrem, qui Eccleſiam non habebit Matrem.* Patres Concilii Carthaginenſis, & Milevitani ſuis ordinationibus non inhærent, ſed earum approbationem & confirmationem poſtulant ab Eccleſiâ Romanâ, ut ſcribit S. Auguſtinus epiſt. 90. & 92. *Idque* (inquit) *ut multò certius verè & ſalubriter.* Omnia Africana Concilia ab eâdem Eccleſiâ Romanâ fuiſſe comprobata teſtatur Cœleſtinus Papa epiſt. 165. Victor Uticenſis Epiſcopus lib. 2. de perſecutione Wandalicâ refert de Eugenio Carthaginenſi Epiſcopo, quod juſſus à Wandalorum rege de fide diſputationem inſtituere, id aggredi noluit, niſi prius mitteret ad Epiſcopos tranſmarinos. *Qui unà* (inquit) *nobiſcum fidem demonſtrare valeant & præcipuè Eccleſiæ Romanæ, quæ caput eſt omnium Eccleſiarum.* Anno 1215. celebratum eſt Concilium Lateranenſe 4. cui interfuerunt duo Patriarchæ Orientales ſcilicet Jeroſol. & Conſtantinopol Patriarcha Antiochenus gravi morbo correptus miſit Epiſcopum Antheradenſem, qui ſuum locum ſuppleret. Patriarcha Alexandrinus venire non valens ob incurſus Saracenorum, miſit Germanum ſuæ Eccleſiæ Diaconum. In eo Concilio numerati ſunt pluſ-

I.

Auguſt.

quam

quam 1260. Patres qui professi sunt Romanam Ecclesiam esse Matrem & Dominam omnium Ecclesiarum & fidelium, ut patet ex jure cap. 5. tit de dignitate Patriarcharum. *Ecclesia Romana disponente Domino, super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, utpote Mater universorum Christi fidelium & Magistra.* Idem statuitur in Concilio Viennensi anno 1311. quo omnes Episcopi Galliæ comparuerunt. in quo unanimiter scriptum est ad Philippum Regem Franciæ. *Sanè Romana Ecclesia Mater alma fidelium, caput est disponente Domino Ecclesiarum aliarum omnium & Magistra: ad cujus regimen voluit Christi clementia Romanum Pontificem vice sui deputare ministrum.* Expende illa verba. *Disponente Domino caput est & magistra, &c.* Eis arridet Concilium Osboriense in Germania sub Alexandro II. ut refertur tom. 3. Concil. General. part. 2. *Non qualibet (* inquit *) terrena sententia, sed illud verbum, per quod constructum est Cœlum & terra: per quod denique condita sunt elementa, Romanam fundavit Ecclesiam, illam solus ille fundavit, qui beato æterno vitæ clavigero cœlestis imperii jura cōmisit.* Quasi diceret, Ecclesia Romana non ab Imperatoribus, & Regibus, non à Magistratibus, & Senatibus, non ab Apostolis, Episcopis, & Clero; sed ab eodem qui solo verbo creavit Cœlum & terram, qui Regni Cœlestis imperium commisit Petro. Idem Cōcilium anno scilicet Christi 1063. sub Alexandro II. hæc de sanctâ Romanâ Ecclesiâ pronunciat. *Hâc stante reliquæ stant: sin autem hæc, quæ omnium fundamentum est & basis obruitur, cæterarū quoque status necessè est collabatur.* Quibus verbis ostendit quanta sit dependentia reliquarum orbis Ecclesiarum à Romanâ Ecclesiâ. Plura apud Baronium, & alios Historicos sacros.

§. 7.

Testimonium Patrum Ecclesiæ Orientalis.

1. NEscio cur Ecclesia Græcâ præ aliis primatum Ecclesiæ Romanæ impugnet; Cùm omnes Orientales Patres Græci ejus Maternitatē semper agnoverint, S. Chrysostomus, Athanasius, Gregorius Nazianz. Basilius, Cyrillus, Theodoretus. Unicum ex illis Athanasium audiamus: hic libro de sentent. Dionysii Episcopi Alexandrini adversus Arianos scribit, quod præfatus Episcopus Alexandrinus ad Ecclesiam Romanam delatus, & accusatus à Clericis suis, ut graviter suspectus de hæresi Sabelliana, cùm objecta postulasset ab Ecclesiâ Romanâ, & ea accepisset, opus edidit sub nomine Elenchi, & apologiæ ad se purgandum. *Cùm (* inquit S. Athanasius *) Dionysius Episcopus certior factus de Pentapolitanis Zelo religionis epistolam, &c. contra hæresim Sabellii ad Ammonium, & Eusranorum scripsisset, ex Ecclesiâ rectè quidē sentientes, sed tamen ignari ejus causæ, cur ita ab eo scriptum esset, Romam ascenderunt, aliqui enim apud Dionysium ejusdem nominis Romanum, Præsulem accusarunt, &c.* Athan. Mornæus nè Romanæ Ecclesiæ & Sedis authoritatem & forum agnoscere cogatur callidè vertit. *Eum apud Dionysium ejusdem nominis Præsulem Romanum vituperarunt.* Athanasius subdit *Re compertâ Alexandrinus simul, & contra Sabellii sectatores, & contra Arii dogmata; propter quæ ab Ecclesiâ ejectus fuit, volumen compositit, ubi æquales, sed tamen contrarias hæreses esse docet in Sabellii dogmatis & blasphemiis eorum, qui dicunt Verbum Dei opus aut creaturam esse; postulavitque à Romano Præsule, ut objecta sibi indicarent, quibus acceptis opus edidit sub nomine Elenchi, & apologiæ, ubi sceleratam officinam Christi rebellium redarguit, & quo pacto hanc infamiam contra ipsum excitarint demonstrat.* Infra. *Non rixandi animo, sed sui purgandi apologiam scripsit: certè qui suam innocentiam purgat, quid aliud facit, quàm quod crimen diluit, &c?* Expende illud *Purgat*. Apud quem fit purgatio nisi apud Superiorem Unde Baronius optime infert Sedis & Ecclesiæ Romanæ in reliquas authoritatem; tomo 2. ad annum 263. *Non est qui non videat, nisi qui spontaneâ affecti cæcitate, nè tam perspicuè videant claudunt oculos, toto cælo patere in Ecclesiâ Romanâ primarium erectum stare tribunal, ad quod principaliores causæ è remotioribus etiam*

Athan.

Mornæus.

orbis partibus deferri ſolerent, audireque Romanum Epiſcopũ prærogativâ Apoſtolicæ Sedis de fide ſententias cognoſcere cauſas Epiſcoporum: hiſque auditis & cognitis cum fratribus communicato Conſilio causas maximas authoritate Pontificiâ definire, prout S. Athanaſio teſte in causâ Dionyſii factum eſſe conſpicitur.

II. Idem ſcribens ad Marcum Pontificem Romanum ſuadente Sancto Baſilio amico ſuo ſic epiſtolam auſpicatur. *Marco Sanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Sedis, atque Vniverſalis Eccleſiæ Papæ.* Quibus verbis Romanam Eccleſiam, & Sedem univerſalium Eccleſiarum caput agnoſcit, & reveretur, cui ut tali ſtatus ſuæ Eccleſiæ & perſecutionum, quas patitur, rationem reddit, & urget, ut illicò & maturè remedium afferat ſuamque auctoritatem interponat, ſicut ſuperiores pro debito officii ſui erga ſubditos præſtare debent. *Optamus* (inquit) *ut à veſtræ ſanctæ Sedis Eccleſiæ auctoritate, quæ eſt mater, & caput omnium Eccleſiarum ea capitula ad correctionem & recreationem fidelium percipere per præſentes legatos mereamur.* Quibus perceptis promittit ſe eis in omnibus, & per omnia parituros, ut patet ex iis quæ paucis interjectis ſubdit. *Licet exigui ordinis: tamen veſtri ſumus, vobisque obedientes cum omnibus nobis commiſſis, & ſumus, & eſſe ſemper volumus.* Nonne es Patriarcha? quomodo te exigui Ordinis nuncupas? quomodo te, & tuos obedientes futuros polliceris. Eſto ſim Patriarcha. Eſto mea Eccleſia Alexandrina ſit una ex primariis totius orbis Eccleſiis, tamen ego Pontificis ſubditus ſum, & mea Eccleſia Eccleſiæ Romanæ filia eſt, illique parere tenemur, & ejus nutum ſequi, ut filia Matris, & membrum ſui capitis.

§. 7.

Teſtimonium Patrum Eccleſiæ Occidentalis

I. *Auguſt.* IN Africâ S. Auguſtinus epiſt. 162. ad Epiſcopos Donatiſtarum de Cæciliano Epiſcopo hæc ſcribit. *Erat magna auctoritatis, qui poſſet non curare conſpirantem multitudinem inimicorum, cùm ſe videret Romanæ Eccleſiæ, in quâ ſemper Apoſtoticæ cathedræ viguit principatus per communicatorias litteras eſſe conjunctum.* Ex eâdem Africâ prodiit S. Optatus Epiſcopus Milevitanus lib. 2. de Schiſmate Donatiſtarum adverſus Parmenianum, qui floruit ſub Valentiniano & Valente Principibus lib. 2. ubi hæc ſcribit. *Scientem peccare peccatum eſt, nam ignorantibus nonnunquam ſolet ignoſci. Igitur negare non potes ſcire te in urbe Româ Petro cathedram Epiſcopalem primò eſſe collatam: in quâ ſederit omnium Apoſtolorum caput Petrus; unde & Cephas appellatus eſt: in quâ unâ Cathedrâ unitas ob omnibus ſervaretur. Nè cæteri Apoſtoli ſingulas ſibi quiſque defenderent. Vt jam Schiſmaticus & peccator eſſet, qui contra ſingularem cathedram alteram collocaret. Ergo cathedra unica, quæ eſt prima de dotibus. Sedit prior Petrus; cui ſucceſſit Linus, Lino ſucceſſit Clemens, Clementi Anacletus; Anacelto Evariſtus, Evariſto Sixtus, Sixto Theleſphorus, Theleſphoro Iginus, Igino Anicetus, Aniceto Pius, Pio Soter, Sotheri Eleutherius, Eleutherio Victor, Victori Zephirinus, Zephirino Calixtus, Calixto Vrbanus, Vrbano Pontianus, Pontiano Antherus, Anthero Fabianus, Fabiano Cornelius, Cornelio Lucius, Lucio Stephanus, Stephano Sixtus, Sixto Dionyſius, Dionyſio Fælix, Fælici Eutychianus, Eutychiano Cajus, Cajo Marcellinus, Marcellino Marcellus, Marcello Euſebius, Euſebio Miltiades, Miltiadi Sylveſter, Sylveſtro Marcus, Marco Iulius, Iulio Liberius, Liberio Damaſus, Damaſo Sincius hodie, qui noſter eſt ſocius, cum quo nobis totus orbis commercio formatarum in unâ communionis ſocietate concordat.* Eandem Maternitatem Eccleſiæ Romanæ agnoſcit S. Cyprianus Epiſcopus Carthaginenſis lib. 4. epiſt. 8. quæ eſt ad Cornelium Papam. *Cyprian.* *Nos enim ſingulis navigantibus, nè cum ſcandalo navigarent, rationem reddidiſſe nos ſcimus, & hortatos eſſe; ut in Eccleſiâ Catholicâ matricem ac radicem agnoſcerent & tenerent.*

Ex Dalmatiâ pròdiit S. Hieronymus epiſt. 8. ad Demetriadem cap. 9. *Illud te pio charitatis affectu præmonendum puto; ut ſancti Innocentii, qui Apoſtolicæ Sedis ſucceſſor eſt teneas fidem, nec peregrinâ, quamvis tibi prudens, callidaque videatur doctrinam, recipias.* Idem epiſt. 57. ad *Hieron.* II.

Damaſum

Damasum Papam. *Quoniam vetusto oriens inter se populorum furore collisus indi, scissam Domini tunicam, & desuper textam minutatim per frusta discerpit, & Christi vineam exterminant vulpes; ut inter lacus contritos, qui aquam non habent difficile, ubi fons signatus, & hortus ille conclusus sit, possit intelligi: ideò mihi cathedram Petri, & fide Apostolico ore laudatam censui consulendam, indè nunc meæ animæ postulans cibum, undè olim Christi vestimenta suscepi:* Ibidem infra. *Ego beatitudini tuæ, id est Cathedræ Petri communione consocior; supra illam petram ædificatam Ecclesiam scio. quicumque extra hanc domum agnum comederit, prophanus est, si quis in Arcâ Noe non fuerit peribit regnante diluvio &c. Quicumque mecum non colligit, spargit.*

II. Ex Galliâ S. Irenæus Episcopus Lugdunensis, (qui olim S. Polycarpum Sancti Joannis Discipulum audivit,) his verbis urget Ecclesiæ Romanæ primatum. *Ad hanc enim Ecclesiam, propter potentiorem principalitatem, necesse omnem undique convenire Ecclesiam, hoc est eos, qui sunt undique fideles, in quâ semper ab his qui sunt undique conservata est, quæ est ab Apostolis traditio. Fundantes igitur & instruentes Apostoli Ecclesiam Lino Episcopatum administrandæ Ecclesiæ tradiderunt. Hujus Lini Paulus in his, quæ sunt ad Timotheum Epistolis, meminit. Succedit autem ei Anacletus: post eum tertio loco ab Apostolis Episcopatum sortitur Clemens. Huic autem Clementi succedit Evaristus, & Evaristo Alexander, & deinceps sextus ab Apostolis constitutus Xistus, & ab eo Thelesphorus, qui & gloriosissimè Martyrium fecit, ac deinceps Hyginus: post Pius, postquem Anicetus. Cùm autem successisset Aniceto Soter, nunc duodecimo loco Episcopatum ab Apostolis habet Eleutherius.* In eâdem Galliâ floruit S. Bernardus hic epist. 131 ad Mediolanenses. *Romana* (inquit) *valdè clemens est, sed nihilominùs potens &c. Plenitudo siquidem potestatis super universas orbis Ecclesias singulari prærogativâ Apostolicæ Sedi donata est. Qui igitur huic potestati resistit Dei ordinationi resistit. Potest, si utile judicaverit, novos ordinare Episcopos, ubi hactenus non fuerunt.* His ultimis verbis innuit Sedem seu Ecclesiam Romanam esse Matrem omnium Ecclesiarum totius orbis, quandoquidem novas Diœceses & Episcopatus erigere possit. Idem probat lib. 2. ad Eugenium Papam cap. 8. Ubi dat rationem cur Petro ambulante super mare alii Discipuli navigio accesserunt ad Jesum, Joannis cap. 21. v. 7. *Simon Petrus cùm audisset, quia Dominus est, tunicâ succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare, alii autem Discipuli navigio venerunt.* Mellifluus Doctor. *Quid istud?* (inquit) *nempè signum singularis Pontificii Petri, per quod non navem unam, ut cæteri quoque suam, sed sæculum ipsum susceperit gubernandum. Mare enim sæculi est, naves Ecclesiæ. Indè est, quod alterâ vice instar Domini gradiens super aquas unicum se Christi Vicarium designavit; qui non uni populo, sed cunctis præesse deberet; siquidem aquæ multæ populi multi. Ita cùm quisque cæterorum habeat suam, tibi una commissa est grandissima navis, facta ex omnibus ipsa universalis Ecclesia toto orbe diffusa.* Idem supra explicans illa Christi verba citati capitis v. 18. *Pasce oves meas.* Subdit Mellifluè. *Quos? illius, vel illius civitatis populos, aut regionis? oves meas* (inquit) *cui non planum non designasse aliquas, sed assignasse omnes. Nihil excipitur, ubi distinguitur nihil.* Paulò post: *Indè est, quod alii singuli singulas sortiti sunt plebes.* Mox: *Alii in partem sollicitudinis, tu in plenitudinem potestatis vocatus es. Aliorum potestas certis coarctatur limitibus. Tua extenditur & in ipsos, qui potestatem super alios acceperunt.* Quibus verbis docet Romanam Ecclesiam sumptam, non tantùm pro illâ solâ particulari (quæ olim fuit Romæ, & nunc est) sed etiam pro collectione omnium fidelium, qui toto orbe dispersi olim S. Petro commissâ erat Romanoque Pontifici adhærebat, etiam nunc adhæret. Eandem Maternitatem & magisterium insinuat serm. de S. Ioanne Baptistâ *Hinc Mater & magistra omnium Ecclesiarum Ecclesia Romana, cui dictum est, Ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua.* Tandem sermone ad Clerum in Concilio Remensi congregatum, locum Ioannis cap. 21. de navigiis iterùm elucidat, & potestatem Petro collatam explicat. *Moysi commissa fuit una plebs Israelitica, isti autem universæ Ecclesiæ*

Ecclesia. Et plusquam Angelus hic, cui enim Angelorum dixit aliquando Deus. Matth cap. 16. *Quacumque ligaveris super terram erunt ligata & in cœlis. Secundùm officium dico, non secundùm meritum. Præter Deum non est similis ei, nec in cœlo, nec in terrâ. Hic est Petrus, qui se misit in mare, cùm alii discipuli navigarent ad Iesum. Vnusquisque vestrùm contentus naviculâ suâ, hoc est, Archiepiscopatu suo, Abbatiâ suâ, Præpositurâ suâ. Iste autem misit se in omnes Archiepiscopatus, Abbatias, Præposituras* Horum Patrum authoritas tanta est; ut ipse Calvinus illis subscribere cogatur lib. 4. instit. cap. 17. §. 24. *Fuerit jane* (inquit) *Romæ omnium Ecclesiarum Mater. Verùm ex quo Anti-Christi sedes fieri cœpit, desiit esse quod erat.* Eam nunquam defecisse, nec ibi Anti-Christum sedisse hoc brevi argumento convinco. Vera Christi Ecclesia non potest deficere vel errare in fide. At Ecclesia Romana Pontificia Catholica seu universalis fuit aliquando. Vera Christi Ecclesia ex Calvino, & aliis. Igitur non potuit deficere vel errare, & consequenter adhuc manet vera Christi Ecclesia, & Sponsa.

Calvin.

§. 8.
Testimonium Historicum Ecclesiæ Orientalis.

I. VT clarius superiora intelligantur hic breviter percurremus Ecclesias Orientales. Eusebius lib. 4. cap. 1. refert quod Evodius fuerit institutus Episcopus Antiochenus à S. Petro anno 44. vel ut alii S. Ignatius, qui etiam ab eodem S. Petro Episcopus est ordinatus. Constat etiam Cornelium Centurionem fuisse creatum Episcopum Cæsarienſem ab eodem S. Petro. Metaphrastes scribit in variis Asiæ partibus ab eodē Apostolo ordinatos Episcopos. Quod colligi potest ex ejus epistolâ datâ Romæ per Silvanum ad advenas Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, Bithiniæ Quo ad Scythiam Asiaticam, quæ continet Hunnos, Alanas, Abusgos Zechos, & alios populos qui sunt ad Tanaum, & Moëotidem paludem siti, Christianam fidem amplexi sunt tempore Justiniani Imperatoris; tunc benè de Ecclesiâ Romanâ sentientis, ut patet ex ejus codice: & scribit Paulus Diaconus quod Iberes (dum imperaret Constantinus) anno 338. apud Ruffinum lib. 1. c. 1. Ecclesiæ Romanæ fidem amplexi sunt. Ganguinus lib. 7. narrat tertium Imperatorem Tartarorum, Scytharum suasu Regis Armeniæ Christianæ Religioni nomē dedisse, Romanæque Ecclesiæ gremio exceptum, variasque litteras, & munera ad S. Ludovicum Regem Galliæ misisse. Cobila sextus Imperator postulavit per legatos à Clemente IV. Missionarios qui suos populos Romanæ Ecclesiæ doctrinâ imbuerent. Tartarorū legati tempore Gregorii X. interfuerunt Concilio Lugdunensi. Iidē Tartari tempore Innocentii III. ante venerunt ad Concilium Lateranense. Clemens V. ordinavit Joannē à Monte Corvino Ordinis Minorum Archiepiscopum Cambulensem in Oriente, & ibidem novem Episcopos Suffraganeos ex eodē Ordine. Joannes XXII. fecit Archiepiscopum Sultanensem cum septem Episcopis Suffraganeis. Metaphrastes in vitâ Gregorii, & Nicephorus lib. 8. cap. 35. referunt, quod Armeni Ecclesiæ Romanæ religionē professi sunt cum suo Rege Teridate sub Constantino Magno Imperatore studio Gregorii, qui postea eorum Episcopus est assignatus. Cyriacus Diaconus missus Româ à Marcello Papâ post Apostolos Persis prædicans convertit ad Christi fidem Saporem Regem, unà cum plurimis Principibus, quam fidem propagavit Maratha Mesopotamiæ Episcopus, ut testatur Sozemenus. Theodoretus scribit populos Libani, & Cararam veritatem Evangelicam amplexatos esse prædicatione Abrahami Eremitæ. Ex Evagrio & Nicephoro Cabudes Persarum Rex tempore Justiniani Imperatoris, & Cosroas sub finem vitæ veram religionem professi sunt. Dum Constantinus imperaret Cæsarea Regina Persarum Cōstantinopolim veniens cum Marito suo, & quadranginta millibus personarum baptizata est. Otto Frisingensis ait suo tempore missos Legatos ab Episcopis Armenis, & eorum Metropolitano

Metaphrastes

Digitized by Google

politano ad Eugenium Papam tunc Viterbii agentem, ut ipsorum nomine Ecclesiam & Sedem Romanam, ut Matrem venerarentur. Panthenus Philosophus vir authoritate conspicuus, missus à Demetrio Episcopo Alexandriæ ad Indos, hos Christo adjunxit, quorum postea Frumentius ibi etiam prædicans ordinatus est Episcopus ab Athanasio, ut testatur Rufinus eorum Coëtaneus. Origenes missus à Demetrio Episcopo Alexandrino in Arabiã, eam regionem ab erroribus liberavit. In vitâ Pelagiæ habetur, quod Nonus Episcopus plurimos Saracenos ad verum Dei cultum reduxit: Eosdẽ Arianismo infectos Moyses Monachus ad veram religionem reduxit, ut scribit Sozomenus, Metaphrastes in vitâ Euthimii Abbatis refert, quod hic suâ sollicitudine Gentem Agarenorum Evangelicâ doctrinâ instruxit. Ecce quomodo Ecclesia Orientalis Ecclesiam Romanam, ut Matrem venerata fuerit; & non alibi quam in ejus sinu posse salutem comparari existimarit. Meritò Schismaticis Orientalibus imputare possumus id quod olim Sanctus Augustinus Juliano ab Occidentalium sententiâ ad Orientales provocanti. *Non est* (inquit lib. 1. contra eundem cap. 4) *Iuliane, cur provoces ad Orientis Antistites, quia & ipsi utique Christiani sunt, & utriusque partis terrarum fides ista una est: sed te Orientalis terra generavit, Occidentalis regeneravit Ecclesia. Quid ei quæris inferre, quod in eâ non inveniſti, quomodo in ejus membra veniſti?* Quasi diceret, cur ad Ecclesiam Orientalem provocas, quam Romana Ecclesia regeneravit, suæque fidei documentis imbuit. Jus Romanæ Ecclesiæ in Jerosolymitanam ut Matris in filiam colligo, ex Tyrio lib. 18. cap. 6 valdè exagitante ingratitudinem Templariorum, quos Ecclesia Romana exemerat à potestate & jurisdictione Patriarchæ Jerosolymitani. *Quâ perniciosâ libertate impetratâ nullâ prorsus Ecclesiarum Prælatis deinceps exhibentes reverentiam decimas sibi ex quibuscumque prædiis ad se quocumque jure penitus negabant.* Et paulò post. *Ex adipe recalcitrantes ab uberibus piæ Matris, quibus ab initio, quasi modo geniti infantes lacte pasti, & solido pro tempore cibo saginati, divisi sunt, ita ut meritò de his conqueri posſit Ecclesia Isaiæ cap. 1. Filios enutrivi & exaltavi, ipsi autem spreverunt me, parcat eis Dominus, & ad cor redire concedat, ut Matri suæ, quam dereliquerunt, dicant servire in timore.* Quibus patenter liquet quomodo Ecclesia Romana sit Mater Ecclesiæ Jerosolymitanæ, & in eam jurisdictionem habeat eandem, qualem in reliquas orbis Ecclesias.

August.

Tirius

§. 9.

Testimonium Imperatorũ Orientalium obedientium Romanæ Ecclesiæ.

I. QUALEM de Ecclesiâ Romanâ Imperatores Orientis opinionem conceperint, videamus ex eorum factis & dictis Constantinus I scribens Melchiadi Papæ anno 8 sui Imperii *Constantinus* (inquit) *Augustus Melchiadi Episcopo Romano & Hierarchæ.* Non autem (ut ex Eusebio lib 10 c 1. objicit Philippus Mornæus in suo Mysterio iniquitatis.) *Costantinus Augustus Melchiadi Episcopo Romano, & Marco.* *Nam* (ut rectè animadvertit Baronius ad annum 313. art 23.) hic titulus fuit depravatus, *quis fuerit ille Marcus, hactenus incompertum* Nec ab Optato recensetur inter Episcopos, qui vocati ab Imperatore præsentes fuerunt Romanæ Synodo; cujus gratiâ Constantinus hanc Epistolam scribit. In causâ inter Cæcilianum & Donatum, ut hujus primatui Romano se obedientiam præstare, præ aliis ostenderet, auspice Deo è Britanniâ adhuc tenebris infidelitatis immersus in Italiam venit, ibi Idololatriæ renunciavit, salutaribus aquis à Sylvestro Pontifice ablutus Sacræ deinceps religionis cultor fuit, templa idolorum publico edicto claudi jussit, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ dignitatem agnovit quidquid contra eum effutiant impius Zosimus, Julianus Apostata licet ei sanguine conjunctus. Et post eum Philippus Mornæus in suo mysterio iniquitatis. Eius religionem, devotionem, & opinionẽ de primatu

Constantinus I.

Baronius

Eccleſiæ teſtatur liberalitas. teſtantur & beneficia in illam ſingulariter collata. Nam ut (ſcribit S. Auguſtinus lib. 5. de Civitate c. 25.) *Conſtantinum Imperatorem non ſupplicantem dæmonibus, ſed ipſum verum Deum colentem tantis terrenis implevit muneribus, quanta optare nullus auderet: Cui etiam condere Civitatem Romano Imperio ſociam, velut ipſius Romæ filiam, ſed ſine ullo dæmonum templo, ſimulachroque conceſſit; diu imperavit, univerſum orbem Romanum unus Auguſtus tenuit, & defendit, in adminiſtrandis & gerendis bellis victoriiſſimus fuit, in Tyrannis opprimendis per omnia proſperatus eſt.* Hic etiam non ingratus Eccleſiam Romanam immenſis muneribus locupletavit. Nam ſecundùm Euſebium & Baronium in diſtributione Imperii per illum facta, non nominatur Roma. *Univerſum* (inquiunt) *Imperii ſtatũ tribus filiis ſuis partitus eſt, quod tanquam hæreditatem fraternã pius Pater charißimis liberis aſſignabat, cùm avitam ſortem grandiori natu filio Conſtantino, Orientis partes huic natu proximo nempè Conſtantio; quod verò inter hæc medium interjacebat, tertio filio Conſtanti tradebat.* In quâ diſtributione nulla Romæ fit mentio: Sanctus Antoninus de hâc donatione non dubitat part. 1. tit. 8. cap 2. referens illa verba. *Ego Conſtantinus*, ſubdit, *quid ergo quantum donaverit, non eſt benè certum, videtur tamen illud fuiſſe à Conſtantino donatum, quod Ludovicus Rex Francorum, & Imperator promittit, ſe jurejurando concedere Paſchali Papæ & ſucceſſoribus ejus, de quo habetur 63. Ego Ludovicus, & Otho Theutonicorum primus Imperator confirmant Ioanni Papæ eâdem diſt.* Eſto (ut Zonaras dubitat) filii inter ſe partiti ſint Imperium, vel ipſemet Conſtantinus. Et Nicolaus Calcondylus aſſerat à filiis id factum eſſe lib. 1. de rebus Turcarum his verbis. *Romani cùm eſſent nacti Imperium in orbe longè latèque, maximam commiſerunt Romam Pontifici Maximo. ipſi verò tranſierunt in Thraciam, Bizantium, quæ nunc Conſtantinopolis eſt Thraciæ Metropolim conſtituentes.* Ejuſdem donationis meminerunt etiam Galecas Græcus lib. 4. contra Græcos, Hincmarus qui floruit ſub Carolo Magno, & Ludovico Pio epiſt. 3. Ado in Chronico ætate 6. Godefridus Viterbienſis in Chronico ætate 6. cap. 8. Quod ejuſmodi Romæ dominiũ temporale ſit certò annexum Romanæ Eccleſiæ ex eo ſufficiat conjicere, quod poſt tranſlatam Imperii Sedem Conſtantinopolim nullus unquam Romæ ſubſtiterit, nedum ibi fixerit pedem. Zonaras refert de Conſtante Heraclii Nepote, cùm cogitaſſet de remittendo Imperio in veterem Romam, illud Conſilium non ſucceſſit, quia Deus reprobat Conſilia Principũ, & innuere voluit ſe eam urbem Romanæ Eccleſiæ, & Cathedræ Petri in perpetuum deſtinaſſe.

Auguſt.

Anton.

Calcond.

Zonar.

§. 10.

Teſtimonium ab Imperatorum Occidentalium ſubmiſſione erga Rom. Eccleſiam.

1. VNicus prodeat, S. Henricus, qui parem, imò majorem obſervantiam erga Romanam Eccleſiam exhibuit, dum non partem bonorum & dominiorum ſuorum, ſed totum ſuum patrimonium Romanę Eccleſiæ tradidit. Scribunt enim Witichindus Mon. in annal. Saxon. lib. 1. Albertus Crantzius in Metropol. Saxoniæ lib. 3. cap. 14. Adelbodo Epiſcopus Ultrajectenſis. Sigebertus de viris illuſtribus cap. 139. Baronius in annot. ad Martyrol. Rom. 14 Julii & in annalibus ad annum Chriſti 1011. Chapeaville de geſtis Pontificum Tongrenſium &c. tom. 1. in Wilbodone. Fizen in Hiſtoriâ Eccleſiaſticá Leod. lib. 7. & alii; quod non tantùm reſtauravit Eccleſias Magdeburgenſem, Merſeburgenſem, Miſnenſem, Hildesheimenſem, Argentinenſẽ, quæ à Barbaris vaſtatæ fuerant, & curavit ut Hildesheimenſi (ubi à pueritiâ enutritus & litteris edoctus fuit) deſignaretur Epiſcopus S. Gothardus, qui in Monaſterio Herveldenſi Abbas extiterat, Sedesque Epiſcopales, & Eccleſias ditavit; Poloniam, Bohemiam, Sclavorum adjacentes regiones, quæ nondum Chriſti fidem ſuſceperant ſine effuſione ſanguinis debellavit, Sed Benedictum VII. Pontificem maximum Bambergã invitavit

invitavit ad templum, quod ipse construxerat dicandum cum illustrissimo Principum conventu, cui septuaginta duo Præsules interfuêre. Præcipuæ Pontificiæ peregrinationis causa fuit Bambergensis Episcopatus confirmatio. Nec levis quidem illa causa, (inquit ex Leone Ostiensi Baronius) siquidem civitatem ipsam cum omni suo jure subjecit Pius Imperator Romanæ, cui, ut Dominæ annuum censum persolveret, nempè equum unum album cum ornamentis omnibus & Phaleris suis, centumq́ marchas argenti, quam ut liberaret Henricus junior voce Bambergæ tradidit Ecclesiæ Romanæ civitatem Beneventanam tempore Leonis IX. Romani Pontificis, ut Leo Ostiensis lib. 2. cap. 47. ex veteribus Casinatis Monasterii monumentis prodidit. De donatione Bambergensis fundi cum omnibus pertinentiis suis facta Apostolicæ Sedi, asserit etiam auctor vitæ olim scriptę ipsius Henrici Imperatoris apud Canisium antiq. lect. tomo 6. Præter hanc causam ferunt nonnulli Auctores apud Baronium & Fizen, quod Pontifex Maximus Bambergam accesserit, ut induceret Imperatorem ad ferendas suppetias adversus Græcos, qui paulatim jam sibi universa usque ad Romanos fines vindicaverant. Baronius ad annum 1005. scribit quod idem Augustus in Synodo Tremoniensi in Germaniâ instituit pro Ecclesiæ reformatione, quod ab eisdē pro viribus præstitum, est diligenter statutis communi consensu sacris Canonibus, quibus in pristinum usum revocarentur sanctissimæ Ecclesiasticæ leges, & exularent; qui irrepsissent, in clerum ac populum pravi mores.

II. Idem Baronius post Ditmarum refert, quod cùm Sanctus Imperator allocuturus esset Episcopos, humi se prosterneret, nec surgeret, nisi qui Synodo præesset Willegisus Archiepiscopus Moguntinus eum suis manibus elevaret. Idem anno Christi 1014. vetera Romanæ Ecclesiæ privilegia ab antecessoribus piis Regibus Galliarū, atque imperatoribus, Pipino, Carolo Magno, Ludovico pio, & Otthonibus collata, Benedicto Papæ gratitudinis ergò & pietatis amore in Romanam Ecclesiam omnia recensendo confirmavit, ac liberam Romani Pontificis Electionem Clero, populoq́ue Romano reliquit, aliaq́ue plurima dona, juraq́ue eidem concessit, quod quidem tam sua, quam omnium Episcoporum, Abbatum, Ducum, ac Comitum (qui cum ipso erant) subscriptione, atque Imperatorii Sigilli impressione roborari voluit. Post tantam observantiam erga Romanam Ecclesiam exhibitam, & alias præclaras virtutes, ac miracula perpetrata, ultimum clausit diem, sepultusque est Bambergæ in Ecclesiâ Cathedrali. Post discessum hujus glorioši ac sancti Imperatoris, Cunegundis Imperatrix perpetuæ virginitatis cum defuncto conjuge observatrix, orationibus, jejuniis, vigiliis, eleëmosinis, & aliis sanctis operibus humiliter insistens multis virtutibus claruit: tum denique fœliciter obiit, & honorificè sepulta apud Sponsum suum. Addit Ditmarus lib. 7. quod Henricus antequam coronaretur à Benedicto VIII. interrogatus fuit an fidelis vellet Romanæ patronus esse, & defensor Ecclesiæ, sibi autem, suisque successoribus per omnia fidelis devotá professione respondit affirmativè.

§. II.

Testimonium Imperatorum authoritatem judicandi in Pontifice agnoscentium.

I. Pius Imperator Constantinus Ecclesiæ & Sedis Romanæ jurisdictionem in eo agnovit, quod nō est ausus de causâ Cæciliani Episcopi judicare, sed eam remisit ad Ecclesiam, & ejus caput. Audi Sanctum Augustinum epist. 166. *Constantinus* (inquit) *non est ausus de causâ Episcopi judicare; eam discutiendam atque finiendam Episcopis delegavit.* Intelligens tamen causas Episcoporum ex divinæ legis præscripto nefas esse cognosci absque Ecclesiæ Romanæ & Sedis Apostolicæ auctoritate, ad Melchiadem Romanum Pontificem causam defert. Qui præsentibus tribus Episcopis ex Galliâ deputatis, aliisque comprovincialibus in Italiâ Episcopis Cæciliani causam pertractavit. Ut patet ex epistolâ Constantini ad Melchiadem apud Eusebium

August.

Sedes Apostolica [illegible] Papa, qui [illegible] Ecclesiæ [illegible] Apostolicæ [illegible] Ecclesiæ [illegible] Apostolicæ [illegible] Ecclesiæ [illegible] Apostolicæ

Cleric is: *Ne Clerici trahantur ad Sæcularium Magistratuum tribunalia.* Et in Sozomeno lib. 1. cap. 9. & habetur in Codice Theodosii tit. *De Episcopali judicio.* Sic Valentinianus. *Supra nos* (inquit) *est vestrum negotium, & ideò vos de vestris inter vos agite causis, quia supra nos estis.* Episcoporum causas quis judicabit nisi ipse Pontifex, & Ecclesia; ut patet ex Baronio anno 445. qui describit Novellam Theodosii & Valentiniani, quæ etiã habetur inter novellas Theodosii post Cod. Theod. tit. 14. *De Episcoporum ordinatione*, hæc inter alia habet. *Cùm Sedis Apostolicæ primatum S. Petri meritum, qui Princeps est Episcopalis Corona, & Romana dignitas Civitatis sacra etiam Synodi firmavit auctoritas, ne quid præter authoritatem Sedis istius illicitum præsumptio attentare nitatur, tunc enim demùm Ecclesiarum pax ubique servabitur, si rectorem suum agnoscat universalitas. Hæc cùm hactenus inviolabiliter custodita* Ex quibus verbis declarat primatũ Petri non alibi esse, quàm in Sede & Ecclesiâ Romanâ: Et ne id leviter ab Imperatoribus dictum videatur, placet sequentia ex eádem Novellá adjicere. *Hilarius Arelatensis (si erat venerabilis viri Leonis Romani Papæ fidei relatione comperimus) contumaci ausu illicita quædam præsumendæ tentavit, & ideò Transalpinas Ecclesias abominabilis tumultus invasit, quod recès maximè testatur exemplum. Hilarius enim, qui Arelatensis Episcopus vocatur, Ecclesiæ Romanæ urbis inconsulto Pontifice, indebitas sibi ordinationes Episcoporum solâ temeritate usurpans, invasit: Nam alios incompetenter removès, indecenter alios, invitis & repugnantibus civibus ordinavit (qui quidem quoniam non facile ab his, qui non elegerant, recipiebantur) manum sibi contrahebant armatam, & claustra murorum in hostilem morem, vel obsidione cingebat, vel egressione reserabat, & ad sedem quietis pacem prædicaturos per bella ducebat. His talibus & contra imperii Majestatem, & contra reverentiam Apostolicæ Sedis admissis, certa in eum ex his, quos malè ordinaverat, lata sententia est. Et erat quidem ipsa sententia per Gallias, etiam sine imperiali sanctione valitura. Quid enim tanti Pontificis auctoritati in Ecclesias non liceret? Sed nostram quoque præceptionem, hæc ratio provocavit, nè ulterius, vel Hilario (quem adhuc Episcopum nuncupari, sola Mansueti Præsulis permittit humanitas) nec cuiquam alteri Ecclesiasticis rebus arma miscere, aut præceptis Romani Antistitis liceat obviare. Ausibus enim talibus fides & reverentia nostri violatur Imperii. Nec hoc solùm quod est maximi criminis submonemus: Verum, ne levis saltem inter Ecclesias turba nascatur, vel in aliquâ minui religionis disciplina videatur, hoc perenni sanctione decernimus; nè quid tam Episcopis Gallicanis, quàm aliarum Provinciarum contra consuetudinem veterem liceat sine viri venerabilis Papæ urbis æternæ auctoritate tentare; sed illis omnibusque pro lege sit quidquid sanxit, vel sanxerit Apostolicæ Sedis auctoritas: ita ut quisquis Episcoporum ad judicium Romani Antistitis venire neglexerit, per moderatorem ejusdem Provinciæ adesse cogatur: per omnia servatis, quæ divi parentes nostri Romanæ Ecclesiæ detulerunt.* Ex quâ Imperiali Constitutione satis constat, & Hilarium contra Sedis Apostolicæ auctoritatem illicita præsumpsisse: præterea quanta sit Romani Pontificis in omnes Ecclesias auctoritas & jus.

Baronius

II.

Cùm Flavianus injustè damnatus esset à Dioscoro in Ephesinâ Pseudo-Synodo, ut patet ex Act. 1. Concilii Chalcedonensis, dixit: *Appello à te.* Hinc Liberatus in Breviario c. 12. ait *Flavianus contra se prolatâ sententiâ, per ejus Legatos, sedem Apostolicam interpellavit libello.* Baronius scribit, quod etsi Theodosius Imperator suâ auctoritate illud Conciliabulum coëgerit, & temerè Dioscorum huic præsidere noluerit, illudque reprobarit Leo Pontifex Epist. 22. ad Constantinopolitanos, epist 24. & 25. ad eundẽ Theodosium Augustum, epist. 26 ad Pulcheriam Augustam. Tamen quia præfatus Imperator fuerat deceptus astutiâ Chrysaphii Eunuchii Fautoris Eutychetis, & inductus fraudulenter, ut illã Pseudo-Synodum cogeret, & Dioscorum præsidere juberet, ut scribunt Evagrius lib. 1. cap. 10 Nicephorus lib. 1. cap. 47. præfatus (inquam) Baronius anno 450. refert Theodosium scripsisse Sancto Leoni, ut de Flaviano, per vim

Baronius Evagr. Nicephr.

expulso è Sede Constantinopolitanâ priusquam quidquam aliquid pro, vel contra ipsum decerneret Galla Placidia Augusta ad eundem Theodosium Augustũ filium suum his verbis ostendit quanti faciat Ecclesiam & Sedem Romanam. *Decet nos huic maximè Civitati, quæ Domina est omnium Civitatum tuarum, in omnibus reverentiam cõservare.* Nomine Civitatis intelligit Ecclesiam, quæ passim à Scripturâ & Patribus Civitas nuncupatur. Et patet ex verbis præcedentibus. *Vt res ad Cõcilii, & Apostolicæ Sedis judicium transmittatur.* Item. *Secundùm formam & definitionem Apostolicæ Sedis, quam & nos tanquam præcellentem similiter veneramur.* Expende illud *tanquam præcellentem.* Non tantùm excellentiâ dignitatis, sed etiam jurisdictionis, quandoquidem ejus definitionem & judicium expectet. Quod verò non ab hominibus, sed à D. Petro divinâ ordinatione illa excellentia illi competat. Consequenter innuit: *In quâ primus ille, qui cælestes claves dignus fuit accipere principatum Episcopatus ordinavit.* Cùm Clerus Alexandrinus à Timotheo opprimeretur, scripsit ad Imperatorem Leonem, ut Romanæ Ecclesiæ & Sedi Apostolicæ ejus impietates insinuaret. Hæc epistola habetur post Concilium Chalcedonense inter epistolas illustrium personarum pro Concilio Chalcedonensi, quam descripsit Baronius ad annum 457. *Scribere* (inquiunt) *dignemini sanctissimo Romanæ urbis Episcopo: quatenus hæc ei à vestrâ tranquillitate nota fiant, necnon & Antiocheno & Ierosolymitano & Thessalonicensium urbis Episcopo, & Ephesino, aliisq; quibus vestræ visum fuerit potestati.* Ubi reliqui post Romanum Pontificẽ numerantur, hic Timotheus operâ hæreticorum intrusus in Sedem Alexandrinam varias impietates perpetrabat, quas recenset Nicephorus libr. 5. cap. 16.

Baronius

III. *Martianus.*

Martianus Imperator Synodum Chalcedonensem propriâ auctoritate non indixit, nec ei præfuit (ut Philippus Mornæus in suo mysterio iniquitatis objicit) sed de consensu Romanæ Ecclesiæ, seu Sedis Apostolicæ, ut patet ex epistola 61. Leonis Papæ ad sanctam Synodum, in quâ testatur se non solùm per fratres, qui vicem ejus executi essent, sed etiam per approbationem gestorum synodalium propriam cum illis iniisse sententiam. *Sol.* (inquit) *videlicet fidei causâ, quod sæpè dicendum est, propter quam Generale Concilium, & ex præcepto Christianorum Principũm, & ex eo consensu Sedis Apostolicæ placuit congregari.* Quod autem præfato Concilio Pontifex sponte non compulsus interfuerit, accipe ex verbis Imperatoris epist. ad Leonem. *Superest, ut si placuerit tuæ beatitudini in has partes advenire, & Synodum celebrare, hoc facere religionis affectu dignetur. Nostris utique desideriis vestra sanctitas satisfaciet, & sacræ Religioni, quæ utilia sunt decernet.* Hæc particula *decernet* agnoscit in Ecclesiâ & Sede Romanâ supremam auctoritatem. Votis Imperatoris annuit Leo promittens se missurum suos legatos, qui vices suas possint implere, ut epist. 17. ad Theodosium Augustum patenter declarat; licet desideraret illud Concilium celebrari in Italiâ, ut colligitur ex epist. 9. & 33. ad Theodosium tom. 2. Concilii Generalis p. 1. Concilii Chalced. cæterum illam Synodum fuisse congregatam annuente Leone Pontifice, & ab eo formam dijudicandi fuisse præscriptam, probat epist. 31. quam ipse scribit ad Pulcheriam Augustam. *Quod Synodum Chalcedonensem haberi clementia vestra præcepit, cum à me ut in Italiâ haberetur manjuetudo vestra retineat postulatum, ut omnes nostrarum partium convocati Antistites, si securitas temporis suppeteret convenirent: adeò tamen non aspernanter accepi, ut binos de Coëpiscopis meis, & Com-Præsbyteris ordinarem qui vicem meam implere sufficerent, etiam ad venerabilem Synodum congruentibus scriptis, quibus fraternitas advocata cognosceret, quam formam servare in hâc adjudicatione deberet.* Quod epistola 47. ad ipsam Synodum manifestat. *In his fratribus Paschasino & Lucentio Episcopis, Bonifacio, & Basilio Præsbyteris, qui ab Apostolicâ Sede directi sunt me Synodo vestra fraternitas existimet præsidere, non abjuncta à vobis præsentia mea, qui nunc in vicariis adsum.* Et epist. 49. ad Martianum Augustum. *Quia verò quidam de fratribus quod sine*

dolore

dolore non dicimus, contra turbines falsitatis non valuêre Catholicam tenere constantiam, prædictum fratrem & Coëpiscopum meum vice meâ convenit synodo præsidere. Idem insinuat Concilii ad ipsum Leonem. *Quibus tu sicut caput membris præeras &c.* Quod autem Legati Pontificis præfuerint ut Judices Ecclesiastici, audi Bellarminum lib. 1. de Conciliis cap. 19. *Præfuerunt* (inquit) *revera, ut Judices Ecclesiastici legati Leonis Papæ. Ipsi enim in omnibus actionibus primi nominantur, primi sedent, primi loquuntur, primi scribant, ipsi sententiam definitivam in Dioscorum proferunt nomine Papæ, & totius Concilii act. 3.* Eadem act. 3. Julianus Episcopus Hyppepensis nomine totius Concilii sic legatos affatur. *Petimus vestram sanctitatem, quid habes, magis autem qui habetis locum sanctissimi Papæ Leonis promulgare in eum, & regulis insitam contra eum proferre sententiam. Omnis enim & tota universalis Synodus concors efficitur vestræ sanctitatis sententiæ.* Sententiæ autem damnationis in Dioscorum hic tenor est. *Undè sanctissimus Archi-Episcopus magnæ & senioris Romæ Leo per nos, & præsentem Synodum unà cum ter Beatissimo, & omni laude digno Beato Petro Apostolo, qui est Petra & crepido Catholicæ Ecclesiæ, & ille qui est rectæ fidei fundamentum, nudavit eum tam Episcopatus dignitate, quam etiâ ab omni Sacerdotali abalienavit ministerio.* Quam damnationem omnes Patres subscripserunt. Quod autem nõ tantùm pronunciarint, sed etam tulerint & idem sit pronunciare, & ferre, patet ex Paulo Jurisconsulto lib. 19. *De receptis qui arbitri dicere sententiam eum existimamus, qui in eâ mente, quid pronunciat, ut, ecundùm id discedere eos à totâ controversiâ velit.* Et Brissonio de verborum significatione lib. 17. *Sententiam dicere, ferre, dare, pronunciare, pro eodem jurisconsulti tam sæpè dicunt, ut putidum sit exempla adferre.* Igitur si Paschasinus sententiam dixit, sententiam tulisse censendus est. Pontifex Hormisdas Eunodium Ticinensem Episcopum, Fortunatum item Episcopum Venantium Presbyterum, & Vitalem S. R. E. Diaconum misit Constantinopolim cum mandatis & fide formulâ quos honorificè Anastasius Imperator suscepit, & articulis omnibus per Legatos exhibitis professus est se assentiri, & acquiescere omnibus quæ nomine Horsmisdæ postulabant; excepto tamen articulo de nomine Acacii hæretici condemnando. Verum est quod alii Legati secundò missi ab eo inhumaniter ejecti fuerunt, quia ejus munera neglexerunt, & incorruptam fidem servaverunt: sed hanc injuriam illatam Ecclesiæ & Sedi Apostolicæ non impunè tulit. Nam fulmine Cœlesti percussus miserè obiit.

IV. Ei Justinus Thrax omnium consensu Orthodoxus Romanæ Ecclesiæ & Sedi Apostolicæ plurimum suffragatus est, & Catholicorum patronus; primò enim de suâ creatione litteras tanquam Ecclesiæ filius ad Pontificem Horsmisdam misit. De eo Baronius ad annum 518. art. 67. *Vides* (inquit) *veterem morem Orthodoxorum Imperatorum, qui simul ac essent creati Augusti ad Romanum Pontificem (quem ut parentem venerarentur) litteras darent, nulla enim fortiori potentiâ, quam communione cum Catholicæ totius Ecclesiæ Primario Antistite conciliari sibi populorum fidelium voluntatem posse sciebant.* Pontifex suis etiam partibus non defuit, ad eum misit Legatos, quibus obviam Augustus misit suos proceres, ut innuunt legati ad Hormisdam epist. 34. inter Horsmisdæ epistolas tom. 1. epistol. Pontis quam postquàm Baronius exscripsit ad ānum 519. art. 36. *Vides* (inquit) *Lector qualia esse consueverint obsequia Orthodoxorum Imperatorum erga Romanum Pontificem, ut missæ ab eo legationi per viros clarissimos occurri voluerint &c.* Ejusdem honoris præfatis Hormisdæ Legatis exhibiti meminit Anastasius Bibliothecarius in Hormisdâ, his verbis. *Quibus venientibus juxta Constantinopolim tanta gratia fidei refulsit, ut multitudo Monachorum Orthodoxorum, & illustrium virorum maxima multitudo occurreret. In quibus Justinus Imperator, & Vitalianus Consul simul occurrerunt ad castellum rotundum, quod ducit usque in civitatem Constantinopolim cum gloriâ, & laudibus. Qui ingressi unà cum grato & illustri susceepti sunt à Justino Augusto cum gloriâ. Omnis itaque Clerus unà cum Episcopo Constantinopolitano gavisus est, sentientes eòquod gratanter susceepti essent.* Cùm autem

autem Pontifex urgeret, ut Acacii quondam Constantinopolitani Episcopi nomen è Diptychis deleretur, & illud mendacium (licet multi ægrè ferrent) Imperator nihilominùs illi obtemperavit. Ut patet ex epist. post 34. Hormisdæ tomo 1. epist. Pontif. *Negatum est inter divina mysteria memoriam in posterum fieri, pro tenore libelli, quam diximus Acacii, quondam hujus urbis Episcopi necnon aliorum Sacerdotum, qui vel primi contra constituta venerunt Apostolica, vel successores erroris facti sunt, nullâ usque ad ultimum diem suum pœnitentiâ correcti.* Hormisdâ defuncto successit Joânes I. anno Christi 514. Imperii Justini 7.° Cùm verò Justinus Imperator in Oriente zelo fidei Catholicæ omnes hæreticos (nè Gothis quidem Arianis exceptis) exagitaret, Theodoricus Rex, perfidiæ consors & patronus, id non ferens coëgit Joannem, ut legationem obiret ad Imperatorem, minatus nisi restituerentur Ecclesiæ Arianis se omnes Ecclesias Catholicas in Italiâ demoliturum, quam legationem in eo fine suscepit Pontifex: imò potius Imperatorem rogavit, ut suâ auctoritate audaciam Regis Ariani reprimeret; Et prospiceret nè Religio Catholica aliquod in Italiâ damnum pateretur. Consule Baronium super hoc. Quare in Joannem redeuntem ita exacerbatus est, ut ipsum in carcerem detruserit, ibique eum mori coëgerit Et confirmatur ex epist. Joannis I. è carcere missâ ad omnes Episcopos Italiæ. *Ecclesias* (inquit) *Arianorum, ubicumque inveneritis Catholicas eas divinis precibus absque ullâ morâ consecrate: quia & nos quando fuimus Constantinopoli, tam pro Religione Catholicâ, quàm & pro Theodorici Regis causâ negotii suadente atque hortante, Arianosque extirpante Pissimo, atque Christianissimo Justino Imperatore, quascumque illis in partibus eorum Ecclesias reperire potuimus, Catholicas eas Domino opem ferente consecravimus.* Propter quam causam Rex Arianus eum in carcere fame interemit. Eum verò Justinus honorificè cum totâ civitate excepit: non quia Theodorici Regis Legatus erat, sed quia Romanæ & Universalis Ecclesiæ Caput, & Christi Vicarius. Coram quo Imperator pronus in terrâ se humiliavit, coronamque Imperialem ab eo accepit. *Justinus* (inquit liber Pontificalis) *Imperator dans honorem Deo humiliavit se pronus, & adoravit Beatissimum Papam Ioannem.*

IV. *Justin.*

Justinianus Justini Collega, posteà in Imperio successor ad eundem Hormisdam in hæc verba scribit. *Domino meo sanctissimo Hormisdæ Archi Pontifici.* Idem ad Joannem II. Bonifacii Successorem legationem decernit, quâ fidem suam Orthodoxam profitetur. *De Summâ Trinitate & fide Catholicâ, reddentes honorem Apostolicæ Sedi, & vestræ sanctitati (quod nobis semper in voto, & fuit & est,) & ut decet Patrem honorantes vestram Beatitudinem, omnia quæ ad Ecclesiarum statum pertinent festinavimus, ad notitiam deferre vestræ sanctitatis, quoniam nobis semper fuit magnum studium unitatem vestræ Apostolicæ Sedis, & statum sanctarum Dei Ecclesiarum custodire, qui hactenus obtinet, & incommodè permanet, nullâ intercedente contrarietate. Ideò omnes Sacerdotes universi orientalis tractus & subjicere & unire Sedi vestræ sanctitatis properavimus.* Hinc idem, ut jura Ecclesiæ Romanæ, & Ecclesiarum inferiorũ servaret illæsa, & quo amore Christianam Religionem prosequeretur, non tantùm suam fidem proprio scripto Chirographo ad Sedem Apostolicam misit per Episcopos Hypatium & Demetrium. *Vndè* (inquit) *properavimus hoc ad notitiam deferre vestræ sanctitatis per Hypatium & Demetrium.* Sed etiam novellam edidit de Ecclesiæ Romanæ primatu, Romani Pontificis potestate ac suprema auctoritate in universâ Ecclesiâ Catholicâ, quam Alciatus lib. 4. Parergon. cap. 25. & Cujacius lib. 12. observat. cap. 26. & alii ut germanam approbant. Notat in- *Baronius* super Baronius ad annum Christi 534. art. 33. ex novellâ 9. Romanam Ecclesiam gaudere præscriptione centum annorum. *Vt legum originem anterior Româ sortita est, ita & Summi Pontificatus apud eam esse nemo est, qui dubitet: undè & nos necessarium duximus, Patriam legum fontem Sacerdotii speciali nostri numinis luce illustrare.* Philippus Mornæus in suo mysterio iniquitatis objicit *Illam novellam Græcè non extare.* Eandem ob- *Cujacius* servationẽ etiam Cujacius fecit lib. 5. observat.

obſervat. cap. 5. non ideò tamen eam rejicit. *Græca (inquit) forma deeſt, nec invenitur in Baſilico* Imò lib. de diverſ. temp præſcript. & terminis cap. 31. & 34. cum aliis Juſtiniani Novellis eam cõfert, omniaque exemplaria Latina habent. Et Martinus Delrio in Miſcellaneis ad eam Novellam ſubjicit. *Martin. Delrio.* *Fuit Latina lingua conſcripta, ideoque in omnibus editionibus Græcis deeſt.* Ideoque non rejicienda, licet non extet Græcè. Juſtinianus ergò dicit Romæ eſſe *Summi Pontificatus apicem fontem Sacerdotii, ſedem ſummi Apoſtoli Petri.* His verbis innuens Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam omnium, & qui eſt Pontifex Romanus eſſe Principem Sacerdotum, & ſucceſſorem ſummi Apoſtoli Petri, cui Dominus poſt reſurrectionem ſuas oves commiſit. Hic autem principatus Romanę Eccleſiæ non tantùm ſe extendit ad Eccleſias Occidentales, ſed etiam Orientales, & cùm faciant ſimul unam Chriſti Eccleſiam, unum ovile, unum Chriſti Corpus myſticum debet ei unus paſtor, & unum caput Chriſti viſibile præfici. Sicut enim una Fides, unus Baptiſmus, unus Deus eſt, & in Symbolo unam cõfitemur Eccleſiam, debet una aliis præeminere, & membra uniri inter ſe cum capite uno. Nec refert quod ex veteri ſcripto Vaticano relato a Baronio Juſtinianus Imperator, & Pontifex Agapetus ſibi occurrentes. *Rex & Pontifex ſancta deibans oſcula, & alter alterum veneratus.* Ex hoc non ſequitur utrumque eſſe æqualem, nec Pontificẽ Romanum non eſſe paſtorẽ univerſalis Eccleſiæ. Contrarium enim patet ex eádem hiſtoriá. Nam poſtquam Papa Anthimum hæreticum Epiſcop. Conſtantinop. convicit, & Mennam ſubrogavit, tunc Juſtinianus gaudio perfuſus ſe ſubmiſit, agnoſcens eſſe illius authoritatis ex ordinatione Chriſti reſtituere. & præficere Epiſcopos, eosque ubi rationabilis cauſa ſubeſſet exauctorare. *Eumque adoravit*, ut refert liber Pontificalis ſeu Anaſtaſius in Agapeto. *Anaſt.*

VI. *Conſtantinus IV.* Conſtantinus IV. Imperator in ſextá Synodo generali habitá Conſtantinopoli Act. 18. tanti æſtimat Agathonem Papam, & Romanam Eccleſiam, cujus ille paſtor eſt, ut in hæc verba prorumpat. *Tanquam ipſius divini Petri vocem Agathonis relationem ſupermirati ſumus.* ubi etiam appellat *Vniverſalem Principem Paſtorum.* Quod autem Imperator id non aſſerat adulationis, vel honeſtatis, ſed veritatis gratiâ, patet ex eo quod id aſſerat non ex propriá tantùm ſententiá, ſed totius Synodi. Ut colligitur ex Patrum verbis. *Summus nobiſcum concertabat Apoſtolorum Princeps, illius enim imitatorem & ſedis ſucceſſorem habemus fautorem, & divini ſacramenti myſterium illuſtrantem per litteras confeſſionem ſibi à Deo inſcriptam, illa Romana antiqua Civitas obtulit, & dignitatum diem à veſpertinis partibus extulit, charta & atramentum videbatur: & per Agathonem Petrus loquebatur.* Quæ verba manifeſtè innuunt Pontificem Romanum, & Eccleſiam Romanam reliquarum orbis Eccleſiarum tenere principatum. Undè & Zonaras in vitâ Conſtantini IV. & poſt eum Bellarminus lib. 1. de Conciliis c. 19 aſſerunt Legatos Pontificis Agathonis Petrum & Georgium Præsbyteros, & Joannem Diaconũ huic Concilio præſediſſe. Quanti verò Imperator & tota Synodus Agathonis & Romanæ Eccleſiæ authoritatem ſuſpexerint, liquet ex Act. 4. ubi Imperator jubet, ut legatur illius Epiſtola, & poſtea Synodi Romanæ ſub eo habitæ ad Imperatorẽ utraque ſcripta: Illius Synodi Patres ſermone acclamatorio hæc fantur. *Summus nobiſcum concertabat Apoſtolorum Princeps, &c.* Idem Imperator in ſacro reſcripto ad Leonem II. Agathonis ſucceſſorem, quod habetur tom. 2. Apoſt. Roman. Pontificum in Leone II. de illá Epiſtolá id narratur *Veluti ipſum Principem Apoſtolici Chori, primique loci Antiſtitẽ Petrum contuiti ſumus mentium noſtrarum oculis totius diſpenſationis myſterium divinitus eloquentem, verbaque hæc per eas litteras Chriſto facientem. Tu es Chriſtus Filius Dei vivi. Nam ipſum totum Chriſtum nobis ſacræ litteræ diſſerendo exprimebant, quod omnes libentibus animis, ſincereque accepimus, & veluti Petrum ipſum unis animi ſuſcepimus. Et in ſacra Synodum Romanam, tanquam ipſius divini Petri vocem Agathonis relationem, ſupermirati ſumus.* Ecce quam Imperator conceperit de

eumque per Gregorium Episcopum Syracusanum nuper à Benedicto III. Pontifice excommunicatum inisiari & consecrari curavit. Quæ res gravem Constantinopoli peperit seditionem, aliis Ignatium, aliis Photium tuentibus. Michael Augustus Bardæ versutiis irretitus Photium sustinebat, protinus legatos & litteras ad Ecclesiam & Sedem Romanam mittit, quibus accusato Ignatio postulavit legatos, quorum operâ motus ille popularis sedaretur. Pontifex Nicolaus duos misit Rodoaldum Portuensem, & Zachariam Anagninum cum mandato, inquirendi: cur Ignatius pulsus esset, & ageret cum Photio ut laico, controversiasque de sacris imaginibus (si quæ ad se deferrentur) deciderent: item postularent ut Calabriæ & Siciliæ patrimonia sibi redderentur, litteras etiam ad Photium scripsit, ejus factum arguens. Quod si Ecclesia & Sedes Romana nullam auctoritatẽ habuisset in Ecclesiam Constantinopolitanam, non opus erat ejus opem implorare ad sedandum tumultum & componendum illud schisma: sufficiebat enim Michaelis & Bardæ Augustorum auctoritas: sed cùm Imperator probè sciret omnia fore irrita, nec Photium unquã pro legitimò Patriarchâ habendum, nec schisma, sedandũ nisi Ecclesiæ & Sedis Romanæ judicio accederet, ad eas legatos misit cum accusatione cõtra Ignatium, ut patet ex epist. Nicolai ad omnes Patriarchas, & Episcopos. Deindè si Ecclesia nullũ jus habuisset in Ignatium, nec illius fuisset judicare an justa vel injusta foret abdicatio, non accusaretur apud ipsum: aliquis enim accusatur apud legitimum judicem. In præfatâ epistolâ hæc scribit Romanus Pontifex. *Legatus Imperialis nomine Leo à secretis susceptus duo volumina obtulit, quorum unum depositionis Ignatii gesta continebat: alterum autem de sanctis imaginibus acta habebat. Detulit praterea idem Leo Imperiales litteras deprecantes quatenus & in depositione Ignatii, & in confirmatione Photii consensum præberemus, & subscriberemus: at nos divinâ docente gratiâ (dum idem adesset Legatus) convocatâ totâ quæ apud nos est Ecclesiâ, decrevimus, & statuimus atque professi sumus coram ipso, & coram Ecclesia Dei. sicut & profitemur, nos pro ejectione Ignatii, vel consecratione Photii nunquam misisse, nunquàm missuros esse, & in dispositione Ignatii, & in promotione Photii nunquam consensisse, nunquam consensuros esse.* Quibus verbis satis clarè insinuat primatum Romanæ Sedis, Ecclesiæ supra Ecclesiam Constantinopolitanam: quandoquidem invalidarit quæ gesta erant in promotione Photii, & abdicatione Ignatii. Audiamus quomodò de hoc primatu & materná sollicitudine in omnes Ecclesias loquatur. *Privilegia huic Sanctæ Ecclesiæ donata à Synodis non data, sed solummodò celebrata & venerata, per quæ non tam honor, quàm onus nobis incumbit, licet ipsum honorem non meritis nostris, sed ordinatione gratiæ Dei per Beatum Petrum, & in Beato Petro sumus adepti, nos cogunt omnium habere sollicitudinem Ecclesiarũ.* Expende illa verba *Huic Sanctæ Ecclesiæ &c* Sanctam nuncupat: & ut ostendat sollicitudinem Maternam Ecclesiarum & fidelium, etiam Imperatoria dignitate insignium, ita illum corripit *Putas Imperator non benè facimus? quod nos ab injuriis scribentes inchoaveritis, nos ab orationibus: vos à convitiis in nos, imò contra primam & magistram Ecclesiarum loquentes exordium feceritis, nos in laudibus, & in nomine Domini ad potentiam vestram sermonem habituri os aperuerimus, &c.* Expende illa verba, *Contra primam & magistram Ecclesiarũ.* Cœterùm quæ fuerit Michaëlis impietas, quæ Bardæ facinora vide Scriptores Græcos Zonaram, Cedrenum, Curopalatem. Nicolaus Papa in citatâ epistolâ ostendit nullum fere Constantinopolitanum Episcopum fuisse depositum absque consensu Sedis, & Ecclesiæ Romanæ. *Vt calamum* (inquit) *ad Constantinopolitanos præsules specialiter extendamus; aut nunquam omninò, aut certè vix horum aliquis sine consensu Romani Pontificis reperitur ejectus, qui tamen hactenus inter depositos annumeretur, & non ab Hæreticis vel Tyrannis pulsus, aut interemptus commemoretur.* Quod probat Nicolaus cum multos in medium profert à Romanis Pontificibus exauctoratos, maximum à Damaso Papâ Constantinopoli pulsũ, Nestorium, Acacium, Antimum, Sergium,

gium, Pyrrhum, Paulum, Petrum. Quod si illorum aliqui depositi sunt in synodis, ut Dioscorus in Chalcedonensi. Nestorius in Ephesinâ, Patres ab Ecclesiâ, & Sede Romanâ illorum actorum confirmationem postularunt. Idem Nicolaus scribit, quomodò ad Ecclesiam Romanam omnes Ecclesiæ recurrerint, & ab eâ nullus recurrerit ad aliquam particularem. *Ad illam* (inquit) *de quâlibet mundi parte canones appellari voluerunt; ab illâ autem nemo sit appellari permissus, juxta quod & Bonifacius, atque Gelasius Sanctissimi Præsules, non suis adinventionibus, sed Ecclesiæ Romanæ cõsuetudinẽ non ignorantes dicunt; Bonifacius quidem Rufo & cæteris Episcopis per Thessaliam & aliæ Provincias constitutis scribens, ait: Nemo unquam Apostolico culmini (de cujus judicio non licet retractare) manus obvias audacter intulit. Nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit judicari.*

VIII. *Basilius* Michaëli Basilius successit, qui de Concilio Generali adversus Photium habendo misit legationẽ ad Nicolaum Pontificem. Hunc cùm defunctum invenissent legationem Adriano exposuerunt. Adrianus confirmavit eosdem Nicolai Legatos scilicet Donatum Ostiensem, & Stephanum Nepolinum Episcopos, & Martinum Diaconum, cum quibus etiam fuit Anastasius Bibliothecarius. His præsidentibus celebratum Concilium 8 Generale, in quo dissidium sublevatum est de Ignatii abdicatione, & Photii substitutione. *Reduxitq;* *Cedren.* (inquit Cedrenus ad annum primum Imperii Basilii) *in locum Photii Ignatium à Bardâ injustè pulsum, itaque Ecclesiis Dei tranquillitatem restituit.* Scilicet Ecclesiæ seu ejus legatorum auctoritate. Accipe verba Adriani Papæ II. epistolæ tom. 3 Rom. Pontif. epist. 5. ubi sic Michaëlem affatur. *Alter quodammodò Salomon, idest pacificus temporibus nostris apparuisti. Audisti quippè verbi Dei Patris tui, & non dimisisti legem Ecclesiæ Matris tuæ, adeò ut quod decessori pro eâ suggerebatur ipse perfeceris.* Expende illa verba: *Ecclesiæ Matris tuæ.* Ut scilicet Ecclesiam Constantinopolitanam sauciatam curaret. *Apostolicæ* (inquit Adrianus Papa epistolâ citatâ) *Sedis decreti remedium sanissimè requisisset, cujus nimirùm medicamentis Ecclesia Constantinopolitana sæpè Præsulibus ejus languẽtibus infirmata pristinam sospitatem vigoremque resumpsisset.* Non tantùm Adrianus Pontifex, sed & scriptores Græci Basilium laudant, quod in locum Photii intrusi restituerit Ignatium à Bardâ injustè pulsum, & Dei Ecclesiis tranquillitatem restituerit. Philippus Mornæus ait Basilium Imperatorem ideò recurrisse ad Pontificem, non ut ejus auctoritatem recognosceret, sed quia ejus ope indigebat, ut ejus ambitioni faveret. Sed mendacii convincitur per Anastasium in Adriano II. quẽ Basilium ita cum Legatis locutum refert. *Nos cum omnibus Orientalibus Patriarchis, Metropolitis, atque Episcopis conjuram sanctæ Matris nostræ Romanæ Ecclesiæ per biennium postulantes propter Deum petimus, ut Dei negotium viriliter peragatur, & tandem aliquando auctoritate vestri sacri Collegii tam pestifera Photianæ tergiversationis scandala propellantur: quatenus unitas & tranquillitas optatæ diutius juxta decretum Sanctissimi Papæ Nicolai restaurentur &c.* Ecce quomodò nominet Romanam Ecclesiam Sanctam Matrem nostram, & existimet necessarium esse decretum Romanæ Sedis ad propellenda scandala, & sedandum schisma in Ecclesiâ Constantinopolitanâ ortum. Undè in illâ 8. Synodo quidã canones conditi sunt quorũ 21. est de honorando Romano Pontifice. *Neminem debere conscriptiones contra Sanctissimum Papam senioris Romæ ac verba complicare, vel componere sub occasione quasi diffamatorum quorundam criminum, quod & nuper Photius fecit, & multò ante Dioscorus. Quisquis autem talo sacrilegus contra Sedem Petri Principis Apostolorum tentare ausus fuerit æqualem, & eandem quam illi condemnationem recipiat.* Post hæc subdit: *Porrò si sanctâ Synodus universalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de sanctâ Romanorũ Ecclesiâ quævis ambiguitas & controversia, oportet venerabiliter, & cum convenienti reverentiâ de propositâ quæstione scisciari, & solutionem accipere, aut proficere, & profectum facere, non tamen audacter sententiam dicere contra Summos senioris Romæ Pontifices.* Ecce quanto honore Ecclesia Orientalis, Concilia ibi congregata

Digitized by Google

gregata; ipsimet Imperatores Ecclesiam Romanam & ejus Summos Pontifices prosecuti sint, quomodo illam Ecclesiam sanctam vocēt, & quomodò prohibeant Pōtifices etiam in facto à quoquam judicari. Audiant hoc moderni Ecclesiæ & Sedis Romanæ ejusque auctoritatis impugnatores.

§. 12.

Testimonium Ecclesiæ Occidentalis.

1. QUòd si in Occidentales plagas pedem efferamus, indubium est Ecclesiam Romanam nemine justè reclamante esse illarum Matrem, nec regionum Orientalium terminis coarctari. ut Paragrapho decimo-tertio & sequentibus constabit: sed ad universi orbis populos sinum suum aperire, illos benignè complecti, fovere; sic Ordo Carmelitarum occidentalibus terminis non limitatus est; sed ad Occidentales plagas extenditur, ut fusè Notter Lezana in suis annalibus nostri Ordinis cum aliis authoribus nostri & alterius Instituti.

§. 13.

Testimonium Ecclesiæ Germanicæ.

1. Bonifac. ECCLESIAM Romanam olim à Germanis ut Matrem honoratam fuisse, audi Bonifacium Monachum epistolâ ad Zachariam Pontificem *Optantes* (inquit) *Catholicam fidem, & unitatem Romanæ Ecclesiæ servando ailetare, & quantoscumque audientes, vel discipulos in istâ legatione mihi Deus donaverit ad obedientiam Apostolicæ Sedis invitare & inclinare non cesso.* Consequenter postulat, ut tres Episcopi quos ordinaverat, ab Ecclesiâ & Sede Romanâ cōfirmentur. *Hæc tria loca propria Chartâ auctoritate Apostolatus vestri roborari, & confirmari diligenter postulamus, ut si Dominus voluerit per authoritatem & præceptum Sancti Petri jussionibus Apostolicis fundatæ & stabilitæ sint tres in Germaniâ Episcopales Sedes, & ut præsentes, vel futuræ generationes non præsumant, vel Parochias corrumpere, vel violare præceptum Apostolicæ Sedis.* Idem scribens ad Stephanum III. Papam ait; *Se sub tribus prædecessoribus suis Gregoriis duobus, & Zachariâ Sedi Apostolicæ inserviisse, & legatione eorum in conversione illius gentis plusquam triginta annis functum esse.* Item scribens Beggæ Abbatissæ cupienti visitare limina Apostolorum, innuit quomodò Germania ab Ecclesiæ Romanæ fide antiquâ non defecerit. *Fidem antiquam inter nos nunquam deficere scias.* Denique epistolâ ad Guidbertum Archiepiscopū Angliæ *Decrevimus* (inquit) *in nostro Synodali Conventu, & confessi sumus Catholicam fidem, & unitatem, ac subjectionē Romanæ Ecclesiæ fine tenus vitæ nostræ velle servare Sancto Petro, & Vicario ejus velle subjici, synodum per omnes annos congregare, Metropolitanos pallia, ab illâ Sede quærere, & per omnia præcepta Sancti Petri canonicè sequi desiderare; ut inter oves sibi commendatas numeremur.* Per illam particulam *subjectionem.* Ostendit Romanam Ecclesiam esse Superiorem & Matrem omnium Ecclesiarum Germaniæ, quæ de missionariis, & viris Apostolicis providit. Ut hæc veritas evidentius appareat, eam historicè deducamus. Chapeavillus, Fizen, & alii in annalibus Ecclesiæ Tongrensis & Leodiensis ferunt S. Maternum missum fuisse cum Euchario, Valerio, Mennio ab Apostolo Petro ad annuntiandū Christi Evangelium Trevirensibus, Colonienſibus, Eburonensibus sive Leodiensibus, Aquisgranensibus, Tongrensibus, Trajectensibus, Namurcensibus. Et narrant (memoriâ dignum) cujus etiam meminerunt Dionysius Carthusianus, & Cornelius in c. 4. lib. 4. Reg. quod 40. die ab obitu Maternus ad vitam revocatus baculo Petri sibi impositō sub Odoacre Rege. Severinus Germanis convertendis allaboravit, specialiter à Conone Papâ deputatus. Chilianus missus in Franconiam Herbipoli Christi Evangelium disseminavit, ubi & Martyrio affectus est. Gregorius II. creavit Bonifacium Monachum supra citatum Episcopum Moguntinum, Provinciamque ei demandavit ad totā Germaniam convertendam, Valentius Noricis Christi doctrinam annunciavit. Narcissus Episcopus cum Fœlice Diacono Augustæ Windelicorum. Burchardus

Chapeaville.

Fizen.

Lake City, Utah, 1886. Salt Lake City, Utah, 1886. Salt Lake City, Utah, 1886. Salt

Joannes Janeus, Christinus, Albarius dum Christi fidem disseminarent Martyres occubuerunt. Item quod Auricanius, Remibertus, Aldegarius, Hoggerius, Rennuardus, Unnus, Humburgenses, & Bremenses, Daniam, Sueciam, Rugiam, Gotthiam converterunt, & ibi in religione plantandâ incubuerūt, scribit Hermoldus. Stephanus Monachus Corbarnensis prædicando in Suecia Martyrio coronatus est. Froto Rex Daniæ postulavit ab Agapeto Pontifice Doctores (ut scribit Saxo Grammaticus.) Bothina & Philandia per Henricum Episcopum Upsalensem Christi nomen agnoverunt ex Olao. Sollicitudine Adriani IV. tota Norvegia Christum colere cœpit. Plura de hâc totius Germaniæ filiatione spirituali & obedientiâ erga Sanctam Romanam Ecclesiam vide apud Baronium, Spondanum, Bzovium, & alios qui de Germanorum conversione differuerunt. In hujus filiationis Germanicæ signum Carolus Magnus post superatos Saxones ope & auspiciis Sancti Petri, Saxoniam Romanæ Ecclesiæ obtulit, ut testatur Gregorius VII. epist ad Pe. Albanensem Episcopum & G Principem Salernitanum: quæ extat manu scripta in regiſtro epist. ipsius Pontificis lib. 8. epist. 23. *Carolus Magnus Imperator obtulit B. Petro, cujus eam devicit adjutorio, & posuit signum devotionis & libertatis, sicut ipsi Saxones habent scriptum, & prudentes illorum satis sciunt.* Consule ejus tomum, qui in Archivio S. Petri habetur addit Baronius anno 782. Carolum Magnum indixisse unum denarium per singulas domos Galliarum annuatim Romanæ Ecclesiæ persolvendum, itaut in tribus locis singulis annis colligerentur mille & ducentæ libræ Apostolicæ Sedi offerendæ, videlicet Aquisgrani apud Bodum Sanctæ Mariæ, & apud S. Ægidium, excepto hoc, quod unusquisque propriâ devotione offerebat. Sigebertus ad annum 754 & Baronius ad annum 755. scribunt, quod S. Bonifacius Archi Episcopus Moguntinus erat Legatus Apostolicus Germaniæ, & à Carolo Martello appellatus (Vir Apostolicus) qui postquàm in Frisiâ pro fide Catholicâ laboravit à Paganis interfectus Martyrio coronatus est. Sigebertus addit, quod cùm Saxones rupto pacis fœdere Francorum fine, premerent igne & cæde: tamen Ecclesiam à S. Bonifacio benedictam in Fastillar incendere non potuerunt: nam S. Bonifacius prædixerat nunquam cremandā. Dictus Bonifacius per legatos suos, quos Romam miserat, ut debitā Ecclesiæ & Sedi Romanæ sub Zachariâ Pontifice voveret obedientiā. Sic loquitur epist. 132. *Non aliter, quàm ut ante vestigia vestra geniculantes intimis subnixè flagitamus precibus, ut sicut prædecessorum vestrorum pro auctoritate S. Petri servi devoti, & subditi discipuli fuimus sic & vestræ pietatis servi obedientes subditi sub jure canonico fieri mereamur: optantes Catholicam fidem & unitatem Romanæ Ecclesiæ servare: & quantoscumque audientes vel discipulos in istâ legatione mihi donaverit Deus ad obedientiam Apostolicæ Sedis invitare & inclingare non cesso.* Quibus verbis innuit se optare unitatē Ecclesiæ Romanæ servare & se indefessè laborare ut alii eidem Ecclesiæ & Sedi Apostolicæ obtemperent.

IV. Eam obedientiam Romanæ Ecclesiæ Matri suæ exhibuit semper Ecclesia Leodiensis, nec à suo Fundatore Sancto Huberto commendatam unquam intermisit. Quod si hanc inscriptionem, *Sancta Legia Romanæ Ecclesiæ Filia*, ab eo accepit illius elogii seu nominis veritatem Præclaris suis facinoribus & personis testata est intuitu natalis soli. Hoc argumentum paulò fusiùs agitabimus Si Romana Ecclesia nunquā à fide defecit; hæc in fide ac religione inter bellorū & hæreseon vicinas procellas, nonnullasq; domesticas factiones semper perseveravit. Imò ex ampliſſimo suo Collegio primario plurimos ad supremum Ecclesiæ regimen aptavit Sub Theoduvino stirpis Bavaricæ Episcopo Leodiensi Fridericus Gothelonis Lotharingiæ Ducis è Canonico & Archi-Diacono Leodiensi in familiam Leonis IX. ascitus, deindè Bibliothecarius, tum Cancellarius, tum Cardinalis Diaconus Sanctæ Mariæ in Dominicâ, tum Apostolicæ Sedis Legatus Constantinopolim missus, ut illam Ecclesiam (quæ a Romanâ jam defecerat, & primatum sibi temerariè arrogarat) ad solitam ac debitam Ecclesiæ Romanæ, obedien-

tiam

tiam revocaret. Eâ legatione ritè perfunctus Romam rediit; indè Cailini ſuſcepto monachali habitu Abbas creatus eſt, & à Victore II. Præsbyter Cardinalis S. Chryſogoni nominatus, & tandē ad Pontificatū evectus. ac dictus Stephanus X (vel ut alii IX.) curavit ut Eccleſia Mediolanenſis quæ à Romanâ per 200. ferè annos ſe ſubſtraxerat, nunc demùm ei obtemperaret, ut veræ omnium Eccleſiarū Parenti & nutrici, ita S. Antoninus, Sigibertus, Platina, Genebrardus, Marianus, Palmerius, Onuphrius, Ciaconius. Inter alia beneficia, quæ Leodienſi Eccleſiæ contulit: duo dumtaxat recenſebo. Primum fuit pars S. Crucis notabilis magnitudinis, alterum ſuperhumerale unionibus ac gemmis à ſummo ad imum grave, contextumque, quo utuntur Epiſcopi Leodienſes inter ſacra miſſarum ſolemnia Gerardus primarii Collegi Leodienſis olim alumnus natione Allobrogus, Epiſcopus Florentinus Pontifex creatus Nicolai II. nomine aſſumpto, in Concilio Lateranenſi ſancivit, ut ſi quis pecuniâ aut favore tumultu, vel ferro Pontifex renunciaretur, à fidelibus non ut Apoſtolicus, ſed Apoſtaticus haberetur. Idem Berengarium Hæreſiarcham Palinodiam canere coëgit. Bellum Normandicum ſedavit, & Præneſtinos, Tuſculanos, Tiburtinos, ac Nomentanos Eccleſiæ Romanæ rebelles in deditionem ſuſcepit, ditioneſque ſuas tutiſſimas ac pacatas reddidit. Ita tom. 4. Concil. in Nicolao II. S. Antoninus, Nauclerus, Volaterranus, Sigibertus, Palmerius, Ciaconius, Platina, Onuphrius, Baronius anno 1058. 1059.

V. Urbanus IV. prin. ò dictus Jacobus Palatio, Trecis in Galliâ ortus, poſtquā Curionis munus exercuit, ac in patriâ ſuâ canoniçatum adeptus eſt, ad Leodienſem Archi-Diaconatum evectus, tum Apoſtolicâ Legatione ritè functus, Virdunenſis Epiſcopus & Patriarcha Hieroſolymitanus declaratus, denique Pontifex Maximus creatus eſt. De eo Sanctus Antoninus, Nauclerus, Volaterranus, Palmerius, Platina, Ciaconius Genebrardus, Onuphrius, Bzovius 1261. & 1264 Sanctus Thomas opuſc. 57. Is Feſtum Venerabilis Sacramēti, quod in Diœceſi Leodienſi primò probarat, & duo Legati Apoſtolici Hugo de Sancto Claro, & Petrus Cappocius imperarant, & Leodii Collegium Canonicorum ſancti Martini jam annis 14. celebrarat rogatu Henrici Gueldri Epiſcopi Leodienſis, juſſit inſtitui per totā Eccleſiam. Vide Chapeaville, Fizen & alios Annaliſtas Leodienſes. Ex eodē Collegio Leod. prodiit Gregorius X. Theobaldus antea vocatus, patriâ Placentinus, Leodienſis Archi-Diaconus, in Aſiâ exiſtens Viterbii à Collegio Cardinalium Pontifex creatus renunciatione factâ per Sanctum Bonaventuram. Veri Paſtoris officium exercuit: nam Venetos & Genuenſes cōpoſuit; in Concilio 2. Lugdunenſi ſalutaria poſteris monita reliquit; cui interfuit Palæologus Imperator Conſtātinopolitanus, Græcoſq toties deficientes in ſententiā Romanæ Eccleſiæ adduxit. Ita Sanctus Antoninus, Nauclerus, Volaterranus, Palmerius, Platina, Ciaconius, Bzovius, anno 1271. & 1276. ſcriptores Leodienſes ferunt Clementem VI. antea Petrum Rogerium in Philoſophicis, Theologicis, ac Juriſprudentiâ verſatiſſimum fuiſſe Eccleſiæ Leodienſis Alumnum. Venio ad Hadrianum VI. qui (ut ſcitè annotavit D. Guilbertus de Willocq de Bomy Canonicus & Cantor Leodienſis in opere quod typis parabat, niſi morte præventus fuiſſet) prius in Eccleſiâ Leodienſi Canonicus, ac Famennæ Archidiaconus fuit. Tum poſt vária munia ad commendationem Maximiliani Cæſaris in Collegium Cardinalium à Leone X. coaptatus, à Carolo V cui Septenni præceptor datus fuerat, Hiſpaniæ Prorex declaratus, tandem Leone vitâ functo cùm 40. Cardinales qui Conclavi interfuiſſent ipſe abſens à 39. ſuffragiis Pontifex electus eſt. Platina, Genebrardus, Onuphrius, Ciaconius, Dupleix in Carolo IX. & alii ejus virtutis monumentum humanâ memoriâ dignum proferam ex Platinâ. *Quod difficulter cognatos ad beneficia proveheret, non quia eis candidè nō faveret, ſi alioqui idonei fuiſſent, ſed quia (ut dicere ſolet) ædificare Sion in ſanguinibus hoc eſt, quia in ſacris reſpicere neceſſitudines naturæ nollet, ut quæ ibi locum non haberent. Quin imò in iis etiam in paribus dotibus alienorum potiùs quàm ſuorum*

suorum rationem habiturus videbatur. Ex quo fuit, quod litteris magnatum quorundam inferioris Germaniæ sollicitatus, ut quemquam propinquum suum adolescentem, & formâ & ingenio præstantem, qui tam recens Magister Philosophiæ creatus, studia altiora Lovanii sequebatur Galero Cardinalitio ornaret, ex more solemni aliorum Pontificum, nequaquam voluit. Videat Lector consequenter quid de exemptionibus Secundariarum (ut vocant) Ecclesiarum, Collegiorumque Diœcesis Leodiensis suâ operâ aliàs impetrata censuerit. Hic non omittendum quod Fizen in Floribus Ecclesiæ Leodiensis 30 Septembris refert de S. Conrardo Comite Friburgensi & Furstembergiensi. Hic cùm è Leodiensi Canonico habitum Monachum suscepisset in Monasterio Villariensi postea Abbas Clarevallensis, tum Cisterciensis factus, denique Cardinalis, Tiaram Pontificiam sibi delatam generoso animo declinavit. Bucherius in suâ chronologiâ ad annum 1164. scribit Henricum II. Episcopum & Principem Leodiensem pari animi constantiâ oblatum supremum Ecclesiæ Pontificatum recusasse.

VI. Ad dignitatem Cardinalitiam plurimos è Cathedrali Leodiensi elatos fuisse testantur chronica tã domestica, quam externa. Anno 803. Gerebaldus Bavarorum Ducis ex amitâ victoriosi Principis Ogeri Dani filius ac Leodiensis Episcopus à Leone III. Cardinalis creatus est. Gerardus Lobiensis primò Scholasticus & Canonicus Leodiensis, tùm in Cardinalium numerum adlectus est, Sedisque Apostolicæ Leodii Legatus, ubi & Synodum habuit. S. Albertus ex illustrissimâ Ducum Lovaniensium stirpe Cathedralis Ecclesiæ Canonicus, & Campiniæ Archidiaconus, tum Episcopus Leodiensis, denique S. R. E. Cardinalis à Cœlestino III. factus, quanto zelo Ecclesiam Romanam coleret, ex hoc unico pateat, quod Rhemis à quibusdam Sicariis in causâ Ecclesiasticæ libertatis interemptus sit, suamque togam Cardinalitiam proprio sanguine purpurarit. Eidem Sancto Martyri cognatus Simon Limburgius in supremum Ecclesiæ Senatum adlectus est. S. Conrardus Comes Friburgensis, & Furstembergensis (de quo supra) Canonicus Leodiensis, deindè Episcopus, de Lossanâ, Sedis Apostolicæ Legatus, primò Coloniam missus tempore Sancti Engelberti Archiepiscopi & Electoris Colonensis ab Honorio III. creatus Cardinalis & Episcopus Portuensis: id memoria dignum refert Fizen, in vitâ ejus 30. Septembris. Quod illi digiti (quibus Sacrosanctam Hostiam sub Sacrificium attrectari fas est) visi sunt ardere & lucere, & legenti etiam intempestâ nocte facem præferre. Quod Illustrissimæ Familiæ Furstembergicæ honorificentissimum stemma est, dedisse scilicet Ecclesiæ Militanti & Romanæ Purpuratum Patrem, Ecclesiæ Triumphanti insignem Sanctum, & nobilissimæ isti Familiæ Tutelarem ac Patronum. Circa annum 1325. Bernardus à Guaruo Leodiensis Præpositus S. Agathæ Cardinalis creatus est. Anno 1335. quidam Præpositus Leodiensis eâdem Purpurâ donatus est. Anno 1337. Bertrandus Leodiensis Decanus à Benedicto XI. vel secundùm alios X. in Cardinalium numerum adscitus. Anno 1344. Bertrandus de Decio Præpositus Leodiensis à Clemente VI. Cardinalis efficitur. Anno 1364. Joannes Blanchartius Decanus Leodiensis ab Urbano V. albo Cardinalium ascribitur. Anno 1375. Simon Archiepiscopus Mediolanensis, & Præpositus Leodiensis creatur à Gregorio XI. Cardinalis SS. Joannis & Pauli. Ab eodem Pontifice Guilelmus Agrifolius Canonicus & Archidiaconus Brabantiæ Cardinalis Sancti Stephani, in Cœlio monte designatus est. Joannes Ægidius Præpositus Ecclesiæ Leodiensis ab eodem Urbano VI. declaratur Cardinalis SS. Cosmi & Damiani (vulgò dictus Cardinalis Leodiensis) cujus sepulchrum etiam hodie visitur propè aram SS. Cosmæ & Damiani in Basilicâ S. Lamberti. Eodem tempore quatuor, præfata Ecclesia Cathedralis, Archidiaconos; scilicet Campiniæ, Brabantiæ, Famennę, & Condrusii habuit Cardinales, quorum nomina perierunt vel ob Scriptorum incuriam, vel injuriam temporum.

Digitized by Google

VII. Martinus V. Cardinalē creavit Julianum de Cæsarinis natione Romanum Ecclesię Leodiensis Canonicū & Archidiaconum Hasbaniç. Hic ad coercendā insolentem Hussitarum in Bohemiâ licentiam, jussu Martini V. convocavit Basileæ Synodum œcumenicam, Christianorum arma in Hussitas convertit. Idem sub Eugenio IV. Legatus Concilium Ferrariense coëgit, in quo tam acriter & generosè authoritatem Sedis Apostolicæ & Ecclesiæ Romanæ propugnavit, ut Græci cum Latinis convenerint. Dominus Wisocq supra citatus notat Fredericum Cluniacensem, Canonicum Leodiensem, utriusque juris Doctorem, nobili genere oriundum, Præpositum S. Bartholomæi Bethuniæ, Caroli Ducis Burgundiæ Consiliarium, postea Episcopum Tornacensem, fuisse Purpurâ donatum à Paulo II. Innocentius VIII. nominavit Joannem Jacobum Præpositum Leodiensem Præsbyterum Cardinalem titulo S. Stephani in Cœlio monte. Idem Pontifex alium Joannem Canonicum Leodiensem designavit Cardinalem titulo sanctę Priscę. Anno 1503. Julianus de Cæsarinis alterius Cæsarini ex fratre nepos & Baro Romanus Canonicus Leodiensis & Archi-Diaconus Brabantiæ in Cardinalium catalogum assumptus ab Alexandro VI. (vel ut aliis placet) Julio II. Ab eodem Julio II. Bernardus Præpositus Leodiensis Ecclesiæ, creatus est Præsbyter Cardinalis titulo S. Crucis in Jerusalem. Idem Julius II. ad purpuram evexit Fatium Canonicum Ecclesiæ Leodiensis sub titulo Præsbyteri Cardinalis sanctę Sabinæ. Anno 1509. Joannes Antonius de S. Georgio secundùm Ciaconium, ex Canonico Leodiensi creatus Episcopus Mediolanensis, Patriarcha Jerosolymitanus, postea Præsbyter Cardinalis SS. Nerei & Achillei, dein Episcopus Albanus & Sabinus. Anno 1511. Oliverius Canonicus Leodiensis factus est Cardinalis Sabinensis, deindè Ostiensis. Anno 1521. Antonius de Monte S. Sabini Canonicus Leodiensis & Archidiaconus Brabantiæ institutus est Cardinalis titulo S. Vitalis, deindè Episcopus Albanensis, &c. Anno 1521. Erardum à Marcka Archiepiscopum Valentinum, Episcopum & Principem Leodiensem, Leo X. nominavit Cardinalem titulo S. Chrysogoni, cujus erga Ecclesiam zelus colligi potest ex officio Legati à latere à Clemente VII. & erga suam Diœcesim Leodiensem pietatis documenta ab omnibus sæculis celebrabuntur. Anno 1523. Guilielmus Enkevortius patriâ Trajectensis in Ecclesiâ Leodiensi Canonicus, & Archidiaconus Famennæ, dein Episcopus Dortusensis, postea Archiepiscopus Ultrajectensis ab Adriano VI. creatus Cardinalis titulo SS. Petri & Pauli. Hic nō omittendum existimavi quod refert Platina. *Cæterum Cardinalis Enkevortius ut in defunctum* (scilicet Adrianum VI.) *amicitiæ fidem præstaret, quam luculentam in vivum præstiterat, alterum ei monumentum amplissimum ex alabastro posuit in templo S. Mariæ Germanorū ad arcum flaminium cum plurimis ejusdem materiæ statuis virtutem ejus, quarum ductu ad id fastigii emersérat clarissimis indicibus.* Anno 1524 Petrus è Canonico Leod. assumptus est à Clemente VII. ad dignitatem Cardinalitiam sub titulo S. Eusebiæ. Hieronymus Alexander de Lamoto Diœcesis Cinetensis è Canonico Leodiensi & Consiliario Cardinalis à Marcka factus Archiepiscopus Brundisinus, postea à Leone X. Præsbyter Cardinalis titulo sancti Chrysogoni. Sub idem tempus Matthæus è Canonico Leodiensi assumptus ad Cardinalatum sub titulo Sancti Angeli, alius etiam nominatus est Cardinalis Sancti Clementis. Anno 1559. Pius IV. Vitellium, seu Vitellotium è Canonico Leodiensi creavit Ecclesiæ Romanæ Cardinalem. Anno 1560. Alexander Farnesius Pauli V. Nepos, ab Ecclesiæ Leodiensi Canonicatu assumptus ad Purpuram. Antonius Perenottus Granvellanus natione Burgundus Canonicus Leodiensis postea Episcopus Atrebatensis deindè Archiepiscopus Mechinensis. Anno 1561. à Pio IV. factus est Cardinalis titulo Sanctæ Mariæ trans Tiberim. Anno 1578. Gregorius XIII. Gerardum à Groesbeeck primò Canonicum deindè Decanum, tum Episcopum & Principem

Digitized by Google

Principem in sacrum PP. Purpuratorũ Collegium adscivit, non tam intuitu Nobilissimæ ac Illustrissimæ familiæ Baronum Groesbeckanorum, quàm spectatâ morum humanitate, perspicacitate ingenii, gravitate judicii, animique spectabilis Magnitudine. Anno 1597. Philippus filius Ducis Serenissimi Bavariæ Canonicus Leodiensis Episcopus Ratisbonensis creatus est Cardinalis. Ejusdem Ecclesiæ Leodiensis Canonicus Eugenius Mauritius Princeps Sabaudiæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis creatus est: ad eandem purpurã vocatus Nicolaus Franciscus à Lotharingiâ Ducis Lotharingiæ frater, Episcopus Tullensis & Canonicus Leodiensis. Fredericus Princeps Hassiæ Canonicus Leodiensis eâdem purpurâ ornatus, suum erga Ecclesiam zelum ejusque immunitates, & bona ab Hæreticis occupata recuperanda studium quotidie manifestat. Plures alios congerere possem, qui oblatas, ac optimè meritas purpuras recusarunt, inter quos fuit Guido Hannonius Archidiaconus Leodiensis, & Thesaurarius, posteà Episcopus Ultrajectensis, qui ad Concilium Viennense vocatus à Clemente V. oblatam purpuram recusavit. Eádem humilitate Theodoricus Hesius Canonicus Leodien. in Campiniâ ortus, dum Adriani VI. diversis Legationibus fungeretur, Cardinalitiam dignitatem renuit.

VII. Quod si Roma ad fidem conversa Christiana Religio per universum orbem facile propagata est, ut docet sanctus Leo serm. 1. de Nativitate SS. Petri & Pauli. *Vt lux veritatis, quæ in omnium gentium revelabatur salutem efficacius se ab ipso capite per totum mundum effunderet.* Sicque Ecclesiæ totius orbis Romanæ Ecclesiæ filiæ debeant nuncupari. Ita aliquid simile in Ecclesiâ Leodiensi deprehendo: Hęc enim diversis Diœcesibus orbis Prælules submini-stravit. Anno 927. Ratherus ex Monacho Lobbiensi Veronensis Episcopus in Italiâ, ex Veronensi Leodiensis, ex Leodiensi iterum Veronensis secundò & tertiò restitutus est. Anno 1082. Gualterus ex Canonico Leodiensi Episcopus Dunelmensis in Angliâ, ubi dum sacris operaretur (secundùm Sigebertũ) gladiis impiorũ occubuit. Anno 1187. Henricus ex Canonico Leod. assumptus est ad Episcopatum Virdunensem, quo resignato iterùm Leodium rediit, ibiq́ clarus meritis extremũ clausit diẽ. Anno 1209. S. Conradus ex Canonico Leodiensi Episcopus de Lossaná & Cardinalis creatus est. Anno 1226. Hugo Petrapontius Episcopus Leodiensis Archiepiscopatum Rhemensem renuit. Anno 1282. Burchardus Hannonius ex Canonico Leod Episcopus Metensis effectus est. Eodẽ anno 1282. Guilelmus Avernus ex Canonicatu Leod. ad Archiepiscopatũ Bisuntinum evectus est. Anno 1296. Guilelmum Bertolium Archidiaconũ Leodiensem Præpositum Lovaniensem, Bonifacius VI. (quem alii VIII. vocant) creavit Episcopum Ultrajectensem. Eodem anno Hugo de Cabilone ex Episcopo Cabilonensi Leodiensis; & ex Leodiensi Archiepiscopus Remensis designatus est. Ipsomet anno Joannes Richecurtius primò Canonicus Leodiensis, postea Episcopus Virdunensis. Anno 1348. Engelbertus à Marcka ab Episcopatu Leodiensi ad Archiepiscopatum Colonienſem provectus est. Anno 1350. Guilelmus Hanneffius Canonicus Leodiensis, necnon Præpositus Colonienſis, invitus ad hujus Ecclesiæ Archiepiscopatum promotus est. Anno 1375. Simon Præpositus Leodiensis ad Episcoparum Mediolanensem, dein ad purpuram provectus est. Sub annum 1449 Petrus de Rauchicourt ex Canonico Leodiensi Episcopus Atrebatensis nominatus est. Anno 1457. Henricus de Beauvoir à Canonico Leod. Episcopus Ambianensis effectus est. Anno 1464. Jacobus de Croy primò Canonicus Leodiensis, dein Archiepiscopus & Dux Cameracensis nominatus. Anno 1470. Fridericus Cluniacensis Canonicus Leodiensis postea Episcopus Tornacensis & Cardinalis creatus. Anno 1474. Henricus de Bergis Canonicus Leodiensis Archiepiscopus & Dux Cameracensis dictus est. Anno 1478. Antonius de Granis primò Canonicus Leodiensis, postea Episcopus Tiburtinus. Anno 1482. Bartholomęus de Ruvere Canonicus Leodiensis, deindè Episcopus Ferrariensis &

Digitized by Google

Patriarcha Antiochenus. Eodem tempore Justus ex Canonico Leodiensi Episcopus Sipontinus. Anno 1484. Antonius de Croy Canonicus Leodiensis postea Episcopus Morinensis. Anno 1486. Gabriel Sclafenatis Canonicus Leodiensis, dein Episcopus Vapiasensis. Anno 1502. Ægidius Busslidius Præpositus Leodiensis ad Archiepiscopatū Bisuntinum assumptus. Anno 1506. Philippus de Duná ex Canonico Leodiensi factus Archiepiscopus Colonienſis. Anno 1509. Joannes Antonius Canonicus Leodiensis creatus Archiepiscopus Mediolanensis, postea Cardinalinalis Episcopus Albanensis. &c. Anno 1509. Ludovicus Vacca Canonicus Leodiensis, Pædagogus Caroli Archiducis postea Episcopus Palentinus. Anno 1511. Oliverius primò Canonicus Leodiensis postea Episcopus Sabinus, & Cardinalis. Anno 1514. Erardus à Marcka ex Canonico & Episcopo Leodiensi creatus Episcopus Carnotensis in Galliá: cui Episcopatui paulò post renunciavit. Anno 1517. Eustachius de Croy ex Canonico Leodiensi Episcopus Atrebatensis, & Præpositus Sancti Audomari designatus est. Anno 1518. Erardus à Marcka ex Episcopo Leodiensi promotus ad Archiepiscopatum Valentinum, & sacram purpuram. Anno 1521. Antonius de Monte S. Sabini, primò Canonicus Leodiensis & Archidiaconus Brabantiæ, dein Episcopus Sipontinus & Cardinalis Portuensis. Anno 1523. Guilielmus Enkevortius ex Canonico Leodiensi & Archidiacono Famennæ, Episcopus Dortusensis, dein Archiepiscopus Ultrajectensis & Cardinalis. Anno 1524. Joannes Copis Canonicus Leodiensis, Archidiaconus Hasbaniæ; dein Episcopus Ferrariensis. Anno 1525. Hieronymus, Alexander Canonicus Leodiensis Archi-Episcopus Brundisinus demùm Cardinalis Anno 1526. Georgius ex Comitibus d'Egmont Canonicus & Decanus Leodiensis, post Archi-Episcopus Ultrajectensis, & Abbas Commendatarius Sancti Amandi in Hannoniâ. Anno 1528. Adolphus ex Comitibus de Schavembourg Canonicus & Præpositus Leodiensis, posteà Archi-Episcopus Colonienſis. Anno 1535. Petrus Worstius ex Canonico Leodiensi & Archi-Diacono Famennæ factus est Sacri Palatii Auditor, dein Episcopus Aquensis. Eodem anno Guilielmus Pictavius Canonicus & Scholasticus Leodiensis Archidiaconus Campiniæ, & Præpositus Cancellarius Principis, nominatus ad Episcopatum Audomarensem. 1537. Philippus Nigrius ex Canonicatu Leodiensi vocatus ad Episcopatum Antuerpiensem. Anno 1542. Antonius ex Comitibus De Schauvembourg Canonicus & Præpositus Leodiensis ad Archiepiscopalem & Electoralem Infulam Colonienſem evectus. Anno 1544. Georgius ab Austriá ex Coadjutore Leodiensi ejusdem Ecclesiæ Episcopus & Archiepiscopus seu Elector Colonienſis. Anno 1554. Ludovicus de Berlaymont ex Comitibus de Berlaymont Canonicus Leodiensis, dein Archi-Episcopus Cameracensis. Anno 1557. Lævinus Torrentius Canonicus Leodiensis, & Archi-Diaconus Brabantiæ ad Antuerpiensē, dein ad Mechlinienſem Cathedram elatus est. Anno eodem Olaus Magnus natione Gothus Canonicus Leodiensis Episcopus Upsalensis. Anno 1558. Nicolaus Veniero ex Canonico Leodiensi Episcopus Balneo-Regiensis & utriusque Signaturę Referendarius. Anno 1561. Antonius Perennotus Gravellanus Canonicus Leodiensis posteà Episcopus Atrebatensis, demùm Archiepiscopus Mechlinienſis & Cardinalis. Anno 1563. Hermannus ex Comitibus de Schauvembourg ex Canonico Leodiēn. Episcopus Mindenſis. Anno 1581. Ernestus Utriusque Bavariæ Dux Canonicus Leodiensis, dein ejusdē ditionis Episcopus & Princeps, postea Archiepiscopus & Elector Colonienſis, & aliarum Cathedralium Præsul, ut supra diximus. Anno 1583. Guilelmus Grimbergius Canonicus & Decanus Leodiensis primò Antuerpiensi posteà Cameracensi Infulâ donatus. Anno 1568. Joannes Carolus Schetz de Grobbendonck Canonicus Leodiensis posteà Episcopus Tornacensis creatus. Anno 1597. Philippus Utriusque Bavariæ Dux Canonicus Leodiensis, tum Infulâ Ratisbonensi, & Purpurâ Cardinalitiâ insignitus. Anno 1608. Franciscus de

Gand

Digitized by Google

Gand à Vilain, ex Comitibus d'Isenghien Canonicus Leodiensis, dein Episcopus Tornacensis Anno 1612. Ferdinandus Utriusque Bavariæ Dux ex Canonico Leod. Coadjutor, dein Episcopus Princeps, tum Archiepiscopus Elector Colonienſis cum Infulis Monasterienſi, Hildeshemienſi, Paterbornenſi. Anno 1621. Franciscus à Lotharingiâ Canonicus Leodiensis, Præpositus Colonienſis Episcopus & Comes Verdunensis. Anno 1626. Nicolaus Franciscus à Lotharingiâ Canonicus Leodiensis Archidianonus Hannoniæ ad Episcopatum Tullensem, & purpuram promotus. Anno 1650. Maximilianus Henricus utriusque Bavariæ Dux, Canonicus & Decanus Leodiensis, ex Coadjutore Episcopus & Princeps Leodiensis, tùm Archiepiscopus & Elector Colonienſis, Episcopus & Princeps Hildesheimenſis (quem Deus diutissimè velit & faciat incolumem.) Anno 1651. Albertus Sigismundus utriusque Bavariæ Dux Canonicus Leodiensis, Episcopus Frissingensis, quem etiam Deus diu sospitem servet. Anno 1659. Eugenius Albertus d'Allamon de Malandry ex Canonico Leodiensi creatus Ruremondensis Episcopus, cui etiam plurimos annos apprecamur. Fizen alios recenset ex eâdem Ecclesiâ Leodiensi ad varias Infulas evectos, ut Adelmanum ad Brixiensem, Haymonem ad ad Virdunensem, Hezelonem ad Tullensem, Gontherũ ad Salisburgensem, Adelbodum ad Ultrajectensem, item Guikium, Guidonẽ, Hannonium, Rothardum & Erluinũ ad Cameracensem, sed illos præterimus, quia non constat nobis de tempore quo ad ejusmodi Infulas evecti fuerunt. Ecclesia Leodiensis non tantũ alias Diœceses illustravit, illisque ex suo gremio Præsules submiſtravit, sed etiam ad novas Diœceses erigendas, ac Sedes Episcopales plantandas avitæ ac amplissimæ suæ jurisdictioni cessit. Nam juxta Bullam Pauli IV quæ incipit: *Super universi orbis Ecclesiam, &c.* Totus districtus Comitatus Namurcẽsis novæ diœcesi Namurcensi inserviit: ex Comitatu Hornensi, ditionis Hispanicæ, & Ducatu Gueldriæ prodiit Episcopatus Ruremõdanus item ex Ducatu Gueldriæ amplificatus est Mechlinienſis. Præterea etiam quadraginta sex Episcopos quos Ecclesia Leodiensis instar Romanæ Ecclesiæ charissimæ suæ Matris sanctorum catalogo dignos proposuit. Taceo Rupertum, Algerum, & sexcentos alios, qui suâ doctrinâ Ecclesiam Orthodoxam illustrarunt, hæreses; profligarunt.

VIII. Unicum proferam in Ecclesiâ Leodiensi quo Ecclesia Leodiensis suam observantiam singularem erga Sedem & Ecclesiam Romanam testata est. Dum anno 1131. Innocentius II. à Petro Leone Pseudo-Papâ Italiâ pulsus esset, post lustratas Galliarum Ecclesias, Ecclesia Leod. cum debito honore eum excepit. Magnus quidem fuit ornatus plurium Præsulum ex omnibus Galliis Pontificem deducentibus: illustris item splendor Cæsarei Comitatus Episcopis, Principibusque ex Universo Imperio confluentibus ad excipiendum communem Christianorum parentem ac Ecclesiæ verum ac legitimum caput visibile; sed augustiorẽ his omnibus Ecclesiæ dignitatẽ notant nostri scriptores notanter Chapeaville tom. 1. annalium Leodien. sub Alexandro hujus nominis Leodien. Episcopo scilicet, quod in uno Cathedralis Ecclesiæ collegio cẽserẽtur eâ tempestate Filii Regum novem, scilicet Lotharius & Anselmus Regis Alemannorum Filii, quorum prior Præpositus Ecclesiæ Cathedralis, alter Archi-Diaconus Condrusii fuit. Philippus filius Ludovici Grossi Regis Francorum Archi-Diaconus Hannoniæ. Theobaldus filius Regis Hungariæ Archi-Diaconus Ardennæ. Otgerus & Godefridus filii Regis Daciæ, quorum prior Archidiaconus Famennæ, in eodemque amplissimo regno successor, alter Archidiaconus Brabantiæ. Guido filius Regis Bohemiæ Canonicus & Archidiaconus Hasbaniæ. Joannes & Guido Regis Navarræ Filii, quorum prior Canonicus & Archidiaconus Campiniæ, alter Canonicus. Filii Ducum numerantur quatuordecim, Bertrandus & Haymo filii Ducis Bavariæ, quorũ prior Abbas Thudinensis, alter Abbas Meffiensis, Guilelmus filius Ducis Saxoniæ Cantor Leodiensis. Conrardus filius Ducis Sueviæ Præpositus Huensis Guido filius Ducis Ardennæ Decanus Leo-

dienſis. Doyckingun filius Ducis Normaniæ Abbas Eyckenſis. Carolus & Guido filii Ducis Lotharingiç, quorum prior Cuſtos Leodienſis, alter Scholaſticus Leodienſis. Franco filius Ducis Auſtriæ Præpoſitus Mechlinienſis. Carolus, Petrus, & Hugo filii Ducis Burgundiæ; quorum prior fuit Præpoſitus S. Dionyſii, ſecundus Præpoſitus Sancti Petri, tertius Sancti Bartholomæi. Ludovicus & Baretus filii Ducis Vituriæ, prior Abbas Amanienſis, alter Abbas Cellenſis, nunc Viſetenſis. Numerantur filii Comitum 29. Godefridus filius Comitis Lovanienſis. Segninus filius Comitis de Monhault. Simon & Balduinus filii Comitis Hannoniæ prior Abbas Cinacenſis. Raynaldus filius Gerardi Comitis Loſſenſis Præpoſitus Foſſenſis. Guido filius Comitis Sabaudiæ Abbas Namurcenſis. Adalbertus (vel ut alii Albero) filius Comitis Geldriæ, Præpoſitus Sancti Martini, poſteà Epiſcopus Leodienſis. Notgerus filius Comitis Flandriç Præpoſitus Sancti Joannis Evangeliſtæ. Petrus & Ogerus filii Comitis de Zeyne, prior Præpoſitus Sancti Pauli, alter Præpoſitus Sanctæ Crucis. Rogerus filius Comitis Vianenſis in Ardennâ. Arnoldus & Henricus filii Comitis Claromontenſis, prior Abbas Dionantenſis. Walco & Falco filii Comitis Montis acuti, prior Abbas Tongrenſis, alter Abbas Sanctæ Mariæ Trajectenſis. Henricus filius Comitis Luxemburgenſis, præpoſitus, poſteà Epiſcopus Leodienſis. Tres filii Comitis Rupefortenſis in Ardennâ, Joannes, Arnoldus & Erardus, Ogerus, Ferritus & Rolandus filii Comitis Montenſis. Laurentius, Paulus, & Joannes filii Comitis de Treſle. Petrus filius Comitis Bolonienſis, Guido & Henricus filii Comitis Provinciæ. Albertus, & Henricus filii Comitis Namurcenſis. Filii Baronum ſeptem, Boynus de Vahaniâ, Sebaſtianus de Harſtallio. Rodolphus & Godefridus de Pratis. Theodoricus filius D. de Morialme. Ingherandus filius D. de Fleron. Reginaldus de Falcomonte.

IX. Hinc non mirum ſi Pontifices, Cæſares, Reges alii pari Nobilitate ac pietate inſignes multis illam Eccleſiam honoribus, opibus, dominiis & privilegiis auxerunt. Unicum tantum Pontificium diploma hîc ſufficiat, quo Adrianus IV. Pontifex poſt Fredericũ Auguſtum ditionem Leodienſem in ſuam tutelam ac protectionem ſingularem ſuſcepit, eoſque omnes, qui illam quovis modo moleſtare præſumpſerint ſacris omnibus interdixit, ac diris devovit, hoc verborum tenore. *Adrianus Epiſcopus Servus ſervorum Dei. Venerabili Fratri Henrico Leodienſi Epiſcopo, ejuſque Succeſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum. Injuncti nobis à Deo Apoſtolatus officium, & Eccleſiaſticæ utilitatis conſideratio nos hortatur & admonet, fratres noſtros Epiſcopos, quos ſcientiâ & honeſtate pollere cognoſcimus ampliori charitate diligere, majoremque illis honorem jugiter, & gratiam exhibere. Tunc enim de ſubjectorum ſuorum utilitate verè poterunt eſſe ſolliciti, tunc officii ſui proſecutione poterunt efficacius imminere, cùm & ipſi nos abundantiorem ſibi ſenſerint honorem impendere, & propenſiori affectu diligere charitatis. Ea propter Venerabilis in Chriſto Frater Henrice Epiſcope tuis juſtis poſtulationibus gratum impertientes aſſenſum, & Eccleſiam Leodienſem, cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, ſub Beati Petri, & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus; ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci firma tibi, tuisque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis caſtrum de Rode &c. Decrevimus ergò, vel decernimus ut nulli hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferri vel ablatas retineri imminuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed illibata omnia, & integra conſerventur; eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalvâ tamen Apoſtolicæ Sedis auctoritate. Si igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſvè perſona contra hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens temerè venire tentaverit, ſecundò tertiòvè commonita, niſi præſumptionem*

ſuam

Digitized by Google

suam congruâ satisfactione correxerit potestatis, honoriq́ue sui dignitate careat, reumq́; se divino judicio existere deperpetratâ iniquitate recognoscat, & à sacratissimo corpore, & sanguine Dei & Domini Redemptoris Nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem Ecclesiæ sua jura servantibus sit pax D. N. Iesu-Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen. Hujus protectionis Apostolicæ, seu potius divinæ vim experta est Ecclesia Leodiensis, ut testãtur chronicum magnum Belgicum, Adrianus Barlandus in chronico Ducum Brabantiæ cap 37. Justus Lipsius, Ægydius aureæ Vallis, Renerus Monachus, Chapeaville, Fizen, Foullon, Breviarium Leodiense. Cùm Albertus de Moha hęredem non suscepisset, arcem suam de Moha Sancto Lamberto Martyri ejusq́; Ecclesiæ Leodienſi donavit anno 1204. Henricus I. Brabantiæ Dux (quem alii Lovanienſem Comitem vocant) anno 1212. Hugone de Petrâ-Ponte Episcopo & Principe Leodienſi ad istum Comitatum Mohanum anhelans, impatienterq́ue ferens illum jure & possessione ad Ecclesiam Leodiensem devenisse, ipsamq́ue ab Ottone IV. Imperatore excommunicato & exauctorato ad Fredericum II. illi successorem electum parendo Sedis Apostolicæ edictis desciviſſe, conspiratione secretâ ingenti exercitu Mohanam obsidionem ostentans converso repente agmine cum Ottone Leodium venit, illamque civitatem diripuit; & atroci cujusvis ordinis, sexus, atque ætatis strage, ipsis etiam templis prophanatis, & sacrosanctis quibuscumque deprædatis oppressit, & quos in eâ reliquit superstites Ottoni fidem dare coëgit. Accipe verba chronici Ducum Brabantiæ.. *Dux Henricus magnam plagam operatus cædibus & rapinis. Nam aurum & argentum, omnia patuerunt direptioni: Sacerdotes & Clerici nudati sunt, nec Ecclesiis pepercerunt. Fiebant in eis cædes & rapinæ, altare Sancti Lamberti sanguine manabat, magna quoque multitudo mulierum & parvulorum interiit, alii interfecti & alii submersi.* Episcopus vix fugâ Huum elapsus Henricum sibi in spiritualibus Homagiiq́ue Sacramento subditum Anathemate ferit; & ferè per Sesquianum ipso spoliis & Ottonis viribus insolentiore effecto, obdurato, & graviora comminante, anathema quotidie coram imagine Crucifixi, & Sanctorum Reliquiis, solo inter spinas constratis in eum constanter repetitum est. Quæ irridens Henricus copioso iterum exercitu collecto extremum intentat Leodiensibus exitium: sed ei incendiis & rapinis, omnia, quæ poterat devastanti Episcopus imploratis B. M. Virginis & Sancti Lamberti patrociniis impari admodum manu occurrẽs perterritum cœlitus ad Brabantiæ usque confinia repulit; ac in campis de Steps commisso prælio, Sanctoque Martyre suos propugnante, memorabilem de hoste victoriam reportavit; hâc cæde seu potius divinâ ultione commotus Henricus paulò post ad Ecclesiam Cathedralem Leodiensem nudis à civitatis portâ pedibus supplex venit: & inter alia defixis pavimento genibus hærentes adhuc eòusque ibidem Sanctorum Reliquias relevavit, demùmque absolutionem & pacem ab Episcopo impetravit. Henrici sectatores seu fautores eodem censuræ vinculo innodati graviora divinæ vindictæ supplicia experti sunt. E quibus Gerbertus Decanus Thenensis, cùm per ludibrium sacris Præsulis Leodiensis vestibus indutus inter aliquot nebulones personatum ageret, subitò in furorem versus linguam sibimet mordicus præcisam devoravit miserèque obiit. Sacellanus Ducis in solemni convivio, quo Dux cum aliis Principibus epulabatur, repentè exanimatus interiit. Pari fato & supplicio sublati sunt omnes Consiliarii Ducis. Ipse Rex Otto qui Henrico suppetias præbuerat non multò post disruptis, & ebullientibus viscеribus in secretiore conclavi ambulans extinctus est.

X. Nonnulli erga Ecclesiam Leodiensem parum affecti scribunt eam ab Ecclesiæ Romanæ obedientiâ deflexisse; quia Leodienses cõtra Paschalẽ Papam anno Christi 1102 reclamarunt, ideòq; Schismatis damnati sunt: sed Joannes Roberti excusat, negatque quicquam scriptum, vel actum à Leodiensibus in Pontificem

Digitized by Google

Pontificem Paschalem, quandoquidem nec Colonienſis editio, quam producit Baronius, neque alia ulla quidquam illius proferat. Porrò exiſtimat nuſquam alibi, quàm in centuriatoribus Magdeburgenſibus declamationem iliam inveniri. Qui cùm propoſuerint Centurias integras mendaciis implere, ac hiſtoriam Eccleſiaſticam labefactare, credibile eſt ipſorum illud eſſe commentum aut certè pro ſuâ mentiendi libidine adverſus Romanam Eccleſiam, libenter amplexos eſſe, quod Leodienſibus alius affinxerat. At verò faciamus Leodienſes odio belli cõmoti exacerbatos ſcripſiſſe vehementiùs in Paſchalem ſecundum, nam Sigebertus (teſte Trithemio nulli inter Leodienſes doctrinâ ſecundus) eodem abreptus turbine illis Paſchalis litteris ſe reſpondiſſe affirmat, ideòne Eccleſiam Leodienſem Schiſmatis ream fuiſſe neceſſe eſt? quod ſi quid fuerit mali, idem Roberti exiſtimat potius politicũ quàm Eccleſiaſticũ eſſe. Quandoquidem adhæſiſſe Henrico Imperatori excommunicato, non Guiberto Papæ Schiſmatico, ex eo conſtet, quod Henrico defuncto (cujus unius gratiâ Leodienſes arma ſumpſerant) pace cum Paſchali compoſitâ ad officium, & omnem ſubmiſſionem, ac debitam obedientiam redierint, ut refert Fizen. Denique puritatem ac integritatem Eccleſiæ Leodienſis non inficit, quod Henrico II. Epiſcopo Leodienſi poſt deceſſum Octaviani Pſeudo-Papæ relictâ factionis ſuæ popularibus conſternatione non modicâ, cum de veniâ ab Alexandro legitimo Pontifice conſequenda deſperarent, in deteriora conſilia ſe præcipitarunt, pluresque illorum convenerunt ad funus Octaviani, & de ſucceſſore cogitantes in Henricum Epiſcopum Leodienſem univerſi oculos conjecerunt, id fortè actum eſt, quia apud Cæſarem gratiâ polleret, & ſic ſuam factionem firmarent. Quamvis omnium ſuffragia in ipſum collata forent, tamen illam dignitatem ſummâ contentione detractavit. Denique eſto, quod præfatus Henricus dictæ factioni contra Pontificem Romanum adhæſerit, non ſequitur Eccleſiam Leodienſem ejus partes ſuſtinuiſſe, & ab Eccleſiâ ac Sede Romanâ deflexiſſe, cùm eodem tempore in ditione Leodienſi nonnulli præcipuè Gerlacus mirâ ſanctitate floruerint. Hæc ferè ex Fizen. Omitto plurima Concilia quibus Epiſcopi Leodienſes, aliique ex Eccleſiâ Leodienſi comparuerunt. Spectatâ tum ſanctitate tot Epiſcoporum Leodienſium, tum Eccleſiæ Leodienſis fide ſincerâ, & obedientiâ, non mirum ſi Pontifices Romani Epiſcopum Leodienſem pallio donarint, ipſamque Eccleſiam ingentibus aliis prærogativis ac muneribus locupletarint.

§. 14.

Teſtimonium Eccleſiæ Poloniæ.

QUAMVIS Poloni diſtent loco non tamen affectu erga Romanam Eccleſiam & Sedem. Nam ex Baronio ad annum Chriſti 965. Accolæ antiquæ Sarmatiæ Sclavorum pro pago recentiori nomine Polonii nuncupati Chriſtianæ Religionis rudimenta ſuſceperunt, licet ex Tertulliano libr. contra Judæos Sarmatæ olim Evangelicæ doctrinæ ſemen ſuſceperint. Quiſnam fuerit primus Prœco Evangelicus non ſatis exploratum eſt: conſtat tantùm, quod commercio vicinorum Boëmorum, Meiſco, ſive Meiſcus, (quem alii Miezislaum nominant,) Polonorum Dux ad meliorem vitam, & ſanctiorem fidem converſus fuerit, abdicatis à ſe ſeptem Concubinis, è quibus nullam prolem poterat ſuſcipere. Tandem fertur legitimam uxorem duxiſſe Boleſlai primi Boëmorum Ducis filiam, eandemque Chriſtianã nomine Dambron Wchan, ſivè (ut alii vocant Dabranam, vel Dobberam.) Sed eâ lege, ut ipſe fieret Chriſtianus, quod & magno animo perfecit; & cunctos ſibi ſubditos præſtare curavit, idola confregit, fana, & aras diruens, reliquaque ad eorum cultum ſpectantia in cinerem redigens. Quâ de re Romanam Eccleſiam ac Sedem certiorem reddidit, petiitq; ab eâ aliquos miſſionarios qui eam Provinciam Chriſtianis ritibus imbuerent. Joannes XIII. illicò miſit ad illud Regnum excolendũ Ægydium Tuſculanum Epiſcopum Legatum à latere, qui credentem Regem cum populo in fide

Digitized by Google

fide corroboravit, & diversos Episcopatus erexit, cum Sacerdotibus & Ministris reliquis tum ad cultum divinum peragendum, tum ad tyrones & Candidatos Fidei doctrinâ instruendos. De quibus omnibus consulendus Cromerus lib. 3. & alii Poloniæ Historiographi. Advenientibus Missionariis sensim Polonia Christianæ Fidei lumine magis illustrari cœpit, ita ut paucis post annis, si non magisq; saltem, conspicuæ evaserit ac reliqua regna. Anno 1000. Dux Poloniæ Legatos misit Romam, ut Sedis & Ecclesiæ Romanæ benedictionem, regiumque titulum postularet, cui annuens Silvester II. curavit confici coronam opere egregio, quam ei mitteret: nocte ejus diei, quo eam Legatis daturus erat apparens ei Angelus Domini jussit, ut coronam, quam Duci Polonorum paraverat, daret iis, qui postero die ab ignotâ gente ad eum venirent. Itaque cùm horâ ab Angelo prædictâ advenissent Legati Ungari, ipse eisdem coronã cum nomine regio tradidit, insuperque concessit, ut Crux ante regem ceu Apostolatus insigne deferretur, quod ejus operâ multi infideles populi ad Christum conversi essent, necnon ut idẽ Rex vice Romani Põtificis Ecclesias sui regni disponeret. Quod indignè ferentes Historici Poloni, quod Corona parata Regi Poloniæ Dei monitu data sit Duci Ungarorum; Tradunt Regium Nomen ac Diadema Duci Poloniæ fuisse datum ab Ottone Imperatore, cùm profectus esset in Poloniam ad visendũ corpus S. Adalberti Martyris: sed id negat Baronius. Si enim accepisset ab Ottone, cur postea quæsiisset à Romano Pontifice post mortem Ottonis, regnante Henrico Imperatore, ut patenter refert Sanctus Petrus Damianus in vitâ Sancti Romualdi, occasione Martyrii duorum Discipulorum Sancti Romualdi, qui cùm à Duce Poloniæ rogati fuissent ob eam causam petere Romam, à furibus in sua cella necati sunt, & post mortem suis interfectoribus liberationem à pœnis, quas patiebantur impertierunt. A quo etiam cùm hæc gesta dicantur sub Boleslao Poloniæ Duce, ex eo corrigas Cartuitium, qui ea facta ponit sub Meisca Boleslai Patre. Nam & eidem repugnat quod Ditmarus lib. 4. Chronicorum hujus temporis Auctor gravissimus Meiscæ obitum accidisse ponit anno octavo regni Ottonis, qui incidit in annum Domini nongentesimum nonagesimum primum.

II. Cur verò Stephanus Rex Ungarorum tantam divinitùs revelatam gratiam promeruit, ut alteri paratam Coronam acceperit, ex epistolis Gregorii Papæ VII. causam possumus intelligere, eam scilicet fuisse, quod ipse Regnum Ungaricum Romanæ Ecclesiæ donaverit. Quod Regnum Poloniæ censum annuum penderit Ecclesiæ Romanæ & Sedi Apostolicæ notat Baronius ex eo, quod anno 1013. tempore Benedicti VIII. Boleslaus Dux Poloniæ conquestus sit, quod non liceret sibi ob hostiles latentes insidias promissum Principi Apostolorum Petro persolvere censum. Ex quo Baronius infert Polonos ab exordio suæ conversionis ex officio pietatis solvisse singulis annis Principi Apostolorum, seu Ecclesiæ censum annuum. Hujus census annui missi Romam à Casimiro Poloniæ Rege ad Sedem Apostolicam idem Baronius post Longinum Cartuïtium mentionem facit. Referunt igitur quod cùm Benedictus intellexisset Poloniæ Regnum Casimiro stabilitum, misit ad eum Nuntium, petiitque, ut juxta Legatorum Polonorum Romæ factam sponsionem, ipsiusque Casimiri subsecutam confirmationẽ mandaret capitis censum de universis Regni Poloniæ Provinciis conquisitis, & conquirendis collectoribus Apostolicis annuatim exhiberi debitum. Volens autem Casimirus parere pactis promissis, generalem omnium suarum Provinciarum indixit conventum, atque in eo concordi omnium consensu ejusmodi pollicitatio decreta est, ac innovata, & universali mandato solutio unius usualis oboli de capite tam civitates, quàm oppida, vicique & ruta colentium in duabus Provinciis Gnesuensi, & Cracoviensi, ac Diœcesibus eisdem in erectis: sicque ab eo tempore regnum Poloniæ factum est Romanæ Ecclesiæ, & Vicario Jesu Christi Summo

Pontifici feudale & tributarium : nec unquam tributi prædicti vulgò denarii Sancti Petri ſolutio quacumque occaſione, aut pacto intermiſſa eſt, aut reſciſſa. Licet primò viſum eſſet Polonis grave & difficile : tamen poſtea varias utilitates & commoda attulit Regno Poloniæ: quo Deus ſignificavit illam impoſitionem non ab homine, ſed à Deo profluxiſſe, quæ Commodus Longinus fusè refert.

III. De eodem cenſu continuando, vel altero adjuncto meminit Baronius anno 1041. & Longinus cujus authographum aſſervatur Romæ in Bibliothecâ Vallicellanâ, præfati igitur ferunt, quod cùm res Polonorum internis & externis bellis ad extremum ferè excidium & deſperationem eſſent redactæ tandem optimorum & primatum conſilio Legati miſſi ſunt ad Caſimirum Regni hæredem quærendum (quem Poloni poſt Patris obitum expulerant) & in regnum reducendum (ut ſuam patriam ab innumeris cladibus, quibus vexabatur) liberaret. Illi à Matre Caſimiri etiam è Regno expulsâ, & in Germaniâ exule intellexerunt, quod Caſimirus habitum Sancti Benedicti in Cœnobio Cluniacenſi ſuſcepiſſet, & Sacris Diaconatus Ordinibus eſſet initiatus. Cùmque Sanctus Odilo Abbas negaret ſe poſſe Caſimirum dimittere, Poloni recurrerunt ad Eccleſiam & Sedem Romanam. Hoc negotio pluries agitato, & controverſo, tandem ob inſtantiſsimas Regni Poloniæ neceſſitates, & ad præcavenda innumera mala Regno præfato imminentia dimiſſus eſt Cluniaco Caſimirus, uxorem ducere permiſſus, ut aliquos Regni ſucceſſores haberet, eâ tamen lege ut regnum Poloniæ, & omnia ejus dominia in ſignū tanti beneficii à Sede Apoſtolicâ accepti Eccleſiæ & Sedi Romanæ quodlibet caput Nobilium nummum uſualem ſingulis annis penderet. Accipe verba Longini : *Nempè* (inquit) *ut Polonorum regiones ac regnum in ſignum præſtiti per Sedē Apoſtolicā, acceptique in magno neceſſitatis ſuæ articulo beneficii Beato Petro, & ſucceſſoribus Romanis de quolibet capite Nobilium capitibus circumſcriptis uſualem nummum annis ſingulis ſolvere, cæſariem capitis & comam barbaro more non nutrire, ſed auribus patentibus inſtar religioſorum Latinarum nationum tonſuræ caput geſtare, & in præcipuis Chriſti, & Virginis Matris ejus feſtivitatibus panno lineo albo, in ſtolæ modum dependente cervicem exornare, perpetuò ſit aſtrictum: ut his tribus inſignibus ex Monacho & ex Diacono Apoſtolicâ conceſsione, & benignitate, cùm aliter concretum periculum diſpelli non poſſet, Polonus Regem ſibi creatum, & creatum recognoſcens tam in Deum, quàm in Religionem Chriſti eſſet gratior, atque devotior.* Quibus verbis innuit non tantùm fœnus auctum fuiſſe, ſed omnes Polonos Monachi habitum & tonſuram geſtaſſe.

IV. Cùm Rutheni Dominii Ampliſſimi ac Latiſſimi pars ad Regnum Poloniæ pertineat, hic aliquid de illo, ejuſque in Romanam Eccleſiam avitâ propenſione & obedientiâ dicendum eſt ex Baronio tomo 7. in fine, poſt chronica Poloniæ Matthæum Mich & alios rerum Polonicarum ſcriptores olim Ruthenorū ſeu Roloxanorum, aut Ruſſorum Regio ambitu ſuo continebat univerſam illam Sarmatici orbis partem, quæ ab Oriente, Mæotide, Tauricâ, Cherſoneſo, & Tanai à Meridie clauditur Carpatiis montibus, ab Occidente Poloniæ, ac Lituaniæ finibus, itaut maximam partem Sarmatiæ Europeæ contineat. Accipe verba Chromerii Polonicarum rerum libr. 1. cap. 10. 12. & 14. *Complectitur ferè quidquid terrarum eſt inter ſinum Venedicum, Livoniam, Sueciam, Oceanum Glacialem, Rha, ſive Volgam, Mæotim, Mare Ponticum, Sarmaticos Montes, Poloniam, Lithuaniam & Samogitiam.* Addit Matthæus lib. 2. cap. 3. cum aliis Moſcoviam ad ad illud dominium ſpectare. De Ruthenorum primariâ converſione hic ſermonem nō inſtituimus: ſed tantùm proponimus inſigne monumentū depromtum ex Gregorio VII. Pontifice lib. 2. epiſt. 74. fidem faciens quomodo Ruthenorum Regnum Regis Demetrii filius Romanæ Eccleſiæ ſubjectum ſuſceperit à Gregorio. *Gregorius Epiſcopus Servorum Dei Demetrio Regi Ruſſorum, & Reginæ ejus uxori ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Filius veſter limina Apoſtolorum viſitans, & quod Regnum illud*

Digitized by Google

illud dono Sancti Petri per manus nostras vellet obtinere, eidem Beato Petro Apostolorum Principi debitâ debilitate exhibitâ devotis precibus postulavit: indubitanter asseverans illam suam petitionem vestro consensu ratam ac stabilem si Apostolicæ auctoritatis gratiâ ac munimine donaretur. Cujus votis & petitionibus, quia justa videbantur, tum ex consensu vestro, tum ex devotione poscentis, tandem assensum præbuimus, & Regni vestri gubernacula tibi ex parte Beati Petri tradidimus, eâ videlicet intentione atque desiderio charitatis, ut Beatus Petrus vos & regnum vestrum, omniaque vestra bona, suâ apud Deum intercessione custodiat, & cum omni pace, honore quoque & gloriâ idem regnum usque ad finem vitæ vestræ tenere vos faciat, hujus militiæ finito cursu impetret vobis apud Sempiternum Regem gloriam sempiternam. Ecce quomodò Demetrius Rex & ejus filius regni gubernacula non susceperunt nisi prævio assensu Romani Pontificis; & sibi persuaserunt Sancti Petri Apostolorum Principis protectione magis quàm armis posse defendi, ac se cum suo Regno Romanæ Ecclesiæ fore Feudatarios promiserunt. *Porrò* (inquit Baronius) *etsi donatur Romana Ecclesia, & ab ea acceptum regnum invasum & occupatum à tyranno fuit, perseveravit tamen ejusdem populi erga eandem Romanam Ecclesiam propensio haud mediocris, quæ Græcis æmulationem movit: adeò ut omni semper studio laborarint, eosdem Ruthenos ab ipsâ revocare, cùm facti sint ipsi Schismatici. Cæterum etsi ad tempus aliquod obtorto collo ab eisdem in errorem abducti, in Matrem semper respicere non desierunt, ut iterùm in sinum maternum accurrerent, eodemque foveri semper optarent.* Hanc propensionem in Romanam Ecclesiam continuatam usque ad hoc ævum probat ex eorum Præsulibus. *Quam autem fuerint Rutheni semper Romanæ Ecclesiæ cupidissimi, & Catholicæ cõmunionis amantissimi, ipsorum Archiepiscopus Isidorus in totius Christianæ Religionis theatro in ipso œcumenico Concilio Florentino, haud vulgare, sed planè egregium specimen dedit, dum unà cum Bessarione Trapezuntio Nicæno Archiepiscopo Græcorum omnium cum Latinis cõcordiæ auctor exstitit, cujus rei gratiâ meruit cum eodem memorato Collegâ in Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium ordinem coaptari.* Post lapsum in schisma Græcorum per aliquod tempus, iterùm resipuerunt hoc decreto, quo Ecclesiæ Romanæ maternitatem recognoverunt Archiepiscopi & Episcopi Ruthenorum apud Baronium, His verbis: *Igitur ex inspiratione Spiritus Sancti, cujus hæc sunt opera, & non hominum, considerantes cum ingenti dolore nostro, quanta impedimenta homines habeant ad salutem absque hâc unione Ecclesiarum Dei, in quâ incipientes à Christo Salvatore nostro, & sanctis illius Apostolis, prædecessores nostri perstiterunt, ac unum summum Pastorem, primumque Antistitem in Ecclesiâ Dei, hic in terris (prout de eâ re Concilia & Canones manifestos habemus) & non quempiam alium præter sanctissimum Papam Romanum profitebantur, illique parebant in omnibus, ac quamdiu uniformiter in suo robore permansit semper in Ecclesiâ Dei ordo cultus divini incrementum fuit, indè consecutum est, ut difficillimum foret hæreticis disseminare prava dogmata, &c. Proposuimus auxiliante Deo, mutuo isto vinculo nos ipsos ad prosequendum hoc negotium excitare & confirmare, ut quemadmodum eodem labio, & eodem corde possemus laudare & glorificare venerandum & magnificum nomen Patris, & Filii, & Spiritus sancti cum fratribus nostris charissimis Dominis Romanis permanentes sub eodem Pastore visibilis Ecclesiæ Dei, cujus hæc præeminentia semper debebatur. Quocirca id nobis mutuò promittentes coram Deo, quantùm in nobis fuerit, corde sincero & candido, ac diligentiâ in hujusmodi negotio necessariâ, ac debitâ nos omnem daturos operam, spondemus in communi, & quilibet per se, adhibitis mediis convenientibus, ut fratribus nostris Ecclesiasticis communique plebi, in eandem unionem & concordiam simus auctores, idque divinâ adjuvante gratiâ perficiamus: ut autem majus incitamentum ad finiendum habeamus, quoque major à nobis cura & sollicitudo impendatur scriptum præsens conficimus, quo sinceram, promptamq; voluntatem nostram, ad amplectendam cum Ecclesiâ Romanâ unionem & consensum testamur &c.*

V. Non contenti hoc decreto litteras miserũt Clementi super unione cum S.

Romanâ Ecclesiâ die 12. Junii 1595. atque obedientiâ, ac regimine Romani Pontificis. Quarum litterarum latoribus auditis, Præfectus cubiculi Pontificii, jussu Pontificis hanc orationem habuit. *Ad petram fidei, supra quam Christus Dominus Ecclesiam suam ædificavit, ad montem sanctum, in quo habitare beneplacitum est Deo; ad Matrem & Magistram omnium Ecclesiarum Sanctam Romanam Ecclesiam reditis Rutheni Episcopi, post annos centum & quinquaginta &c. ut intelligeretis non esse in corpore membra illa, quæ capiti non cohærent, divulsum à vite palmitem fructum nullum afferre posse, rivos arescere, qui fonti non sunt conjuncti. Denique Deum Patrem non habere, qui Ecclesiam Matrem non habet, quæ una est Catholica, & Apostolica sub uno visibili Capite Romano Pontifice, qui est Pater patrum, & Pastor pastorum cui in Beato Petro Apostolorum Principe, & agni & oves Christi sunt creditæ. Et cui à Domino mandatum est ut fratres suos Episcopos confirmet.* Quo facto Oratores, seu Legati Rutheni nomine suæ Ecclesiæ professionem fidei emiserunt, profitentes: *Sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse Beati Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusq; Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum Patrem & Doctorem existere; & ipsi in Beato Petro pascendi, regendi, & gubernandi universalem Ecclesiam à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse.* Et infra. *Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inviolatam usque ad extremum vitæ spiritum constantissimè Deo adjuvante retinere, & confiteri, atque à meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum.* Quam professionem subscripsit Hypatius Ruthenorum Legatus, cui Summus Pontifex subjecit. *Gaudium cordis nostri, quod hodiernâ die capimus ex vestro ad Romanam Catholicam Ecclesiam reditu, nullis verbis exprimere satis possumus: Gratias Immortali Deo singulares agimus, qui per Spiritum Sanctum suum hanc vobis mentem dedit, ut ad vestram, & omnium fidelium Matrem Sanctam Ecclesiam Romanam confugeretis, quæ aperto charitatis gremio vos recipit, & nos sincero cordis affectu vos Metropolitanum vestrum, & Coëpiscopos vestros, totamque Ruthenam nationem excipimus &c.*

§. 15.

Testimonium Ecclesiæ Hungaricæ.

1. POSTQUAM S. Adalbertus Pragensis in Boëmia Episcopus Hungaros ad fidem Christi cõvertit, ut fusè referunt Cartuitius in vitâ S. Stephani Regis Hungarorum, Surius 23. Aprilis & 25. Augusti, Baronius ad annum 989. post aliquot annos scilicet anno 100. Stephano Duci Hungarorum titulum & Diadema Regium Sylvester II. concessit. Insuper ut Crux ante Regem quasi Apostolatus insigne deferretur, eoquòd ejus operâ multi infideles populi ad Christum essent conversi. Cartuitius & Surius narrant Hungaricam Ecclesiam sub hoc Rege & Giselâ, sivè Gislâ Reginâ filiâ Henrici, (quam in uxorem Stephanus acceperat) mirificè floruit tum augmento Episcopatuum & Abbatiarum, tum reditibus, & institutis pro reformatione morum: tum denique amplissimis templorum fabricis, & maximè singulari erga Beatissimam Virginem cultu, cui sanctissimus Rex se suumque Regnum per votum obtulit, ejusq; tutelæ commisit. Undè festum ejusdem Assumptæ *Diem Dominæ* nuncupabant. Scribunt etiam Monachorum cœnobiũ fuisse ab eodem rege constructũ Hierosolymis, templũ magnificèq; ornatum: erectum Constantinopoli; Collegium Canonicorum sub titulo Sancti Stephani Protomartyris Romę conditum, ibidemq; domus seu Xenodochia ædificata pro excipiendis Hungaris peregrinantibus ad limina Apostolorũ, quorum omnium intuitu Hungarorũ Apostolus cœpit appellari. *Etsi enim* (inquit Cartuitius) *ille sibi evangelizandi munus non sumpsit, attamen ceu quidam concionatorum dux & Magister defensionis & sustentationis solatia eis suppeditavit.* Qui quidem adeò pietate insignis haud inferior militari fortitudine: hoc eodem

lacessitus

lacessitus à Giulę Transilvanię Principe avunculo suo ob disparem cultum religionis, comparato exercitu Transilvaniam subjugavit, & ad Romanæ Ecclesiæ sinum perduxit.

§. 16.

Testimonium Ecclesiæ Daniæ.

I. SUb Eugenio II. scilicet anno Christi 826. Baronius scribit quòd Rex Danorum seu Northmannorum, Arcaldus sivè Haroldus unà cum conjuge, cæterisque suis, ad fidem conversus, & Moguntiæ baptisatus est prædicatione Ebionis Archiepiscopi Remensis illuc missi Consilio Imperatoris & auctoritate Romani Pontificis. Posteà scilicet anno 1063. cùm in Daniâ regnaret Suenone ex Baronio annuũ vectigal Ecclesiæ Romanæ soluit. Secundùm eundem Baronium anno 1092 Ericus Danorum Rex (qui anno superiori Olavo fratri subrogatus est) cultor pietatis eximius Romam ad Urbanum II. se contulit, ad quem ob inanes & falsas suspiciones ab Archiepiscopo Hamburgensi excommunicandus appellatione ad Sedem Apostolicam sententiam prævenisset. Qui apùd Urbanum causâ peroratâ non tantùm superior evasit, sed etiam obtinuit, ut Dania non amplius Sedi Hamburgensi subjiceretur, sed proprium haberet Metropolitam, aliàs à Suenone Rege procuratum, cui Sueciam & Norvegiam in sacris subjecit, ut scribit Saxo Grammaticus lib. 12. histor. Dan.

§. 17.

Testimonium Ecclesiæ Bohemicæ.

I. BAronius scribit quòd anno 1075. Gregorius VII. misit ad Vratislaũ Bohemiæ Ducem Legatos Bernardum, & Gregorium, qui ab eodem Duce honorificè susceptì sunt: sed à Joramiro Episcopo Pragensi adeò indignè habiti sunt, ut suspensionis sententia debuerit in eum ferri, ut patet ex epist. 17. lib. 1. ejusdem Pontificis, quo usque homo refractarius alii, Episcopi Moraviæ adversus eum querelis judicio postulatus, Apostolicæque Sedis auctoritate coactus lib. 1. epist. 44. & 45. ad dicendam causam Romam venire absolutionis litteras obtinuit epist. 78. Sed iterùm contra eum integrandum fuit judicium lib. 2. epist. 6. & 7. cùm denuò cæpit eundem Joannem lacessere, ut patet ex lib. 1 epist. 60. & 61. quibus etiam redargutus est Sigefridus Archi-Episcopus Moguntinus, eòquòd eam causam ad suum judicium studuisset avocare. Quas controversias compositas auctoritate Apostolicâ testatur epist. 53. lib. 2. Gregorii VII. Eodem anno Vratislaus censum annuum annuatim pendere Ecclesiæ Romanæ ac Sedi Apostolicæ pro Ducatu Bohemiæ voto se astrinxit: quã solutionem factam anno sequenti testatur epistola 7. ejusdem Pontificis. Item ex epist. 18. colligimus eundem Ducem pactum iniisse cum Landulpho Principe Beneventano de fidelitate ab eo exhibendâ Romanæ Ecclesiæ.

§. 18.

Testimonium Vandaliæ Ecclesiæ.

I. SAnderus de visibili Monarchiâ num. 695. refert legationem expeditam fuisse per Joannem XIII. Pontificem in Wandaliam, quæ est pars amplissima Sclavoniæ Regionis. Ad instantiam Meisconis Monarchæ, quorum legatorum zelo & diligentiâ plarè insignes illius Regionis populos ad fidem Christi converterunt, & Ecclesias erexerunt. Crantzius hist. Eccles. Saxon. lib. 6. cap. 36. & alibi Baronius anno 1154. scribunt Wicelium Episcopum Aldemburgensem virum Apostolicum, & sanctitate clarissimũ uberrimos fructus collegisse in Wandaliâ & Olsatiâ. Anno 1161. secundũ Baronium Waldemarus creatus Rex Daniæ Rugianorum Wandalorũ & aliorum finitimorum populorũ idololatriam mirabiliter sustulit, Christianęq; religionis cultum propagavit, adhibito ad illud opus Absalone suo Gollectaneo Episcopo Roschildensi, quam propagationem exactè & ornatè describit Saxo Grammaticus, & Willelmus Roschildensis Abbas apud Surium tom. 2. die 6. Aprilis. His verbis. *Anno à nato Salvatore millesimo, centesimo, sexagesimo primo Regnum Daniæ obtinuit Waldemarus Canuti Regis & Martyris filius, qui Wandalos à Regni sui finibus propulavit.*

Nam ſæpè illos infeſtos patiebatur utriuſque ſexus homines, & prædam multam ſecum abducentes. Tandem verò etiam Chriſtianæ Religioni coëgit colla ſubmittere. Per id tempus Roſchildenſi Eccleſiæ cum multâ laude præſidebat Abſalon Epiſcopus vir magni conſilii, Cleri decus mærentium, & afflictorum Conſolator, Religioſorum pius Amator, totius populi Rector modeſtus, advenarum & pauperum benignus Suſtentator, Wandalorum ſtrenuus Debellator, Religionis Chriſtianæ Ornamentum, & Exemplar ſobrietatis, Forma pudicitiæ, veræ Nobilitatis, & probitatis inſigne Speculum, Lucerna fulgens in templo Dei, ejuſque columna Fortis, & Immobilis &c. Is cum Wilelmo Pariſiis evocato præfatum Wandaliam & alias ſuâ ſanctitate & zelo tum fide, tum aliis virtutibus illuſtravit, idololatriamque evulſit.

II. Adjiciam pro Coronide Germaniæ & nationum Borealium: Regna, & Dominia ſatis patenter manifeſtaſſe ſuam erga Romanam Eccleſiam zelum & obſervantiam, dum ad propugnandam fidem Catholicam Religioſum Ordinem Teutonicorum Equitum inſtituerunt; quem Cœleſtinus III. rogatu Henrici Imperatoris confirmavit, eiſque donavit veſtem albam, & nigram. Anno Chriſti 1198. juxta Baronium, eiſque obſervantiam regulæ S. Auguſtini præſcripſit: in quem Ordinem ſoli Nobiles, iidemque Germani admittuntur. Hi varia patrarunt facinora, quibus & ſui animi generoſitatem, & ſuam erga Romanam Eccleſiam, & Sedem Apoſtolicam zelum ac ſubjectionem manifeſtarunt.

§. 19.

Teſtimonium Gallicanæ Eccleſiæ.

I. ALias Occidentis plagas percurramus, ac primò ab ampliſſimis, & numeroſiſſimis ob populos & diœceſes Galliis auſpicemur. Scio Philippum Mornæum in ſuâ præfatione myſterii iniquitatis negare Eccleſiæ Romanæ Maternitatem reſpectu omnium aliarum Eccleſiarum: ſed miror quod præfatus hæreticus in Galliâ oriundus ſapere volens tamen ignoret, quòd Eccleſia Gallicana Eccleſiam Romanam ſemper ut matrem ſuſpexerit. Audiat Innocentium III. ſerm. 3. in conſecratione Pontificis. *An non ego ſponſus ſum, & quilibet veſtrum amicus ſponſi? utique ſponſi: quia habeo nobilem, divitem, & ſublimem, decoram, caſtam, gratioſam, ſacroſanctam Romanam Eccleſiam quæ diſponente Domino cunctorum fidelium Mater eſt & Magiſtra: cum hâc mihi commercium nuptiale, illius vocem audit Romana Eccleſia pro quâ Dominus oravit in Petro, ut non deficeret fides illius, non audit vocem alienorum.* Expende illa verba: *Diſponente Domino.* Ideſt non ex inſtituto & ordinatione humanâ, ſed divinâ. Ibidem oſtendit nunquam eam commiſiſſe perpoſticũ adulterium, (ut Philippus Mornæus in ſua præfatione ad Eccleſiæ Romanæ ſectatores cum aliis impiè calumniatur) ſubditque Innocentius. *Tantam fidem Romanus Pontifex, & Eccleſia Romana ſibi ſemper ſervaverunt, ut eis congruè valeat coaptari, quod veritas in Evangelio ait: Cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ, alienum non ſequuntur, ſed fugiunt, quia non noverunt vocem aliorum: alieni autem ſunt Pſeudo-Pontifices, & Anti-Papæ ſummum cognoſcunt & audiunt, non Apoſtaticum, ſed Apoſtolicum, non Catarum, ſeu Catholicum recipiens, & reddens debitum conjugale: recipiens ab eo debitũ obedientiæ, & reddens debitũ reverentiæ.* Quaſi diceret Eccleſia Romana eſt vera Chriſti & Romani Pontificis ſponſa, vera Mater fidelium: non verò ſponſa vel mater Macedonii, Neſtorii, Lutheri, Calvini, &c. Hæreſiarcharum: Nec Sergii & Pyrrhi qui excuſſo jugo Rom. Eccleſiæ ſedem Conſtantinopolitanam occuparunt, nec Lucii, & Georgii Arianorum, qui ſedem Antiochenam Athanaſio expulſo invaſerunt: hi enim non ſunt veri ſponſi, ſed adulteri; non ſtudent veris & legitimis filiis generandis, cùm ſeminent doctrinam veræ fidei contrariam, ac deſtructivam.

Jam prodeant Eccleſiæ Gallicanæ Prælati, & quid de Rom. Eccleſiâ ſentiant audiamus. Occurrit 1.° Sanctus Irenæus (de quo ſupra) natione quidem Græcus ſed Epiſcopatu Gallus, ſcilicet Lugdunenſis, qui vivebat primo ſæculo temporibus Apoſtolorum, ſecundùm Hieronymum epiſt. 29. & eorum auditor, ſecundùm Euſebium lib. 5. cap. 6. Præfatus Irenæus ſupracitatus libr. 3. adverſus II. *Irenæus* *Irenæus*

Digitized by Google

l. 3. ad versus Hæreses adversus hæreses Valentini cap. 3. expresse docet totius Orbis Ecclesias & fideles subjici Romanæ Ecclesiæ & Sedi Apostolicæ: Cujus Pontifices recenset Linum, Cletum, Clementem, Anacletum, Evaristum, Alexandrum, Xistum, Telesphorum, Higinium, Pium, Anicetum, Sotherum, & Eleutherium, & ad eos ut veros Petri Successores ab omnibus fidelibus recurrendum esse ait his verbis. *Ad hanc Ecclesiam propter potentiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam: hoc est eos qui sunt undique fideles, in quâ semper ab iis, qui sunt undique, conservata est ea, quæ ab Apostolis est traditio.* Ibidem. *Quoniam omnium Ecclesiarum enumerare successiones, Romanæ Ecclesiæ annunciatam hominibus fidem usque ad nos judicantes, confundentes eos, qui per sui placentiam malam vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam sententiam prater quam oportet colligunt.* Episcopi Galliarum scribentes ad Leonem Papam, asserunt se gratias agere Deo, quod Ecclesiæ Romanę eum Pontificem dederit. *Vndè Religionis nostræ propitio Christo fons & origo manavit.*

S. Greg. l. 4. indict. 24. epist. 30. Sanctus Gregorius Magnus l. 4. indict. 23. epist. 30. Vigilio Episcopo Arelatensi ita scribit. *Quia cunctis liquet undè in Galliarum Regionibus fides sancta prodierit, cùm priscam consuetudinem Sedis Apostolicæ fraternitas vestra repetit, quid aliud quàm bona soboles ad sinum Matris Ecclesiæ recurrit?* Vocat Galliam sobolē, & Ecclesiam Romanam Matrem ejus: tuncq; Galliam censendam esse bonam illius sobolem, quando ad eam recurrit & eam agnoscit, nō ut sociam, & cōtubernalem, non ut sororem (ut quidam Schismatici dogmatizant) sed ut matrem. Hæc suprema respectu omnium Ecclesiarum maternitas non tantùm ab Episcopis, sed etiam ab ipsis Regibus asserta

Carolus Magnus est. Audiamus Carolum Magnum, qui de illâ in hæc verba differit. *In memoriam Beati Petri Apostoli honoramus sanctam Romanam Ecclesiam, Sedem Apostolicam, ut quæ nobis Sacerdotalis mater est dignitatis Ecclesiasticæ esse debeat magistra veritatis. Quare servanda est cum mansuetudine humilitas, ut licet vix ferendum ab illâ Sede imponatur jugum tamen feramus & piâ devotione toleremus.* Eadē verba referuntur à Gratiano in suo

Gratian. decreto dist. 19. cap. 3. hæc verba Regis Christianissimi, summique Imperatoris ac Monarchæ ponderari merentur: non ait, quod si Sancta illa Mater Romana Ecclesia & Sedes Apostolica imponat jugum vix ferendum, debeat obmurmurare, reclamare, & illud jugum excutere, & contra illam Sedē arma sumere, vel invitè tolerare, sed *Piâ devotione* (inquit) *toleremus.* Non tantùm piâ devotione, Ordinationes Apostolicas, Reges Galliæ tolerarunt, sed etiam cum omni humilitate & animi demissione susceperunt, ut scribit Nicolaus Papa *Nicolaus Papa.* ad Carolum Calvum. *Cùm vos tantâ humilitate, tantæque devotionis incurvatione sub potenti manu Dei ad reverentiam præcipuorum ipsius Apostolorum flecti conspicimus impletum videmus quòd Sanctus Iob de Domino loquitur: sub quo curvantur qui portant orbē.* Horū regum exemplo non tantùm subditi, sed etiam extranei Principes ad similem observantiam exhibendam non mediocre incitamentum habent, ut scribit Gre- *Gregor.* gorius VII. lib. 8. registri epist. 11. ad Suetonum Regem. *Gallicana siquidem Ecclesia non vos alienis documentis instruxit, sed quod thesauris Matris suæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ accepit salubri nobis eruditione contradidit.* Tanta erga Romanam Ecclesiam Galliæ observantia fuit, ut nunquam Schismatibus pollutam fuisse recolatur. Unum Pisanum Conciliabulum referam, cui Ludovicus XII. adhærere noluit, sed professus est Lateranensi Concilio se subjicere, ut *Concilii Latera-* legitimâ potestate indicto; ut habetur *nense.* sessione 8. ejus exemplo cùm Prælati Galli Concilio Lateranensi comparere non potuissent præfixo tempore ob denegatum salvum conductum à Maximiliano Sfortia tunc Mediolanum tenente, nec tutum iter esset per limites Genuensium se excusarunt ut habetur sess. 9. ejusdem Cōcilii. *Interim certiorem faciunt sanctissimum Dominum nostrum de bonâ, quam erga sanctitatem suam & Sedem Apostolicam gerunt voluntate, & talem hactenus fuisse; ut ab illius unitate nunquam voluerint, minusq; in futurum velint ullo pacto discedere; sed illius mandatis perpetuò obtemperare; neque Schismaticos unquam fuisse, sed unam Ecclesiam Catholicam sub uno Pontifice maxim-*

Digitized by Google

luiſſe, & obſervaſſe, quidquid ab inimicis veritatis, & Chriſtianiſſimi Regis & Regni ex adverſo dictum fuerit. Item ſi occaſione Congregationis Piſanæ, & geſtorum in eâ, aliquas cenſuras juris, aut hominis, aut alias quaſcumque cenſuras de jure, aut de facto incurrerint, præſtito prius debito juramento de parendo mandatis Eccleſiæ, & Sanctiſſimi D. N. Leonis Papæ X. cum illâ humilitate, quâ poſſunt & debent, uſque ad proſtrationem & pedum oſcula, & abſolutionem, quâ indigent ſibi dari, & quamcumque aliam juris pœnam, ſeu maculam aboleri petierunt, & poſtulaverunt, prout per tenorem præſentium petunt & poſtulant, ac ſi coram ſanctitate ſuâ præſentes & perſonaliter intereſſent &c. Ecce qualem Prælati Galliæ, Reges Chriſtianiſſimi, & tota Gallia fidem de Eccleſiâ Romanâ & Sede Apoſtolicâ habuerint, qualem devotionem & obedientiam illi ſemper exhibuerint. Pipinus Anno 744. apud Baronium Caroli Martelli filius, Major domus Regis Francorū ſollicitè, curans res, quæ ad Eccleſias ſpectarent, tam ſuo quàm Antiſtitum & Principum Francorum nomine legationem cum litteris miſit ad Zachariam Romanum Pontificem, ut ipſum de multis ad Sacerdotalem ordinem ac ſalutem animarum, illicitaque conjugia pertinentibus conſuleret. Quibus ſatisfaciens Pontifex ad eundem Chriſtianiſſimum (ut vocat Pipinum) & Antiſtites reſcripſit epiſtolam viginti ſeptem continentem reſponſionum capita, deſumpta ex Canonibus Apoſtolorum, ac decretis Summorum Pontificū & Conciliorum; atque ut ea obſervarētur Bonifacio reſcripſit ut Concilium cogeret, deque iiſdem canonicè cuſtodiendis inter Epiſcopos ageret. Anno 753. Pipinus Stephanum III. in Gallias adventantē tam honorificè excepit, ut obviam ei cum vxore iverit, & non ſolùm pedibus ejus ſe proſtraverit, ſed & vice ſtratoris juxta ejus equū ambulans aliquantum itineris deduxerit ex Baronio poſt Anaſtaſium. Apud eundem Baronium anno 751. poſt Pithœum & Aimoinum, Zacharias Pontifex Romanus Francorum regnum, quod ſub regibus Merovingiis inertibus, & noviſsimè ſub Hilderico Stupido periclitabatur, Apoſtolicâ authoritate in Pipinum obtentas adverſus diverſos hoſtes ſæpè victorias trāſtulit, eumq; regē creavit, ipſo Hilderico anno ſequente detruſo in Monaſterium. Sed hanc hiſtoriam variis rationibus reprobat Dupleix tomo 1. Hiſtoriæ Franciæ in Childerico III. & Galliarum rege 21. Quidquid ſit Anaſtaſius ſcribit Pipinum & ejus filios à Stephano Pontifice fuiſſe unctos in Reges Francorum: & colligitur ex epiſtolâ Ludovici Imperatoris Caroli Magni Filii, & Pipini nepotis ad. Hilduinum, quæ habetur in Areopageticis. Dupleix citatus contendit Pipinum fuiſſe unctum à Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino legato Zachariæ Pontificis, licet Gallia abundaret Prælatis, qui & ſcientiâ & virtute maximè conſpicui erant. Hoc facto univerſa Gallia teſtata eſt ſe Romanam Eccleſiam & Sedem filiali amore proſequi ac ſuſcipere. Eandē Eccleſiæ Romanæ authoritatē commēdat quod Dupleix in Carolo Magno narrat ſcilicet præfatum Carolum fuiſſe creatum & unctum Imperatorem Occidentis ſolâ authoritate Pontificiâ à Leone III. Papâ.

Hic non prætereundum exiſtimo, III. quod refert Baroniusde Carolo Magno ad annū Chriſti 770. & chronica Galliæ, habitum fuiſſe à Carolo Magno Concilium in Wormatiâ Civitate. Ibidem anno 772. quæ & ſecundâ ejus nominis eſt dicta, cujus extat in Francorum capitularibus lib. 7. cap. 205. fragmentum de Canonicâ purgatione Sacerdotum, qui fuiſſent accuſati de criminibus non probatis. Anno 775. apud Baronium, & veteres Francorum Annales ſub Carolo eodē Auguſto in Driâ habita eſt ſynodus. Ibidēq; notat Baronius rem obſervatione digniſſimam, quod priuſquàm Carolus ad aliquod bellū proficiſceretur, ad cōponendū civilem ſtatū, benè diſponendas res Eccleſiaſticas, conventum Antiſtitum atque optimatum cōvocare conſueverat. Ex eodem Baronio an. 776. & Francorum annalibus idē Wormatiæ ſynodum habuit ad componendas res Eccleſiaſticas & politicas. An. 777. Carolus Magnus ad ſtabiliendā Eccleſiā novellam Saxonum converſorum ſynodū habuit Paderburnæi ubi Saxones baptizati juramento firmavēre ſe Chriſtianam fidem perpetuò ſervaturos

turos, alioqui passuros jacturam omnium bonorum. Hæc acta Caroli, vetus chronicon, annales Francorum & Regino tradunt apud Baronium anno citato. Anno 779. antequàm paratâ expeditione in Saxones procederet in Villâ Duriâ conventum synodicum ex more habuit apud Baronium. Ex eodem anno 780. dictus Cæsar synodo habitâ Lippiæ in Saxoniâ res illius populi, religionemq; firmavit. Anno 782. idē Augustus synodum habuit Coloniæ. Anno 785. habuit synodum Paderburnensē in Saxoniâ, in quâ inter alia status Ecclesiæ Saxonū dispositus est, baptizato etiam, qui rebellare, consueverat Widichindo Principe, eo maximè miraculo cōmoto, quod in communione Paschali vidisset sacratissimā Eucharistiam ab omnibus sumi instar pulchelli pueri, prout narrant Annales Saxonum apud Baronium. Anno 794. collegit Francofordię ad Mœnū Fluivum in Germaniâ, ex universâ Italiâ, Galliâ, Germaniâ, atque Britaniâ trecentos circiter Episcopos ratione cujus numerositatis & præsentię Legatorum Sedis Apostolicę hoc Concilium plenarium nuncupatum est, ubi Elipandus & Fœlix damnati sunt, & ejus doctrina & pietas ita enituit, ut se: *Filium & Defensorem Sanctæ Dei Ecclesiæ* nominaverit. Anno 806. produnt annales Francorum apud Baroniū ibi habitum esse conventum ab eodem Cæsare in Villâ Theodonis, atque ex testamento tripartitum esse tribus filiis Regnum ipsius. Anno 813. mensibus Maio & Junio quinque Concilia in diversis Galliarum locis celebrari voluit; unum Moguntiaci, alterum Rhemis, alterum Turonis, quartum Cabilone, quintum Arelate pro meliori Ecclesiæ institutione. Quod autem hæc Concilia celebrata sint cum assensu Romani Pontificis colligit Baronius ex capitularibus Regum Francorum cap. 37. *Auctoritas Ecclesiastica, atque Canonica docet non debere absque sententiâ Romani Pontificis Concilia celebrari, ea nonnisi assensu Romanorum Pontificum habita esse.* Idem ad annum 799. scribit Concilio Francofordiensi non tantùm interfuisse Sedis Apostolicæ Legatos, sed etiam ibidem visas fuisse Hadriani Papæ eâ de re scriptas ad Episcopos Galliarum & Hispaniarum litteras.

IV. Hunc Ecclesiæ Romanæ primatum Reges Galliæ non tantùm verbo & scripto suspexerunt, sed etiam pro ejus manutentione sua arma impenderunt contra Hæreticos & Schismaticos, ut testantur Historici & Auctores Galli & alii. Ac 1.° ab ipsomet Ecclesiæ oraculo Gregorio Magno auspicemur, qui anno 590. sedens ita scribit Regi Childeberto. *Quantò cæteros homines Regia dignitas antecellit, tantò cæterarum gentium Regna, Regnique vestri profectò culmen excellit, esse autem Regem, quia sunt & alii non mirum est: sed esse Catholicum, quod alii non merentur, hoc satis est. Sicut enim magnæ lampadis splendor in tetræ noctis obscuritate luminis sui claritate fulgescit, ita fidei vestræ claritas inter aliarum gentium obscuram perfidiam rutilat, ac coruscat. Quidquid autem Reges cæteri gloriantur habere, habetis. Sed ipsi in hâc re vehementiùs superantur, quoniam hoc principale bonum non habent, quod habetis.* Scilicet armis illam Ecclesiam defendentes. Cui subscribens Cardinalis Baronius ad annum 1118. anno 1. Pelagii I. *Si quis* (inquit) *dicet portum Romanæ Ecclesiæ fluctuantis naviculæ Petri Galliam esse, non mentietur.* Et nè hæc verba perperam & adulatoriè dixisse videatur consule eundem Cardinalem & leges quomodo Childebertus Rex Galliæ cum fratre suo Clotario in Hispaniam perrexerit anno 542. tempore Vigilii Papæ contra Regem Gothorum Arianum, qui impediebat liberum Christiaḥæ Religionis exercitium, & Romanæ Ecclesiæ jurisdictionem. Suum zelum & obedientiam erga Romanam Ecclesiam idem Rex Childebertus manifestavit, dum anno 556. secundùm Papirium Massonium l. 1. annalium in Childeberto ad finem. *Childebertus Ruffinum in Italiam ad Pelagium Romanum Pontificem miserat rogatum, an Catholicam Leonis Papæ epistolam adversus Eutychetem sequeretur. Pelagius respōdit librum illum Ecclesiæ probari, ipseque, ut Rex postularat, novam fidei formulam scripsit. Extat epistola Pelagii ad Childebertum.* Quid per nomen Ecclesiæ intelligit? Romanam, quæ antonomasticè Ecclesia nuncupatur, ut dictum est; cur ad illam potiùs,

Gregor. Magnus

Baron.

Papir. Mass.

quàm ad Clerum Galliæ, seu Ecclesiam Gallicanam, recurrit? quia Romana est Mater & Magistra illius, & reliquarum orbis Ecclesiarum. Undè Baronius ad annum 556. art. 7. rectè subjungit. *Porrò eum scribendi fidei professionis libellum sivè epistolam Pelagio occasio oborta illa fuisse videtur, quod cum contra tria capitula pro quintâ synodo sententiam loqueretur, in suspicionem læsæ Majestatis offensaque Catholicæ fidei haud mediocrem adductus esset, cùm præsertim defensores trium capitulorum, ut illud ubique vulgassent, ac pariter exclamassent, omnes qui agerent contra tria illa capitula impugnare contra Chalcedonense Concilium; quâ quidem calumniâ, ut dubitantium animos liberaret, eam ad Childebertum de fide Catholicâ Pelagius epistolam dedit, quod & præstitisse Sanctum Gregorium, Theodolindam Reginam eandem ob causam oportuit.* Idem Baronius observandum monet, cùm adhuc de Romani Pontificis fide Childebertus subdubitaret, non à Prælatis, & Clero Ecclesiæ Gallicanæ ejus fidei examen & discussionem postulavit, sed ab ipsâmet Ecclesiâ Romana: ut patet ex epistolâ de rectâ fide ad Flavianum conscriptâ: Pelagius novam fidei formulam ad Childebertum misit, non ut apud eum rectæ suæ professionis rationem redderet; sed ut à se removeret omne suspicionis scandalum, & ostenderet se non aliud credere, quàm suos prædecessores juxta Sancti Petri ordi-

1. *Petri epist. c. 2.* nationem 1. epist. cap. 3. dicentis, nos debere paratos esse omni poscenti scilicet fideli, seu infideli: Domino, aut servo: Regi, aut subdito reddere rationem nostræ fidei, modò id postulent, ut discant, & deindè aliquam utilitatem secuturâ judicemus; Regum est à Sacerdotibus discere, & maximè omnium su-

Malach. c. 2. v. 7. premo & infallibili, Malachiæ c. 2. v. 7. *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore ejus: Angelus enim Domini exercituum est.* Nec refert (quòd aliqui notât) Pelagium Papam in illâ epist. dicere. *Quibus nos etiam subditos esse sanctæ scripturæ præcipiunt.* Dico Pelagium id scribere primò in personâ aliorum: ille enim nullo jure subditus erat Childeberto. Deinde quia Pontifex officio consulendi præest, ut omnium saluti inserviat, & juxta illud se dicit: *Servum servorum Dei.* Præscripto Christi Domini, ut sint ministri omnium. Quia Pelagius studebat Regem & ejus subditos in gremio & communione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ quâdam veluti subjectione, & servitute pastorali illud ministerium Regi & subditis dispensare. Idem Rex Childebertus manifestum testimonium suæ & totius Regni submissionis erga Romanam Ecclesiam exhibuit, dum à S. Gregorio pallium petiit pro Vigilio Arelatensi Episcopo, quem etiam Legatum suum in Galliâ instituit, ut patet ex epist. 51. ad Vigilium Arelatensem Episcopum libr. 4. indict. 13. *Libenti* (inquit) *animo postulata concedimus nè aut vobis quidquam de debito honore substrahere, aut præcellentissimi filii nostri Childeberti Regis petitionem contempsisse videamur.* Philippus Mornæus in suo *Morn.* mysterio iniquitatis (qui Ecclesiam Romanam & Gallicanam pari odio prosequitur) etiam inter utramque superseminat Zizania, & ut hanc ab illius jurisdictione liberam probet, negat verisimile esse Regem Childebertum postulasse ab Ecclesiâ, seu Sede Romanâ, ut Vigilium Ecclesiis sui Regni præficeret, Arelatensem utique Episcopum Gunthramni Regis subditum, cui cum illo erant frequentes rixæ. Sed ostendit hâc objectione se historiæ ignarum esse: si quæ enim rixæ initio intercesserint Regi Guntheramno cum nepote Childeberto; tamen posteà reconciliatus est, *Aimoin.* ut refert Aimoinus lib. 3. de gestis Fran- *l. 4. c. 68.* corum cap. 68. ferturque hastam, quam manu gerebat ei tradidisse. Dicens: *Hoc amantissime Nepos noveris te mihi successurum in Regno, idcircò traditâ tibi à me potestate cunctas Regni mei Civitates tanquam tuas dispone, reminiscens te solum ex nostrâ superesse stirpe.* Quo facto hortatus est Primates Franciæ, ut suum Nepotem Regio honore dignum censerent, fidei juramentum ei præstarent, nec spernerent ut puerum: sed ut Dominum venerarentur. Quare morti proximus eum sui Regni hæredem instituit. Et verisimile est defuncto Guntheramno Childebertum Regni possessione fruentem petiisse à sancto Gregorio pallium pro Vigilio Episcopo Arelatensi, quod pallium est antiquissimum insigne potestatis Archiepiscopalis,

chiepiſcopalis, ut teſtatur Rupertus lib. 1. de divinis officiis cap. 27. ſcribens S. Maternum miſſum à Sancto Petro, ut Trevirenſi Eccleſiæ præeſſet, Succeſſoribus pallii uſum reliquiſſe. Ejuſdem uſus antiqui meminit vetus auctor rituum Eccleſiaſticorum ſanctę Romanæ Eccleſiæ lib. 1. tit. 10. cap. 5. illum colligens ex maximo Epiſcopo, & Euſebio Cæſarienſi. Undè cùm Auguſtinus ab eodem Sancto Gregorio legatus in Angliam mitteretur, ei prohibuit, nè ullam in Galliâ juriſdictionem exerceret, ut patet ex reſponſione ad 9. interrogationem Sancti Auguſtini lib. 12. indict. 7. epiſt. 71. ex quo loco liquet Romanam Eccleſiam in Eccleſias Galliarum authoritatem habuiſſe, cùm ſcribat ſe tranſmiſiſſe pallium Epiſcopo Arelatenſi, cui vices ſuas commiſerat. Idem Sanctus Gregorius lib. 7. indict. 2. epiſt. 114. conceſſit pallii uſum Siagrio Epiſcopo Auguſtodunenſi & conſtituit, ut Eccleſia Auguſtodunenſis Eccleſiam Lugdunenſem immediatè ſubſequeretur, quem locum & ordinem ex Eccleſiæ & Sedis Romanæ indulgentiâ obſervavit.

Rupert. l. 1. de divi. offi. cap. 27.

IV. Cùm Leo Iſauricus dictus Conon edictum publicaſſet, ut omnes, qui ſub Imperio Romano eſſent, Sanctorum imagines everterent & abraderent. Gregorius II. Pontifex tantam impietatem minimè ferens Catholicos omnes hortatur, nè tam impio mandato obſequantur, ſed reſiſtant, etiam cum jacturâ bonorum & vitæ: quâ cohortatione ita animati ſunt maximè populi Italiæ, ut parum abfuerit quin alium ſibi Imperatorem eligerent. Quominùs verò id fieret, Gregorius II. ſuâ auctoritate obſtitit. Undè Cedrenus & Zonaras Græci hunc Gregorium laudant: hujus Imperatoris ſcelera ſigillatim exponunt, ex Hiſtoricis Latinis Anaſtaſius & Platina in Gregorio II. Nauclerus generat. 25. Sigonius lib. 3. de Regno Italiæ anno 713. Hieronymus Rubeus lib. 4. hiſtor. Raven. & maximè Baronius ad annum 726. refert duas epiſtolas ejuſdem Gregorii ad Leonem Imperatorẽ de Sacris Imaginibus, quas Græcè & Latinè ſcriptas, ante non excuſas publicè edi curavit, quibus inter cætera eum monet non eſſe Imperatoris quidquam in fide innovare; addit Baronius anno citato ad inſtantiam Gregorii II. Carolum Martellum Regem Galliæ tranſiiſſe in Italiam cum auxiliaribus copiis ad propugnandam Sanctam Romanam Eccleſiam, quo audito Leo Imperator nihil amplius contra Eccleſiam, & Sedem Romanam attentare auſus fuit. Solemnis legationis à Gregorio Pontifice decretæ, & Clavium venerandi Sepulchri cum vinculis Sancti Petri, ac immenſis muneribus priùs inauditis eidẽ principi deſtinatis meminerunt Aimoinus lib. 4. de geſtis Francorum cap. 57. & appendix ad Gregorium Turonenſem cap. 1001. & nonnulli alii Hiſtorici Galli.

Aimoin.

Cùm Luitprandus, & Hilprandus Reges Longobardorum ægrè ferrent quod Gregorius III. benignè excepiſſet Traſimundum Ducem Spoletanum eumque bello infeſtarent anno 740. Pontifex petiit ſuppetias à Carolo Martello, innuens ſe poſt Deum in ipſum ſpem ſuam fixiſſe, ut Eccleſiæ Romanæ hoſtes debellaret epiſt. 6. *Ad te poſt Deum confugimus, fecimus.* Ubi & filium Chriſtianiſſimum bis nominat: quod auxilium Rex indilatè conceſſit: huc producere poſſem alios Reges Galliæ; ut Pipinum, ad quem Zacharias Gregorii ſucceſſor ſcripſit epiſtolam cujus titulus eſt. *Excellentiſſimo atque Chriſtianiſſimo Pipino.* Eundem titulum Regi Galliæ Innocentius IV. tribuit, ut videre eſt in epiſt. 2. relatâ in Bullario quę incipit. *Impia Iudæorum perfidia.* Cum ab Ariſtulpho Rege Longobardorum premeretur anno 753. & ad extremas anguſtias Clerus & populus Romanus cum Pontifice redactus eſſet, ipſe Pontifex nomine S. Petri, cujus ſucceſſor erat hortatus eſt Regem Galliæ, & interpellavit, ut Matri ſuæ Eccleſiæ Romanæ ſuccurreret; (ut patet ex epiſt. ubi. *Ideò* (inquit) *vos Dominus unxit in Reges, ut per vos ſancta ſua exaltaretur Eccleſia & Princeps Apoſtolorum ſuam ſuſcipiat juſtitiam.* Et in fine. *Iuxta Domini præceptum egimus & omnes cauſas B. Petri vobis commendavimus.* De eodem auxilio præſtito à Rege Pipino contra Ariſtulphum etiam ſcribunt Anaſtaſius in Pontificali, Aimoinus lib. 4. de geſtis Francorum cap. 62. & 63. Aventinus lib. 3. Annalium Boiorum, Guagninus,

V.

Ferro, Plumbo, Stanno, Mercurio, Argento, Auro, Cupro, Regulo Antimonii, Bismutho, Zincho, Arsenico, & Wolfio, vilescunt; nullatenus, nisi per Antimonium, Mercurium, Arsenicum, & Wolfium, Argentum, Aurum, Cuprum, Regulum Antimonii, Bismuthum, Zinchum, & Arsenicum, vilescunt; Mercurius, Argentum, Aurum, Cuprum, Regulus Antimonii, Bismuthus, Zinchus, & Arsenicus, per Wolfium, Argentum, Aurum, Cuprum, Regulum Antimonii, Bismuthum, Zinchum, & Arsenicum, vilescunt; Argentum, Aurum, Cuprum, Regulus Antimonii, Bismuthus, Zinchus, & Arsenicus, per Mercurium, Wolfium, Argentum, Aurum, Cuprum, Regulum Antimonii, Bismuthum, Zinchum, & Arsenicum, vilescunt; Aurum, Cuprum, Regulus Antimonii, Bismuthus, Zinchus, & Arsenicus, per Argentum, Mercurium, Wolfium, Aurum, Cuprum, Regulum Antimonii, Bismuthum, Zinchum, & Arsenicum, vilescunt; Cuprum, Regulus Antimonii, Bismuthus, Zinchus, & Arsenicus, per Aurum, Argentum, Mercurium, Wolfium, Cuprum, Regulum Antimonii, Bismuthum, Zinchum, & Arsenicum, vilescunt; Regulus Antimonii, Bismuthus, Zinchus, & Arsenicus, per Cuprum, Aurum, Argentum, Mercurium, Wolfium, Regulum Antimonii, Bismuthum, Zinchum, & Arsenicum, vilescunt; Bismuthus, Zinchus, & Arsenicus, per Regulum Antimonii, Cuprum, Aurum, Argentum, Mercurium, Wolfium, Bismuthum, Zinchum, & Arsenicum, vilescunt; Zinchus, & Arsenicus, per Bismuthum, Regulum Antimonii, Cuprum, Aurum, Argentum, Mercurium, Wolfium, Zinchum, & Arsenicum, vilescunt; Arsenicus per Zinchum, Bismuthum, Regulum Antimonii, Cuprum, Aurum, Argentum, Mercurium, Wolfium, & Arsenicum, vilescit; Wolfius per Arsenicum, Zinchum, Bismuthum, Regulum Antimonii, Cuprum, Aurum, Argentum, Mercurium, & Wolfium, vilescit.

Sequitur Quæstio, Quid sit quod Ferrum, Plumbum, Stannum, Mercurium, Argentum, Aurum, Cuprum, Regulum Antimonii, Bismuthum, Zinchum, Arsenicum, & Wolfium, vilescant? Quid sit quod Mercurius, Argentum, Aurum, Cuprum, Regulus Antimonii, Bismuthus, Zinchus, & Arsenicus, per Wolfium, Argentum, Aurum, Cuprum, Regulum Antimonii, Bismuthum, Zinchum, & Arsenicum, vilescant? Quid sit quod Argentum, Aurum, Cuprum, Regulus Antimonii, Bismuthus, Zinchus, & Arsenicus, per Mercurium, Wolfium, Argentum, Aurum, Cuprum, Regulum Antimonii, Bismuthum, Zinchum, & Arsenicum, vilescant? Quid sit quod Aurum, Cuprum, Regulus Antimonii, Bismuthus, Zinchus, & Arsenicus, per Argentum, Mercurium, Wolfium, Aurum, Cuprum, Regulum Antimonii, Bismuthum, Zinchum, & Arsenicum, vilescant? Quid sit quod Cuprum, Regulus Antimonii, Bismuthus, Zinchus, & Arsenicus, per Aurum, Argentum, Mercurium, Wolfium, Cuprum, Regulum Antimonii, Bismuthum, Zinchum, & Arsenicum, vilescant? Quid sit quod Regulus Antimonii, Bismuthus, Zinchus, & Arsenicus, per Cuprum, Aurum, Argentum, Mercurium, Wolfium, Regulum Antimonii, Bismuthum, Zinchum, & Arsenicum, vilescant? Quid sit quod Bismuthus, Zinchus, & Arsenicus, per Regulum Antimonii, Cuprum, Aurum, Argentum, Mercurium, Wolfium, Bismuthum, Zinchum, & Arsenicum, vilescant? Quid sit quod Zinchus, & Arsenicus, per Bismuthum, Regulum Antimonii, Cuprum, Aurum, Argentum, Mercurium, Wolfium, Zinchum, & Arsenicum, vilescant? Quid sit quod Arsenicus per Zinchum, Bismuthum, Regulum Antimonii, Cuprum, Aurum, Argentum, Mercurium, Wolfium, & Arsenicum, vilescat? Quid sit quod Wolfius per Arsenicum, Zinchum, Bismuthum, Regulum Antimonii, Cuprum, Aurum, Argentum, Mercurium, & Wolfium, vilescat?

De Sancta Ecclesia Romana quod super omnes alias Ecclesias obtinuit primatum, & de ejus privilegiis.

Cap. VI.

Quoniam autem, ut ait Apostolus, omnis potestas à Deo, & quæ sunt à Deo ordinata sunt, qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, & qui resistunt sibi ipsis damnationem acquirunt, necesse est, ut omnes Christi fideles Romanæ Ecclesiæ, quæ super omnes alias obtinuit principatum, secundum sanctorum Patrum statuta, & sacrorum Canonum decreta, debitam obedientiam & reverentiam humiliter exhibeant, & devotissime impendant. Hæc enim est Petri Cathedra, quæ omnium Ecclesiarum mater & caput existit, in qua Petrus primus Apostolorum sedit, & in qua sedere non desinit quotidie per successores suos, quibus ipse claves regni cœlorum tradidit, & quibus ipse pro omnibus & cum omnibus Ecclesiis, & universis Christi fidelibus, qui ejus sunt, & esse debent, rogavit, ne fides ejus deficeret, & ut ipsi confirmarent fratres suos. Hæc est, quæ ab omnibus Ecclesiis, & universis Christi fidelibus, qui ejus sunt, & esse debent, ut Petri Cathedra, & ut mater & caput omnium Ecclesiarum, & ut Petri successores, quibus ipse pro omnibus & cum omnibus Ecclesiis, & universis Christi fidelibus rogavit, ne fides ejus deficeret, & ut ipsi confirmarent fratres suos, honoratur, & veneratur, &

poſtulat, faciant. Additque teſtamentum ab Optimatibus Francorum ſubſcriptum miſſum fuiſſe à Cæſare per Eguihardum ad Leonem Pontificem confirmandum ab eo, & ſubſcriptione muniendum.

IX. Ludovicus Pius ejus filius & in Imperio ſucceſſor parem devotionem & obedientiam erga ſacram Romanam Eccleſiam exhibuit. Nam publicâ conſtitutione confirmavit acta prædeceſſorum ſuorum. *Aimoin.* *Miſſâ legatione* (inquit Aimoinus) *pactum, quod cum prædeceſſoribus factum fuerat, & ſecum fieri & firmari rogavit. Hanc legationem Theodorus Nomenclator, & detulit, & ea quæ petierat impetravit.* Publicæ cõſtitutionis, quam ſubſcriptione firmavit, ſigilloque munivit meminit Leo Oſtienſis lib. 1. Chronici Caſſinenſis cap. 18. *Leo Oſt.* *Hic* (inquit) *pactum conſtitutionis & confirmationis fecit Beato Petro Apoſtolo ejuſque Vicario Domino Paſchali, Parentes ſuos Pipinum, & Carolum imitatus, manuſque ſua ac filiorum ſubſcriptione corroborans, decem Epiſcopos, & decem Abbates, & Comites quindecim, Bibliothecarium, Manſionariũ, & Oſtiarium unum ſubſcribere fecit, ac per Legatum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Theodorum Nomenclatorem Domino Paſchali Papæ tranſmiſit.* Hæc Conſtitutio integra videri poteſt apud Sigonium lib. 4. de Regno Italiæ anno 817. Baronium tom. 9. ad eundem annum. Hiç ex Codicibus Vaticanis quatuor exemplaria facta ſintul mutuâ collatione conſignatis litteris alphabeti A B C D eam integram reddidiſſe teſtatur. Gratianus diſtinct. 93. cap. Ludovicus refert eandem conſtitutionem ex parte tantùm, ſcilicet principium & finem, quæ inſervirent argumento, de quo agebat. Baronius ait integram haberi in Codicibus Vaticanis. Nec refert quod multa dominia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ data à Pipino, Carolo, & Ludovico diu poſt donationẽ non fuerint poſſeſſa ab Eccleſiâ Romanâ. Potuerunt enim poſt donationem factam injuſtè occupari, & ideò iteratâ donatione reſtitui, vel aliis titulis eadem donatio renovari. Id innuere videtur Paulus Diaconus lib. 6. de geſtis Longobardorum cap. 10. *Paulus Diacon.* *Aripertus Rex Longobardorum donationem patrimonii Alpium Cottiarum, quæ quondam ad Apoſtolicam Sedem pertinuerant, ſed à Longobardis multo tempore fuerant ablatæ reſtituit, & hanc donationem aureis exaratam litteris Romam miſit.* Aliquas terras, & ditiones Eccleſiæ Romanæ priùs donatas à Ludovico Pio & prædeceſſoribus, diu ab aliis occupatas, teſtatur hiſtoria Comitiſſæ Mathildis. An autem poſt donationem factam jure vel injuriâ poſſederint, non eſt meum hic diſputare: ſiquidem poſſeſſio eſt facti, & dominium eſt juris. Deindè rerum dominia non ſunt immutabilia, & quæ prius erant unius domini poſſunt titulis multis ad alium tranſire. Licet poſt donationẽ Ludovici poſſeſſio non ceſſerit Eccleſiæ Romanæ, nõ ſequitur donationem fuiſſe nullam, vel non factam: vel Ludovicum jure non feciſſe. Cùm enim juſto titulo eſſet Imperator Occidentis: Quæ Imperatoris, erant poterat ſibi jure vendicare, eaque liberè donare poterat, vel in feudum. De his conſulendi Sigebertus, Sigonius, & Annales Francorum anno 812. Nec Ludovici Pii conceſſio dubia cenſeri debet: quia Aimoinus, Anaſtaſius, Nithardus & alii annalium ſcriptores nihil tale habent. Argumentum enim ab auctoritate negativâ non concludit. Deindè præfati Annaliſtæ non intenderunt referre omnia, quæ Ludovicus Pius, & alii Reges pro Eccleſiâ Romanâ religiosè & laudabiliter peregerunt. Prætereà licet hæc conſtitutio ſtatim ut edita fuit, vim & auctoritatem ſuam non habuerit, nec fuerit uſu recepta, non ex eo dubia, & ſuſpecta eſſe debet. Pontifices enim prudenter judicare potuerunt ad tempus diſſimulandum eſſe ad evitandos tumultus vel ſchiſmata, vel ob alias temporis & negotiorum circumſtantias.

X. Lotharius Ludovici Pii filius, ut ſcribit Aimoinus lib. 4. cap. 112. *Aimoin.* *Juxta Patris mandatum Romam profectus ab Eugenio Pontifice honorificè ſuſcipitur. Cui cùm injuncta ſibi patefeciſſet, ſtatum Populi Romani jam dudum depravatum memorati Pontificis benevolâ aſſenſione ita correxit, ut omnes, qui rerum ſuarum direptione graviter fuerant deſolati de receptione bonorum ſuorum, quæ per illius adventum Deo donante provenerat, magnificè ſint conſolati.* Expende illa verba: *De ejus benevolâ aſſenſione*, ſcilicet pro bono & tran-

Digitized by Google

tranquillitate Ecclesiæ. Nec obstat quod Lotharius aliquando bellum intulerit Ecclesiæ Romanæ, ut notat Baronius ad annum Christi 836. & Ecclesiam à Saracenis impunè diripi permiserit, fortè ex invidiâ quod liberalitate patris avi, & proavi sui, nobiliorem partem Italiæ videretur possidere: Romanam tamen Ecclesiam, ut reliquarum Matrẽ agnovit, solitamque Principis Christiani obedientiam ei præstitit: ut patet ex eo quod Ado Viennensis 842. scribit. *Lotharius filium suum Ludovicum, quem in Italiâ Regem fecerat, ut Imperatoris nomen sortiretur, per Drogonem Patricium Romam misit, cui Sergius jam tum Pontifex coronam imposuit, & acclamante universo populo Imperator Augustus est salutatus.* Quibus hæc Sanderi verba lib 7. de visibili Monarchiâ §. 639 subjicienda sunt. *Hinc animadvertimus aliud esse Regem, & aliud Imperatorem fieri, illud à voluntate Patris, hoc à coronatione summi Pontificis, & acclamatione populi pendebat.* Quare meritò Baronius in hoc Sigebertum reprobat, asserentem, quod Ludovicus missus fuerit Romam à Lothario ad confirmandam electionem Sergii Papæ. Verum quidem est (ut narrat Sigonius lib. 5. ad annum Christi 844.) quod *Lombardiam liberiore, quam par erat agmine peragravit, Drogone ipsum non solùm prohibente, sed prope etiam approbante. Et hæc fuit causa cur malè à Bononiensibus acceptus sit, quod sibi ab insolentiâ exercitus timerent, non quod Civitas Pontificis favore freta debitum obsequium negaret. Tantas deindè in agro strages edidit, ut finitimi populi hastili illâ atque inusitatâ feritate perterriti proprias sedes desererent, & abdita latibula incolumitatis causâ conquirerent. Et Sergius quidem, ubi res in itinere per impotentiam animi gestas accepit, haud mediocriter miratus extimuit: consueto tamen illum honore excipere statuit: adventanti ad urbẽ tria obviam agmina misit, atque ipse summis Basilicæ Vaticanæ in gradibus de more sacro, ipso Clero undique assedit: Primum universi Iudices cum vexillis, ad novem fermè millia passuum occurrerunt. Deindè omnes militiæ scholæ decoræ laudes canentes cum patronis ad primum lapidem: Postremò & augustæ cum signis Cruces ad portam urbis præsto fuêre. Ille verò postquàm sacratas Cruces aspexit, protinus ex equo descendit; ac Populo, Iudicibus, ac scholis præcedere jussis ad Basilicam Vaticanam pedestris exemplum Proavi Caroli imitatus accessit, & per gradus ad Pontificem progressus osculum sancto pedi infixit, ac dextrâ ejus apprehensâ ad postes argenteos prodiit.* Uno verbo licet nimiâ conniventiâ vel imbecillitate, aut (si mavis) juvenilis ætatis insolentiâ permiserit suis Italiam depopulari: non tamen ex contemptu Romanæ Ecclesiæ, cùm solitum à prædecessoribus suis ei & Sanctæ Sedi Apostolicæ honorem exhibuerit. Hîc animadvertendum, quod Pontifex pro auctoritate Ecclesiæ & Sedis Apostolicæ, omnes templi fores jussit præcludi. Ludovicumque intuitus, ait: *Si pacis ac salutis Ecclesiæ causâ venisti, jussu meo hæ tibi portæ patebunt, sin minùs, nunquam per me tibi aperientur.* Ludovico affirmante se venire sincero erga Romanam Ecclesiam animo Patris & Proavi exemplo, liber ingressus ad confessionem datus est; universo Clero canente, *Benedictus qui venit in nomine Domini* Petentique Ludovico nomine patris sui Lotharii Imperatoria insignia annuit Pontifex, ac Dominicâ sequente Imperatorẽ pronunciauit. Sigonius lib. 5. de Regno Italiæ anno 844. & Baronius ibidem. Ludovico II. Imperatore absque prole defuncto, ejus patrui Carolus Calvus Franciæ Rex, & Ludovicus Germaniæ, certatim anhelantes ad Imperium: ad Pontificem Joannem VIII. mittunt: Carolus præ aliis ad Imperium aspirantibus pollicetur Joanni Pontifici se coronâ donatum semper defensurum Ecclesiam, & ejus ditionem à quibuscumque illam infestantibus, quem Pontifex 16. Calendas Januarii, die Natalis Domini ante confessionem Sancti Petri Augustum de more consecravit, prius sancto jurejurando devinctum, se adversus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ hostes semper præliaturum. Acta ejus coronationis recitata in Concilio Ticinensi anno 876. indict. 10. prodita ex Petri Pithœi Bibliothecâ, & edita cum Annalibus Francorum incerti Auctoris, & variis Scriptoribus Coætaneis. Idem Carolus confirmavit suorum prædecessorum donationem factam. Quare Nicolaus Papa ad eum scribens

Baron. ad annũ 836.

Ado ad annum 842.

Sander.

Sigonius

Sigonius Baron. 844.

Digitized by Google

ſcribens. *Cùm vos* (inquit) *tantâ humilitate, tantæque devotionis incurvatione ſub potenti manu Dei ad reverentiam præcipuorum ipſius Apoſtolorum flecti conſpicimus, impletum videmus, quod Sanctus Iob de Domino loquitur, ſub quo curvantur qui portant orbem.* Non prætermittendum hîc exiſtimo, quod Jvo Carnotenſis epiſt. 47. ſcribit ad Manaſſem Archi-Epiſcopum Remenſem de reverentiâ & ſubmiſſione Caroli & Ludovici erga Romanam Eccleſiam & Sedem Apoſtolicam: quomodo nec illis, nec ſucceſſoribus licuerit Epiſcopatus conferre niſi ex Privilegio dictæ Romanæ Eccleſiæ ſeu Sedis Apoſtolicæ. *Non licet Regibus, ſicut ſanxit octava ſynodus, quam Romana Eccleſia commendat, & veneratur electionibus Epiſcoporum ſe immiſcere, vel aliquâ eas ratione impedire. Francorum etiam Reges Carolus & Ludovicus electiones Epiſcoporum Eccleſiis conceſſerunt. Quod & in ſuis capitularibus ſcriptum reliquerunt, & in Conciliis Epiſcoporum Provincialium ſanciri permiſerunt. Habeat ergò Deus in Eccleſiâ ſuâ principaliter quod ſuum eſt. Habeat Rex poſteriori ordine poſt Deum, quod ſibi à Deo conceſſum eſt.* Particula *conceſſerunt.* Non ſignificat poteſtatem nominandi Epiſcopos ad ipſos Reges de jure pertinuiſſe, ſed tantùm ex privilegio Romanæ Eccleſiæ & Sedis Apoſtolicæ, ut patet ex epiſt. 65. ejuſdem Juonis ad Archiepiſcopum Lugdunenſem Sedis Apoſtolicę Legatum. *Cùm per canonicam electionem Reges ipſos Apoſtolicâ authoritate à conceſſione prohibitos minimè videamus.* Quibus verbis innuit Pontifices poſſe prohibere, nec collationem Epiſcopatuum illis competere, niſi ex privilegio Romanæ Eccleſiæ, ſeu Sedis Apoſtolicæ. Quod clariùs oſtendit idem Jvo epiſt. 240. ad Paſchalem, cujus motivum eſt, quod Tornacenſes inſtabant apud Romanam Eccleſiam, & Sedem Apoſtolicã pro proprio Epiſcopo habendo: rogat ergò Jvo nè id præſtet: quia hoc facto Eccleſia Noviomenſis privaretur privilegio, cujus Epiſcopus Tornacenſi Eccleſiæ præerat: inſuper periculum erat, nè hâc occaſione aliquod ſchiſma excitaretur in Galliâ contra Eccleſiam, & Sedem Apoſtolicam, ſicut in Regno Germaniæ contigerat. Cæterùm quod Rex & Regnum Galliæ in perpetuâ obſervantiâ erga Romanam Eccleſiam, & Sedem Apoſtolicam perſeveret. *Novit* (inquit) *paternitas veſtra, quia Regnum Francorum præ cæteris Regnis Sedi Apoſtolicæ ſemper fuit obnoxium; & idcircò quantum ad ipſas Regias Perſonas pertinet nulla fuit diviſio inter Regnum & Sacerdotium. Quod ergò hactenus cum pace & utilitate Eccleſiæ obſervatum eſt, humiliter petimus, ut de cætero obſervetur, & Regni Francorum pax, & ſummi ſacerdotii nullâ ſubreptione diſſolvatur.* Quibus ſatis clarè oſtendit penes Pontificem fuiſſe, diſtrahere Eccleſiam Tornacenſem à Noviomenſi. Undè ſubjungit. *Nec in hoc reſiſtimus, quin poſſit Sedes Apoſtolica parochiarum amplitudinem minorare, aut brevitatem dilatare, ſi utilitas populi Dei ita exigat, & nullum inde ſchiſma contingat.* Ex quibus etiam cõcludo tum Galliæ Epiſcopatus ſeu Diœceſes, tum Parochias Romanæ Eccleſiæ, & Sedi ſubjacere, & circa eas pro bono Eccleſiæ poſſe facere, quod libuerit.

Jvo Carnot.

Tempore ejuſdem Jvonis quædam difficultas occurrit pro quâ componendâ ipſe Jvo nomine Eccleſiæ Gallicanæ ad Romanam recurrit. Ludovicus Craſſus Regni inſignia ſuſcepit Aureliæ, & unctionem à Damberto Archiepiſcopo Senonenſi. Contra id factum præter morem majorum Remenſes reclamarunt aſſerentes Regia Sacra ad Sancti Remigii ſucceſſores ſpectare. Jvo Carnotenſis, qui Regiæ inunctioni interfuerat, elegantem ſuper eâ controverſiam edidit; quæ eſt epiſtola ejus 70. in qua æqualiter æſtimat Aurelianenſem ac Remenſem inunctionem: oſtenditq; Ludovicum benè inunctum, eiq; regnũ hæreditario jure cõpetere, & à communi Epiſcoporum, ac procerum cœtu receptũ. Deindè Sacra Remenſia nec potuiſſe, nec debuiſſe expectari ob aliquos Regis æmulos, & Regni perturbatores. Cõtendit etiam Regis inaugurationem Remis celebrari non potuiſſe: primò quia Archiepiſcopus Radulphus legitimè creatus Archiepiſcopus & à Pontifice Romano confirmatus, nec dum ſuæ Sedis poſſeſſionem acceperat; ſed Gervaſius Sedem illam invaſerat fultus authoritate Regiâ, ideòque hic ritus fieri nequibat abſque magnâ & cruentâ commotione

XI.

commotione. Deindè Civitas Remensis cēsuris subjecta erat. Deniquè Radulphus parū gratus Regi non reclamavit, sed Remenses conquesti sunt fieri injuriam illi Ecclesiæ. Tandem Radulphus legitimè electus ejecto invasore Gervasio introductus est eâ conditione, ut chirographo proprio & juramento Regi voveret fidelitatem quam hactenus fecisse perhiberentur omnes Archiepiscopi Remenses, cœteriqúe Episcopi etiam Religiosi, & Sancti. Jvo Pontificem Paschalem rogavit, ut dispensaret super iis, quæ contra Romanæ Ecclesiæ auctoritatem, & Pontificum decreta acta erant, quibus annuit Pontifex, ut patet ex epist. 206. ejusdem Jvonis ad Paschalem Pontificem. Ex quibus patet Regem, etsi jura regni salva prætenderet, authoritati Romanæ Ecclesiæ in hoc cessisse, ut Radulphus expulso Gervasio obtineret Remensem Sedem.

XII. Romana Ecclesia vexata ab Henrico III. aliis IV. Imperatore opem Regis Christianissimi Philippi I. implorat. Imperator vicissim suum filium ad ipsum mittit, suam miseriam lugubriter exponens, & Romani Pontificis Paschalis severitatem. Sed Rex Galliæ hujus pietate vulpinâ detectâ potiùs Ecclesiæ & Pontifici favere studuit, quàm Imperatori: hoc Imperatore morte repentinâ miserè sublato, Christianus orbis tripudiare cœpit, Ecclesia Romana pacem consecuta est, de quo Baronius anno 1106. *Itaque triumphatum non improbitate sed Justitiâ de hoste infestissimo ab Ecclesiâ Catholicâ, Apostolicâ, Romanâ, juxta illud Isaiæ vaticinium cap. 14. Et erit in die illâ cùm requiem dederit tibi Deus à labore tuo, & à concussione tuâ, & à servitute durâ, quâ ante serviisti jumes parabolam illam contra Regem Babylonis, & dices quomodo cessavit exactor, quievit tributum? contrivit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cædentem populos in indignatione, plagâ insanabili subjicientem, in furore gentes persequentem crudeliter. Conquievit & siluit omnis terra &c.* Abbas Urspergensis eodem anno 1106. *Deo (inquit) gratias, qui licet tardè, tamen permagnificè victoriam concessit Ecclesiæ suæ, cui etiam ejusmodi Nabucodonosor quinquagesimum exactionis annum, idest Galilæus, qui Julianum quondam vicerat, vertit in Jubilæum.* Idem observat eum sublatum septimo Idus Augusti, quo scilicet die primò matrem suam Ecclesiam apud Uniflat invadens innumeras animas ad inferos præmisit. Paschalis Pontifex obit, de quo Urspergensis in chronico anno Domini 1118. *Dominus Apostolicus Paschalis II. diutinâ paritatus ægritudine præsentem in Domino vitam finivit, pro quo Ioannes Cajetanus vir prudens & venerandus in Romanâ semper Ecclesiâ eidem Apostolico collaborans eligitur, & cunctorum Catholicorum unanimi consensu ritè consecratur.* Sed Henricus IV. seu V. Imperator ex Petro Diacono lib. 4. chronici Cassinensis cap. 66. Nauclero generat. 38. Sigonio lib. 10. de Regno Italiæ, Hieronymo Rubeo lib. 5. histor. Raven. Mauritium Bracarensem Archiepiscopum à Paschali Papâ depositum è vestigio invasorem Romanæ Ecclesiæ instituit. Cùm Pontifex videret se non posse tutè & quietè Romæ agere, ad Ludovicum Grossum Regem Galliæ recurrit, ut tutissimum Romanæ Ecclesiæ & Sedis asylum, à quo benignè exceptus est & anno 1117. Viennæ Synodum congregavit, quâ peractâ ultimum diem clausit anno 1. die 5. *Vir* (inquit Platina) *sanctissimus & omni laude dignus, si vitam continentissimam, si mores, si doctrinam inspicis, &c.*

Ei successit Gelasius II. qui cùm per XIII. Anti Papam Burdinum, & Henricum IV. Imperatorem juxta Baronium ad annum Christi 1118. scripsit ad Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Clericos, Principes, & cunctos fideles per Galliam his verbis. *Quia vos Romanæ Ecclesiæ membra estis.* Infra. *Vestræ igitur experientiæ litterarum præsentium perceptione mandamus, ut super his per Dei gratiam communi deliberatione tractantes ad Matris Ecclesiæ ultionem communibus præstante Deo auxiliis, sicut oportere cognoscitis injungamini.* Expende illa verba. *Vestræ experientiæ &c. Ad Matris Ecclesiæ ultionem jungamini.* 2.° vocat Ecclesiam Romanam Caput, & Matrem; Ecclesias verò Gallicanas membra ejus. Deinde ait solitas esse ad Matris Ecclesiæ ultionem com-

munibus auxiliis conjungi, quod Baronius citatus probat subjungens. *Siquidem unicum illud usitatum, tutum, certumque refugium fuit, semper Romanis Pontificibus persecutione vexatis Regnum Francorum, ipsos Francorum Reges adire, à quibus & dignè consuevissent suscipi, digniùs retineri, atque diligentissimè cùm facultas adesset compressis hostibus ad Romanam Ecclesiam revocari.* Postquàm recensuit varia munera sponte oblata quæ à Prælatis, & Abbatibus pauper & exul Pontifex recepit, subdit ex Eugerio Abbate Sancti Dionysii in Ludovico hæc de Gelasio II. *Cum Tyrannide Imperatoris per Romanos à sanctâ Sede Romanæ Ecclesiæ arceretur, ad protectionem Serenissimi Regis Ludovici & Gallicanæ Ecclesiæ compassionem sicut antiquitus consueverunt confugit.* Infra ex Folcone in Chronico Beneventano. *Ingenti* (inquit) *studio Francos da exulem Pontificem fluxisse, eorumque munificentiâ ingentem vim auri & argenti fuisse collectam ex spontaneis fidelium suas domos evacuantium oblationibus, ut exuli Pontifici subvenirent.* Quasi diceret sicut parentibus inopibus & ad extremas angustias redactis subveniunt, proles sic tota Gallia matrem suam Ecclesiam & Sedem Romanam sublevavit.

Baron.

XIV. Gelasius habuit successorem Calistum II. Stephani Ducis Burgundiæ Fratrem, Balduini Comitis Flandriæ avunculum, Henrici Imperatoris propinquum, ex Platinâ, Ciaconio, sancto Antonino, Volaterrano, Nauclero, Baronio, Lezanâ ad Annum 1120. de quo Petrus Diaconus in Chroninco Casinensi lib. 4. cap. 66. hæc scribit. *Cardinales videntes tam subitò tanto se destitutos esse pastore, ne diutiùs Romana Ecclesia schismaticorum pateret morsibus, concilio habito Guidonem Viennensem Archiepiscopum Regiâ stirpe progenitum in rebus sæculi strenuum, & in Ecclesiasticis apprimè eruditum ibi Pontificem eligunt, vocantque Calistum.* Huic electioni licet à Curiâ Romanâ ibi degente factæ absentes Cardinales consenserunt, sub quo schisma quidem cessavit, & Ecclesiæ pax restituta est: Sed Anno 1130. in Ecclesiâ Romanâ maximum adhuc schisma ortum est, de quo Otho Frisingensis lib. 7. cap. 17. *Gravissimum schisma in Ecclesiâ Dei oritur Innocentio canonicè electo: sed Petro Leonis filio (violentiâ amicorum suorum, qui fortissimi in urbe erant favente) Rogerio sæculo intruso: cui dum Innocentius resistere non valet urbe cedit, transcensisque Alpibus Gallias ingreditur &c.* Quem Ludovicus benignissimè excepit, de quo Baronius ad Annum 1140. post authorem vitæ Sancti Bernardi libr. 2. cap. 1. & ipsummet Sanctum Bernardum epistolâ 242. Notat dictus author vitæ S. Bernardi loco citato collectum fuisse in Stampis Conventum Generalem, ut in communi decerneretur quid agendum esset de receptione Innocentii. Sanctus Bernardus Abbas ab ipso Rege & præcipuis Prælatis accersitus, celebrato priùs jejunio, & precibus ad Deum fusis, cùm de eo negotio acturi Rex & Principes, ac Prælati consedissent, omnes uno consilio & sententiâ statuerunt hujus negotii Judicium ex Dei famuli ore excipiendum, qui postquàm declaravit pari honore recipiendum Innocentium, quo cæteri legitimè creati, Rex & omnes Status Galliæ exactam observantiam Innocentio illicò promisère, rejectis Petri Leonis seu Anacleti partibus. Gallorum exemplo eandem obedientiam promisit Henricus Primus Rex Angliæ ex eodem Authore vitæ Sancti Bernardi. *Rex* (inquit) *ille tam Potens extra terram suam Domino Papæ occurrit usque Carnotum.* Omnes posteà alii Principes, Prælati, & Ordines Religiosi, de quibus consulendus Author vitæ Sancti Bernardi libr. 2. cap. 7. Et Sanctus Bernardus epistolâ 125. 131. 132. 133. 134.

Petrus Diaconus l. 4. cap. 66.

Otho Frising. l. 7. c. 17.

Baron.

Auctor vitæ S. Bernar.

XV. Innocentio defuncto successit Cœlestinus II. Ita Onuphrius annotatione ad Platinam, Otho Frisingensis libr. 7. cap. 27. hic. *Innocentio Cœlestinus Vir Religione & litterarum scientiâ præditus cum magnâ unanimitate electus successit.* Consulendus item Bernardus Epist 192. ad eum postquam creatus est Pontifex. Item epistolâ 234.

Otho Frising. l. 7. c. 27.

Petrus

Petrus Cluniacensis libr. 5. epist. 27. qui cùm sedisset menses quinque, & dies 13. in ejus locum suffectus est Gerardus Camerarius Præsbyter Cardinalis titulo S. Crucis in Jerusalem, ex ordine Canonicorum Regularium, Patriâ Bononiensis, scientiâ, & vitæ meritis clarus, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarius atque Cancellarius, dictus est Lucius II. Cùm sedisset menses undecim, dies 14. migravit ex hac vita anno 1145. Eugenius III. ejus successor fuit. Præfati Pontifices Regem Galliarum Ecclesiæ defensorem experti sunt, tam cõtra aliquas seditiones Romę excitatas, quàm contra Arnolphum seu Arnoldum Brixiensem. De quo Sanctus Bernardus epist. 195. ad Episcopum Cõstantiensem. *Arnolphum de Brixiâ, qui (utinam tam sana esset doctrinæ, quàm districtæ est vitæ) etsi vultis scire, homo est neque manducans, neque bibens, solo cum diabolo esuriens, & sitiens sanguinem animarum, unus de numero illorum (quos Apostolica vigilantia notat) habentes formam pietatis, virtutem illius penitùs abnegantes. Et ipse Dominus, venient ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Is ergò usque ad hanc ætatem, ubicumque conversatus est, tam fœda post se, & tam sæva reliquit vestigia: ut ubi semel fixerit pedem, illuc ultra redire omninò non audeat. Denique ipsam (in quâ natus est) valdè atrociter cõmovit terram, & conturbavit eam. Vndè accusatus apud Dominũ Papam schismate pessimo, natali solo pulsus est, etiam & abjurare compulsionem reversionem nisi ad ipsius Apostolici permissionem.* Infra. *Inimicus Crucis Christi, seminator discordiæ, fabricator schismatum, turbator pacis, unitatis divisor.* Et Epist. 196. ad Guidonem Legatum. *Arnoldus de Brixiâ cujus conversatio mel, & doctrina venenum, cui caput columbæ, cauda scorpionis est, quem Brixia abominatur, Italia non vult recipere, &c.* De eo Otho Frisingensis ita historicè loquitur lib. 2. de gestis Friderici Imperatoris cap. 29. *Accessit ad hujus seditiosi facinoris argumentum, quod Arnoldus quidam Brixiensis sub typo religionis, & ut verbis Evangelicis utar, sub ovinâ pelle lupum gerens, urbem ingressus ad factionem istam rudis populi animis pramolli dogmate ad animositatem accensis, innumeram post se duxit, imò seduxit multitudinem. Arnoldus iste ex Italiâ civitate Brixiâ oriundus, ejusdemque Ecclesiæ Clericus, ac tandem Lector ordinatus, Petrum Abailardum olim Præceptorem habuerat, vir quidem naturæ non hebetis, plus tamen verborum profluvio, quàm sententiarum pondere copiosus, singularitatis amator, novitatis cupidus, cujusmodi hominum ingenia ad fabricandas hæreses, schismatum perturbationes sunt prona. Is à studio à Gallis in Italiam revertens, religiosum habitum, quo amplius decipere posset induit, omnia lacerans, omnia rodens, nemini parcens, Clericorũ, ac Episcoporum derogator, Monachorum persecutor, Laicis tantùm adulans* Quod idem probat cap. 20. *Dicebat nec Clericos proprietatem, nec Episcopos regalia, nec Monachos possessiones habentes aliquâ ratione salvari posse. Cuncta hæc principis esse, ab ejusque beneficentiâ in usum tantùm Laicorum cedere oportere. Præter hæc de Sacramento altaris, baptismo parvulorum non sanè dicitur sensisse.* Inter alia quæ Ligurinus lib. de gestis Friderici Imperatoris scribit, hæc canit:

Articulos etiam fidei, certumq; tenorem
Non satis exactâ stolidus pietate fovebat;
Impia mellifluis admiscẽs toxica verbis.

Alias ejusdem & Petri Abailardi hæreses vide apud Sanderum lib. 7. de visibili Monarchiâ Eccles. n. 146. Prateolum V. Arnoldistæ. Imò eum seditionis Romanæ auctorem fuisse testatur Otho Frisingensis lib. 1. de gestis Frederici cap. 27. & 28. Sigonius lib. 11. de Regno Italiæ anno 1145. ut istam Romanorum, & Arnoldistarum jugem persecutionem, jam sub tot suis prædecessoribus incœptam & his indubiè læthalem Eugenius vitaret, in Galliam ad tutam Ecclesiæ arcem & refugium se conferendi Consilium iniit, ubi à Ludovico VII. Francorum Rege honorificentissimè susceptus est. Baronius anno 1147. ait quod seditionibus Romanis tam per Regem Gallię quam mortem impii Arnoldi extinctis Romam rediit, anno 1149. juxta chronologiam Sigeberti. Quàm autem infœliciter Arnoldus obierit hæc breviter accipe ex c. 20. lib. 2. de rebus Frederii apud Othonẽ Frisingensem. *Cùm à morte Cælestini usque ad hæc ab eo incessanter*

Bernar. ep. 195.

Otho Frising. l. 2. c. 29.

Ligur.

Otho Frising.

ſanter & irreverenter agerentur tempora, cùmque ſententia Paſtorum juſtè in eum, & canonicè prolata, ejus judicio tanquam omninò auctoritatis vacua contemnerentur, tandem in manus quorumdam incidens in Thaſciæ finibus captus, Principis examini reſervatus eſt. Et ad ultimum à Præfecto Vrbis ligno adactus, ac rogo in pulverem redacto funere nè à ſtolidâ plebe corpus ejus venerationi haberetur in Tyberim ſparſus. Breviùs Gotfridus Viterbienſis chronici parte 17.

Gotfrid. Viterb. p. 17.

Arnoldus capitur, quem Brixia ſenſit
Alumnum (mundum
Dogmata cujus erant quaſi pervertentia
Strangulat hunc laqueus ignis & unda vehunt.

Ligur. libr. 3. Eidem accinens Ligurinus lib. 3. de geſtis Frederici.

Adpenſuſque Cruce, flammâque tremante ſolutus (undas
In cineres, Tyberine, tuas eſt ſparſus in
Nè ſtolidæ plebis, quem fecerat improbus error
Martyris oſſa, novo cineres foveret honore.

Gallia quæ nunquam Schiſmatica fuit, affectum & obedientiam erga Sedem Apoſtolicam, & Eccleſiam Romanam manifeſtavit. Cùm enim Conciliabulum quoddã Papienſe anno 1160. apud Baronium declaraſſet Octavianum dictum Victorem eſſe legitimum Pontificem, & Alexandrum III. Schiſmaticum, & excommunicatum, unà cum ejus fautoribus, & Imperator cum totâ ferè Germaniâ, excepto Archi-Epiſcopo Trevirenſi, & paucis aliis proceribus ſecundùm Rudenicum lib. 2. cap. 71. Ludovicus VII. Rex Francorum Alexandro ut verò Pontifici ſemper adhæſit.

Saxo Germ. libr. 1. Saxo Germanicus lib. 1. in ſuâ hiſtoriâ Daniæ ſcribit in hoc Gallos fuiſſe Germanis religioſiores. *De urbis (* inquit) *Pontificatu, controverſia inter Gallos orta, varia Provinciarum ſuffragia ferebantur. Nam Gallia Alexandro obtentus fuit, Germania auctore Cæſare Octaviano partibus ſubſecuta eſt. Sed juſtior, Religioniq; propior Gallorum ſequacitas fuit.* Gallia damnavit acta Concilii Papienſis, & Frederici Imperatoris qui Pſeudopapã Victorem, ut legitimum colebant. Alexander Imperatoris & adhærentiũ furorem declinans, in Galliam aufugit. Willelmus Neubrigenſis lib. 2. cap. 14. *Eodem tempore Romanus Pontifex Alexander de Apuliâ liquido itinere venit in Gallias.* Aimoinus lib. 5. cap. 54. Baronius anno 1163. ſcribunt fuiſſe invitatum à Rege Galliæ. Quanto honore exceptus fuerit, audi Neubrigenſem ſupra. *Occurrentibus ei Præſulibus & Nobilibus Regionum Gallicanæ Eccleſiæ multorum deſideriis expectatus advenit. Magni quoque Francorum & Anglorum Reges adventum ejus ſolemni honorantes occurſu, qualia Regiam decebant magnificentiam inſigni exuli hilariter obſequia præſtiterunt.* Sic invitatu Ludovici Regis Galliam ingreſſus Concilium celebravit Turonis. *Principum itaque favore (* inquit idem Neubrig.*) adjutus, convocatis Eccleſiarum Paſtoribus in octavis Pentecoſtes Generale Concilium cum multâ gloriâ Turone celebravit anno ab Incarnatione Domini* 1163. Deinde cap. 15. illius Concilii Turonenſis decreta refert.

Wiliel. Neub. l. 2. c. 14.

Neubri.

XVI. Cùm Henricus II. Rex Angliæ aliquas iniquas ordinationes condidiſſet contra libertatem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ quas refert Surius 29. Decembr. cap. 6. & Joannes Sarisberienſis Epiſt. 159. ad Dominum Exonenſem. Primò: *Quod non appelletur ad Sedem Apoſtolicam ſine licentiâ Regis.* 2.ò *Quod non liceat Archi-Epiſcopo, & Epiſcopo exire è Regno, & venire ad vocationem Domini Papæ ſine licentiâ Regis.* 3.ò *Quod non liceat Epiſcopo excommunicare aliquem, qui teneat de Rege in capite, ſine licentiâ Regis, vel terram illius, vel Officialium ſuorum ſub interdicto ponere.* 4.ò *Quod non liceat Epiſcopo coercere aliquem de perjurio, vel læsâ fide.* 5.ò *Quod Clerici trahantur ad ſæcularia Judicia.* 6.ò *Quod Laici ſeu Rex, ſivè alii tractent cauſas de Decimis vel Eccleſiis.* Eisque iniquis legibus cùm contradiceret Sanctus Thomas juxta admonitionem Alexandri III. tum ad Prælatos Angliæ ait: *Si Illuſtris Anglorum Rex quidquam à vobis aliquo tempore requiſierit, quod contra libertatem Eccleſiaſticam exiſtat, hoc ei facere attentetis. Nec illi in aliquo, & maximè contra Romanam Eccleſiam obligetis, aut novæ promiſſionis, ſeu juramenti formam inducere præſumatis, præter id, quod Epiſcopi ſuis Regibus facere conſueverũt.*

Surius Joannes Sarisb.

Si

Si autem jam dicto Regi super hujusmodi in aliquo vos astrictos cognoscitis, quod promisistis nullatenus observetis: sed hoc potiùs revocare curetis, & de promissione illicitâ Deo studeatis, & Ecclesiæ reconciliari. Sed à quodam Conciliabulo coacto Northanton damnatus: tam Regis quàm istius Concilii judicium declinãs, ad Romanum Pontificem appellans, citansque Coëpiscopos suos, quod elegissent magis obedire hominibus, quàm Deo, ad Alexandrum Pontificem se contulit: apud quem causam suam perorans, cùm ei obtulisset consuetudines, de quibus controvertebatur, seu potiùs Tyrannicas usurpationes, omnes PP. judicarunt Archiepiscopo Cantuariensi succurrendum esse, ut potè S. Romanæ Ecclesiæ propugnatori acerrimo. Joannes Sarisberiensis epist. 211. ad Petrum scriptorem. *Fugæ quidem* (inquit) *habuit Authorem Christum, & Apostolum ejus, qui demissus in sportâ persequentium manus evasit, sciens à facie personam, non causam persequentis ab unâ Civitate fugiendum esse in aliam. Videbat enim Reges & Principes convenisse adversus Dominum & adversus Christum ejus. Confugit ergo ad Romanum Pontificem quem appellaverat, ut ejus præsidio validius opitularetur Ecclesiæ Naufraganti, quam in Angliâ (ut dicitur) Principes Sacerdotum maximè submergebant. Hoc autem non fuit Ecclesiam exponere, sed liberationi operam dare, nisi fortè & illic tibi navem relinquere videatur, qui eam ut ad portum pertrahat scapham ingreditur.* Petrus Blesensis epist. 264. hæc inter alia in laudem Sancti Thomæ profert. *Dominus Cantuariensis communem omnium procurat utilitatem, pro libertate Ecclesiæ dimicat, pugnat ad bestias, sanguinem sacerdotii sitientes, suum & totius sui generis sanguinem minoris facit, quàm causam Dei, dum legem ipsius ad subvertendas factas aut inolitas pravitates constanter ausus est profiteri.* Ideo dicit: *Totius generis sui &c.* Quia omnes consanguinei, amici, fautores Thomæ cujuscumque ætatis, expulsi sunt è Regno, iis quibus per ætatem liceret juramento adstrictis se omnes Thomam adjuturos, si fortè miserabili suorum calamitatis aspectu moveretur. Qui tamen non respexit carnem & sanguinem, nec à sancto proposito ullis privatis incommodis deterreri unquam potuit. De eiusdem Sancti Episcopi in exilio constantiâ, sic iterùm scribit epist. 22. ad M. Joannem de Sarisberiâ. *Quoties communes Ecclesiæ Anglicanæ pressuras, Dominique vestri Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis exilium diligenter attendo, plurimùm mihi addit solatium, quod pro Ecclesiæ libertate se murum opponit, & ex ipsâ persecutione finem glorioſissimum &c.* Joannes Sarisberiensis scribens ad Joannem Pictavienſem. *Religiosus Archi-Episcopus Britanniarum I. Sedis Apostolicæ Legatus, Iudex incorruptissimus, ut potè nec acceptor personarum, nec munerum, Assertor Ecclesiasticæ libertatis, & quasi Turris erecta Ierusalem contra faciem Damasci.* Et infra. *Quid sanctius, quid justius causâ ejus, qui opes, & omnem mundi gloriam, qui amicorum & totius cognationis affectionem pro Christi amore contemnens exilium subiit, se & suos omnes exposuit periculis, & paupertati, qui pro lege Dei suituendâ, & evacuandis abusionibus veterum Tyrannorum, certavit usque ad mortem.* Causâ ejus auditâ Romæ, ut proprior foret Angliæ hortatu Pontificis secundùm Baronium anno 1168. ei dicentis. *Ecclesia post Deum est specialiter adjutorio Galliæ fulta.* Ludovicus Rex Galliæ sanctum Episcopum in suam protectionem suscepit: sed inhærens lectionibus breviarii in ejus festo dicerem fuisse invitatum à Rege Galliæ. *Contulit se ad Alexandrum III. Pontificem, à quo benignè acceptus est, & indè profectus Monachis Pontiniacensis Monasterii Cistercienſis Ordinis ab eodem commendatus. Quod ut cognovit Henricus missis ad Conventum Fratrum Cistercienſium minacibus litteris Thomam è Pontiniaco Monasterio exturbare conatur. Quare Vir Sanctus veritus nè suâ causâ mali aliquid Cistercienſis familia pateretur sponte discessit, & Ludovicum Galliæ Regem ejus invitatu convenit.* Rogerius de Hovedem in annal. ait quod Henricus II. anno 1165. Legatos miserit ad Regem qui cùm in Civitatem Senonensem advenissent, multaque falsa adversus Thomam dicerent, ille nullo modo eis fidem adhibuit, sed iisdem auspiciis quibus anteà, imò majoribus eum protexit.

Petrus Blesensis

Joannes Sarisb.

Baron.

Digitized by Google

1731 Lucanus Cabarcussi Dr. cum suis
Lucanus Cabarcussi Dr. cum suis
Lucanus Cabarcussi Dr. cum suis

propugnandâ militantibus observandum. Quemadmodum Elias lib. 3. Reg. cap. 18. ante cædem Baalitarum sacrificium obtulit. Sic Dux de Monte-Forti & milites antequàm arma conferrent, Sacramentis Confessionis & Communionis se munierunt. Et dum Bellum committitur & ad arma prosiliunt Episcopi Tholosanus, Agathensis, Lodonensis, Covenensis, Sedibus suis ejecti ab Albigensibus unà cum Sancto Dominico opem divinam implorant suis orationibus, precanturque ut Crucem quam labaris & vexillis Dux appenderat, redderet invictam ab hostibus, qui viribus & ope humanâ superiores erant, lachrymæ precibus junctæ tam efficaces fuêre, ut Religio de furore hæretico triumpharit, pestisque illa Albigensium bellicâ Regis Sanctissimi, & pii Comitis fortitudine, seu potius divinâ ope deleta est. Ecce quomodo Christianissimi & Religiosissimi Reges pro sanctæ Matris Ecclesiæ sanctitate pugnarint, & è Provinciis ejus hostes studio suo & armis ita exegerint, ut nè nomen quidem eorum supereisset. Idem speratе debemus de Calvinistarum extinctione in Galliâ, cùm in eis Arianorum, Donatistarum, & Albigensium error revixisse videatur. Nam si Episcopi Ægyptii epist. ad Marcum Papam pro accipiendis Nicæni Concilii decretis scribunt. *In tantum Ariani nostra vastaverunt, ut nec libros, nec vestimenta Ecclesiastica, aliaque ornamenta & utensilia nobis dimitterent; libros verò nostros, usque ad minimùm incendentes, nec Iota relinquentes, propter veritatis fidem etiam Nicænam Synodum (quâ modò Clerus & Populus imbuebantur, & maximè jam imbuti erant) in contumeliam nostram & omnium Christianorum incenderunt.* Et Patres Concilii Sardicensis epistolâ missâ ad omnes Episcopos idem conqueruntur. Et Sanctus Basilius orat. in Gordianum Martyrem. *Domus orationis profanorum manibus vastabantur, aræ sanctissimæ evertebantur, nec erat oblatio ulla, nec Tymiama, divinæ rei nullus erat jam locus amplius relictus, cuncta mœror ingens, velut diffusa caligo occupabat, Sacerdotum Collegia fugabantur: sacer omnis Conventus cladem insolitam expavescebat, dæmones verò tripudiabant, & ardore ac sanguine victimarum infecta cuncta dabant.* Eadem flagitia patrata refert Sanctus Chrysostomus oratione in Juventium & Maximum Martyres, Sanctus Gregorius Nazianz. orat. 23. in laudem Heronis, orat. 25. de Arianis, & de seipso; nônne Calvinistæ in Sacerdotes & Religiosos eodem furore debacchati sunt? nonnè Sacrosanctis Altaribus? Augustissimo Eucharistiæ Sacramento (quod Angeli tremebundi adorant) bellum inferunt? nonnè Sanctam Romanam Ecclesiam Babylonem vocant, & Pontificem Romanum Anti-Christo omnium perditissimo & sceleratissimo comparant? nonnè Donatistas imitantur Caluinus, Bucerus &c. Quos Optatus Milevitanus lib 3. contra Parmenianum sic affatur. *Quid est tam sacrilegum, quàm Altaria Dei in quibus, & vos aliquando obtulistis, frangere, radere, removere, in quibus vota populi, & membra Christi portata sunt, quo Deus omnipotens invocatus sit, quo postulatus descendit Spiritus Sanctus, undè à multis pignus salutis æternæ, & tutela fidei & spes resurrectionis accepta est.* Post: *Quid est Altare nisi Sedes Corporis & Sanguinis Christi? quid vobis fecerat Deus, qui illic invocari consueverat? Quid vos offenderat Christus, cujus illic per certa momenta, Corpus & Sanguis habitat? ergò, & fregisse vos, & radisse constat Altaria. Quid est quod in hâc re quasi languere visus est furor? videmus enim vos postea mutasse consilium, & altaria à vobis jam non frangi, sed radi tantummodò, aut removeri: si hoc sufficiebat, illa quæ prius facta sunt, ex his judicatis, quia minimè debuerunt fieri à vobis. Hoc tamen immane facinus geminatum est, dum fregistis etiam calices Christi Corporis portatores, quorum species revocatis in massas, mercedem nefariis nundinis provocantes, ad quam nec emptores eligere voluistis sacrilegi, dum inconsideratè vendidistis.* Post *Emerunt forsan in usus sordida mulieres, emerunt Pagani, facturi vasa, in quibus incenderêt idolis suis. O scelus nefarium! O facinus inauditũ, auferre Deo, quod idolis præstes, subducere Christo, quod proficiat sacrilegio.* Nonnè horum Donatistarum Calvinistæ sacrilegia æmulantur. Sed ut melius horum Novatorum (qui se reformatæ ac purioris Ecclesiæ autho-

l. 3 Reg. c. 18. v. 36.

Optatus Milevit. l. 3 con. Parm.

Basilius. Orat. en Gord.

res

res prędicant) impuritas magis eluceat. Quod ſi iterùm ad Albigenſes redeamus, videbimus parum à noſtris Novatoribus differre. Paulus Æmilius narrat quod ad Albigenſes Epiſcopos & Romanam Eccleſiam vocarent cœtum infernorum: preces pro defunctis ſuffragia fruſtranea eſſe. Negarent Sacerdotibus competere facultatem abſolvendi, & in Euchariſtiâ Chriſti Corpus reperiri. Fertur quod quidam illorum in odium Chriſti, & Romanæ Eccleſiæ ac Religionis ventrem ſuum purgarit coram altari minoris Eccleſiæ, & ſuas ſordes Altaris mappis deterſerit. Alii rurſus ſcortum poſuerint ſuper altare in conſpectu Crucifixi, quo facto ſacram imaginem indè detraxerint, & brachiis præciſis, & collo fune alligato illum per plateas urbis cum blaſphemiis intolerandis traxerint ſimilia à Calviniſtis peracta eſſe teſtatur tota Gallia, Anglia, Flandria, Germania &c.

Paulus Æmil.

XVIII. Idem S. Rex clauſis oculis ad politicas rationes, ſolum Deum, & Sanctæ Romanæ Eccleſię obedientiam præ oculis habens; Cùm Gregorius IX. exauctoraſſet & excommunicaſſet Fredericum Imperatorem: cùm ut talem Teutonia verita ejus tyrannidem denunciare non auderet, eum Gallia, intrepidè proclamavit: quod non præſtitiſſet niſi Sanctus Rex cum toto ſuo Regno partes Pontificis contra Imperatorem ſuſtinuiſſet. Paulus Æmilius lib. 7. in Ludovico IX. ſcribit Fredericum conatum fuiſſe ſeducere à Pontifice S. Regem; ſed fruſtrà. Cùmque per Oratores nihil proficeret colloquium expetiit: ſed hæc omnia doloſè tentabat, ut Regem caperet ſi acceſſiſſet inermi & incauto apparatu. Sanctus Rex perſuaſit, ut Lateranenſe Concilium contra Fredericum indiceretur, poſtquàm Pontifex miſit in Galliam Jacobum Columnam Prænestinum Epiſcopum Cardinalem præſidia afflictis Eccleſiæ rebus oraturum. Ad quod Concilium Rex miſit Archiepiſcopum Rhotomagenſem cum Prælatis Cluniacenſi, Ciſtercienſi, & Clarevallenſi, quos naves Siculæ interceperunt, violatum jus gentium conqueſtus Rex, violata jura humana, violata divina, Legatos Regios intercipi, Antiſtites Sanctos Pontifice Maximo evocante in urbem Religionis arcem ad ſacrum totius orbis conventum excipi: uſque adeò nomen Francorum contemni: Galliam non protecturam ſuos Prælatos, quæ ſummo omniũ Prælatorum auxilio eſt: illiusnè tam inſignis injuriæ authorem impunè habiturum? Fridericus minacibus litteris Sancti Regis territus Prælatos incolumes reſtituit, purgans ſe inſcio id factum à filio Sardiniæ Rege. Ex hoc patet Sancti Regis, & totius Regni Galliæ zelus, & obſervantia erga Eccleſiam & Sedem Romanam.

Paulus Æmil. lib. 7.

Sinibaldus Sancti Laurentii in Lucina Præsbyter Cardinalis Patriâ Genuenſis, è familiâ Fliſcâ è Lavaniæ Comitibus creatus Pontifex, & dictus Innocentius IV. de pace cum Friderico agere ſtudioſè cœpit, ſed cùm totis quatuor menſibus nihil efficere poſſet, Frederici Oratoribus, ac Nunciis ſemper variantibus, nec ulli formulæ, nulli conditioni oblatæ acquieſcentibus, tandem reſolutum eſt ut Caſtellanæ convenirent: ſed Pontifex præmonitus nè illud iter aggrederetur, eoquòd Fridericus eum capere meditaretur, Cæſareique Conſilii multos Romanos Cives conſcios eſſe, ſimulans ſe iturum ad præfatum Frederici colloquium clam ſe ſubduxit, & Genuenſium navigio (quod ad Centũcellas evocaverat) in Galliam navigavit: ibique ſummo tum aulæ regiæ, tum Regni honore exceptus Lugdunum appulit, ubi Concilium celebravit anno 2246. ad quod Imperatorem citavit, ibi Sanctus Ludovicus Religionis & officii gratiâ palam profeſſus eſt, paratum ſe ſuique Regni vires ac Conſilium ad Sanctæ Eccleſiæ & Sedis Apoſtolicæ authoritatem tuendam. Addit Paulus Æmilius lib. 7. in Ludovico IX. quod Fredericus Concilii turbaſſet armis, niſi Sanctus Rex Ludovicus illicò Concilii dignitati robur addidiſſet. Poſtquàm Fredericus defunctus (vel ut alii) necatus inſidiis Manfredi Nothi, cui Tarentinum Principatum contulerat, ſcilicet in lecto ab eo ſuffocatus compreſſo ore. Manfredus Eccleſiam (inhærens paterno veſtigio) infeſtare cœpit: de Frederici nece per Manfredum. Sanderus lib. 7. de viſibili

XIX.

Sander.

Monarchiâ

Monarchiâ Eccleſ. n. 944. *Non mirum ſi is, qui Eccleſiam Romanam Matrem ſuam tot modis per tot annos tam nefariè perſecutus eſt, à filio demùm ſpurio interfectus divinæ juſtitiæ exemplum fieret, dum talia patitur à carnali filio, qualem in patrem ſpiritualem machinatus erat.* Quod Manfredus etiam Eccleſiæ bellum indixerit patet ex Sigonio lib. 20. de Regno Italiæ ad annum 1263. tempore Urbani IV. Trecis in Gallia nati, ac Canonici Leodienſis, contra cujus Tyranni conſilia hic Pontifex Carolum Ludovici Regis fratrem in auxilium vocat. *Urbanus* (inquit Sigonius) *Pontifex, ut acriter urgente Manfredo labi, vel potius præcipites ferri res Eccleſiæ vidit, opportunum ac neceſſarium ſuſtinendis illis ſubſidium quarens, ſolemne Patrum Romæ Concilium advocavit, atque ibi relatione de ſummâ Reipublicæ factâ, ex communi omnium ſententiâ Crucem adverſus Manfredum indicere, omneſque Chriſtianos, perindè ac contra Iciſlinum promiſſis Eccleſiaſticis ingentibus excitare conſtituit: quod etiam decreto facto ſancivit, ut Carolus Comes Andegavenſis Ludovici Regis Francorum frater, vir illâ tempeſtate opibus, virtute, ac rei militaris prudentiâ incytus, ad auxilium partium acciretur, ac Legato ad illum miſſo ſe illum Regem Siciliæ, atque Apuliæ inſtituturum, atque illi auxilio futurum ad Manfredum communem hoſtem ejiciendum; oſtendit ſi validas præſidio pereuntium Guelphorum in Italiam copias adduxiſſet. Quod ille re cum fratre communicatâ, reſpondit ſe ſine cunctatione facturum.*

Sigonius lib. 20.

Sigonius

XX. Urbano è vivis ſublato anno 1264. Guido Falcodii Gallus, è Provinciâ Narbonenſi ob ſanctitatem & doctrinam Pontifex creatus, vocatur Clemẽs IV. hic Carolum & Gallos ad arma contra Manfredum capienda ſollicitavit. Qui Paſchalibus devotionibus cum fratre ſuo Sancto Ludovico ritè peractis, menſe Maio cum exercitu Romam acceſſit, & Clementem Viterbii conſidentem Romam deduxit, quem Romani benignè exceperunt; & Carolum Senatoriâ dignitate (quæ tunc in urbe eminebat) ornarunt. Paulò poſt occurrentem Manfredum cum exercitu copioſo ad Beneventum fudit, ipſumque interemit. Sicque Eccleſiam tanto Tyranno liberavit. Hic non omittendum exiſtimo, quid adhuc pro bono Sanctæ Romanæ Eccleſiæ effecerit. Cùm poſt obitum Clementis vacaſſet Sedes ferè triennio, nec Cardinales convenirent de futuro Succeſſore, narrat Sigonius l. 20. de Regno Italiæ an. 1270. Philippum Regem Galliæ & præfatum Carolum tum Regem Siciliæ inauguratum Eccleſiæ Romanæ detrimentum imminens iniquè ferentes, acceſſiſſe Viterbium, & eos ad perficienda comitia rogaſſe, qui tanto Principum zelo accenſi, ſeu potius præteritis diſſenſionibus compoſitis, anno 1270. 1. Septembris unanimiter conſenſerunt in Theobaldum Vice-Comitem Placentinum Archi-Diaconum Leodienſem voti causâ tunc agentem in Syriâ, eumq́, per nuncios in Italiâ revocarunt. & dictus eſt Gregorius X. Idẽ Gregorius X. libentiſſimè annuente Philippo Rege Franciæ celebravit Conciliũ Generale Lugduni an. 1274. Cui ipſe Rex Galliæ, & Oratores omnium Regum & Principum, imò etiam Michaelis Paleologi Oratores, Patriarchæ Conſtantinopolitanus & Antiochenus, & quingenti Epiſcopi interfuerunt. Quàm ſancta fuerit ejuſmodi Synodus patet ex ſeſſionibus quarum aliquas referam. In 1. ſeſſ. Pontifex cauſas expoſuit, propter quas evocaverat Concilium ſcilicet pro ſubſidio terræ ſanctæ, pro unione Græcorum, & reformatione morum. In 2. ſeſſ. Pontifex, Cardinales, & Epiſcopi promiſerunt decimas redituum omniũ Eccleſiarum pro ſubſidio belli Hieroſolymitani. In 5. ſeſſ. lectæ litteræ in quibus Michael cum Epiſcopis Græcis ſuis profitebatur fidem Catholicam, & Primatum Romanæ Eccleſiæ agnoſcebat, undè illis Legatis præſentibus, & cum magno Pontificis & totius Concilii gaudio, ſolemniter in Miſſâ Pontificis Symbolum eſt decantatum Græcè, cum additione illâ tertiò repetitâ (filioq́;) Ex Græcis Scriptoribus Georgius Pachimeres l. 5. hiſt. Gregoras l. 5. & Nicephorus narrant Græcos admiſſos ad Romanæ Eccleſiæ ſinum cum tribus conditionibus. 1.ª Fuit ut Romani Pontificis in Sacris Miſſarum Myſteriis Græci mentionem facerent. 2.ª Ut liceret omnibus Græcis appellare ad Eccleſiam &

Sigonius lib. 20.

Sedem Romanam. 3.° Ut Eccleſiæ & Sedi Romanæ in omnibus principatus deferatur. Denique quia ex diſſentientibus Cardinalibus ferè per triennium Sedes vacaſſet cum magno Eccleſiæ,& Chriſtianæ Reipublicæ detrimento, in eo Concilio Gregorius ſancivit,ut Cardinales in electione Pontificis ſub auſteriore cuſtodiâ in arcto conclavi contineantur. Ut habetur in eodem Concilio,& electi Põtificis poteſtate his verbis. *Cũ agitur de creatione Vicarii Ieſu-Chriſti Succeſſoris Petri Rectoris Vniverſalis Eccleſiæ, Gregis Dominici Directoris &c. Id acturi tantummodò, ut eorum miniſterio acceleretur utilis & perneceſſaria totius mundi proviſio idoneo celeriter eidem Eccleſia ſponſo dato &c.* Quibus verbis ſemper Eccleſiæ Romanæ ac Univerſalis, ut veræ Chriſti ſponſæ mentionem facit,

XXI. Non minorem obſervantiam & obedientiam erga Romanam Eccleſiam,ut Matrem omnium Eccleſiarum poſteà teſtati ſunt Reges,Antiſtites &Proceres Galliarum, ut videre licet apud Spondanum & alios Hiſtoricos tum ſacros; tum prophanos. Imò & ipſe Senatus,ſeu Parlamentum Pariſienſe apud Naucle-rum de Monarchiâ Eccleſiaſticâ part.4. lib.8. col.2440. L. A. addit Spondanus tom.3. continuationis annalium Baronii anno 1562. n. 15. quod pullulante hæreſi Calviuianâ, idem Parlamentum emiſit ſolemnem ac publicam profeſſionem fidei Romanæ Eccleſiæ innixam ex parte authoritatibus veterum Doctorum Pariſienſium Alberti Magni tom. 18. tract. 24. q. 141. membro 3. Sancti Thomæ contra gentes cap. 32. Sancti Bonaventuræ tom. 1. ſerm. 22. in Hexameron. tit. de ſtatu Eccleſiæ Militantis. Ex noſtris Bacconii lib.4. ſentent. prolog. q. 10. art.1. Thomæ Waldenſis in doctrinali fidei tom.6. tit. 4. de Miſſarum Sacram. cap.37. & aliorum. Seu potius facultatis Theologiæ Pariſienſis, quæ fidei Catholicæ præſidium,& omnibus hæreſibus emergentibus fuit ſemper objectum, & oppoſitum propugnaculum, nec judicavit eſſe ſui juris, vel Eccleſiæ Gallicanæ unquam definire, Sint nè Sanctæ Romanæ Eccleſiæ decreta omnia emanata rejicienda, vel probanda: ſed ea in primis venerata eſt. Quid plura id patet clarè ex nuperâ contra Janſenii propoſitiones Innocẽtii X. declaratione factâ ad inſtantiam Epiſcoporum Galliç ſequentium PP. Veteres; Exuperium Tholoſanum, qui recurrit ad Innocentium I. Victricium Rhotomagenſem Epiſcopum, Decentium Epiſcopum Eugubinum, Proſperum Aquitanicum, Hilariũ Pictavienſem. Audiamus quomodò Innocentius X. ſuam declarationem ſeu definitionem auſpicetur. *Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei univerſis Chriſti fidelibus ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cum occaſione impreſſionis libri cui Titulus Auguſtinus Ianſenii Epiſcopi Iprenſis, inter alias ejus opiniones orta fuerit præſertim in Gallis controverſia ſuper quinque ex illis: complures Galliarum Epiſcopi apud nos inſtiterunt, ut eaſdem propoſitiones nobis oblatas expenderemus. Ac de unâquaque earum certam & perſpicuam ferremus ſententiam &c.* Franciſcus Annatus in confutatione libelli trium columnarum cap.6. ait octoginta & amplius Epiſcopos ſubſcripſiſſe litteris, quibus poſtulata eſt à Pontifice quinque propoſitionum deciſio: & in cœtu Epiſcoporum Pariſiis facto decretum fuit, ut nomine omnium Sanctæ Sedi grates agerentur. Hujus autem cenſuræ Innocentii promulgatio per omnes Diœceſes (reclamantibus tantùm paucis Janſenianis) facta eſt ſtudio & zelo Eminentiſſimi Cardinalis Mazarini. Exiſtimaverunt Prælati pro hâc controverſiâ decidẽdâ non expectandum eſſe Concilium Univerſale, (ut opponunt Janſeniani) ſed infallibilitatem eſſe nunc penes Sedem Apoſtolicam: ut aliàs fuiſſe teſtantur acta Pontificum, Pii, qui ſecundùm Baronium non expectatato Concilio univerſali ſanctione ſuâ damnavit errorem Quartadecimanorum & Judaizantes Eccleſias correxit. Item Eleutherii, qui contra dogmata Monthaniſtarum, & Marcioniſtarum ſcripſit ad Epiſcopos Galliæ. Victoris qui Theodotum Coriarium damnavit. Zephirini qui in Montanum & Montaniſtas ſimilem ſententiam edidit. Innocentii I. qui epiſtolis ad Exuperium Tholoſanum, Victricium Rhotomagenſem, Decentium Eugubinum Epiſcopos multa decrevit de

Bulla Innocen. X.

Franciſ. Annat.

de Sacramentis Confirmationis, Extremæ Unctionis, Matrimonii, de votis, de libris canonicis, de cœlibatu Sacerdotum. Cœlestini qui à Prospero & Hilario Episcopis interpellatus misit ad Episcopos Galliæ decreta fidei contra Semipelagianos. Leonis, qui publicam peccatorum confessionem abrogavit, docuitque secretam sufficere. Fœlicis, qui misit decreta fidei acceptanda & promulganda ad Episcopos in urbe Arausicanâ coactos. Leonis X. qui plurimas propositiones Lutheri damnavit; Pii V. & Gregorii XIII. qui plures etiam conclusiones Baii censurâ affecerunt, non reluctuante: imò applaudente & obtemperante Ecclesiâ universali.

Morn. Undè falsò objicit Philippus Mornæus quod Sorbona post canonizationem S. Thomæ Cantuariensis publicè disputarit an esset Sanctus, an non fuisset rebellis Regi, an jure ab eodem in exilium missio illi inflicta sit. Id enim falsum esse testatur Rogerius de Hovedem anno 1179. in Henrico II. Imò cùm Philippus filius Ludovici Regis Francorum læthaliter ægrotaret, Deus patrem ejus in somniis admonuit, ut si filium curari optaret, religiosâ peregrinatione pergeret ad sepulchrum Sancti Thomæ Cantuariensis. Ille postulatâ à Rege Angliæ securitate in Angliam transfretavit, Sancti Martyris sepulchrum Cantuariæ visitavit, vas aureum obtulit, aliaque munera & perpetua privilegia Monachis illius Ecclesiæ contulit. In Galliam reversus reperit filium suum integræ sanitati restitutum.

XXII. Quod si ad Ecclesiæ Gallicanæ incunabula redeamus videbimus non immeritò Episcopos Galliarum scribentes ad Leonem Papam dixisse de Romanâ Ecclesiâ. *Vndè Religionis nostræ propitio Christo fons & origo manavit.* Nam ex historiis constat, quod Sanctus Dionysius Areopagita statim ac Episcopus Parisiensis ordinatus est, missus est à Romanâ Ecclesiâ cum Eleutherio & Rustico ad prædicandum Christi Evangelium, ut scribit Gregorius Turonensis lib. 1. histor. Francorum cap. 30. & lib. 10. cap. 31. Gatianus Episcopus Turonensis anno Imperii Decii 1. suam legationem accepit ab Ecclesiâ Romanâ Saturninus per Sanctũ Petrum creatus est Episcopus Tholosanus. Crescentem secundùm Eusebium Cæsariensem etiam missum in Gallias à Sancto Petro, & ibi Episcopum constitutum testatur Eusebius Cæsariensis. Licet Sanctus Paulus scribens ad Timotheum dicat abiisse in Galatiam. Sanctus Hieronymus in Cathalogo, & Epiphanius hæres. 5. per Galatiam accipit Gallium, quia Galatæ à Gallis originem ducunt. Eutropius ejusdem Sancti Petri Discipulus fertur missus in Gallias prædicandi Evangelii causâ. Item ad Carnotenses Savinianus, Potentianus, & Adventinus, Arelatem Trophinus, Paulus Narbonam, Stremonius ad Arvernos missi sunt. Martialis Lemovicis Christi fidem prædicavit, Exuperius Baiocensibus, Taurinus Ebroicensibus Nicasius Rhotomagẽsibus, Evortius Aurelianensibus, Ultrancus Senonensibus. Clodoveo ad fidem converso studio Remigii Episcopi Rhemensis, Vedastus ordinatus est Episcopus Atrebatensis, Antimundus Morinis prædicavit Christi fidem, Eligius Episcopus Noviomensis per omnes has Regiones Tornacensẽ, Viromadensem, Flandricam, Gandavensem, Carturiacensem Evangelium disseminavit. Amandus Episcopus idem munus obiit in Mempisco, Willebrordus Trajecti ad Mosam, & per omnem tractum Hollãdiæ & Frisiæ, Lupus Episcopus Senonensis apud Neustrios, Medardus Episcopus Noviomensis apud Tornacenses, Lambertus Tongrensis Taxandriam ad Christi cultum reduxit. S. Hubertus Episcopus Leodiensis Arduẽnates &c Quæ recognitio & observãtia erga Ecclesiam Romanam perseveravit ut, omissis aliis) colligi potest ex Æneâ Sylvio qui epist. 338. ita de Archiepiscopo Moguntino scribit. *Laudamus, & omni honore dignum reputamus Archi-Episcopum Moguntinum, qui rejectis malignantium consiliis apud ipsum Dominum nostrum, Sanctamque Sedem omnium fidelium Matrem atque Magistram permanere decrevit, fecit quod doctum, quod prudentem, quod bonum prælatum decet, qui peregrinas respuens opiniones in solidâ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ doctrinâ, & in ipsâ Christi Petrâ pedes figit.* Omitto plurima Concilia Generalia, innumera nationalia & provincialia in Galliâ habita

habita authoritate Romanæ Ecclesiæ & Sedis Jus Canonicum ibidem in unum compactum, unicum hoc proferam ex Baronio ad annum Christi 782. quod Sanctus Gregorius Papa VII. lib. 4. epist. ult. ad Petrum Episcopum Albanensem & G. Principem Salernitanum ab eo Legatos in Gallias missos ex antiquis monumentis tradit; ipsum Carolum Magnum conscium se ope Apostoli Petri tandem indomitos Saxones superasse, obtulisse eandem provinciâ B. Petro: insuper unum denarium per singulas domos Galliarum annuatim Romanæ Ecclesiæ persolvendum indixisse: itaut in tribus locis singulis annis colligerentur mille & ducentæ libræ Apostolicæ Sedi offerendæ: videlicet Aquisgrani, apud Podium Sanctæ Mariæ, & apud Sanctum Ægidium: excepto hoc, quod unusquisque propriâ devotione offerebat Quæ natio? quæ Ecclesia Ecclesiæ Romanæ authoritatem & sanctitatem magis fovit ac propugnavit quàm Gallia. Vide quæ dixi p. 591. col. 1. & alibi de præfato illo Augustissimo & Piissimo Cæsare Carolo Magno & ejus in Ecclesiam Romanam benevolentiâ, ac obedientiâ singulari.

XXIII. Ne diutiùs evagemur in evolvendis præteritorum sæculorum voluminibus, aliquam nostrorum temporum historiam proferamus? quâ Ecclesiæ Gallicanæ pro tuendâ Maternitate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ zelus apparuit. Dum post obitum Henrici III. Regis Galliarum de successore ageretur, jusque Regni devolutum foret ad Henricum Regem Navarræ tunc Calvinianæ hæresis labe infectum, ideòque Ecclesia & Status Regni bellis ac pravis hæreticorum dogmatibus summoperè vexata periclitaretur; palamque à Philippo Mornæo, aliisque Calvinianæ sectæ sequacibus Pontifex Romanus ut Anti-Christus, ac Sancta Romana Ecclesia ut synagoga Sathanæ scriptis & sermonibus publicè traducerentur, nihilominùs Ecclesia Gallicana Regios honores Henrico IV. nunquam deferri passa est, nisi priùs avitam obedientiam ac observantiam erga Sanctam Romanam Ecclesiam ut Matrem omnium Ecclesiarum profiteretur, cui tandem annuit Henricus, licet renitentibus ac reclamantibus hæreticis, ut patet ex solemni professione fidei, quam ipse conversus, ac nostræ religionis doctrinâ sufficienter imbutus emisit in publico concursu ac consessu Cleri Galliæ, procerum Regni, ac populi Parisiensis congregatorum, in templo Sancti Dionysii magnificentissimè ornato. Accipe verba Dupleix Historiographi tom. 4. histor. Franciç in Henrico IV. p. 174. n. 11. ubi hujus solemnitatis ritum ita refert. *La Ceremonie se fit en cette sorte. L'Archevesque de Bourges en habit Pontifical seoit à l'entrée de l'Eglise en une chaire tapissée de blanc, & parsemée des armes de France & de Navarre, assisté du Cardinal de Bourbon & des Prelats, Theologiens, & autres Ecclesiastiques. Le Roy couvert d'un voile* Dupleix *blanc se presenta à eux environné de tous costez de ses gardes Escossoises & de Suisses. L'Archevesque l'interroge a qui il estoit, & qu'est ce qu'il demandoit, il respondit qu'il estoit le Roy, & desiroit estre reçeu au giron de l'Eglise, Catholique, Apostolique, Romaine. L'Archevesque luy demanda, si c'estoit de vray, & de sincere cœur, qui le requeroit ainsy? Et le Roy respondit, qui le desiroit de tout son cœur. Et s'estant prosterné a genoux en terre, proteste, & jura devant Dieu, qu'il vouloit vivre, & mourir en la Religion Catholique, Apostolique, Romaine, & la deffendre contre tous au peril de sa vie, renoncer à toutes heresies, & abjurer toutes erreurs, & opinions contraires à la mesme Saincte Eglise Catholique, Apostolique, Romaine. A mesme temps il mit és mains de l'Archevesque un bref signé de sa propre main contenant sa profession de foy. Et alors le Cardinal, & l'Archevesque se leverent sus pieds, & le conduisirent tout le long de la nef, & du chœur au travers de la presse jusques au pied du grand Autel devant lequel il se mit derechef à genoux, fit la mesme protestation & serment, que devant, baisa l'autel, ou il fit la confession generale de ses pechez au pieds du mesme Archevesque, & receut l'absolution de luy, pendant que la musique chantoit le Cantique Te Deum: & que le peuple crioit, vive le Roy, avec une incroiable allegresse entremeslée de larmes de joye.* Idem Dupleix n. 15 *Sa Majesté voulut qu'Isaie Brocard Sieur de la Clielle fut envoié à Rome devãt l'ambassade avec ses lettres du 18. d Aoust*

d'Aoust 1593. par lesquelles elle escrivoit à sa Saincteté, comme Dieu luy avoit fait la grace de se reconcilier à l'Eglise Catholique, Apostolique, Romaine par l'inspiration du Saint Esprit, & par les salutaires instructions d'aulcuns Religieux, Prelats, & Docteurs en Theologie, & avoit deſsigné de luy en donner plus ample tesmoignage par une ambassade plus illustre. Silentio præterire nequeo moderni Regis Christianissimi Ludovici XIV. sollicitudinem, & erga Sanctam Romanam Ecclesiam affectum filialem. Cùm enim à sæculo plurimæ Regiones & Civitates non tantùm Galliæ. sed etiam nationum exterarum jugum obedientiæ erga sanctã Romanam Ecclesiam excussiſsent, nunc eas ad illius gremium seducere contendit, antiquaque dominia & bona ab Hæreticis usurpata, legitimis Dominis & proprietariis Ecclesiasticis restitui curat.

§. 20.

Testimonium Ecclesiæ Anglicanæ.

I. QVòAD Britanniam: fertur Joseph ab Arimathiâ illuc missus Christianæ Religionis disseminandæ gratiâ. Anno 172. Lucius Britannorum Rex postulavit ab Eleutherio Papâ aliquos missionarios, pro quo munere ritè obeundo deputati sunt Fugatius & Damianus: hinc Tertullianûs Irenęus, & Origenes scribunt suo tempore Britannos fuisse Christianos. Tempore Cœlestini Papæ, dum Pelagiana Hæresis illas Regiones devastaret, missus est Palladius, ut eam impugnaret. Iterum Gregorius Magnus postea misit Augustinum qui cultum Christi ibi ferè extinctum restauravit cum sociis Columbano, qui Pictos; Finano qui Anglos, Saxones Mediterraneos; Fœlice qui Orientales; Justo qui Aquilonares; Birino qui Occidentales reduxerunt. Vide Sanctum Gregorium XII. indictione 7. epist. 71. item epist. 15. ad eundem Augustinum. Polydorus Virgilius lib. 2. histor. Angliæ, Ruffinus & Nicephorus narrant, quod tempore Constantini Magni, Hiberni & Scoti Romanæ Ecclesiæ nomen dederint, & in horum conversione sanctus Patricius plurimum insudaverit. De Anglorũ debitâ observantiâ olim exhibitâ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ut Matri scribit Joannes Sarisberiensis in Polycat. lib. 7. cap. 21. agens de Hypocritis. *Ad Ecclesiam Romanam confugiunt, quæ Mater pietatis religioni consuevit providere quietem.* Joannes Sarisber. Et lib. 8. cap. 17. *Ecclesia Romana Parens authore Deo & Matricula fidei & morum non potest ab homine judicari Cœlesti Privilegio munita.* Ad eam submissionem continuandam Angliæ Episcopos ita hortatur Alexander III. tempore S. Thomæ Cantuariensis, eos monens nè quid Henrico Regi contra libertatem Ecclesiasticam, debitumque honorem Ecclesiæ Romanæ Matris suæ polliceantur, vel promissa servent. *Si Illustris Anglorum Rex quidquam à vobis aliquo tempore requisierit quod contra libertatem Ecclesiasticam existat, hoc ei facere nullatenus attentetis: nè vos illi in aliquo & maximè contra Romanam Ecclesiam obligetis, aut novæ promissionis seu juramenti formam inducere præsumatis, præter id quod Episcopi suis Regibus facere consueverunt Si autem jam dicto Regi super hujusmodi in aliquo vos astrictos cognoscitis, quod promisistis nullatenus observetis: sed hoc potius revocare curetis, & de promissione illicitâ studeatis & Ecclesiæ reconciliari.* Constat ex historiâ Angliæ quod Rex Inas anno Christi 740. sub Gregorio III. secundùm Baronium Saxonum Orientalium in Britanniâ Rex, Sanctorum Regum prædecessorum suorum insignis devotionis æmulus, antequàm Regno suo se abdicaret (cujus & uxor Edilburga non minoris fortitudinis, & zeli ac observantiæ erga Romanam Ecclesiam mulier monasticã vitam amplexa est) perpetuo pietatis monumento fidem suam erga Romanam Ecclesiam voluit reliquisse testatam, dum Regni sui domos singulas, singulos denarios argenteos annuatim sancto Petro pendere statuit, sic devincere populum suum studens, ut annui census pensitatione domuum suarum agnoscerent Sanctum Petrum, & Ecclesiam Romanam: cujus & fidem firmam illibatamque jugiter conservaret, & auxilium in necessitatibus invocaret. Polydorus Virgilius, qui res Anglorum *Virgilius* Baron. Polydor.

glorum ſummâ cum laude proſequitur, dum ejuſdem Regis pia officia recenſet, illud de Regno ſuo vectigali facto Romanæ Eccleſiæ antiquorum teſtimonio confirmat, auctumque poſteà ait ab Ethelvulpho ſeu Artulpho Rege, qui totius ferè Inſulæ Imperium obtinuit, de quo infra. Addit Virgilius ſuo tempore, nempè præterito ſęculo (ſiquidem ſcripſit ad Henricum VIII. Anglorum Regē an. 1533. cùm Londini eſſet) univerſam Angliam illud vectigal pietatis & religionis causâ Eccleſiæ & Sedi Romanæ pendere domeſticatim collatum, ac nummos illos argenteos vocari à vulgo *Denarios Sancti Petri*. Quem Pontificius Quæſtor (quem non inſcienter collectorem nuncuparent exigeret) ipſumq; etiam Virgilium eandē quæſturam per aliquot annos geſſiſſe, ejusq; muneris obeundi causâ primū in Angliā veniſſe. Accidit autē illud mirandum, ut confeſtim ac ceſſavit pendivectigal utcūque malè redemptum, hæreſim alluvione Anglicana Eccleſia abſorpta fuerit, unà cum ſubjectione temporali, perdens & ſpiritualem Eccleſiæ & Sedis Apoſtolicæ.

II. *Baron. Polyd Virgilius*

Sub Hadriano Pontifice anno 775. Offa Rex Merciorum ſecundùm Polydorum Virg. Hiſtor. Angl. lib. 4. Baronium ad illum annum, ſeu Rex Orientalium Saxonum in Britanniâ, poſt alia pietatis opera, ad expiationem ſuorum delictorum adhibita Romam veniens, Regnum ſuum vectigal fecit Romanæ Eccleſiæ; ut ſingulæ domus nummum argenteum quotannis penderent Eccleſiæ Sancti Petri, ut aliàs Jva in eâdem Inſulâ Rex ordinaverat. Sub Leone IV. anno Chriſti 847. Ethelvulphus, ſive Arthulphus ex eodem Baronio liberatus Danorum Ethnicorum incurſionibus Romam ad limina Apoſtolorum voti causâ peregrinatus eſt; ubi à Leone Papâ benignè acceptus, fecit Romanæ Eccleſię eam quoque Inſulæ partem (quam Egbertus Pater ad Regnum adjunxerat) vectigalem. Nam & Offa ejuſdem Inſulæ Reges imitatus. Imò proximus morti inter alios teſtamenti articulos, & legata pia, juſſit certam pecuniæ ſummam quotannis Romam deferri, in uſum luminarium Eccleſiarum SS. Petri & Pauli, & in eleëmoſynas à ſummis Pontificibus erogandas. Anno 1135. apud eundem Baronium Stephanus furore & auxilio fratris ſui Henrici Wintonenſis Epiſcopi, Apoſtolicæ Sedis in Angliâ Legati ſpe (inquit Wilelmus Malmesburienſis) capti ampliſſima, quod Stephanus Avi ſui Wilelmi in Regni moderamine mores ſervaret, præcipuèque in Eccleſiaſtici vigoris diſciplinâ. Proprio ſcripto Sacramento quod à Stephano Wilelmus Cantuarienſis Archi-Epiſcopus exegit de libertate reddendâ, & conſervandâ, idem Henricus ſe vadem appoſuit. Sed quæ ſcripſit & promiſit Stephanus, tranſgreſſus eſt, quod auctor malis ejus Conſiliariis aſcribit. In eo autem à ſe præſtito juramento teſtatur, Regnum Anglorum ſibi fuiſſe confirmatum ab Innocentio Papâ, id ſcias eâ de causâ dictum, quod idem Regnum eſſet Feudatarium Romanæ Eccleſiæ, adeò ut quilibet Rex acciperet confirmationem à Romano Pontifice, quod etiam teſtatur ſuis litteris Henricus II. anno 1172. apud Rogerium fertur præfatum Regem juraſſe ſe nunquam receſſurum ab Alexandro Pontifice, & Catholicis ejus ſucceſſoribus, quàmdiu ipſi eos ſicut Chriſtianos & Catholicos haberent. *Ego* (inquiebat jurans) *& major filius meus Rex juramus, quod à Domino Alexandro Papâ, & ejus Catholicis ſucceſſoribus recipiemus, & tenebimus Regnum Angliæ, & nos, & ſucceſſores noſtri, in perpetuum non reputabimus nos Angliæ Reges, donec ipſi nos Catholicos tenuerint.* Undè confirmavit Regnum Anglię eſſe feudum Eccleſiæ Romanæ ſeu Apoſtolicę Sedis, & roboravit expreſſis verbis, & litteris deſuper confectis.

III.

Hanc veritatem ſeu potiùs ſubmiſſionem Eccleſiæ Anglicanæ teſtantur Concilia in Angliâ celebrata. An. 672. an. 3. Ecgfridi Regis Anglorum congregata eſt Synodus à Theodoro Epiſcopo Dorovernenſi aliquot Epiſcoporum, in qua ſanciti ſunt decem canones, ad unitatem Eccleſiæ conſervandam, & diſciplinam rectè inſtituendam. Quos ſingulos refert Beda lib. 4. c. 5. Apud eundem Bedam lib. 4. cap. 17. fit mentio Anglicanæ Synodi habitæ Præſide Theodoro Angliæ Primate, cujus fragmenta ſuperſunt apud Bedam cap. 18.

maximè

maximè contra Monothelitas. Idem tradit tunc in Angliâ receptum fuisse cantum, qui vigebat in Ecclesiâ Romanâ. Wilelmus Malmesburiensis l. 2. de gestis Anglorũ narrat, quod sub Formoso Papâ an. 894. celebratum est Concilium, in quo gentilitas iterùm rejecta est, Religio Romanæ Ecclesiæ confirmata, Episcopi milli in Sedes vacantes, aliaq; gesta sunt, quæ Pontifex confirmavit. Cùmque sub Joanne XIII. varii abusus irrepsissent in Clerum Anglicanum, Sanctus Dunstanus Cantuariensis Archiepiscopus authoritate præfati Pontificis indixit Generale Concilium omnium Episcoporum Angliæ adversus incontinentiam Clericorum, quod statutum, mox executioni mandatum est, approbante eodem Summo Pontifice, & adjuvante Eduardo Rege, (qui non ita pridem de incontinentiâ suâ humillimam pœnitentiam egerat) ut aut iidem Clerici mutantes vitam castè viverent, aut ab Ecclesiâ pellerentur, substitutis in eorum locum Monachis: quam rem fusè describunt Osbertus in vitâ sancti Dunstani 19. Maii apud Surium, & auctor rerum gestarum Sancti Osnualdi Episcopi Vigornensis vitâ & virtutibus Clarissimi.

IV. Eodem modo philosophandum est de Ecclesiâ Scotiæ, cujus privilegia confirmavit Cœlestinus III. apud Rogerium & Baronium ad annum Christi 1192. nam ad instantiam Wilelmi Regis Scotiæ statutum est, ut Ecclesiæ Scotianæ, non subessent Anglicanæ, vel alicui alii, sed tantummodò Romanæ. Nec ullus qui de Regno Scotiæ non foret (nisi quem Apostolica Sedes de corpore suo specialiter destinaret) posset in eo legatione fungi.

V. Regnum Hiberniæ parem obedientiam præstitit Romanæ Ecclesiæ ac Sedi Apostolicæ quàm Anglia. Nam Henricus Angliæ Rex intravit Insulam Hibernam ad corrigendos barbaros illius populi mores, & extirpanda vitia ac virtutes inserẽdas, eandemq; non occupavit nisi ad augendam Christianam Religionem prævio assensu Sedis Apostolicæ, salvo jure Ecclesiastico, & sub pensione unius denarii de singulis domibus annuatim solvenda Beato Petro, & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ: ad cujus jus eam Insulam aliasque omnes, (quę documenta fidei cepissent pertinere) nemini dubium esset. Accipe verba Hadriani Papæ IV. anno 1159. *Hadrianus Servus Servorum Dei charissimo in Christo Filio Illustri Anglorum Regi Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Laudabiliter, & fructuosè de glorioso nomine propagando in terris & æterno fælicitatis præmio cumulando in cœlis tua magnificentia cogitat, dum ad dilatandos Ecclesiæ terminos, ac declarandam indoctis & rudibus Christianæ fidei veritatem, & vitiorum plantaria de agro Dominico, sicut Catholicus Princeps intendis, & ad id convenientiùs exequendum consilium Apostolicæ Sedis exigis & favorem &c. Sanè Hiberniam & omnes Insulas, quibus Sol Iustitiæ Christus illuxit, & quæ documenta fidei Christianæ cæperunt ad jus Beati Petri, & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ (quod tua nobilitas recognoscit) non est dubium pertinere. Vndè tantò in eo libentiùs plantationem fidelem, & germen gratũ Deo inserimus, quantò id à nobis internoexamine districtiùs prospicimus exigendũ. Significasti siquidem nobis Fili in Christo charissime te Hiberniæ Insulam, ad subdendum illum populum legibus, & vitiorum plantaria inde extirpanda velle intrare, & de singulis domibus annuam unius denarii Beato Petro velle solvere pensionem, & jura Ecclesiarum illius terræ illibata, & integra conservare. Nos itaque pium & laudabile desiderium tuum cum favore congruo prosequentes, tuæ petitioni benignũ impendentes assensum gratũ acceptum habemus, ut pro dilatandis Ecclesiæ terminis pro vitiorum restringendo decursu, pro corrigendis moribus, & virtutibus inserendis, pro Christianæ Religionis augmento Insulam illam ingrediaris, & quod ad honorem Dei & salutẽ illius terræ spectaverit, exequaris, & illius terræ populus honorificè te recipiat, & sicut Dominum veneretur, jure nimirum Ecclesiastico illibato, & integro permanente, & salvâ Beato Petro & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ de singulis domibus annuâ pensione &c.* Hæc ex Baronio. Hadrianus

Postquàm Rex Anglorum Hiberniã sponte deditam sibi vendicavit ibi celebrato à 4. Archiepiscopis, & 28. Episcopis, quotquot tunc erant in illâ Insulâ Concilio, idem ab illis receptus est in VI.

Regem

Regem & Dominum, ejuſque hæredes in perpetuum. Eorum autem hâc de re ſcriptum idem Rex poſteà anno 1171 miſit ad Alexandrum Papam, qui ſecundùm ejus formam confirmavit eidem Regi atque hæredibus Regnum Hiberniæ: Ita Baronius ex Rogerio. Nonprętereundum, quod refert ſanctus Bernardus in vitâ Sancti Malachiæ, & Baronius anno 1124. Cùm Eccleſia Hiberniæ olim florentiſſima, eſſet deſolata, moſque peſſimus inoleviſſet quorundam diabolicâ ambitione potentum primariam Sedem Connerenſem obtentum iri hæreditariâ ſucceſſione, nec paterentur Epiſcopos niſi qui eſſent de tribu & familiâ ſuâ, jamque decurriſſent in ejuſmodi execrandâ ſucceſſione quaſi generationes quindecim, adeòut ſi interdum defeciſſent Clerici de ſanguine illo, quod etiam uxorati & abſque ordinibus ad ſacram illam dignitatem admitterentur, indeque diſſolutio diſciplinæ, cenſuræ enervatio, religionis evacuatio, denique barbaries, imò Paganiſmus quidam inductus ſub nomine Chriſtiano, univerſam Hiberniam occupaſſet: Tandem Malachias electus Archiepiſcopus Connerenſis, & Legatus Apoſtolicus totius Hiberniæ pravos Cleri & populi mores paulatim correxit, diſciplinamq; Eccleſiaſticam ſenſim reſtituit, cunctaque in melius commutavit. Undè meritò Melliſluus Doctor eum S. Eliæ aſſimilat ob zelum in Eccleſiam, & animarum ſalutem. *Huc (*inquit*) mihi accurrat, & factum Sancti Eliæ, nunc quidem ab extremis terræ nubes, & pluvias ducentis, nunc verò ſuper blaſphemos evocantis ignem de cœlo. Et modò de ſimili clarificatus eſt Deus in ſervo ſuo Malachiâ.* Quomodò Eliam imitatus fuerit ibi variis exemplis oſtendit, & concludit exemplo imprudentis mulieris, quæ in eum nulla improperia jaculata eſt. *Loquente coram aliquando Malachiâ, & exhortante, mulier quædam anſa eſt interrumpere clamoribus improbis, non deferens ſacerdoti, & ſpiritui, qui loquebatur: Erat autem de progenie impiâ, & ſpiritum habens in naribus, blaſphemias contumeliasq; evomebat in ſanctum, dicens hypocritam, & invaſorem alienæ hæreditatis; ſed & calvitiem illi improperans. At ille nihil reſpondit ei, ſicut erat verecundus & mitis: ſed Dominus reſpondit pro eo. Verſa illa in inſaniam eſt, Domino judicante, & crebris vocibus clamitans ſe ſuffocari à Malachiâ, morte demùm horrendâ luit peccatum blaſphemiæ. Sic miſera aſſumens adverſus Malachiam improperium Eliſei, verè ſibi alterum experta eſt Eliſeum.* Non tantùm Eliæ, ſed etiam Eliſeo aſſimilat. Idem Melliſluus Doctor in fine vitæ iterùm Sanctum præſulem comparat Moyſi & Eliæ. *Eſto nobis quæſumus Malachia ſancte: alter Moyſes, & alter Elias, impartiens & tu de tuo ſpiritu nobis. Ipſorum ſiquidem in ſpiritu & virtute veniſti* Quia ſcilicet: Sicut illi antiquitatis Heroes fidem, & cultum Dei acriter propugnaverunt; ita & tu Romanæ Eccleſiæ Religionem, ſanctitatem, & unitatem foviſti & reſtauraſti. Infra: *O oliva fructifera in domo Dei! &c. O Luminare magnum, & Lux in tenebris lucens, ſignorum radiis & meritorum illuminans, lætificans Civitatem &c.* Ideſt Eccleſiam. Ex quibus concludo, quod ſi Rex Angliæ ſe falſo titulo Caput Eccleſiæ Anglicanæ, Scoticæ, & Hibernicæ inſcribit, non ſequitur jus ſpirituale Regni ad ipſum eſſe devolutũ, vel ei à ſubditis in hoc obtemperandum eſſe. Nam ſecundùm regulam juris *Vtile per inutile non vitiatur.* Sicut ex eo quod Caligula ſibi divinos honores aſſeruit; Domitianus ut Deus & Dominus coli voluit, & alii nonnulli Principes eò dementiæ venerunt, ut divinos honores à ſuis ſubditis exegerint; non ideò tales erant, nec divinum numen verum tale eſſe deſinebat.

§. 21.

Teſtimonium Eccleſiæ Hiſpanicæ.

HIspaniarum Converſionem ad fidem Catholicam paſſim Hiſtorici, & noviſſimè noſter P. Lezana in annalibus Ordinis noſtri referunt in Sanctũ Jacobum fratrem Joannis. Illuc etiam ſecundùm Joannem Vaſæum miſſi ſunt à Sanctis Petro & Paulo Epiſcopi Cæcilius ad Elibertinos, Euphraſius ad Illiturgitanos, Secundus ad Abulenſes, Indaleſius ad Urſitanos, Cteſipho ad Abderitanos, I.

deritanos, Saturninus Episcopus Tholosanus Pampelonam: ubi spatio septem dierum quadraginta hominum millia ad Christi fidem perduxit, ibique Firminum Episcopum instituit. Eugenius S. Dionysii Areopagitæ Discipulus plurimas Hispaniæ Regiones ad Christi fidem perduxit, posteà Parisios reversus Martyr occubuit. Mancius Civis Romanus Eborę propter Evangelicam doctrinam cæsus est. Sanctus Hieronymus in cap. 11. Isaiæ, & cap. 5. Amos, Sanctus Anastasius ad Draconteum, S. Chrysostomus homil. 7. de laudibus Pauli, Sanctus Gregorius lib. 31. mor. cap. 37. Epiphanius, Theodoretus, Beda, Hyppolitus, Cyrillus, Sophronius, Metaphrastes, Gelasius Papa, Innocentius I. epist. ad Decentium Sanctum Paulum Hispanias peragrasse dicunt anno 67. De ejus intentione illuc eundi, colligi potest ex epist. ad Rom. cap. 15. v. 24. *Cùm in Hispaniam proficisci cœpero, spero quod præteriens videam vos.* Quibus subscribit Martyrologium Romanum 25. Septembris. *Narbonæ* (inquit) *in Galliâ Natalis Sancti Pauli Episcopi, quem tradunt fuisse Sergium Paulum Proconsulem, qui à Petro Apostolo baptizatus, & cùm in Hispaniam pergeret, apud Narbonam relictus, ibidem Episcopali Dignitate donatus est &c.* Joannes Vasęus in Chronico Hispanico *Sophronium* (inquit) *Patriarcha Hierosolymitanus scribit Italias, Gallias, & Hispanias transitu Beati Pauli illustratas, qui cùm in domo Probi Illustris cujusdam Viri hospitio susceptus in Hispaniâ fuisset, & Xantippe uxor ejusdem Probi modestiam hospitis seduliùs in eum intenta admiraretur, divinâ voluntate factum est, ut dum sic intenta vultui peregrini inhæreret, appareret ante frontem Pauli. Paulus Apostolus Prædicator Christi. Quæ cùm prænunciâ famâ multa de Apostolo audivisset, & diu desideràsset vultum ejus videre, gaudio perfusa, & stupore cum lacrymis corruit ad pedes ejus. Edocta autem mysteria Christi cum viro & familiâ Christo regenerata est, sed & traditur Philothæus ejus Regionis Princeps, Paulo adhæsisse factus Christi Confessor.* Quin & Menologia Græcorum Xantippes à Paulo in Hispaniâ conversę diem natalem consignant die 25. Septembris

II.

Nec refert quod Rex Hispaniæ nominet Episcopos, ut patet ex 12 Synodo Toletanâ sub Agathone habitâ. Nam ut notat Joannes Vasæus de hoc Concilio Toletano in suo Chronico Hispaniæ anno 681. *Ex hujus Concilii cap. 6. constat, jam tum electionem Episcoporum fuisse Regum Hispaniæ: sed quæ electio debebat ab Episcopis, & præcipuè Toletano (cui erat à Summo Pontifice generalis faciendi Concilii potestas) probari.* Ideò jus illud probandi, & confirmandi Episcopos eo canone in Archiepiscopum Toletanum translatum esse à Romanâ Sede. Idem docet Garsias Loaisa ad illum canonem *Studium & labor eligendi viros Episcopatibus præficiendos, penes Reges tempore Gothorum erat, quod usque Romanorum Pontificum indulgentia ad nostra tempora penes Hispaniæ Reges remansit.* Quibus satis apertè innuit antiquum illud jus cōcessum esse Regibus Gothorum à Romanâ Ecclesiâ Paulò post sic pergit. *Undè constat ad Regiam curam pertinere nominare Episcopos, quod fiebat hoc pacto: Rex de eâ re nominationem referebat ad Concilium: Concilium autem inquirebat, an nominatus dignus esset eo munere, ut ad Episcopatum eveheretur: quod si inventus esset moribus & doctrinâ ornatus, statim à Concilio confirmabatur. Confirmatus jam à communi Concilio Episcopus cogebatur se coram Metropolitano intra duos menses sistere, ut constat ex Concilio Tarraconensi cap. 5. estque apud Gratianum dist. 65. cap. Si quis in Metropol. tota hæc potestas probandi & confirmandi Episcopos à Rege liberâ electione designatos, quæ ante penes Concilium Generale erat, in hoc Concilio ob causas in canone designatas in Archiepiscopum Toletanum transfertur, veluti in totius Regni Primatem. Omnia autem hæc fiebant concessione Romanæ & Apostolicæ Sedis, cujus authoritatem Ecclesia Hispanica semper majorem in modum coluit, & observavit.* Dum igitur prefati Patres confirmabant Episcopum electum, non excludebant authoritatem Romanæ Sedis. Undè Baronius ad annum Christi 681. postquàm sermonem fecit de actis 6. Synodi. Primò asserit damnatos à 6 Synodo Romam appellasse. Secundò Patres rogasse Agathonem Papam, ut acta sextæ Synodi Toletanæ confirmaret.

Joannes Vasæus

Garsias Loaisa

III. Quando Leo Pontifex Episcopos Hispaniæ hortatur, ut subscribãt definitioni fidei in 6. Synodo contra hæreticos editæ: *Vt per eos omnibus innotescat, ac salubriter divulgetur* Non ita intelligendum, quod eorum subscriptiones post confirmationem Pontificis essent necessariæ, ut acta illa vim haberent: *Cyprian.* sed cùm (ut ait sanctus Cyprianus epist. 69. ad Popiànum, *Ecclesia sit plebs Sacerdoti adjuncta, & Pastori suo grex adhærens.* licet tunc omnem haberent authoritatem ex confirmatione Romanæ Sedis, cui uni in Petro potestas & sollicitudo collata est confirmandi fratres suos in fide: nihilominùs aliquid authoritatis etiam accedebat apud fideles populos, quod omnes Episcopi Hispaniæ, qui illis quasi ovibus pastores præerant, subscriberent. Sicut licet certum sit Sanctos Patres non esse tantæ authoritatis, ac scriptura sacra, tamen quando aliquid docetur in scripturâ, etsi illud firmiter & absque dubio credere debeamus; nihilominùs cùm argumẽtamur nõ tantùm ab authoritate scripturæ sacræ, sed etiam communi Patrum consensu ad demonstrandum aliquem fidei articulum, argumentum habet majorem vim. Ita de Episcopis Hispaniarum philosophandum est. Equidem quod illa Synodus celebrata fuerit authoritate & jussu Romani Pontificis, ex eo patet quod Leo II. Romanus Pontifex decrevit, ut decreta illius Concil. Gener. susciperentur ab Hispaniç Episcopis seu laudarentur eorundẽ authoritate, ut patet ex c. 4. ejusdẽ Concilii. *Placuit proindè Apologeticæ defensionis nostræ responsis satisfacientes Romano Pontifici, ea ipsa gesta firmare, nostræque fidei assensum purissimâ verborum enodatione depromere.* Verum quidem est Patres congregatos fuisse ad illam Synodum jussu Eringi Regis. Sed (ut ibi habetur) præviis litteris Sedis Apostolicæ, quibus Rex permotus jussit Concilium congregari. *Baron.* Hic non omittendum illud, quod Baronius tom. 5. in appendice ad paginam 235. notat quod in 1. Concilio Toletano scribitur. *Paternum licet pro Catholica fidei veritate, & publicata hæresis errore libenter amplexi, Ecclesiam in quâ Episcopus fuerat constitutus tenere permisimus, recepturi etiam in nostram communionem, cùm Sedes Apostolica rescripserit.* Quibus Baronius subjungit. *Vides ex his neminem communicare cum lapso, nisi prius illi pœnitenti Sedes Apostolica communicaret.* Nec refert quod PP. illius Synodi posteà subjungant. *Constituimus autem priusquàm illis per Papam, vel per Sanctum Simplicianum communio redditur non Episcopos, non Presbyteros, non Diaconos ab illis ordinandos.* Ex eo non sequitur parem fuisse authoritatem Episcopi Mediolanensis & Romani Pontificis. Nam cùm Baronius idem sibi objecisset ex Concilio Taurinensi. *Iuxta litteras venerabilis memoriæ Ambrosii Episcopi vel Romanæ Ecclesiæ Sacerdotis.* Ipse sibi respõdet. *Non sunt hæc tãta, quæ in discrimen possint veritatem adducere. Etenim hæc omnia acta esse per sanctos Mediolanenses Episcopos mandato Papæ Syricii, cujus in hujusmodi causâ, iidem legatione fungerentur, plura sunt quæ demonstrent; ac primum, quod hæc ipsa acta referunt, dum de sancti Ambrosii litteris agentes Episcopi ab eo ipsa scripta subdunt: quæ (inquiunt) sanctæ memoriæ Syricius Papa suasisset &c. Vt planè appareat illa à sancto Ambrosio esse conscripta, quæ à Papâ Syricio antèà accepisset. Hæc quidem, necessariò ita intelligenda esse, quæ in causâ Iovinniani Hæresiarchæ, & ejusdem impietatis collegam inter Sanctum Ambrosium, & Syricium transacta sunt, admonẽt. Infestabant ejusmodi pestes tunc temporis Mediolanensẽ Ecclesiã: resistebat illis Sanctus Ambrosius: tamen quod non esset tantæ authoritatis Antistes, ut hæreticos recens emergentes damnare posset, ut primò Romæ à Syricio damnarentur curatum fuit. Indè verò, ut idipsum Mediolani convocato Concilio gereretur, missis ab Apostolicâ Sede Legatis tribus, per eundem Syricium procuratum est: quorum authoritate eosdem hæreticos è Mediolanensi pulsos Vrbe, sanctus Ambrosius & Collegæ Episcopi qui Synodo interfuerunt synodali epistolâ ad Syricium scriptâ testati sunt, professi iidem secundùm Iudicium Papæ Syricii eosdem se hæreticos eos condemnasse. Habes igitur ex his quæ tunc gesta sunt, quæ in pari causâ geri potuerint, imò & gesta esse valeas intelligere: nimirùm (quod dicti nuper Episcopi Toletani Concilii, publicè tradiderunt) suadente Syricio Papâ, ea per sanctum Ambrosium*

broſium ſcripta eſſe, quod etiam de ejus ſucceſſore Simpliciano dicendum eſt, in quem conceſſa ſancto Ambroſio authoritas per eundem Syricium & ejus ſucceſſorem Anaſtaſium propagata cognoſcitur. Iam enim temporibus Damaſi Papæ in eadem causâ ſanctus Ambroſius ſe judicium Damaſi ſequi profeſſus fuit, dum quos inauditos atque rejectos à Damaſo audivit Ambroſius Priſcillianum ac ſocios; Ipſe aquè eoſdem Mediolanum ſe conferentes audire penitùs recuſavit; ob idque dignus eſt habitus, cui in eâdem causâ Romani Pontifices ſuam vicem denegare voluerint. Ita tamen ut quid agendum eſſet præmonuerint. Ex quibus patet Epiſcopum Mediolanenſem non habuiſſe parem cum Romano Pontifice authoritatem, nec ejus Eccleſiam eſſe æqualem Romanæ Eccleſiæ, quandoquidem Baſilides in Hiſpaniâ depoſitus appellarit ad Stephanum Papam ex Cypriano lib. 1. epiſt. 4.

IV. Hunc Eccleſiæ & Sedis Romanæ primâtum & authoritatem agnovit Hiſpania, dum in Concilio Toletano apud Baronium anno Chriſti 681. definitum eſt *Vt nullus Archi-Epiſcopus Hiſpaniarum ſubderetur alicui primati, præterquàm Romano Pontifici.* Ex quibus Baronius colligit arbitrio Romanorum Pontificum pro temporis & perſonarum ratione dari, & demi conſueviſſe Eccleſiis Priviiegia, neque quicquam conſiſtere quidquid Reges & Concilia de his ſtatuant, niſi Pontifex Romanus annuerit. Baronius ad annum Chriſti 638. ſub Henrico II. Cinthilano II. regnante in Hiſpaniâ celebratum Concilium Toletanum 6. cui præfuit Silva Epiſcopus Narbonenſis cæteris ſenior, interfuerunt etiam Epiſcopi, ſivè per ſe, ſivè per Legatos quinquaginta duo, à quibus ſancita ſunt novemdecim capita, tum ad fidem Catholicam ſtabiliendam, tum etiam ad diſciplinam Eccleſiaſticam cuſtodiendam neceſſaria. Quorum tertio maximè in odium Judæorum ex ejus Regis ſententiâ, & conſenſu optimatum Regni ſancitum eſt à Patribus, ut qui deinceps Hiſpanico Diademate coronari veliet, inter cætera conditionum ſacramenta prius poliiceretur ſe nullo modo permiſſurum in Regno ſuo aliquem degere qui non eſſet Catholicus. Accipe verba hujus Concilii cap. 3. *Inſpiramine ſummi Dei Excelllentiſſimus & Chriſtianiſſimus Princeps ardore fidei inflammatus, cum Regni ſui ſacerdotibus prævaricationes, & & ſuperſtitiones eorum, Iudæorum ſcilicet eradicare elegit funditus, nec ſinit degere in Regno ſuo eum, qui non ſit Catholicus, ob cujus fervorem fidei gratias Deo Omnipotenti Cælorum Regi agimus, eò quòd ejus tam illuſtrem creavit animam, & ſuâ repleverit ſapientiâ donet ei præſentis ævi diuturnam vitam, & in futuro gloriam æternam. Illud autem providâ nobis curâ, & valde eſt decernendum vigilanti ſolertiâ, nè ejus calor, & noſter labor quandòque in poſteris tepefactus liqueat. Quocirca conjonam cum eo & corde & ore promulgaturum Deo placituram ſententiam, ſimul cum ſuorum optimatum illuſtriumque virorum conſenſu ex deliberatione ſancimus, ut quisquis ſuccedentium temporum Regni ſortierit apicem, non ante conſcendat Regiam Sedem, quam inter reliqua conditionum ſacramenta pollicitus fuerit hanc ſe Catholicam non permiſſurum eos violare fidem: ſed & nullatenus eorum perfidiæ favens, vel quolibet neglectus aut cupiditate illectus, tendentibus ad præcipitia infidelitatis aditum præbeat prævaricationis: ſed quod magnoperè noſtro eſt tempore conquiſitum debeat illibatum perſeverare in futurum: Nam in caſſum bonum agitur, ſi non ejus perſeverantia providetur. Ergò poſtquàm ordine præmiſſo ad gubernacula acceſſerit Regni, ſi ipſe temerator fuerit hujus promiſſi, ſit Anathema Maranatha in conſpectu ſempiterni Dei, & pabulum efficiatur ignis æterni, ſimul cum eo damnatione perculſi quicumque ſacerdotum, vel quilibet Chriſtianorum ejus implicati fuerint errori.* Baronius notat ab eo tempore Reges Hiſpaniarum Catholicos cognominatos, utpotè tanto titulo digni effecti: Non enim ſolùm jurant ſe fore Catholicos, ſed neque paſſuros quemquam non Catholicum morari in ſuis Dominiis: Quàm benè meritus ſit de Eccleſiâ, Prælatis, & fidelibus innuitur iſtius Concilii cap. 15. *Denique tanta erga nos noſtri Principis extant beneficia, ut longum ſit ſigillatim ea promere lingua. Ipſe enim authore Deo nobis pacem, ipſe quaſi captivam reduxit charitatem, ipſius ope quieti, ipſius ſumus largitione ditati, ipſe medicamine bonitatis ſuæ, & reis* Conc. Toletan.

pepercit, & rectos ſublimavit. Cui ſi digo-
nis voluerimus reſpondere beneficiis, non
tantùs extamus copiis virtutis, quanto voto
ſufficimus voluntatis.

V. Eandem obedientiã ergaRom. Eccleſ. & Sedem exhibuerunt Patres Synodi 13. Toletanæ ſua enim acta Synodalia ad Leonem II. approbanda miſerunt. Ut patet ex verbis Leonis. *Vt prædicta* (inquit) *ſynodalia inſtituta, quæ miſerat; noſtri etiam vigoris manerent authoritate ſuffulta, omnibuſque per nos ſub Regno Hiſpaniæ conſiſtentibus pateſcerent divulganda.* Accedunt etiam verba Patrum illius Synodi canone 3. *Placuit proinde tunc, tempore apologeticæ defenſionis noſtræ, reſponſis ſufficienter Romano Pontifici ea ipſa geſta firmare, noſtræque fidei aſſenſum puriſſimâ verborum enodatione depromere.* Omitto alia Concilia Toletana, item Aragonenſia, & Bracarenſia in Galiciæ Regno, quæ Toletana omnia 18. numerantur, & nullius forent authoritatis, niſi ab Eccleſiâ Romanâ & Sede Apoſtolicâ fuiſſent approbata: Quantis verò malis Hiſpania fuerit obnoxia quando ab obedientiâ Eccleſiæ Romanæ defecit, docent inter alios Baronius ad annum Chriſti 701. *Hoc* (inquit) *anno defuncto Hiſpaniarum Rege Egica ſive Egicane, filius ejus Uvitiza, qui cum Patre annos quinque hactenus regnavit, ſolus Regni habenas moderandas ſuſcepit, qui penitus hoſtis juſtitiæ, ſervus factus peccati, omnibus ſcatens vitiis, maximè verò impietate, ſeipſum, unà cum ſuis præcipitem dedit, ianuamque latè pandidit, quâ poſt ejus obitum Saraceni in feſto, numeroſoque agmine torrentis inſtar influerent in Hiſpanias. Veluti enim ingentis erectæ molis ædificium quodlibet ſe habet Regnum, cujus cùm aperiri murorum compages videris, & proximè ruiturum intelligis, ejus utique defeciſſe fundamentum baſemque ceſſiſſe, locumque patenti ruinæ dediſſe patenter affirmes. Id quidem in Regnis ſæpiùs accidiſſe eſt demonſtratum, nimirùm ubi ab unione Catholicâ ab ipsâ petrâ fidei, Apoſtolicâ inquam) Eccleſiæ Communione, Primariique Antiſtitis obedientiâ populi deſcivere, eoſdem barbaris eſſe datos gentibus puniendos. Accidit hoc quidem (prob dolor!) florentiſſimo Hiſpaniarum Regno, cùm impius, nefandusque Uvitiza eò uſque eſt prolapſus erroris, ut non veritus ſit publico edicto cavere ultimâ pœnâ ſupplicii, nè quis obediret Romano Pontifici. Sed quod nec adeò delirantem furioſum Regem cohibere, conati ſunt ex more ſurgentes ex adverſo Hiſpaniarum Epiſcopi, ſimul congregato Concilio, neque privatim eum inſtar Ioannis redarguentes Herodem objurgarint, factum eſt, ut defecerit Regnum, ac ipſi ducti ſimul fuerint in captivitatem Epiſcopi, Eccleſiæ dirutæ, Monaſteria deſolata, atque omnia denique peſſundata, paſſique id multis ſæculis fuerint.* Et infra. *Iſte quidem* (inquit) *probroſus & flagitioſus fuit, & multa nefanda, & horribilia flagitia per Hiſpanias diſſeminavit, & ad voluptatis carnis ſoluto impudicitiæ fræno ſe fornicationibus multis dedidit, & gentem Gothorum ad laſciviam, luxuriam & ſuperbiam inclinavit, nec tantùm poſtpoſitâ omni religione divinâ, ſpretiſque animarum medicamentis cupiditas, alienas invadendi, rapiendi, & luxuriandi exercitum Gothorum invaſit, ſed & Epiſcopi, & Eccleſiæ Miniſtri aſpernabantur Eccleſiarum officia, deſpicabantur Eccleſiaſtica Sacramenta, deſpiciuntur Sancti Patris Iſidori inſtituta, deſpiciuntur Concilia, ſacri canones diſſolvuntur, & quidquid honeſtatis eſt extirpatur. Et nè adverſus eum inſurgeret Sancta Eccleſia, Epiſcopis, Præsbyteris, Diaconis, & cæteris Eccleſiæ Miniſtris carnales uxores habere præcepit. Et nè obedirent Romano Pontifici ſub mortis interminatione prohibuit. Iſtud quidem pereundi causâ Hiſpaniæ fuit ſicut ſcriptum eſt.* Idem conſequenter oſtendit maximè ex epiſtolâ Gregorii VII. lib. 1. epiſt. 7. (quæ extat tom. 3. epiſt Rom. Pont. in manuſcripto Vatic.) fuiſſe tributum annuum denegatum Eccleſiæ Romanæ. Et libr. 4. ejuſdem tomi epiſt. ult. *Notum* (inquit) *vobis fieri volumus, quod nobis quidem tacere non eſt liberum, vobis autem non ſolùm ad futuram, ſed etiam ad præſentem gloriam valde neceſſarium, videlicet Regnum Hiſpaniæ ex antiquis conſtitutionibus Beato Petro, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in jus & proprietatem eſſe traditum. Quo nimirum hactenus & præteritorum temporum incommoda, & aliqua anteceſſorum noſtrorum occultavit negligentia. Nam poſtquàm Regnum illud à Saracenis, & Paganis pervaſum eſt, & ſervitium, quod Beato Petro inde ſolebat fieri propter infidelitatem eorum, & tyrannidem detentum ab uſu noſtrorum tot annis interceptum eſt. Pariter etiam rerum, & proprietatis memoria dilabi.* Infra. *Ex quibus perſpicuè intelligas, quàm malè conſulant*

Toletan. Synod. 13.

Baron. an. 701.

Regno

Regno Principes, qui Eccleſiæ jura penitus tollere, vel minuere conantur. Etenim ultor exurgens Deus Pſalm. 2. in virgâ ferreâ, tanquam vas figuli confringit eos, qui aſtiterunt adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus, dicentes: dirumpamus vincula eorum, & projiciamus à nobis jugum eorum. Ut meritò ad omnes Principes, illud quod in pſalmo ſequitur ſit inclamandum. *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui judicatis terram. Paruiſſe quidem in omnibus Hiſpaniæ Reges ipſi Gregorio Romano Pontifici, plures litteræ ejuſdem Pontificis, tum ad Sancium, tum ad Alphonſum, tunc in Hiſtaniâ regnantes ſatis oſtendunt, cùm de ipſorum erga Romanam Eccleſiam obedientiâ & cultu erga eandem fuiſſe à Barbaris vindicatum, & ſtabilitum.*

Idem Baronius ad annum Chriſti 1097. narrat Regnum Aragoniæ olim fuiſſe feudatarium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Accipe brevem Spondani recenſionem. Cùm Petrus Aragonorum Rex cæſis Francis Siciliam occupaſſet, nec antiqua jura hactenus poſſeſſâ ab Eccleſiâ Romanâ vellet recognoſcere, & ab eâ inveſtituram accipere, eidemque cenſum pendere, juramentum fidelitatis præſtare, & homagium exhibere, à Martino Papâ IV. excommunicatus eſt, ipſumque Siciliæ Regnum interdicto ſubjectum. Quâ de re extant litteræ Apoſtolicæ apud Eberardum in Chronico. Duxerat hic Conſtantiam filiam Manfredi Nothi filii Frederici, in matrimonium quo conjugio putavit Regnum Siciliæ jure ad ſe pertinere. At quid? num prætereà ſolutus, quin accipere deberet inveſtituram ab Apoſtolicâ Sede, quam & Guilelmus quantumlibet malus, & Conſtantia major Frederici Mater, ipſeque Fredericus; ac denique à tempore Roberti Guiſcardi omnes præter Tyrannum Manfredum acceperant. Quantum iſte Petrus à pietate prædeceſſorum degener, & ingratus in Apoſtolicam Sedem fuerit, ex eo potes intelligere. *Quod ipſe Feudatarius antea eſſet Romanæ Eccleſiæ ratione Regni Aragonum, Regiumque ejuſdem Regni titulum poſſideret beneficio Sedis Apoſtolicæ. Cùm Avus ejus Pater Iacobi, cujus ipſe filius erat, itidem Petrus dictus Aragonum Rex an. Chriſti 1204. obtuliſſet Innocentio Papæ III. & Eccleſiæ Romanæ cum annuo cenſu ducentarum quinquaginta maſſemutinarum, hoc eſt unciarum auri: prout apparet ex ejuſdem primi Aragonum Regis diplomate, quod habetur in codice Privilegiorum Romanæ Eccleſiæ, meminitque ejus temporis author.* Qui igitur Feudatarius erat Romanæ Eccleſiæ ac juramentum fidelitatis ei præſtiterat, invadens Regnum Siciliæ Feudatarium Romanæ Eccleſiæ adverſus eam rebellis extitit, & contumax adverſarius, rurſum erigens Monarchatum. Quam ob cauſam (ut dictum eſt) ſententiâ excommunicationis affectus in eâ (dum vixit) perſeveravit impœnitens; Regnum relinquens Jacobo filio an. 1284. qui eâdem cum Patre eſt ſententiâ condemnatus.

§. 21.

Teſtimonium Eccleſiæ Luſitaniæ.

QVOAD Luſitaniã patet quod Alphõſus I. Dux Portugalliæ ab Alexandro III. Pontifice titulum Regis acceperit ob res contra Saracenos præclarè geſtas, qui cùm ante ſub Lucio II. Romano Pontifice Ducatum ſuum vectigalem feciſſet Romanæ Eccleſiæ ſub annuo cenſu unciarum auri quatuor, novâ dignitate inſignitus, iterũ obtulit Regnum ſuum eidem Eccleſiæ, ſub cujus protectione ſoluturum perpetuis temporibus, annis ſingulis loco cẽſus præcedẽtis duas auri marchas, ut colligitur ex epiſt. Innocẽtii III. ad Sanciũ Regem Portugalliæ in quâ Romanam Eccleſiam Matrem reliquarum appellat. *Serenitatem Regiam volumus non latere nos in regiſtris bonæ memoriæ Lucii II. Romani Pontificis reperiſſe, quod recolendæ memoriæ Alphonſus Pater tuus quatuor auri uncias annuatim Romanæ Eccleſiæ conſtituit cenſuales; ad quarum ſolutionem ſe & haredes ſuos in poſterum obligavit. Cæterum cùm idem Pater tuus uſque ad tempora fœlicis memoriæ Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri Ducis eſſet nomine appellatus, ab eodem meruit obtinere, ut tam ipſe, quàm ejus haredes Regio nomine vocarentur. Vt autem idem Pater tuus Sacroſanctam Romanam Eccleſiam* I.

Matrem ſuam honore debito præveniret, & ut devotionem, quam contra ipſam habebat oſtenderet in effectu, centum Bizantios annuatim Romanæ Eccleſiæ conſtituit cenſuales. Expende illa verba: *Sacroſanctam Romanam Eccleſiam Matrem ſuam.* Quantùm ſæculo præterito etiam ipſi mercatores Luſitani laborarint pro Religione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in Indiis plantandâ, videndus Turſellinus in vitâ Sancti Franciſci Xaverii lib 2. cap 12. quàm honorificè dictum Apoſtolum exceperint, & ad Regem Bungiorum deduxerint, eundem conſule l. 4. cap. 10.

§. 22.

Teſtimonium Eccleſiæ Dalmaticæ.

I. PAUCUM profectò officioſus forem, ſi quæ de Dalmatiæ Regno (in quo Sacra Virginis Beatiſſimæ Ædes vulgò Lauretana aliquo tempore morata eſt) dicenda occurrunt, non attingerem. Illyricum vulgò Dalmatia ad Mare Adriaticum & Flumen ex Plinio lib 3. cap. 25. *Ad Septentrionem Pannonia vergit. Finitur indè Danubio. In eâ colonæ, Æmnona Sciſcia, Amnes clari, & navigabiles in Danubium defluunt. Draus è Noricis violentior. Saus ex Alpibus Carnicis placidior CXV. M. P. intervallo. Draus per Serretes, Serrapillos, Iaſos, Sandrizetes. Saus per Colapianos, Breucoſque populorum hæc capita præcereà Arviates, Azali, Amantes, Belgites, Catari, Corneates, Araviſci, Hercuniates, Latovici, Oſeriates, Varciani. Mons Claudius, cujus in fronte Scordiſci, in tergo Tauriſci: Inſula in Sao Metubarris, Amnicarum maxima. Præterea Amnes memorandi Calapis in Saum influens juxta Sciſciam gemino alveo inſulam ibi efficiens, quæ Segeſtica appellatur. Alter Amnis Bacuntius in Saum Sirmio Oppido influit, ubi Civitas Sirmienſium & Amantinorum. Indè Taurunum ubi Danubio miſcetur Saus. Supra influunt Valdanus, Vrpanus, & ipſi non ignobiles.* Plura apud Petrum d'Avity Hiſtoriographum Gallum in deſcriptione generali Europæ tom. 3. Olim Dalmatiæ Regnum celebre fuit, pars illius nunc ad Venetos ſpectat, cujus Metropolis à Venetis vocatur Zara Vegia, olim Jadera. Partem alteram occupat Turca, ubi eſt Civitas Scardona, & Oppidum Stridonis Natale Sancti Hieronymi, everſum à Gothis omnia populantibus. Hoc Oppidum Blondus, & nonnulli alii idem eſſe volunt cum eo, quod hâc tempeſtate vulgus Sdrignam appellat, Oppidulum in Hiſtriâ Italiæ regione ſitum inter Petram Piloſam, Portulam, & Primontem, ut horum temporum utamur vocabulis. Addunt in hujus rei fidem ibidem oſtēdi monumentum Euſebii patris Sancti Hieronymi, cum Epitaphio laminis inſculpto. De iſtius Regionis temperatiſſimo aëre, ſolo fœcundiſſimo videndus Petrus d'Avity. Cæterùm Florimundus l. 4. refert iſtius Regionis incolas eſſe in Romanę Eccleſię fide conſtātiſſimos, licet ex parte Turcico Dominio ſubſint, tamen liberum Religionis Chriſtianæ exercitium habent in totâ illâ Regione præter numeroſa Religioſorum Monaſteria quatuor ſunt Archiepiſcopatus cum Suffraganeis, & Epiſcopatibus plurimis.

Plinius

II. Etſi pro aſtruendâ Maternitate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Sancti Hieronymi teſtimonium ſufficiat tom. 2. epiſt. ad Damaſum Papam. *Quoniam* (inquit) *vetuſto oriens, inter ſe populorum furore, colliſus, indiſciſſam Domini tunicam & deſuper textam, minutatim per fruſtra diſcerpit, & Chriſti vineam exterminant vulpes, ut inter lacus contritos, qui aquam non habent difficile ubi fons ſignatus, & hortus ille concluſus ſit, poſſit intelligi: ideò mihi Cathedram & fidem Apoſtolico ore laudatam cenſui conſulendam. Indè tunc mea animæ poſtulans cibum, undè olim Chriſti veſtimenta ſuſcepi. Neque verò tanta vaſtitas elementi liquentis, & interjacens longitudo terrarum me à præcioſæ margaritæ potuit inquiſitione prohibere. Vbicumque fuerit corpus, illuc congregantur aquilæ. Profligato à ſobole malâ patrimonio, apud vos ſolos incorrupta patrum ſervatur hæreditas. Ibi ceſpite terra fœcundo dominici ſeminis puritatem centeno fructu refert. Hic obruta Sulcis frumēta in lolium Avenasque degenerant. Nunc in Occidente Sol Iuſtitiæ oritur. In Oriente autē Lucifer, qui ceciderat ſupra ſidera poſuit thronū ſuū. Vos eſtis ſal terræ, vos lux mundi,*

Hieron.

mundi, vos aurea vasa & argentea. Hic testacea vasa, vel lignea, virgam ferream, & æternum operiuntur incendium. Quamquam igitur sui me terreat magnitudo, invitat tamen humanitas. A Sacerdote victimam salutis, à pastore præsidium ovis flagito. Facessat invidia: Romani culminis redeat ambitio, cum Successore Piscatoris & Discipulo Crucis loquor. Ego nullum primum, nisi Christum sequens, Beatitudini tuæ; id est Cathedræ Petri communione consocior, super illam petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, prophanus est. Si quis in Arcâ Noë non fuerit, peribit regnante diluvio. Etsi (inquam) Sanctus Hieronymus hoc loco abundè pro totâ suâ Regione stipuletur; tamen aliud mihi subministrat Baronius tom. 11. annal. monumentum ex Vaticanâ Bibliothecâ in codice, qui inscribitur Centius Camerarius de censibus Apostolicæ Sedis. Extatque insuper Gregorii epistola 4. ad Wizebium Ducem. Dum an. 1076. Henricus Rex Germaniæ se schismate ab Ecclesiâ separasset, Rex Barbarus ad ejus gremiũ convolavit, nã mẽse Octob. ejusdem anni Demetrius vulgò Suinmur Croatiæ & Dalmatiæ Dux in Synodo Salonæ in Dalmatiâ à Legatis Sedis Apostolicæ Gebizone, tunc Monasterii SS. Bonifacii & Alexii Abbate, posteà autem Cesenate Episcopo, & Folcuino Forisempronii Episcopo habitâ, nomine Gregorii VII Papæ ab iisdem Legatis Regii nominis ac dignitatis investituram per vexillum, ensem, & coronam, consentientibus Clero, & populo Croatiæ & Dalmatiæ accepit: ac nomine tam Cleri, quàm populi perpetuam fidelitatem tam Ecclesiæ Romanæ, quàm Sedi Apostolicę, ipsiq; Gregorio ac successoribus ejus in manus Legatorum juramento pollicitus est; constituitque tributum annuum ducentorum Byzantiorum perpetuò solvendum. Undè cùm Winzelinus Dux contra Demetrium insurgeret, jussus est sub interminatione excommunicationis arma deponere; & si quid adversus eundem Regem prætenderet ad Ecclesiam Romanam, & Sedem Apostolicam (cujus Demetrius feudatarius erat) recurreret,.

§. 23.

§. 23.

Testimonium Ecclesiæ Africanæ.

PRo Africanis sufficiat testimonium S Cypriani, qui l. de unitate Eccle- I. *Cyprian.*
się ita scribit. *Episcopatus unus est, cujus in singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia quoque una est, quæ in multitudinem latiùs incremento fœcunditatis extenditur, quomodo solis multi radii, sed lumen unũ, & rami arboris multi, sed robur unum tenaci radice fundatum, & cùm de fonte uno rivi plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copiæ largitate unitas tamen in origine, avelle radium solis à corpore divisionem lucis unitas non capit, ab arbore frange ramum, fructus germinare non poterit, à fonte præcide rivum, præcisus arescet. Sic Ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radios porrigit, unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur; nec unitas corporis separatur, cùm ramos in universam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter rivos latiùs expandit; unum tamen caput est, & origo una, & una mater fœcunditatis successibus copiosa: illius fœtu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu ejus animamur.* Maternitatem Ecclesiæ Romanæ assimilat Soli, arbori, fonti, & concludit non solùm Italiam, Germaniam, Galliam, Belgium, Angliam, Hispaniam, Asiam; sed etiam Africam ab eâ originem ducere, ejus lacte nutriri, ejus spiritu animari. Cui suffragatur Tertullianus lib. de præ- *Tertull.*
script. ubi de Apostolicis viris in orbem profectis & doctrinâ ab eis disseminatâ. *De hinc* (inquit) *in orbem profecti eandem doctrinam ejusdem fidei nationibus promulgaverunt, & proinde Ecclesias apud unamquamque Civitatem condiderunt, à quibus traducis fidei, & semina doctrinæ, cæteræ exinde Ecclesiæ mutuatæ sunt, & quotidie mutuantur, ut Ecclesiæ fiant & per hoc & ipsæ Apostolicæ deputantur; ut soboles Apostolicarum Ecclesiarum omne genus ad originem suam censeatur necesse est. Itaque tot & tantæ Ecclesiæ unam esse illam ab Apostolis primam, ex quâ sic omnes primæ, & omnes Apostolicæ, dum unam omnes probant unitatem, communicatio pacis, & conteſeratio hospitalitatis,*

hoſpitalitatis, & appellatio fraternitatis, quæ iure non alia ratio gerit, quàm eiuſdem Sacramenti una traditio. Et mox. *Conſtat proinde omnem Eccleſiam, quæ cum illis Eccleſiis Apoſtolicis Matricibus, & originalibus fidei conſpiret veritati deputandam.* Quibus manifeſtè docet ſingulas Eccleſias quotidie ſolitas emendicare à primariis Eccleſiis, quas Apoſtoli fundarunt, fidei doctrinam, quam ſemen vocat, & Eccleſias particulares ſoboles. Si Eccleſia Romana eſt Mater omnium Eccleſiarum, quæ per orbem ſunt diffuſæ, quomodo vocat eas quæ ab Apoſtolis immediatè fundatæ ſunt Matrices? Reſpondeo, ideo has vocari Matrices, quia ſinguli Epiſcopi tranſmittunt ad Metropolitanas fidei formulam comprobandam, & Metropolitanæ ad Eccleſiã Romanam, quam ideò Sanctus Cyprianus omnium Eccleſiarum matrem nuncupat. Undè hanc voluit eſſe in medio orbis conſtitutam, ut ab eâ omnes æqualiter penderẽt & ejus lactarentur uberibus: à qua (ut ait Sanctus Cyprianus lib. de ſimplicitate Prælatorum, *Proſiliunt veluti rami ab arbore, rivi à flumine, radii à ſole.* Hinc Sanctus Ignatius initio epiſtolæ ad Romanos ſcribit illam habere Patris nomen quaſi cæteræ eſſent loco filiorum. *Iure, nam etiam Paulus dixit Romanorum fidem annunciatam in univerſo mundo.* Meritò Patris & Matris nomen illi attribuitur: quia ſicut Pater, & Mater ſuas proles æqualiter juvare debent: ſic & Eccleſia Romana omnes Eccleſias, omnes nationes quotquot ſunt, æqualiter diligit.

Cyprian. *Ignatius*

II. Appoſitè narrat Victor Uticenſis quod Eugenius Epiſcopus Carthaginenſis miſſus à Rege Wandalorum ut diſputationem inſtitueret, id aggredi noluit, niſi prius ad transmarinos Epiſcopos mitteret. *Qui unà (inquit) nobiſcum fidem adminiſtrare valeant, & præcipuè Eccleſia Romana, quæ eſt caput omnium Eccleſiarum.* Sanctus Auguſtinus epiſt. 162. ſcribit Cæcilianum Epiſcopum Carthaginenſem, quem tantopere Donatiſtæ inſectabantur, inde ſe Catholicum probaſſe quod cum aliis Eccleſiis maximè Romanâ communicaret. *Atque conſpirantes contra eum inimicos contemnere, quia videret ſe & Romanæ Eccleſiæ & cæteris terris per communicatorias litteras eſſe coniunctum.* Sanctus Hieronymus vocat Sanctum Auguſtinum, *Epiſcopum ſuæ communionis.* Quaſi diceret, quemadmodum Eccleſiam Romanam ut Matrem reliquarum agnoſco, ita & Auguſtinus agnoſcit. Sed ipſummet ſanctum Auguſtinum audiamus, & videamus quò Aquila illa Doctorum volatum ſuum dirigat, an in ſinum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, vel alicujus ſectæ particularis; ut Donatiſtarum relicto gremio Romanæ Eccleſiæ. Rectà ad Romanam Eccleſiam pergit, à cujus ſinu hæreticos & Schiſmaticos exiiſſe conqueritur tract. 3. in epiſt. Joannis ad illa verba. *Non erant ex nobis.* Subdit. *Omnes hæretici, omnes ſchiſmatici ex nobis exierunt: ideſt ex Eccleſiâ exeunt, ſed non exirent, ſi ex nobis eſſent, antequam exirent ergò non erant ex nobis; ſi antequam exirent non erant ex nobis: multi intus ſunt non exierunt. & tamen antichriſti ſunt.* Illis verbis, *ex Eccleſiâ exeunt.* Innuere videtur eos è gremio Eccleſiæ receſſiſſe. Quod clarius declarat infra. *Et qui intus ſunt, certè ſunt in Corpore Domini noſtri Jeſu Chriſti, quando adhuc curatur Corpus ipſius & ſanitas perfecta non erit, niſi in reſurrectione mortuorum, ſic ſunt in Corpore Chriſti quomodo humores mali, quãdo evomuntur, tunc relevatur corpus, ſic & mali quando exeunt, tunc Eccleſia relevatur, & dicit, quando eos evomit, atque proiicit corpus, ex me exierunt humores iſti, ſed non erant ex me. Quid eſt non erant ex me? Non de carne meâ præciſi ſunt, ſed pectus mihi premebant cùm ineſſent.* Per illa verba: *Non de carne meâ præciſi erant &c.* Alludere videtur ad partum naturalem, in quo proles à carne matris præſcinduntur. Idem docet lib. 3. de Baptiſmo cap. 19. differens de occultis hæreticis, & ait eos videri eſſe in Eccleſiæ gremio, licet intus non ſint, ſed tantùm externâ quâdam communione. *Huius fraternæ charitatis inimici ſive apertè foris ſint, ſive intus eſſe videantur, Pſeudo-Chriſtiani ſunt & Anti-Chriſti. Inventis enim occaſionibus foras exeunt, ſed etiamſi occaſiones deſint, cùm intus videantur, ab illâ inviſibili charitatis compage, ſeparati ſunt.* Quod ibi ulteriùs probat. *Undè Joannes dixit, ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis: non ait, quod exeundo alieni facti ſunt, ſed quod alieni erant, propter hoc eos exiiſſe declaravit.* Idem in cap. 13. Joannis differens de Judâ, ad

Auguſt. epiſt. 162

Hieron.

Auguſt. tract. 3. in epiſt. Joannis

cujus

relii Episcopi Carthaginensis, licet florentissimus tunc status esset Ecclesiæ Africanæ, ita tamen Ministris indigens erat, ut illos ipsi à Romano Pontifice, & ab Episcopo Mediolanensi litteris expetierint: quantò indigentiorem illis eandem Ecclesiam esse oportuit, his temporibus Wandalicæ persecutionis urgentis: & tamen cum Bigamis idem Leo minimè relaxandam censuram Ecclesiasticam existimavit. Pontificis Romani non tantùm præeminentiam sed etiam authoritatem testata est appellatio ad Ecclesiam Romanam & Sedem Apostolicam facta per Lupicinum Episcopum, cujus meminit idem Sanctus Leo epist. citat. Undè Victor Uticensis ingeniosè scribit apud Genericum Tyrannum nomen Romani pro Catholico usurpatum fuisse. Sic enim de Armogastes Martyrio loquitur: *Vbi tortores nervicas cordas disruptas esse viderunt, allatis crebrius fortioribus cordis, atque Cannabinis; illo nihil aliud nisi nomen Christi invocante illa omnia vanescebant, sed & capite deorsum dum ad unum penderet pedem dormire quasi super lectum plumis stratum omnibus videbatur. Quæ cùm Theodoricus Regis filius, qui ejus Dominus erat, pœnis non valentibus, capite truncari jussisset, à suo prohibetur Iocundo Præsbytero dicente sibi: poteris eum diversis afflictionibus interficere: nam si gladio peremeris, incipient Romani Martyrem prædicare.* Per particulam *Romani* intelligit Ecclesiam & Sedem Romanam. Eosdem Mauros iterum Romano regimini Politico & Ecclesiastico subjectos fuisse à Justiniano Imperatore refert Procopius de ædificiis Imperatoris orat. 3. non tantùm abundavit generosis Athletis qui fidem Catholicam proprii sanguinis effusione subsignarunt, de quibus Victor Uticensis lib. 1. Wandalicæ persecutionis & Baronius ad annum Christi 456. & scriptores contra Arianas impietates, de quibus Gennadius de scriptoribus Ecclesiasticis cap. 77. 78. sed etiam Concilium celebravit adversus errores Monothelitarum, cujus monumenta missa & recitata sunt Theodoro V. in Synodo Lateranensi sub Martino I. Pontifice. Hæc verò epistola ita incipit, *Domino Beatissimo, Apostolico culmine Sublimato Sancto Patri Patrum Theodoro Papæ, & summo omnium Præsulum Pontifici, Columbus primæ Sedis Episcopus Concilii Numidyæ, & Stephanus primæ Sedis Episcopus Concilii Bizaceni, & Reparatus Episcopus primæ Sedis Concilii Mauritaniæ & universi Episcopi de tribus Conciliis antedictis Africanæ Provinciæ.* Primò ait Romanum Pontificem Apostolico culmine sublimatum. Deindè vocat eum Patrem Patrum, & summum omnium Præsulum; quæ verba non tantùm dignitatem sed etiam jurisdictionem supremam denotant, ut verbis sequentibus insinuant. *Magnum & indeficientem omnibus Christianis fluenta redundantem apud Apostolicam Sedem consistere fontem nullus ambigere possit, de quo rivuli prodeunt affluenter largissimè irrigantes orbem Christianorum: cui etiam in honore Beatissimi Petri Patrum decreta peculiarem omnem decrevere reverentiam in requirendis Dei rebus, quæ omninò & sollicitè debent: maximè verò justèque ab ipso Præsulum examinari vertice Apostolico, cujus vetusta sollicitudo est, tam mala damnare, quàm probare laudanda. Antiquis enim regulis sancitum est; ut quidquid quamvis in remotis, vel in longinquo positis agerentur Provinciis, non prius tractandum, vel accipiendum sit, nisi ad notitiam aliena Sedis vestræ fuisset deductum: ut hujus authoritate, justâ, quæ fuisset pronunciatio firmaretur; indèque sumerent cæteræ Ecclesiæ velut de natali suo fonte prædicationis exordium* Pluribus & pulcherrimis locis Ecclesia Africana, testatur Ecclesiam Romanã esse reliquarum orbis Ecclesiarum Parentem. Consule Baronium ad annum 535. ubi refert Carthaginensis Ecclesiæ epistolam ad Joannem Papam.

§. 24.

Testimonium Ecclesiæ Asiaticæ.

QVAMQVAM abundè de Ecclesiæ obedientiâ erga Sanctam Romanam Ecclesiam disserverimus, dum testimonia Conciliorum, quæ in Oriente celebrata sunt produxerimus p. 371. Testimonia PP. Ecclesiæ Orientalis p. 373. Testimonium Historicum I.

Digitized by Google

Quibus agnoscit in Romanâ Ecclesiâ principalitatem authoritatis in reliquas Ecclesias.

V. *Morn.* Philippus Mornæus & alii contendunt Ecclesiam Africanam post 6 Concil. Carthaginense fuisse à communione Romanæ Ecclesiæ separatam: quibus favere videtur epist. Bonifacii II. ad Eulalium Episcopū Alexandrinum, & epist. Eulalii Episcopi Carthaginensis ad eundem Bonifacium, quæ innuere videntur Episcopos Carthaginenses in eo Concilio fuisse separatos à communione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ per centum annos, & tunc reconciliatos quando Eulalius illi se subjecit, & prædecessores suos anathematizavit. Has epistolas etiam probare videntur Turrianus lib. 3. pro epist. Pontif. cap. 2. Alanus Copus dialogo 1. capitulo 10. Sanderus lib. 10. de visibili Monarchiâ §. 411. sed Baronius ad annum 419 sustinet eas exaratas esse à callido quodam impostore; quia sequeretur expungenda esse è cathalogo Ecclesiæ innumera Sanctorum Martyrum agmina, qui pro fide præliantes in persecutione Wandalicâ Martyrii Coronam adepti sunt. Expungi etiam deberent ex Ecclesiasticis monumentis præclari Confessores, qui illo sæculo doctrinâ & vitæ sanctitate in Ecclesiâ Africanâ claruerunt. Nam si à Bonifacio I. usque ad Bonifacium II. Ecclesia Africana fuit schismatica, nullus potuit legitimè censeri Martyr vel Confessor: quia ex S. Cypriano & Augustino Episcopis Africanis & Doctoribus, certum est nullum Schismaticum similem lauream posse promereri. Denique ex ratione temporum hæ epistolæ falsæ convincuntur: constat enim tempore Bonifacii II. Timotheum III. præfuisse Ecclesiæ Alexandrinæ. Nec etiam aliquis alius nomine Eulalius præfuit Ecclesiæ Carthaginensi: quia tempore Bonifacii cùm regnaret Gelimer Rex Wandalorum vix unus Episcopus in Africâ reperiebatur qui foret Communionis Catholicæ. Adde quod tempore Bonifacii II. Justinianus, non verò Justinus regnabat in Oriente. Quare optimè concludit Bellarminus lib. 2. de Romano Pontifice cap. 35. Patres Carthaginenses nunquam statuisse, ut nullum jus in Africâ Romano Pontifici permitteretur, vel ut Episcopis Africanis ad Ecclesiam Romanam non liceret provocare. Quod si Patres Africani postulant omnia Judicia terminari in Africâ, juri appellationis non detrahunt: sed quia testes necessarii non possunt facilè ex Africâ Romam navigare. Et confirmatur ex D. Augustino epist. 162. scribente de Cæciliano quod: *Posset non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cùm se videret Romanæ Ecclesiæ, in quâ semper Apostolicæ Cathedræ viguit Principatus, & cæteris terris, unde Evangelium ad ipsam Africam venit per communicatorias litteras esse conjunctum: ubi paratus esset causam suam dicere, si adversarii ejus ab eo illas Ecclesias conarentur &c.* Carthaginensis Concil. 3. PP. apud Baronium anno 397. consulunt Romanam Sedem, ut totius Ecclesiæ Præsidem & ad eam recurrunt an. 401. pro Sacris Ministris. Anno 410. apud Baronium in Concilio Carthaginensi sub Bonifacio celebrato, editus est canon de libris canonicis Sacræ Scripturæ, ubi ad finem additum est de confirmatione canonis Bonifacio Papæ petendâ, ex quibus patet, quantùm PP. Africani deferrent Romanæ Ecclesiæ. Eandem etiam in aliis rebus consulunt anno 535.

VI. Cùm Mauritania sit Africæ Regio extrema & barbara versus Gaditanum Fretum & Occidentalem Oceanum, aliquid de eâ ejusq; erga Ecclesiam Romanā obedientrâ dicendū est. Mauritania duplex est. Cæsarienſis à Cæsareâ, & Tingitana à Civitate Tingi. Dicta est Mauritania, id est obscura, vel nigra, quia nigros habet Colonos. Strabo lib. ult. scribit eos fuisse Indos, qui cùm Hercule Duce, cum innumerâ aliarum gentium multitudine in hæc loca pervenerunt. De antiquis Maurorum moribus legendus idem Strabo lib. 17. De Mauritaniæ longitudine, ac latitudine consulendus Marm. Africæ part. 1. lib. 3. Diego de Torres Origen. de Los Xerifer cap. 27. de celebrioribus Fluviis consulendus Marmol. parte 1. lib. 1. cap. 9. I. Leon parte 9. Sanuto Gerg. lib. 8. Iter Domini Razilly. De ejusdem aëris temperamento vide eundem Razilly. De copiâ omnium rerum quæ ad vitæ

Has Herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena (*Ponto.*

Ipse dedit mœris, nascuntur plurima

Ex illâ Provinciâ prodiit secundùm Tertullianum lib. 1. contra Marc. cap. 1. Marcion impius Hæresiarcha. Undè ab eo nuncupatur: *Mus Ponticus, qui Evangelia corrosit.* Nomine Galatiæ accipit Regionem minoris Asiæ, habens ab Oriente Cappadociam, & Halym fluvium, ab Occidente Bithyniam & Asiam, àmeridie Pamphyliam, à Septemtrione Pontum Euxinum. Dicitur è Gallia in Græciam cõmigrasse, cùm à Rege Bithyniæ Galli simul & Græci in auxilium vocati venissent, in Galatiâ tres florentiores Civitates recensèt Plinius lib. 5. cap. ult. Aucyram, Tanium, Pessinuntem. Cappadocia secundùm Solinum Regio est, quæ Lævo latere utrasque Armenias Comagenemque tangens, dextro plurimis Asiæ populis circumfusa ad Tauri juga & Solis ortus attollitur. Euphrates eam ab Armeniâ majore dividit, apud Appianum est pars minoris Armeniæ. Ptolemæus minorem Armeniam appellat. Plura de illa videri possunt apud Strabonem lib. 12. Thevet lib 7. Castallum & alios, & maximè apud Petrum Davity de statu Turcico in Asiâ. Per Asiam accipit Provinciam particularem quæ olim Asia dicebatur, nunc Sabrum, vel Sarcum nuncupatur. Ptolemæus existimat versum Occidentem illam terminari Propontide Hellesponti & Archipelago. Versus Meridiem Mari Rhodienti, Lyciâ, & Phamphyliâ. Versus Orientem Galatiâ, dicitur complecti Regionem Phrygiæ, Cariæ, utramque Mysiam, Æniolìam, Joam, Lydiam, & Doridem. Vide *Les Estats & Empires du Monde.* De Bithyniâ Regione minoris Asiæ adversâ Thraciæ, & proximâ Troiadi, scribunt Historici aliàs prodisse viros in disciplinis & scientiis celeberrimos, Asclepiadem Medicum, Cleophantem Oratorem Hipparchum, & Theodosium Matematicos, Dionysium Dialecticum, & Xenocratem Philosophum.

III. Has ergò Provincias Asiaticas non sparsim nec leviter lustravit Sanctus Apostolus Petrus; sed universas, integras partes earum sedulò, diligenter, studiosè, & seriò visitavit, Cœlestique doctrinâ imbuit. Antiochenam Ecclesiam etiam fundavit. Antiochia enim est urbs Syriæ ad Orientem sita totius Regionis caput. Eleganter sanctus Leo in Natali Apostolorum Petri & Pauli sic illum affatur. *Iam populos, qui ex Circumcisione crediderant, erudieras; jam Antiochenam Ecclesiam, ubi primùm Christiani nominis dignitas est orta, fundaveras; jam Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, atque Bithyniam, legibus Evangelicæ prædicationis impleveras.* Expende illa verba *fundaveras, impleveras.* Fundo idem est, quod firmo, stabilio. Sic Virgilius lib. 8. Æneïdos.

Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto

Vrbis Agellinæ Sedes. ——

Seneca epist. 91. *Fundavit Athenas æquo jure Solon.* Et lib de consolat. ad Mart. *Positæ benè ac fundatæ res alicujus.* Cicero pro domo suâ ad Pontificem. *Deflevi subitas fundatissimæ familiæ ruinas.* Impleo autem idem est ac plenum facio. Seneca de consol. ad Mart cap. 15. *Implevit oculos lacrymis.* Virgilius lib. 1. Æneïdos.

—implevitque mero pateram.

Item.

Implentur veteris Bacchi, pinguisque farinæ.

Dicit itaque fundatam à Sancto Petro Ecclesiam Antiochenam, & impletas præfatas Provincias *Legibus Evangelicæ Prædicationis*, ut innuat nullam in illis Provinciis Regionem, nullam Urbem, nullum Oppidum, nullum Hominem, quibus Evangelicæ prædicationis Leges non annuntiarit, quorum aures sacris dogmatibus non impleverit. Si enim actorum cap. 2. v. 42. 1°. sermone Petri tria millia hominum ad Christi fidem conversa sunt Hierosolymis anno Christi 34. quantam animarum messem ibi posteà collegit? Act. cap. 4. v. 15. Sanctus Lucas scribit. *Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum ac mulierum: ita ut in plateas ejicerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, ut veniente Petro saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis.* Cap. 9. v. 31. *Ecclesia quidem per totam Iudæam & Galilæam & Samariam*

Samariam habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & consolatione ſancti Spiritus replebatur. Cornelius *Crejcebat numero & virtute fidelium: hi enim quaſi lapides vivi ædificant domum Dei, quæ eſt Eccleſia.* verſ. 32 addit Sacer Textus: *Factum eſt ut Petrus dum pertranſiret univerſos deveniret ad ſanctos, qui habitant Lyddæ.* Ideſt (inquit Sanctus Chryſoſtomus homil. 21. in acta.) *Quemadmodum Dux in exercitu obambulans conſiderabat quæ pars ſit coadunata, quæ ornata, quæ ſuo adventu egeat Vide illum ubique circumcurſare.* Scilicet inſtar Solis, qui quas plagas viſitat, illas illuſtrat, in eas influit; quod patet v. 35. poſt Æneam curavit. *Viderunt eum omnes qui habitant Lidda & Saronæ; qui converſi ſunt ad Dominum.* Non ait aliquos converſos fuiſſe, ſed omnes qui erant Liddæ & Saronæ. Sic v. 41. poſtquàm Tabitham vitæ reſtituit. *Notum factum per univerſam Ioppen, & crediderunt multi in Domino.*

Cornel.

IV. Quod non tantùm in Judæâ, ſed etiam in Syriâ innumeram ſobolem Chriſto genuerit, patet ex hiſtoriâ Eccleſiaſticâ referente Sanctum Apoſtolum anno 39. Chriſti tranſiiſſe Antiochiam, quæ eſt Metropolis Lydiæ, ibiq; Eccleſiam fixiſſe. *Non quod* (inquit Cornelius) *illi urbi affixus fuerit, & nunquam ex eâ pedem extulerit, hoc enim falſum eſt: circuibat enim viſitando fideles aliarum urbium & evangelizando infidelibus: ſed quod illam Eccleſiam fecerit. Orientalium omnium; ut potè cujus ipſe erat Epiſcopus, qui ſimul erat Pontifex orbis. Illius ergò Epiſcopatui annexuit Pontificatum donec utrumque Romam tranſtulit.* Illiq; Romanæ Cathedræ cunctas Eccleſias in Syriâ, Ponto, Galatiâ, Cappadociâ, Aſiâ & Bithyniâ voluit eſſe ſubjectas, quandoquidem Romæ ſedens anno Chriſti 45. illis omnibus Provinciis ſcripſerit primam ſuam epiſtolam ut dictum eſt: quam ſubjectionem ut magis inculcaret, pignuſq; ſui paſtoralis amoris, & curæ demonſtraret, ſub annum Chriſti 69. quo & Martyrium ſubiit è Mamertino carcere ſecundam epiſtolam miſit ad eaſdem Provincias ut ipſemet innuit 2. epiſt. cap. 3. v. 1. *Hanc ecce vobis chariſſimi ſecundam ſcribo epiſtolam.* Scilicet ô Chriſtiani diſperſi per Aſiam, Cappadociam, Galatiam, Pontum, Bithyniam &c. Nec illam Maternitatem Eccleſiæ Romanæ deſtruit quod idem Princeps Apoſtolorum ait 1. epiſt. cap. 5. v. 13. *Salutat vos Eccleſia quæ eſt in Babylone coëlecta.* Ex quo loco Hæretici Beza, Viretus, Sadulius, Velenus, & alii concludunt ſanctum Petrum Romæ non fuiſſe, nec Martyrium ſubiiſſe, multò minùs Pontificatum fixiſſe, nec conſequenter Pontifices Romanos eſſe ejus Succeſſores. Sed illi oppono Tertullianum l. 3. contra Marcionem c. 13. OEcumenium, Bedam & alios interpretes epiſt. Sancti Petri. Item Papiam Diſcipulum Sancti Joannis apud Euſebium lib. 2. hiſtor. cap. 14. S. Hieron. in cap. 24. & 47. Iſaiæ, & lib 2. contra Jovinianum ſub finem & ex recentioribus Aretam, Riberam, Alcazar, Viegas, Pereium &c. in cap. 16 & 18. Apoc. unanimiter aſſerentes Romam vocari Babylonem, ut etiam ipſe Lutherus admittit, qui ſcripſit librum de captivitate Babylonicâ, ideſt de Romanâ, puta Papæ & Papatus, ut ipſe explicat. Primò nuncupatur Babylon: quia ex S. Auguſtino lib. 18. Civitatis Dei cap. 2. Roma Babyloni in Imperio ſucceſſit, quaſi filia matri, vel potiùs neptis, & conſequenter Imperium Babylonicum tranſiit & deſiit in Romanum, ſicut Synagoga in Eccleſiam, & Jeruſalem Judaïca in Chriſtianam, undè Eccleſia vocatur Synagoga, Jeruſalem, Sion. Accipe verba Sancti Auguſtini. *Duo Regna cernimus longè cæteris provenijſſe clariora; Aſſyriorum primum, deindè Romanorum, ut temporibus, ita locis inter ſe ordinata, atque diſtincta. Nam quomodo illud priùs, hoc poſteriùs. Eo modo illud in Oriente, hoc in Occidente ſurrexit. Denique in illius fine hujus initium confectum fuit.* Et cap. 22. *Altiſſima tunc condita eſt civitas velut altera Babylon, & velut prioris filia Babylonis, per quam Deo placuit orbem debellare terrarum: ut in unam ſocietatem Reipublicæ, legumque perductum longè, latèque pacare.* Deindè Roma dicitur Babylon *propter nominis interpretationem* (inquit Dionyſius) *quoniam Babylon interpretatur confuſio; & in Româ fuit vitiorum, omniumq; idololatriarum ingens confuſio: omnium*

enim

enim Deorum colebant Romani portenta. Et Sanctus Leo sermone de Sancto Petro. *Cùm omnibus penè dominaretur gentibus omnium gentium serviebat erroribus; & magnam sibi videbatur assumpsisse Religionem, quia nullam respiebat falsitatem.* Idem *Hic omnium sacrilegiorum impietas destruenda, ubi diligentissimâ superstitione habebatur collectum quidquid fuerat vanis erroribus institutum.* Quibus suffragatur Tertullianus lib. 3. contra Marcionem cap. 13. *Sic & Babylon ait etiam apud Ioannem nostrum Romanæ urbis figura est proindè magnæ, & Regno superbæ, & Sanctorum Dei debellatricis.* Tertiam rationem addit Orosius lib. 2. cap. 2. & 3. deductam ex analogiis & paralellis. *Nini* (inquit) *& Babylonis Regnum eo anno in Medos derivatum est, quo anno apud latinos Procas Amulii, & Numiteris Pater, Anus autem Reæ Sylviæ, quæ mater Romuli fuit regnare cœpit. Vel sicut à primo anno Imperii Nini usque quo Babylon ædificari cœpta est interveniunt anni 64. Ita à primo anno Procæ cùm regnare cœpit usque ad conditionem urbis factam à Romulo interjunt anni 64. Præterea Babylon eo anno, ub Arbace dehonorata est quo Roma sub Procâ eminata est. Insuper novissimè, eo tempore à Cyro Rege subversa, quo primùm Roma à Tarquiniorum Regum dominatione liberata est. Siquidem sub unâ eademque convenientiâ temporum illa cecidit, hæc surrexit: illa tunc primum alienigenarum perpessa dominatum; hæc tunc primum etiam tunc etiam suorum asperna. ta fastidium. Illa tunc quasi moriens dimisit hæreditatem; hæc verò pubescens tunc se agnovit hæredem, tunc Orientis occidit Imperium, exortum est Occidenti.* Quintò *Babylon stetit annis* 1164 *usque ad Arbatum, qui eam spoliavit Imperio; & Roma post totidem annos hoc est* 1164. *à Gothis & Alarico Rege eorum opibus spoliata, non Regno: manet adhuc & regnat incolumis.* Denique *Similis Babylon ortus & Romæ, similis potentia, similis magnitudo, tametsi non similis exitus, similisque defectus: illa enim Regnum amisit, hæc retinet: illa interfectione Regis orbata hæc incolumi Imperatore secura est. Et quare hoc? quoniam ibi in Rege libidinum turpitudo punita, Christiana Religionis continentissima æquitas in Rege servata est: ibi absque religionis reverentiâ aviditatem voluptatis licentiâ futuris implevit, hìc & Christiani fuêre, qui parcerent, & Christiani, propter quorum memoriam & in quorum memoriâ parceretur.*

V. Quam fidem Paulus Apostolus annunciat? Cui Ecclesiæ ait obtemperandum? Non fidem & obedientiam Ecclesiæ Antiochenæ, non Hierosolymitanæ: nam Sanctus Petrus in Judæâ, Samariâ, aliisque Palestinæ & Syriæ Regionibus Evangelium prædicavit à morte Christi usque ad annum 39. tunc enim Sedem Antiochenam fundavit, seu erexit, ratione cujus erectionis Antiochena Ecclesia est præcipua & maxima inter omnes Ecclesias Orientales. Hinc est quod Antiochenę Sedis annua celebritas recolitur: sed Romanam fidem commendat, licet Romæ sederit Sanctus Petrus anno Christi 45. in cujus rei jugem memoriâ anniversaria celebritas ab universâ Ecclesiâ colitur, asservaturque in Basilicâ Vaticanâ ipsa prima Pontificia Sedes Sancti Petri Principis Apostolorum lignea, quam pluries vidi, multisque semper claruit miraculis, teste Baronio ad annum citatum: quia scilicet Petrus Princeps & Caput omnium Apostolorum & fidelium ex ordinatione divinâ Romæ Sedem fixit, ejusdem Ecclesiam & Cathedram Caput & Matrem totius Ecclesiæ universalis esse constituit. contra quam portæ inferi, seu hæreses non possent prævalere, sed illa semper conservaret fidem integram & inviolatam, decerneretque quid ab aliis Ecclesiis & fidelibus credendũ foret. Id Apostolus ipse Romanis Rom. c. 1. v. 8. testatur. *Fides vestra* (inquit) *annunciatur in universo mundo.* Sanctus Chrysostomus hom. 2. in illam epistolam. *Quid* (inquit) *omnisne terra Romanorum fidem exaudivit; omnis ex illo: ac nihil non verissimile, neque enim obscura & ignobilis urbs erat, verùm tanquam in fastigio quodam sita undequaque illustris.* Quasi diceret quemadmodum Romana Ecclesia Apostolis Petro & Paulo prædicantibus credidit, ità instar illius quasi matricis cæteræ Ecclesiæ & nationes credunt, & credere debent, nihil addendo vel minuendo eorum, quæ credit Ecclesia Romana, ut subti-

Rom. c. 1. v. 8.

Chrysost.

liter animadvertit Sanctus Chrisostomus citatus. *Non dixit Paulus manifestatur; sed annunciatur, fides vestra planum faciens, quod dictis nihili addendum, vel demendum esset. Angeli, seu nuncii hoc est opus, ea sola, quæ dicuntur deferre, ob quod Sacerdos Angelus vocatur, quod non sua ipsius; sed ea tantùm nunciat, quæ ab eo acceperit, à quo delegatur: quamquam Petrus mihi prædicavit; sed illius facta sua esse ducit Paulus.* Quibus verbis innuit à Romanâ Ecclesiâ & Sede utpotè petrâ fidei, virtutum domicilio, mundi capite, urbium Reginâ, Patriâ legum, veræ religionis nutrice desumendum esse quidquid aliis nationibus annuntiandum esset & credendum. Undè *Tertull.* meritò Tertullianus effatur libro de præscriptione contra hæreticos cap. 16. *Habes Romam, undè quoque auctoritas præsto est statu fœlix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt.* Particula *auctoritas* denotat Maternitatem ejus, quæ lac fidei reliquis nationibus propinat, ut docet Sanctus Irenæus lib. 3. cap. 3. Sanctus Hieronymus lib. 2. contra Jovinianum. Sanctus Cyprianus epist. 43. 52. & 76. Optatus Milevit. contra Parmenianum lib. 2. Sanctus Ambrosius oratione de obitu Satyri, Sanctus Augustinus epist. 105. contra epistolam fundamenti & alii.

VI. Quibus Romanæ Sedis & Ecclesiæ fidem annunciavit Apostolus? Provinciis Asiaticis. Accipe ejus verba, sic enim *Rom. 15. v. 19.* eisdem Romanis cap. 15. v. 19. ait. *Ita ut ab Ierusalem per circuitum usque ad Illyricum repleverim Evangelium Christi.* *Chrysost.* Sanctus Chrysostomus ibi seu hom. 29. *Numera & Vrbes, & Regiones, & Gentes, & Populos; & non solùm qui sub Romanis, sed & qui sub Barbaris: sunt, non enim mihi per solam Phœniciam, & Syriam, & Ciliciam & Cappadociam ibis, sed & quæ retrò illas sunt, colliges omnia, & Saracenos & Persas & Armenos, reliquosq; Barbaros, propter hoc enim dixit, & non in circumjacentibus Regionibus, ne rectà viam solùm publicam, sed & omnem etiam Australem Asiam mente percurras.* S. *S. Thom.* Thomas ibi lect. 2. *In principio suæ conversionis prædicavit in Synagogis Iudæorum, ut dicitur act. cap. 9. Vt sic impleret, quod dicitur Isaïæ cap. 2. De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem. Vsque ad Illyricum, quod est mare Adriaticum ex parte oppositâ Italiæ, repleverim Evangelium Christi. Ideſt omnia loca replevi prædicatione Evangelii. Et nè aliquis intelligat, quod solùm vadens per rectam viam à Ierusalem in Illyricum prædicaverit,* Addit. *Per circuitum: quia scilicet Gentibus circumquaque prædicavit, & eas ad fidem convertit. Vndè sibi potest competere quod dicitur Iob cap. 38. Quis dedit vehementissimo imbri cursum.* Quibus subscribens Cornelius. *Cornel.* *Nota hic (*inquit*) ingentem zelum, & circuitum Apostoli: duos hoc loco prædicationis suæ terminos statuit, Ierusalem & Illyricum; medias omnes Regiones, Arabiam, Damascum, Antiochiam, Seleuciam, Cyprum, Pamphyliam, Pisidiam, Lycaoniam, Syriam, Ciliciam, Phrygiam, Galatiam, Mysiam, Troadem, Achaiam, Epirum, & alias quasi fulmen, omnes fide Christi illustrans, & charitate inflammans paucis annis ipse pervasit.* Porrò quod Galatiam Asiæ Provinciam Apostolus voluerit Ecclesiæ Romanæ subjici, patet ex loco, ubi Apostolus suam epistolam ad Galatas scripsit. Sanctus Athanasius in synopsi, Theodoretus in epistolas Pauli, Sanctus Hieronymus in c. 5. ad Galat. docent epistolā scriptā fuisse Romæ, ubi Ecclesia Matrix reliquarū erat. Ephesū etiam Asiæ minoris Metropolim scripsit Apostolus per Tychicum Diaconum anno Christi 59. secundùm Baronium dum esset Romæ incarceratus, ut innuit Ephes. cap. 4. *Ephes. 4. v. 1.* v. 1. *Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino.* Ideſt propter Dominum, seu Domini Evangelium. Dionysius *Propter Deum, & fidei prædicationem.* Et cap. 6. v. 20. *Pro quo legatione fungor in catenâ,* Scilicet Romę in carcere, ut notat Cornelius post SS. Chrisostomum & Hieronymum. Hâc porrò epistolâ monet Apostolus Ephesios nè technis & sophismatibus hæreticorum & Apostatarum aures arrigant, sed fidem Romanę Ecclesiæ sequantur, ut cap. 4. v. 3. innuit. *Vnus Dominus, una fides, unum Baptisma.* Quæ verba Cornelius hâc paraphrasi elucidat. *Vna fides, quæ ad Deum & salutem nos ducit, non multæ; unus est Dominus, non multi. Planè ergò aberrant, & in errorem ac æternam perniciem*

niciem abducant Politici, & libertini nostri, qui tam in fide Lutheri, Calvini, Mennonis, & quâvis alia, quam in unâ verâ Catholicâ Romanâ salutem suis promittunt dummodò Christum Redemptorem esse credant, & honestè vivant: certũ enim has non unam esse, sed alias & alias fides: Apostolus autem docet tantùm esse fidem veram, qua recta est ad salutem via. Vndè sequitur alias & diversas ab hâc verâ fide: imò illi contrarias, non fidem sed perfidiam esse, quæ ducit non ad cœlum, sed ad gehennam. Cùm Macedonia terrarum Imperio quondam potita Asiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Ægyptum, Taurum, Caucasum transgressa in Bactris, Medis, dominata sit toto Oriente possessò, dico eam à Paulo conversam fuisse ad fidem Romanæ Ecclesiæ, & signanter Philippos. Cujus incolas Paulus diligebat, & charissimos, & desideratissimos, gaudium & coronam suam appellat, & scribit anno secundo sui carceris Romam scilicet anno Christi 60. per Epaphroditũ suum, Episcopũ, quem Romã direxerant, ut suo nomine Apostolum salutaret, & necessaria ad ejus inopiam sublevandam subministraret; & vicissim illos Paulus in fide confirmaret, & adversus Judaizantium hæresim tunc temporis grassantem communiret: quod Apostolus insigniter præstitit. Et colligi præcipuè potest ex cap. 2. v. 2. *Implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes idipsum sentientes.* Particulas *Idem sapiatis. Id ipsum sentientes.* Henricus refert ad intellectum, quasi diceret Apostolus: *Iisdem sententiis uniti.* Et D. Thomas lect. 1. subdens. *Idem sapite: sapientia enim est cognitio ultimarum causarum: quia ejus est judicare, quod nullus potest sine causâ altissimâ. Et ideò sapientia est cognitio de divinis. Idem ergò sapite &c.* Quasi diceret: *Idem sapiatis circa ea, quæ sunt fidei.* Rom. cap. 15 *Deus autem patientiæ & solatii det vobis idipsum sapere in alterum, secundùm Iesum Christum, ut uno ore honorificetis Deum.* Eandem explicationem sequitur Dionysius. *Si qua societas, spiritus, ideſt, aliqua unio mentis inter nos est: si internæ pietatis affectibus movemini perficite gaudium meum, quod de vestri conversione, & profectu concepi, festinantes ad veram perfectionem: ut idem sapiatis in omnibus, ad salutem requiruntur, ideſt eadem intellectualiter sentiatis in his, quæ fidem concernunt, parem charitatem habentes infusam, spiritualem ac generalem unanimes in affectu & moribus id ipsum sentientes intellectualiter.* Quibus astipulatur Sanctus Anselmus. *Si aliquam unionem concordis animi per Spiritum sanctum habetis ad invicem; vel si est aliqua societas Spiritus sancti ad spiritum vestrum. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quia sumus filii Dei.* Rom. cap. 8. *Ad ipsum enim pertinet societas, quâ efficimini unum corpus: quia filii Dei; propter quam societatem illi, in quos venit primùm Spiritus sanctus, linguis omnium gentium sunt locuti, quia per linguas consociatior est societas generis humani, societas ergò spiritus est illa conjunctio fidelium, quam dat ei Spiritus sanctus, per quam omnes unum fiunt. Si quis pius affectus est in vobis &c. Perficite gaudium meum, quo de vestrâ religione gaudeo ut idem sapiatis in fide, & cæteris prout oportet, nec sit in vobis diversus sensus sed idem, licet in aliis major, & in aliis minor.* Illis subscribens Haymo. *Et nunc audistis de me, quæ sustineo Romæ positus implete gaudium meum, ut idem sapiatis quod sapimus in fide, in opere, in doctrinâ. Id ipsum sentientes quod nos, ideſt sapientes quod nos sapimus, vel quod intelligitis de fide, qui sapientiores estis facite ut vestro studio & prædicatione minùs capaces idipsum sapiant.* Expende illa verba. *Vt idem sapiatis, quod sapimus in fide, in opere, in doctrinâ idipsum sentientes quod nos &c.* Quasi diceret nos Romæ existentes idem sapimus, idem intelligimus, eadem credimus, quæ Petrus caput Ecclesiæ universalis, quæ Ecclêsia Romana: ad eandem notitiam & fidem amplectendam & retinendam vos hortor. Quemadmodum enim unius corporis membra inter se conjuncta sunt, uno eodemque spiritu sunt animata, eidemque capiti subjecta sunt, ita si sitis membra corporis mystici, quod est Ecclesia, uno eodemque spiritu vivificari debetis, juxta illud sapientiæ cap. 7. v. 22. *Spiritus intelligentiæ sanctus unicus est.* Et 1. Corinth. cap. 12. v. 13. *In uno spiritu omnes nos in unum corpus*

Philip. c. 2. v. 2.

Thomas

Dionys.

Haymo

Anselm.

1. Cor. cap. 12. v. 13.

corpus baptizati ſumus, inquit Apoſtolus, quibus paulò poſt infert. *Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.* Ideſt membra aliis membris unita Quare eundem ſpiritum fidei habere debetis quem ego habeo, quem Petrus, qui eſt caput Eccleſiæ habet, quem Eccleſia Romana, quæ eſt Matrix veſtra. Imitari debetis Eliſeum, qui à Patre ſuo Eliâ non diverſum ſpiritum ſed eundē poſtulavit lib. 4. Reg. cap. 2. v. 9. *Obſecro ut fiat in me duplex ſpiritus tuus.* Ideſt non alius fidei ſpiritus, ſed intenſior & major. *Nam* (inquit Sanctus Bernardus ſerm. 1. de Sancto Michaële.) *videre eſt animam hominis, quemadmodum univerſa corporis membra viviſicet cohærentia ſibi. Separa ergò à junctura cæterorum, & vide an de cætero illud viviſicet. Sic eſt omnis, qui dicit anathema Ieſu, quod nemo dicit loquens in ſpiritu Dei, quia anathema ſeparatio eſt; ſic (inquam) omnis, qui ab unitate dividitur, nè dubites, quin ab eo receſſerit ſpiritus vitæ.*

4. Reg. c. 2. v. 9.

VII. Quoad Coloſſenſes, etſi aliqui dubitent fuiſſe converſos à Paulo; tamen cùm Coloſſæ ſit Civitas Phrygiæ in Aſiâ, quæ nunc vocatur Chonæ ſatis patet ibi fidem Eccleſiæ Romanæ fuiſſe receptam, quandoquidem Sanctus Paulus è carcere Romano Coloſſenſibus ſcripſerit inſectans Simonem Magum ejuſque aſſeclas hæreticos, qui Coloſſis ſua prava dogmata ſpargebant. Quod Provinciam Ioniæ (quæ eſt Regio Aſiæ minoris inter Cariam & Æolidem tum cœli bonitate, tum ſitus commoditate nulli Regionum poſthabenda) S. Paulus ſtudioſiſſimè coluerit patet ex act. cap 20. v. 17. ubi illuſtri urbe Ioniæ hæc Sanctus Lucas ſcribit. *A Mileto mittens Epheſum vocavit majores natu Eccleſiæ. Qui cùm ad eum veniſſent, & ſimul eſſent dixit eis. Vos ſcitis à primâ die quâ ingreſſus ſum in Aſiam, qualiter per omne tempus vobiſcum fuerim, ſerviens Domino cum omni humilitate, & lacrymis & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex inſidiis Iudæorum; quomodo nihil ſubſtraxerim utilium, quo minùs annuntiarem vobis, & docerem vos publicè & per domes. Teſtificans Iudæis atque Gentilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum Ieſum Chriſtum.* Per *Majores natu Eccleſiæ*, Dionyſius intelligit *Epheſinæ*. Quę (ut ſupra diximus) Romanam Eccleſiam ut Matrem agnovit ſpecialiter Miletum. Notat enim Cornelius in cap. 20. actorum id contigiſſe poſt prima Romana Pauli vincula, poſtquàm ſcilicet iis liber Hiſpaniam adiit, ac Miletum, aliasque Aſiæ urbes reviſit. Ejus porrò ſtudium ſalutis illorum exprimunt primò illa verba: *Serviens Domino cum omni humilitate.* Ideſt docēs omnes fideles verbo & exemplo. Inſtar Chriſti qui docuit omnes fideles. Nā ſemper in omnibus humiliter & profundè ſe ſubjecit in inceſſu, in ſalutatione, victu, veſtitu, ſuperioribus, æqualibus, & inferioribus ſe ſubjecit. Addit Apoſtolus *Et lacrymis*. Græcus addit: *Et multis lacrymis*. Scilicet compunctionis, ob mea & cunctorum fidelium peccata. Vel lacrymis compaſſionis ob tot fidelium miſerias & infirmitates; vel lacrymoſis orationibus; vel lacrymis impetratoriis gratiæ quæ univerſæ Eccleſiæ neceſſaria eſt. *Et tentationibus:* Dionyſius. *Perſecutionibus.* Cornelius. *Vexationibus, anguſtiis, tribulationibus.* Juxta illud Jacob cap. 1. v. 1. *Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis.* Et probatur ex ſequētibus. *Quæ mihi acciderunt ex inſidiis Iudæorum, quomodo nihil ſubſtraxerim utilium quo minùs annuntiarem vobis.* Pagninus, Vatablus, Verſio Tigurina, *Quomodo ſuffugerim, vel detrectarim eorum, quæ eſſent in rem noſtram.* Dionyſius *Non omiſi vobis communicare ea, quæ animarum proſunt, expediuntque ſaluti. Quominùs annuntiarem vobis quæ ſalutem veſtram concernunt*, Cornelius: *Nihil detrectavi, neque periculi, neque laboris, qui modò ad veſtram pertineret utilitatem.* In cujus ſollicitudinis confirmationem addit. *Et docerem eos publicè & per domos.* Ideſt privatim ſingulos in particulari, præſertim rudes & parvulos illos catechizando, & docens prima fidei rudimenta. *Facti* (inquit) *ſumus ſicut parvuli in medio veſtrùm, tanquam ſi nutrix foveat filios ſuos.* Et 1. Corinth. cap. 3. v. 1. *Tanquam parvulis in Chriſto lac vobis potum dedi.* Adeòut verùs de eo dici poſſit quod Petrus Ranzamis ſcribit de Sancto Vincentio Ferrerio in ejus vitâ. *Neque tantùm provectos erudiebat, ſed etiam pueros certis*

act. cap. 20. v. 17.

tis ad se horis evocatis instituebat, docens eos Cruce se signare, orationem Dominicam, salutationem Angelicam, fidei Symbolum, Deum colere, parentibus, & proximis quibusque honorem habere, & debita officia persolvere.

VIII. Sanctus Chrysostomus homil. 1. de laudibus Pauli ait non tantùm Asiam, sed universum orbem fuisse expertum zelum Sancti Pauli. *Qui semetipsum consecraverat Deo, etiam orbem universum studuit offerre. Qui terram videlicet ac mare Græciam, simulque Barbariam, omnemque prorsus quanta est sub cælo Regionem quasi volitans circumivit, non simplici labore, veluti in vacuum itinera percurrens, sed peccatorum spinas, pariterque evellens, & verbum seminans ubique pietatis, fugans errores, veritatem reducens, ex hominibus Angelos faciens. quinimò ipsos homines quasi ex dæmonibus in Angelos provehens.* Et infra ostendit Moysem superasse. *Ille pro unâ gente, iste verò pro universo orbe certavit, non suo ore, sed sanguine, vice sudoris undique profluente: cùm non solùm habitabiles mundi partes; verùm etiam deserta ad cultum religionis adduceret; nec solùm Græcorum populos, verùm etiam Barbarorum.* Homil. 4. *Paulus cum illâ arte vilissimâ tantam potuit inspirare virtutem, quantam ipse rerum testatur effectus. Homo etenim ignobilis, abjectus, & circumforaneus, qui artem exercebat in pellibus, in tantùm virtute progressus est, ut vix triginta annorum spatio & Romanos, & Persas, & Parthos, & Medos, & Indos, & Scythas, & Æthiopes, & Sauromatas, & Saracenos, & omne prorsus humanum genus jub jugum mitteret veritatis.* Homil. 8. *Paulo totius hoc mundi bellum omni erat pace jucundius. Delectabat enim quicumque illum propter Evangelium vulnerabat. Hinc est, quod ille Græciam, atque Barbariam cum illatis sibi vulneribus alacriter, circuibat, non minùs plagis suis gaudens quàm Regiis triumphis: haud aliter delectatus naufragiis, quàm cæteri acquisitis solent gaudere thesauris. Livoribus, quos ei verbera sæpius inferebant, quasi quibusdam gloriabatur coronis, tribulationibus ut deliciis utebatur, squallore carceris ut Paradisi amœnitate gaudebat.* *Chrysost.*

IX. Non minorem curam Ecclesiæ Asiaticæ exhibuit Sanctus Joannes Evangelista. Narrant enim Origenes lib. 3. in Genesim. Eusebius histor. lib. 3. cap. 1. Gregorius Nazian. contra Arianos. Sanctus Chrysostomus homil. 12. idem hom. 1. in Joannem. Tertullianus lib. 4. contra Marcionem forte habuisse Asiam colendam; ubi olim Philosophi floruerunt, ibi varias erexit Ecclesias. *Habemus* (inquit Tertullianus) *Alumnas Ecclesias: nam & Apocalypsim Marcion respuit. Ordo tamen Episcoporum ad originem recensus in Ioannem stabit auctorem.* Illarum porrò Ecclesiarum numerum recenset Apostolus Apoc. cap. 1. v. 4. *Ioannes septem Ecclesiis, quæ sunt in Asiâ.* Scilicet Ecclesia Ephesi, Smyrnæ, Pergami, Thyatiræ, Sardis, Philadelphiæ, & Laodicææ. Quod illas Ecclesias Romanæ Ecclesiæ subjectas esse voluerit, patet ex Evangelio Ephesi publicato, ut scribit Cedrenus in Nervâ, seu Hippolytus Episcopus Portuensis & Martyr. *Ioannes* (inquit) *Iacobi frater, cùm in Asiâ verbum Dei propagaret Imperante Romæ Domitiano in Patmum Insulam est deputatus, inde à Nervâ est revocatus Ephesum, conscripto Evanglio & patefactione, quam conspexerat vitâ excessit, annos natus centum & sex.* Sanctus Epiphanius hæresi 51. *Cogit Spiritus sanctus Ioannem recusantem Evangelium annunciare ob metum & humilitatem in senectâ ipsius post nonaginta annos vita ejus, post reversionem ejus à Patmo.* Sanctus Irenæus lib 3. cap. 1. & Eusebius lib. 5. cap. 8. Sanctus Athanasius in synopsi, secundùm Baronium anno 99. Christi, & 66. post Christi Ascensionem. In suo autem hoc Evangelio sæpè Sedis & Ecclesiæ Romanæ mentionem facit, ut Joannis cap. 10. v. 16. ubi de Ecclesiâ à se instituendâ hæc prænunciat. *Et erit unum ovile, & unus Pastor.* Cornelius ibi. *Post meam mortem & resurrectionem Apostoli spargentur per omnes gentes, illasque ad me convertent: Quare tunc gentes antea aversæ à Iudæis simul cum eis aggregabuntur Ecclesiæ meæ, quæ cæpit ex Iudæis. Tunc ergò fiet unum ovile, idest una Ecclesia collecta ex Iudæis & Gentibus in me credentibus, & unus Pastor, nimirùm Christus, ejusque Vicarius Pontifex Romanus.* Idem Cornelius ad illud Joannis cap. 12. v. 51. *Hoc autem* *Tertull.* *Cedrem*

non dixit à semetipso? sed cùm esset Pontifex anni illius prophetavit, quod Jesus moriturus erat pro gente. Subdit: *Licet* (inquit) *hoc Cayphas non intelligeret, multò minùs intenderet, soleret tamen id suggerente Spiritu Sancto advertit hîc Sanctus Joannes, & sicut ipse advertit; sic & alii viri sinceri & probi Caypham audientes idipsum nunc advertere potuerunt, æquè ac nos advertimus. Hinc disce quantam curam habeat Deus Ecclesiæ, quàmque assistat Pontifici, qui ejus est Caput, præsertim in lege novâ, quam instituit, sanxit regitq; Christus, quasi ejus caput & sponsus, nè scilicet Ecclesia Christi sponsa à fide aberret.* Illum primatum clarè innuit Christus apud eundem Joannem cap. 21. v. 16. *Pasce agnos meos*, v. 17. *Pasce oves meas.* Quibus verbis docet Sedem & Ecclesiã Romanam omnibus fidelibus, Episcopis, Apostolis, & Ecclesiis præsidere, ut fusè explicat Cornelius: cui favet Sanctus Bernardus lib. 2. de consideratione ad Eugenium Pontificem cap. 8. ubi comparat Sedem & Ecclesiam Romanam cum reliquis Sedibus & Ecclesiis. *Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos. Tibi universi crediti sunt, uni unus. Nec modò ovium, sed Pastorum tu unus omnium Pastor. Vndè id probem, quæris? ex verbo Domini. Cui enim non dico Episcoporum sed Apostolorum, sic absolutè & indiscretè totæ commissæ sunt oves? Si me amas Petre, pasce oves meas. Quas? illius, vel illius populos Civitatis aut Regionis, aut certè Regnis oves meas* (inquit): *ui planum non designasse aliquas, sed assignasse omnes? nihil excipitur, ubi distinguitur nihil. Et fortè præsentes condiscipuli erant, cùm committens uni unitatem omnibus commendaret in uno grege, & uno Pastore secundùm illud, Una est columba mea, formosa mea, perfecta mea: ubi unitas ibi perfectio. Reliqui numeri perfectionem non habent, sed divisionem: Recedentes ab unitate. Inde est, quod alii singuli singulas sortiti sunt plebes scientes Sacramentum. Deindè Jacobus, qui videbatur columna Ecclesiæ, unâ contentus est Hierosolymitanâ, Petro universitatem cedens.* Idem de Sancto Joanne dici potest, unâ contentus est Asiâ, Petro universitatem cedens. In fine capitis conversus ad Eugenium ut successorem. *Cùm quisque cæterorum habeat suam, tibi una commissa est grandissima navis facta ex omnibus ipsa universalis Ecclesia toto orbe diffusa. En quis es.* . Et Innocentius III. cap. solitæ. De majoritate & obedientiâ. Hæc effatur. *Nobis autem in Beato Petro sunt oves Christi commissæ: dicente Domino, pasce oves meas. Non distinguitur inter has oves & alias, ut alienum à suo demonstraret ovili, qui Petrum & successores ipsius magistros non recognosceret & pastores.* De hoc plura alibi, & apud Bellarminum lib. 1. de Pontifice cap. 14. 15. & 16. Unicum audiamus Irenæum Sancti Polycarpi auditoris Sancti Joannis discipulum. lib. 3. cap. 3. & 4. ubi Romanorum Ecclesiam vocat depositariam traditionum Ecclesiasticarum. *Eò quòd Apostoli plenissimè in eam contulerunt omnia, quæ sunt veritatis; ut omnis quicumque velit sumat ex eâ potum vitæ.*

A Sancto Joanne Asiam, reliquasque orbis Ecclesias Romanæ Ecclesiæ subjectas fuisse fidem facit accessus Sancti Dionysii Areopagitæ ad Clementem Pontificem. Hæc enim de eo scribit Baronius ad annum Christi 98. postquàm Sanctus Joannes ab exilio Ephesum reversus esset. *Et de restitutione Joannis nuncium accepisset Dionysius Athenarum Episcopus, sicut ad eum olim exulem in Insulam relegatum scripserat epist. 10. fore, ut brevi mutuo congressu invicem jungerentur, illum mox Ephesum convenisse æquum est opinari. At hæc tempora Dionysium egisse in Oriente facile omnes consentiunt. Post hæc verò fortasse Joannis consilio Romam ad Clementem Pontificem se contulisse, ab eodemque unà cum Rustico & Eleutherio in Gallias esse amandatum fidem faciunt, qui ex antiquioribus monumentis ejus res gestas scriptis prodiderunt. Mittendi in Gallias tam insignem, totàque Ecclesiâ spectatum virum, ea ferè necessitas incumbebat, quod primi illi à Petro ad prædicandum Evangelium ibidem missi Discipuli vitâ functi erant, quorum aliquos gladius sævientis Domitiani sustulerat. Martialis enim antiquus Discipulus vitâ sanctus erat. Sub eodem Domitiano pariter obiisse diem Eutropium, Lucianum. Quamobrem Nobilissimæ Gallicanæ jam adolescenti Ecclesiæ pastoribus destitutæ, Clemens I. (qui alios eodem miserat) opportunè consuluit, ut Dionysium in Galliam mitteret.* Hanc legationem Apostolicam ita probat. *Nam cùm Dionysius sub Hadriano Imperatore consummarit Martyrium, ad illud planè constat tempus quadratum rexisse Ecclesiam Athenensium, & ante eum Publium. Quinimò & Narcissus*

X.

Narcissus Domini Discipulus, ante hos omnes post Dionysium ab Hippolyto ponitur; ut satis ex his appareat, illos vivente adhuc Dionysio creatos esse Athenarum Episcopos, quod ille fuisset aliò amandatus. Sed quonam? certè ad alias Civitates, vel Provincias, quam in Galliâ missum esse, nulla prorsus, vel levis memoria extat, vel conjectura. Nec existimare fas est eum hisce temporibus, omnibus Apostolis, excepto uno Ioanne morte sublatis, cum maximâ omnium incumberet necessitas prædicandi Evangelii suæ Ecclesiæ nuncio remisso segnem & otiosam vitam sibi constituisse. Sicut igitur postea factum scimus à Polycarpo Ioannis Evangelistæ Discipulo, ut ex Asiâ complures in Gallias ad Evangelium prædicandum, illudque pariter propagandum missi fuerant, ita nunc putamus persuasione Ioannis Dionysium Romam primùm ad Clementem. Indè ejusdem consilio in Galliam esse profectum

XI. Non est dubium quin reliqui Apostoli qui aliquas Asiæ Regiones Evangelii causâ peragrarunt, eandem subjectionem erga Romanam Ecclesiam & Sedem inculcarint, maximè ad annum Christi 44. quo Sanctus Petrus venit Romam, & ibi Sedem fixit. Vel post exequias Beatæ Virginis quibus omnes Apostoli interfuerunt, ut testantur Sanctus Joannes Damascenus de dormitione Virginis, Bernardus de Busto in Mariali tract. de Assumpt. Virg. Sanctus Melito orat. de Assumpt. Virginis & alii. Sanctus Andræas, secundùm Sanctum Gregorium Nazian. oratione in Arianos Græciam perrexit; indè in Epirum aliàs Chaoniã, nunc verò Albaniam in quâ ex Plinio lib. 6. cap. 34. Gel. lib. 9. cap. 4. pueri canescunt, & plus cernunt oculis per noctem, quàm inter diem. Secundùm Nicephorum Callistum lib. 8. cap. 6. Nicephorum Constantinopolitanum in chron. Byzantii in Thraciâ Ecclesiam erexit, & Episcopum constituit Secundùm Abdiam in Andreâ Nicææ in Bithyniâ. Secundùm Sophronium de scriptoribus Ecclesiasticis, Dorotheum in Synopsi prædicavit Evangeliũ Sacis, Sogdianis & Æthiopibus. Sanctus Philippus ex Nicephoro lib. 2. cap. 39. Metaphraste 15. Novembris Asiam superiorem sacro Evangelio imbuit. Sanctus Thomas juxta Sanctum Gregorium Nazian. homil. ad Arianos Indias penetravit; juxta Sanctum Chrysostomum homil. de 12. Apostolis, Æthiopiam perrexit, juxta Theodoretum de veritate Evangelicâ lib. 9. Parthis, Medis, Persis, Brachmanis, Indis, cœlestem doctrinam annunciavit. Juxta Nicephorum lib. 2. c. 40. Taprobanam Insulam peragravit: Sanctus Bartholomæus in majorem Armeniam profectus (ex sancto Chrysostomo homil. de 12. Apostolis) Lycaonas populos ad fidem convertit. Ex Sophronio apud Hieronymum de scriptoribus Ecclesiasticis. Albanis, secundùm Eusebium lib. 1. Indis prædicavit. Sanctus Matthæus apud Origenem lib. 3. in Genesim, Socratem lib. 1. cap. 15. Æthiopiam sacrâ doctrinâ imbuit. Sanctus Simon Cananæus qui & Zelotes dictus est, & S. Thadæus Mesopotamiâ Christi fidem annunciarunt. Denique S. Mathias, qui locũ Judæ proditoris accepit in Æthiopiam, post in Judæam Evangelii causâ perrexit, ut ferunt Sozomenus apud sanctum Hieronymum de scriptoribus Ecclesiasticis, & Nicephorum lib. 2. c. 40. & ex eo confirmatur, quod sanctus Matthæus primus omnium Evangelium scripsit Hebraico sermone, secundùm Eusebium in chronico, & Baronium ad annum Christi 41. priusquàm Apostoli per orbem dividerentur, quod reliqui Apostoli in suam Provinciam delegatam profecturi acceperunt, præcipuè sanctus Bartholomæus in Indiam iturus, teste Eusebio lib. 5 histor. cap. 10. Sancto Hieronymo de scriptoribus Ecclesiasticis in Pantæno. Sanctus Barnabas propriâ manu descriptum quaquà versum circumtulit, ac tandem pro eo Martyr in Cypro occumbens cum eodem ut pignore cœlestis Beatitudinis voluit sepeliri, quod posteà sub Zenone repertum est, ut habet ejus vita. At Christus Matth. c. 16 v. 18. de primatu Petro & successoribus collato ait. *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam &c.* Cornelius ibi. *Quæ vox Petri, & petræ, notat Sancti Petri, quasi Principis Ecclesiæ, & successorum ejus Pontificum soliditatem & constantiam in fide & religione Christi.* Et Sanctus Bernardus lib. 2. de consi-

Matth. c. 6. v. 18

consideratione ad Eugenium cap. 8. ubi Pontificem ita affatur. *Quis es? Sacerdos Magnus, Summus Pontifex, tu Princeps Episcoporum, tu hæres Apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noë, Patriarchatu Abraham, Ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, judicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus. Tu es, cui tradita claves, oves creditæ sunt.*

XII. Sanctus Lucas Evangelista eundē Sedis & Ecclesiæ Romanæ primatum Asiaticis commendasse colligitur ex ejus Evangelio. Nam Origenes, Theophilactus, Sanctus Ambrosius in Lucam, S Epiphanius hæresi 51. aiunt Sanctum Lucam exarasse suum Euangelium contra nonnullos oscitantes & imperitos, seu falsos Evangelistas qui in Syriâ Asiæ Regione (cujus insignes Civitates ex Ptolemeo lib 5. sunt Antiochia, Apamea, Hierapolis, Laodicea, Palmyra, Heliopolis, Sidon, Ptolemais, Botrys, Berytus, Byblus, Tripolis, Cæsarea, Seleucia, & Damascus: Montes, clariores Carmelus, Libanus, Casius. c.5 v.3. *Luc. c. 5. v. 3.* scribit S. Lucas quod *Christus ascendens unā navem, quæ erat Simonis rogavit eum à terrâ reducere pusillum: & sedens docebat de naviculâ turbas.* Quid per illam navim Petri intelligit? Ecclesiam Sanctus *S. Greg.* Gregorius lib. 17. moral. cap. 14. *Per navim Petri quid aliud quàm commissa S. Amb. Petro Ecclesia designatur.* Sanctus Ambrosius serm 62. *Ergò Petri navim elegit, Moysis dejecit, hoc est spernit Synagogam perfidam, fidelem assumit Ecclesiā.* In eâ Christus docet cujus Petrus rector *S. Greg.* est. Sanctus Gregorius supra. *De quâ ut turbis confluentibus Dominus prædicet, eam à terrâ paululùm reduci jubet.* *S. Amb.* Et Sanctus Ambrosius serm 11. *Hanc solùm Ecclesiæ navem ascendit Dominus; in quâ Petrus Magister est constitutus.* Alia navicula contemnitur, Petri navis eligitur: quia Christus desertâ Synagogâ Ecclesiam elegit, dilexit. Sanctus Ambrosius: *Quam adducendam de duabus magis oportunam Dominus judicavit, quæ & tutum Salvatorem præstet ab injuriâ, & credulitatis hominibus largiatur eloquia. Inventemus enim Dominum navigasse in aliā navi, & gravibus injuriis lacessitum. Navigavit enim cum Moyse in Mari Rubro, quando populum Israel per undarum fluenta transvexit: sed gravibus est affectus injuriis; sicut ipse ait in Evāgelio ad Judæos. Si crederetis Moysi, & mihi crederitis. Ioann. c.5. v 46. injuria autem Salvatoris est crudelitas Synagogæ.* Quibus innuit ideò Synagogā à Christo desertam, quia ipsi ingrata fuit, eumque injuriis lacessivit: Ecclesia verò ab eodem eligitur, ut plurimis charismatibus donetur, impleatur, ut idem Sanctus Ambrosius consequenter docet. *Ex his ergò duabus naviculis una relinquitur ad terram inanis & vacua altera producitur in altum onusta vel plena. Vacua enim Synagoga relinquitur in littore: onusta autem Ecclesia assumitur. Synagogā (inquam) remanet ad terras, quasi terrenis inhærens operationibus, Ecclesia autem in altitudinē revocatur tanquā cælorum profunda sacramēta discutiens.* Ideſt Synagoga nihil nisi terrenū sapiebat, ut Luc. c. 4 v. 22, Judæi. *Nonnè hic est* (inquiūt) *filius Joseph Fabri?* At Ecclesia ad divinorum contemplationem & discursum effertur. Matt. c.16. v.16. *Tu es* (inquit Petrus) *Christus filius Dei vivi.* Ibi ergò Christus docet turbas, quia non alibi reperitur vera doctrina, non alibi est assistentia S. Spiritus. S. Ambrosius serm. 11. *Petrus Magister est constitutus.*

XIII. Petri excellentiam manifestavit Christus, dum non eum jussit, sed rogavit eum à terrâ reducere navim paulùm *Rogavit eum à terrâ reducere pusillùm.* Vatablus, *Rogavit eum, ut à terrâ navem ageret paulùm.* Theophilactus, *rogavit eum, ut à terrâ abduceret pusillùm.* Non imperanter eum affatur, sed benignè; non cogit, sed rogat. Dionysius & Haymo hujus obsecrationis proferūt rationes morales: sed mihi hæc occurrit. scilicet Christum in Petro capitis Ecclesiastici dignitatem honorare voluisse, sic Matthęi c.17. v 29. Christus ordinavit, ut æquale tributum penderetur Cæsari pro se & pro Petro. *Invenies staterem, illum sumens, da eis pro me & te.* Cur hoc? Cornelius. *Honoris causâ, ut innueret suæ familiæ, & Ecclesiæ Vicarium, ac cæterorum Apostolorum, omnium caput & Principem à se destinari.* Illi arridens Sanctus Augustinus q.75. ex novo testamento. *Salvator cum pro se & Petro dari jubet, pro omnibus exsoluisse videtur: quia sicut in Salvatore*

Salvatore erant omnes cauſæ magiſterij; Ita & poſt Salvatorem in Petro omnes continentur. Ipſum enim conſtituit eſſe caput eorum, ut Paſtor eſſet gregis Dominici. Hâc ſolutione innuit Petrum eſſe caput & Paſtorem Apoſtolorum & fidelium. Hæc eſt mens ſancti Hieronymi, Paſchaſii, Origenis, & ſpecialiter ſancti Chryſoſtomi homiliâ 59. in Matthæum.

XIIII. Sanctus Lucas proſequitur commendare ſancti Petri ſingularem præ reliquis Apoſtolis eminentiam v. 4. *Vt ceſſavit autem loqui. Dixit ad Simonem, duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam.* Cur ſoli Petro hoc dicit, & non Andreæ &c? Quid per navem intelligit? Eccleſiam. Sanctus Bernardus lib. 2. conſider. cap. 8. ſic Eugenium Papam alloquitur. *Cùm quiſque cæterorum habeat ſuam, tibi una commiſſa eſt grandiſſima navis, facta ex omnibus, ipſa*
S. Bern. *univerſalis Eccleſia tota orbe diffuſa.* Illius navis ſummus nauclerus eſt Petrus: ſupremus piſcator eſt, qui coram omnibus laxat retia, plurimosque piſces
S. Cyrill. attrahit. Sanctus Cyrillus apud Corderum. *In utilitatem proſpectantium juſſit Petro paululùm à terrâ ſolvere, ac laxare in capturam rete* Ille eſt qui alios diſcipulos ad piſcandum inducit. Joannis cap. 21. v. 3. *Dicit eis Simon Petrus: Vado piſcari.* Syrus: *Abeo venatum piſces.* Diſcipuli dicunt ei: *Venimus & nos tecum.*

XV. Non caret myſterio Dominicus ſermo, quo ait Petro v. 4. *Duc in altum.* Vatablus: *Age navim in altum.* Franciſcus Lucas: *Provehe navim in altum.*
Virgilius Ideſt in profundum. Ut patet in Virgilio lib. 1. Æneïdos.

Vix è conſpectu ſiculæ telluris in altum
Vela dabant læti & ſpumas ſalis ære ruebant.

Saluſtius Saluſtius: *Piſcatoriâ ſcaphâ in altum*
Plautus *navigat.* Plautus in Meniſc. 1. *Cùm ex alto procul navita terram conſpiciunt.* Idem Aſni. ſcen. 3. *Quò magis te in altum capeſſis, tam te æſtas in portum refert.* Idem in Milit. ſc. 1. a. 2. *Vbi ſumus provecti in altum.* Quid per altum vel profundum maris vel aquæ intelligit? myſteria ſupernaturalia, quæ captum noſtræ mentis ſuperant, quæ in ſolâ navi Petri, ideſt Eccleſiâ explanantur. Rectè ſanctus Ambroſius ſerm. 42. in Dominicâ 5. poſt Pentecoſtem. *Eccleſia in altitudinem revocatur tanquam cœlorum profunda ſacramenta diſcutiens, in illam ſcilicet altitudinem, de quâ Apoſtolus ait, ô altitudo divitiarum! propterea dicitur Petro, duc in altum, hoc eſt in profundum diſputationum generationis divinæ. Quid tam profundum, quam quod ait Petrus Domino, Tu es Chriſtus filius Dei vivi?* Expende illa verba. *Duc in altum, hoc eſt in profundum diſputationum generationis divinæ &c.* Quòd confirmat lib. 3. de Virginibus. *Dicitur Petro, duc in altum; hoc eſt duc in Chriſtum: altus enim eſt Chriſtus, de quo dicitur: Et tu puer Propheta Altiſſimi vocaberis.* Lucæ cap. 1. *Duc ergò ad Chriſtum, & bene altum, in quo eſt altitudo divitiarum.* Cui præcipit aſcendere in altum: *Age navim in altum?* Petro Apoſtolorum Coriphæo. Illi cõmittit Chriſtus explicationem & pertractionem myſteriorum. Sanctus Ambroſius eodem libro de Virginibus, *Duc in altum diſputationis tuæ, fideique remigium; duc in corde viri.* Sed quis dubitabit: quomodo Chriſtus jubet Petrum vehere navim in altum, cùm Apoſtolus Rom. cap. 11. v. 20 prohibeat nobis rerum altiſſimarum ſcientiam? Illã difficultatẽ proponit Caſſianus l. 9. *Caſſian.* c. 15. *Sed cur petitur altitudo maris, cùm ab Apoſtolo prohibeatur altum ſapere cum dicit: Noli altũ ſapere, ſed time.* Solvit hoc modo. *Sed nec hoc altum petere ſuadebatur à Chriſto, ſed altum maris profuturo myſterio, altum ſcilicet fidei, cæterarumq; virtutum: Altum ſcilicet profundum intelligentiæ Prophetarum, in quibus, velut in figuris profunda, & revelanda myſteria latitabant.* Quaſi diceret: Chriſtus prohibet altum ſapere, hoc eſt vitium ſuperbiæ & elationis, non autem intelligentiam ſcripturarum, fidem myſteriorum cœleſtium. De hâc ſacrorum myſteriorum celſitudine dicebat Mulier Samaritana Chriſto Ioannis cap. 4. v. 11. *Joan. c. 4. v. 11.* *Puteus altus eſt.* Syriacus, Vatablus, Pagninus, Theophilactus. *Puteus profundus eſt.* Hanc altitudinem, ſeu profunditatem ita explanat. Tam profunda & alta ſunt myſteria fidei, ut ſuperent captũ noſtri intellectus. Principalitatẽ Sedis & authoritatis Apoſtolicæ declaravit citato c. Lucæ v. 10. *Noli timere ex*

hoc jam homines eris capiens. Syriacus: *Nè timeas poſt hac piſcaturus es homines ad vitam.* Arabicus: *Et nunc eris piſcator, qui piſcaberis homines.* Sãctus Ambroſius lib. 5. Hexam. cap. 6. *Eris homines vivificans.* Tertullianus lib. 5. contra Marcionem cap. 9. *Ne time abhinc eris homines capiens.* Cajetanus: *Ex hoc nunc eris homines vivos capiens.* Quid eſt *ex hoc; abhinc, poſt hac.* Noſter Sylveïra: *Ab hoc, nunc, ex eo tempore, ceu ex eo eventu.* Quid per illa verba, *Eris homines ad vitam capiens*, intendit? Diſtinguit futuram Petri piſcationem à piſcatione naturali. Quod hac piſces vivi capiuntur, ut occidantur; at in piſcatione futurâ Petri capientur homines mortui, ut ex aquis & diluvio peccatorum educantur, & per Baptiſmum regenerentur ad vitam. Cur ſoli Petro ait, *Eris homines capiens?* Cùm antea vocarit Petrum & Andream fratrem ejus. *Mittentes rete in mare erant enim piſcatores* Matthæi c. 4. v. 18 & dixerit illis v. 19. *Venite poſt me faciam vos fieri piſcatores hominum.* Vocantur piſcatores, & promittitur illis à Chriſto captura piſcium, non abſque myſterio. Tertullianus lib. 4. contra Marcionem cap. 9. *Non ſimplex factum videri poteſt, de quo argumentum proceſſurum erat: hoc enim dicto intellectum illis ſuggerebat, adimpletæ prophetiæ ſe eum eſſe, qui per Ieremiam pronũciaverat. Ecce ego mittam piſcatores multos.* Qui ſcilicet ſagenam Dominicam implerent non piſcibus, ſed hominibus: non illos mactandos, ſed vivificandos: non corporaliter, ſed ſpiritualiter. Sanctus Calixtus Papa ſermone de ſancto Iacobo. *Miſit ad prædicandum animas prælegerat.* Et Euſebius Gallicanus homil. de ſancto Andreâ. *Vocat Dominus piſcatores; quoniam tales ei erant neceſſarii, qui aquis aſſueti, & piſcandi, & baptizandi eſſent periti. Ideòq; non artem mutare eis præcepit; ſed longè meliores piſcatores, & alterius generis piſcium eos piſcatores fore promittit, dicens: Venite poſt me &c.* Quaſi diceret oportunè elegit in Apoſtolos non fabros lignarios, ferrarios, latomos, agricolas, lanifices, aurifices &c. ſed piſcatores, quia artem piſcatoriam ſpiritualem exercere debebant, ideò autem præſentibus aliis Apoſtolis maximè Jacobo, & Joanne ſpecialiter, ait Petro. *Noli timere ex hoc jam homines eris capiens.* Ut doceat Petrum præ aliis præeminenriam habiturum in regimine Eccleſiæ. Beda: *Ex hoc jam homines eris capiens, ad ipſum Petrum ſpecialiter pertinet. Exponit enim ei Dominus, quid hæc captura piſcium ſignificet. Quia videlicet ipſe ſicut nunc per retia piſces, ſic aliquando per verba ſit capturus homines; totusque facti hujus ordo, quod in Eccleſiâ, cujus ipſe typum tenet, quotidie geratur, oſtendit.* Ideſt hoc dicto vaticinabatur ac pollicebatur Chriſtus ipſum & ſucceſſores in ſupremo Pontificatu capturum homines in ſagenâ Eccleſiæ. Eundẽ laborem in capturâ piſcium S. Joannes ſoli aſcribit Petro cap. 21. v. 11. *Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piſcibus, centum quinquaginta tribus.* Cur ait traxit, non verò traxerunt: ut innuat Eccleſiæ regimen, ſpecialiter ad Pontifices Petri ſucceſſores ſpectare. Cornelius: *Significavit Chriſtus omnes gentes concludendas eſſe reti Eccleſiæ, & Evangelicæ prædicationis, cujus Caput & Princeps eſt Petrus, ejuſque Succeſſor Pontifex Romanus.*

Matt. c. 4 v. 19. *Tertull.* *Euſebius Gallic.* *Joan. c. 20. v. 11* *Cornel.*

XVI. Supremam hanc juriſdictionem in Eccleſiâ idem Chriſtus prædixit Lucæ cap. 22. v 31. dum illum ita affatus eſt. *Simon, Simon ecce Sathanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum: Et tu aliquando cõverſus confirma fratres tuos.* Quę verba Theophilactus hâc explicat paraphraſi. *Quia te habeo, ut Principẽ diſcipulorũ, poſtquàm negato me fleveris, cõfirma cæteros: hoc enim te decet, qui poſt me Eccleſiæ petra es, & fundamentum.* Et ſanctus Leo ſerm. 3. de anniverſario ſuæ Aſſumptionis ad Pontificatum. *Pro fide Petri propriè ſupplicatur tanquam aliorum ſtatus certior ſit futurus, ſi mens Principis victa non fuerit.* Vocat Principem Apoſtolorum, fundamentum & petram Eccleſiæ: quia reverà ipſe & ſucceſſores Pontifices Romani nunquam publicè à fide defecturi erant, vel Eccleſiam in aliquam hæreſim aut errorem inducturi erant; ut idem ſanctus Leo docet ſerm. 2. de Natali SS. Petri & Pauli. Sanctus Cyprianus epiſt. 3. ad ſanctum Cornelium, Lucius I. Fœlix I. Agatho I. Nicolaus I. Leo IX. Innocentius III. San-

ctus

ctus Bernardus & alii, quos referemus agendo de Pontifice Romano. Illa enim Christi promissio facta Petro, ejusque successoribus maximè spectat ad tempus, quo Petrus Christo superstes cœpit esse caput Ecclesiæ, scilicet illicò à Christi morte. Tandem sacer Evangelista c. 24. v. 34 introducit Apostolos, & eos, qui cũ illis erãt, dicẽtes: *Quod surrexit Dominus verè & apparuit Simoni.* Cur Simoni specialiter apparuit ante alios Apostolos & Discipulos? scio S. Augustinũ de cõsensu Evãgelistarũ dicere Christũ primò apparuisse Petro ut lapso pœnitẽti, sed potius dicendũ, illi primò apparuisse, quia Princeps totius Ecclesiæ erat. Sic intelligendus Apostolus 1. Corinth. c. 15. v. 3. *Tradidi vobis, quòd & accepi, quoniam Christus mortuus est, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertiâ die secundùm scripturas, & quia visus est Cephæ, & post hoc undecim: deinde visus est plus quã quingentis fratribus. Deinde visus est Iacobo deinde Apostolis omnibus: novissimè autem omnium tanquam abortivo visus est & mihi.* Cur separatim mentionem facit Cephæ, ideſt Petri? Cur non ait, & quia visus est undecim, vel duodecim? Sanctus Chrysostomus ibi. *Itaque non omnibus initio visus est, nec pluribus simul: sed uni tantùm & ei Principi, & fide maximè digno.* Particula *Principi*, nõ denotat aliquem principatũ sæcularem & politicum, sed spiritualem & Ecclesiasticũ, non ratione opũ; sed fidei. *Petro primũ apparet: nam qui Christũ confessus erat, non abs re primus etiam resurgentem videt.* Quem sequitur Theophilactus *Quod visus sit Cephæ; in primis, qui cæteris omnibus authoritate præeminebat, ponit.* Et mox: *Quòad viros attinet, primum à resurrectione exhibuit se conspiciendum Petro, & inter Discipulos primùm obtinenti locum.* Plura loca ex actibus Apostolicis ab eodem Lucâ conscriptis producere possem. Unicum tantùm atque alterum proferam Act. cap. 5. postquàm Ananias & Saphira fraudarunt pretium agri v. 3. *Dixit Petrus, Anania, cur tentavit Sathanas cor tuum mentiri Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri.* Cur Petrus solus loquitur, ac illos corripit? quia (inquiunt Glosa & Hugo) *Primas Apostolorum, & Ecclesiæ caput.* Et c. 9. v. 32. *Factum est* (inquit Lucas) *ut Petrus dũ pertransiret universos deveniret ad Sãctos, qui habitabãt Liddæ.* Cornelius ibi: *Tanquam caput fidelium lustrans universos, sicut Princeps perambulabat regiones sibi subjectas, omnia lustrans, omnibus providens; & jus dicens perambulare enim est Principum, & denotat authoritatem & jus dicendi.* Quod perambulare authoritatem denotet, patet Zachariæ cap. 1. v. 10. *Respondit vir, qui stabat inter myrteta, & dixit: Isti sunt, quos misit Dominus ut perambulent terram.* Cornelius: *Isti sunt Angeli præsides Regionum, quos Deus misit lustrare eadem.* v. 11. *Et responderunt Angelo Domini, qui stabat inter myrteta, & dixerunt: Perambulamus terram.* Idem Cornelius, *Perambulare in Principibus, quales sunt Angeli notat principatum, puta actum visitandi, inquirendi, perscrutandi, disponendi res omnes. Vndè illud Ezechielis 14. cap 28. v. 25. In medio lapidum ignitorum ambulasti. Quasi diceret Inter Cherubinos, tu ô Cherub principatum habuisti &c.* Quod autem per principatum Petro & successoribus collatum, sanctus Lucas accipiat Sedem & Ecclesiam Romanam, patet ex eo quod scripsit Evangelium suum post annum Christi 51. postquàm adhæsit Paulo Troade: ante quod tempus S. Petrus Cathedram constituerat an. 44. die 18. Januarii, ac Ecclesiam Romanam fundarat. Quòad acta Apostolorum, ea exaravit anno Cathedræ Petri Romæ fundatæ 14 & Neronis 2. post vincula Romana sancti Pauli, ut patet ex cap. ult. v. ult. actorum. *Mansit autem biennio toto in suo conducto, & suscipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum, prædicans Regnum Dei, & docens, quæ sunt de Domino Iesu, cum omni fiduciâ, sine prohibitione.* Ideſt moratus est duobus annis usque ad annum Christi 61. in domo cõductâ, quæ postea conversa est in Ecclesiam Sanctæ Mariæ in viâ latâ, deinde sanctus Lucas fuit individuus comes S. Pauli ut refert S. Hieronymus in cap 65. Isaiæ, & præfatione in Matt. his verbis. *Lucas Medicus natione Syrus, Antiochensis, cujus laus in Evangelio, qui & ipse discipulus Apostoli Pauli.* Quẽ sequitur S. Irenæus l. 1. c. 20. & alii. Tertullianus lib. 4. contra Marcionem cap. 5. existimat Evangelium Lucæ non

Zachar. c. 1 v. 10

Cornel.

tam esse Lucæ, quàm Pauli, ex eo quòd illud ex ore Pauli scripserit. Cùm igitur Sanctus Paulus non aliam Sedem & Ecclesiam supremam, quàm Romanàm agnoverit; idem concludendum est de Sancto Lucâ.

XVII. Quod S. Marcus Ecclesiam & Sedem Rom. ut reliquarũ Matrẽ suspexerit nemo inficiari potest, Cùm Petri socius & interpres fuerit, & Romæ suum Evangelium contexuerit, secũdùm sanctum Hieronymum in cathalogo scriptorum Eccles. *Marcus* (inquit) *discipulus & interpres Petri, juxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus breve scripsit Evangelium, quod cùm Petrus audisset, probavit & Ecclesiæ legendum suâ auctoritate dedit.* Expende illa verba: *Ecclesiæ legendum suâ auctoritate*, non dicit Paulus &c, audisset, sed Petrus; non dicit Antiochenæ, Alexandrinæ &c, Ecclesiæ; sed simpliciter, scilicet Romanæ, quia Mater est: suâ authoritate, scilicet Apostolicâ & Pontificiâ. Per fratres à quibus rogatus fuit, intelliguntur Christiani Romæ à Petro conversi, priusquã Marcus Alexandriã proficisceretur. Deinde suum Evangelium exaravit, post fundatam Ecclesiam ab Apostolo Petro, ut notat Baronius ad annum Christi 45. seu post decimum annum à Passione Christi. Imò sanctus Irenæus lib. 3. cap. 1. ait Marcum scripsisse suum Evangelium post obitum Petri & Pauli Apostolorum; licet ab eâ opinione omnes ferè dissentiant, maximè Baronius. Idioma etiam quo scriptum est Evangelium satis testatur exaratum in favorem, & honorem Sanctæ Ecclesiæ Romanæ. Nam Syrus in fine Evangelii sancti Marci hæc addit, *Finit Evangelium sanctum, Evangelium sancti Marci quod locutus est & evangelizavit Romæ Romanè.* Arridet S. Gregorius Nazianzenus in carmine de quatuor Evangelistis.

Marcus at Ausoniæ Christi miracula scripsit

Hæc memorat nixus, Petri sermone fideq;

Si enim extraneâ linguâ quam Romanâ seu Latinâ scripsisset, Romani ad quorum instantiam illud opus prodibat non intellexissent, cùm lingua Græca jam apud Romanos exoleviſſet. *Nam* (inquit Baronius anno citato) *Claudius Imperator, sub quo à Marco scriptum est Evangelium, non tantùm non permisit Romanis Græco aliquando loqui sermone, sed & Græcum hominem Latini prorsus sermonis ignarum Græcè loquentem Magistratus abdicatione damnavit.* Quod probat ex Suetonio in Claudio cap. 16. & ex Juvenali Satyrâ 16. Philostrato lib. 5. ac ostendit quantùm lingua Græca à Romanis sperneretur. Utrâque linguâ suũ Evangelium scripsisse sanctum Marcum refert Cornelius, argumento in sanctũ Marcum, post Genebrardum anno Domini 44. Barradium tom. 1. lib. 1. cap. 19. Possevinum in Bibliothecâ in Marco. Adrianum Finum lib. 6. flagelli cap. 7. Petrum de Natalibus, Aquilinum in Cathalogo Sanctorum lib. 4. cap. 86.

Postquàm sanctus Petrus Ecclesiam XVIII.
& Sedem Romanam stabilivit, misit S. Marcum in Asiam & præcipuè Alexandriam Syriæ Civitatem, ex Baronio tom. 1. ad annum Christi 45. Cornelio in Marcum, & in chronotaxi actuum Apostolorum, nostro Lezanâ tomo 2. Annalium anno Christi 45. ubi Ecclesiam erexit sub obedientiâ Romanæ Ecclesiæ, ita sanctus Hieronymus lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis in Marco, Cedrenus in Claudio Petrus Damianus, in sermone, Surius in vitâ sancti Marci, ubi maximè Essenis, Eliæ & Elisei successoribus Christianæ fidei documenta tradidit, inquit noster Lezana post Philonem in libro, quod omnis probus sit liber, in libro de vitâ contemplativâ, & in apolog. Hieronymum lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis in Marco; Cedrenũ in Claudio & alios apud eundẽ Lezanã. Et quemadmodũ sanctus Marcus sanctum Petrum non tantùm magistrum habuit, sed etiam ipsum ut caput Ecclesiæ universalis suspexit, ita universos Ecclesiæ Antiochenæ alumnos, eidem Sedi & Ecclesiæ Romanæ subjici voluit.

Quam subjectionẽ protestata est ea- XIX.
dem Ecclesia Alexandrina, præcipuè anno 340. narrat enim Baronius ad illum annum Eusebianos sancto Athanasio adversarios, fuisse vocatos Romam, ut in judicio responderent, & ad hoc missos à Julio Papâ in Orientem legatos Elpidium, & Philoxenum Præsbyteros, quò profectus est S. Athanasius.

Ubi

Ubi inſigne fidei ſuæ reliquit monumentum, ſcilicet Symbolum, quod Athanaſii nomine in Eccleſiâ Catholicâ publicè recitatur. Qui enim Romam citatus ſe contulit judicandum, quò ejus Eccleſiæ communionem mereretur, edidit publicam Catholicæ fidei profeſſionem Latino ex more ſermone, quæ cognita, atque ſuſcepta in Romanæ fuit Eccleſiæ ampliſſimo Archivio, unàcum actis Synodi tunc ibidem habitæ collocata.

XX. Circa annum 522. Lazorum populi Iberis ad portas Caſpias ſitis contermini Chriſtianam fidem amplexi ſunt, & in ſinum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ recepti. Et anno 856. eorum Rex pietatis ergò ad limina Apoſtolorum venit, ac præclara munera ſancto Petro obtulit, apud eundem Baronium poſt Anaſtaſium Bibliothecarium. Ad hujus argumenti confirmationem placet huc adducere hiſtoriam impii Mahometis (à quo improba Mahometanorum ſecta oborta eſt) originem ejuſq; & ſucceſſorum in Eccleſiam Tyrannicã perſecutionem omiſſis. Quæ narrant Baronius ad annum 630. & Jacobus de Vitriaco Cardinalis in hiſtoriâ Hieroſolymitanâ cap. 5. unici Arnoldi Boſtii Ordinis noſtri hiſtoriam proferam, hic lib 5. cap. 81. ſcribit. *Circa annum Domini 635. mirabilia quædam contigiſſe narrantur: Cometa apparuit, puer quadrupes, & alter duos vertices habens nati ſunt apud Conſtantinopolim, ſanguineæ haſtæ, & lux clariſſima per noctem totam videbatur. Puer naſcitur ſine oculis, & manibus, qui à lumbis infra erat ſicut piſcis. In Nilo apud Ægyptum duo animalia apparuerunt humanæ formæ, vir & mulier horribilia aſpectu: quaſi per unum diem Sol à mane uſque ad meridiem minoratus eſt de tertiâ parte. Quæ omnia aliquid novi ſolent ſignare. Quidam putant, quod præfiguraruntbeſtialem & monſtruoſam ſectam Saracenorum, quæ tertiam partem Chriſtianitatis in brevi corrupit, & non longè poſt hæc tempora ſurrexit. Non paucis evolutis annis Mahometus propheta falſus Saracenorum, deceptor orbis, nuncius Satanæ, præcurſor Anti-Chriſti, complementum hæreſum, ac totius falſitatis prodigium ſurrexit, & veſaniam ſuam oſtentare cæpit. Fuit enim Magus & mercator viliſſimus, ac epilepticus: habuit etiam originem ab Iſmaëlitis, qui dicuntur Saraceni, in Arabiâ natus, & cùm eſſet mercator pauperrimus, divitem viduam duxit in uxorem, dicens ſe eſſe Meſſiam. Quæ cùm doleret quod Epileptico nupſiſſet: ne perciperetur falſitas ſua, dicebat uxori & aliis ſe ab Archangelo viſitari, cujus claritatem ferre non valens ſic caderet in terram. Factus Princeps latronum ſubtiliter Arabes ſibi attraxit, qui tunc valdè ab Heraclio Imperatore gravabantur, & dedit illis legem ſuam, dicens ſe eſſe Prophetam ſanctum à Deo miſſum; inſuper Alcoranus ab eo componitur, & à tribus magiſtris ſuis, quibus diabolus authoritatem & induſtriam ſubminiſtrabat. Primus magiſter erat quidam Iudæus Aſtronomus maximus. Secundus Ioannes de Antiochiâ hæreticus. Tertius Sergius Arianus Apoſtata, tam à fide, quàm à converſatione Monaſticâ. Hi legem abominabilem confixerunt, reſecantes quidquid arduum erat in credendo, & difficile in operando, concedentesque omnia, ad mundana homines pronierant, videlicet gulam, luxuriam, rapinam &c. Vndè factum eſt, ut per potentiam, & dolum deciperent in brevi maximam multitudinem hominum beſtialium. Et quia lex iſta nimis inhoneſta, & confuſa erat, quidam humanâ verecundiâ permoti plura tractarunt, ac velut expoſitores rationabiliter interpretabantur aliqua nimis mendoſa &c. Cùm ergò Mahometus Rex Arabum factus in Syriâ regnare cæpiſſet, duobus annis ſequentibus diverſa bella gerens, Perſas vicit, & gentes alias multas, & ex tunc, quiâ Saracenus in Arabiâ natus fuerat, tranſlatum eſt nomen Imperii à Perſis ad Saracenos. Igitur cunctis gentibus ſibi ſubjectis legem ſuam prædictam dedit. Et ſic velut alter Ieroboam decem partes abſtulit domui David, ideſt Eccleſiæ Chriſti, quia penè totum mundum decepit.* His verbis *Eccleſiæ Chriſti*, intelligit Eccleſiam Romanam. Quod patet ex ſequentibus. *Et niſi* (inquit) *Carolus Magnus, & alii quidam Principes juvante Deo cultores ejus coërcuiſſent totaliter fidem Chriſti extinxiſſet* At Carolus Magnus & Principes illi adhærentes Sanctæ Romanæ Eccleſiæ alumni fuerunt. Et confirmatur à Jacobo Vitriaco loco citato, ubi Deum permit-

tentem, ut iſte præcurſor Anti-Chriſti Aſiam, Africam, & magnam Europæ partem depopuletur, ita gemens affatur. *Iuſtus es Domine, ſi diſputem tecum; veruntamen juſta loquar ad te, cur beſtiæ tam crudeli tam laxas habenas conceſiſti? quare tanquam potens crapulatus à vino, & tanquam vir potens, qui ſalvare non poteſt, tanto tempore ſiluiſti, conculcante impio, & vaſtante vineam tuam, & tot animarum millia, pro quibus ſanguinem fudiſti tibi auferente. Cùm fortis armatus inimicus noſter tanto tempore in pace cuſtodivit atrium ſuum, & fortior non ſupervenit, qui vaſa ejus potenter auferret, eripiens inopem de manu fortiorum ejus, egenum & pauperem à diripientibus eum.* Quod per *vineam tuam* intelligat ſanctã Romanã Eccleſiam, conſtat ex eo, quod Jacobus Vitriacus erat ſanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinalis. Accedit quòd Antiochus Monachus, Palæſtinus Abbas, in præfatione ad Euſtachiũ de Elianis loquens, tunc temporis ait, quòd Perſæ *In efferaciſſimam verſi rabiem ad unum membratim Beatos illos conciderunt, qui & lætitiâ incredibili perfuſi, ac proindè alacri vultu omni cum actione gratiarum animas reddiderunt Domino, quippè qui non ita pridem in votis habuerant reſolvi & eſſe cum Chriſto.* Plura ibi de illis Martyribus præcipuè Monachis. Eos porrò Romanam Eccleſiam ut Matrem agnoviſſe patet ex eo, quod eorum geſta in Vaticano codice aſſerventur, eoſque Baronius quaſi terreſtres Angelos, & cœleſtes homines recenſeat, & Martyrem Romanum ſingulari devotione Sanctum Anaſtaſium colat, cumque numero Martyrum Chriſti aſcribat, qui ſub annũ 618. à Perſis interemptus eſt ſub Coſdroá Duce. Inſuper Nicolaus de Lyrâ applicet Martyribus Religioſis tunc temporis, quæ Sanctus Joannes ritu prophetico vidit apocal. cap. 14. v. 1. *Et vidi, & ecce agnus ſtabat ſupra montem Sion: & cum illo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen ejus, & nomen patris ejus ſcriptum in frontibus ſuis.* Quæ verba ita Lyranus elucidat, allegans Hugonem Floriacenſem. *Sciendum quod ſicut dicitur in chronicâ Hugonis Floriacenſis circa finem Imperii Eraclii Agareni, qui & Saraceni dicuntur, Mahometo Duce cœperunt Ægyptum & Æthiopiam graviter invadere. Similiter Mahometi diſcipulus Damaſcum, & Regionem Phœnicis, & Ieruſalem, totamq; Syriam occupavit, & Antiochiam comprehendit, & in his terris erant multi Religioſi Chriſtiani in Cœnobiis magnis ducentorum, trecentorum, & amplius Monachorum in caſtitate viventium, quorum major pars, vel multi erant virgines; & in illâ perſecutione per gladium Saracenorum tranſierunt ad Regnum Cœlorum, & hoc eſt, quod dicit Ioannes: Et vidi, & ecce agnus, ideſt Chriſtus; qui dicitur agnus Dei Ioannis cap. 1. Stabat ſuper montem Sion, ideſt Eccleſiã triumphantem, quæ dicitur mons Hebr. cap. 12. Qui deſcribitur hic ſtans, eòquòd adjuvit dictos Martyres in tolerantiâ Martyrii, ſicut Act. cap. 7. dicitur de Stephano in agone poſito, quod vidit Ieſum ſtantem, quia ſtare proprium eſt adjuvantis in prælio: ſedere verò proprium eſt judicantis, propter quod Marci ultimo deſcribitur, ut ſedens à dexteris Dei. Et cum illo centum quadraginta millia: in tanto enim numero, vel circiter æſtimantur prædicti occiſi probabiliter.* Illos fortes Chriſti athletas fuiſſe Eliæ ſucceſſores contendit noſter Lezana ad annũ Chriſti 639. & colligi poteſt ex Joanne 44. Patriarchâ Hieroſolymitano lib. de inſtit. Monachorum cap. 31. *Eorum multi ea, quæ ab Apoſtolis hauſerant cæteris effundentes fidem Chriſti per Phœniciam, & Paleſtinam prædicabant, dilatantes dogma fidei, & moribus vitæ Monaſticæ converſationem Eccleſiæ Dei inſigniſſimam demonſtrantes.* At Apoſtoli (ut dictum eſt) Petrum Apoſtolum ut caput Eccleſiæ venerati ſunt, & ſola Romana Eccleſia eſt Eccleſia Dei: igitur fides, quam præfati Eliæ ſucceſſores per Phœniciam & Palæſtinam prædicarunt, foverunt, & pro cujus propugnatione poſteri Martyriũ ſubierunt, eſt fides Romanæ Eccleſiæ. Suam mentem confirmat Lezana ex Palæonydoro noſtro qui lib. 2. c. 9. *Iiſdem* (inquit) *temporibus ſurrexit perfidiſſimus Mahometus, cujus diſcipulus fuit Humar Rex Arabiæ. Hic non longè poſt tempora, teſte Nicolao de Lyrâ ſuper cap.* 18. *Apoc. ſecundùm Hugonem Floriacum in chronicâ totam ferè terram ſanctã, Syriam, Phœnicem, Paleſtinam, Siciliam, Africam, Hiſpaniam quoque ſubjecit, undique*

Apoc. c. 14. v. 1.

Lyran.

dique delens Chriſtianum nomen. In his etiam Provinciis multi erant Religioſi Chriſtiani in magnis Monaſteriis ducentorum, trecentorumque Monachorum, vel amplius viventes, quorum centum quadraginta millia æſtimantur fuiſſe virgines &c. Et præcipuè aſtipulatur Beatus Cyrillus Propheta lib. de peculiaribus Carmelitarum Ordinis geſtis cap. 7. & 8. narrans per Humar Regem Arabiæ Alumnos hujus Ordinis, coactos fuiſſe mutare habitum album in barratum, ſeu compoſitum partim ex albo & nigro, quia ejus ſatrapæ albo pallio utebantur. Quem variegatum ſeu barratum habitum in Europam tranſeuntes non dimiſerunt, niſi poſt aliquot ſæcula in Capitulo Generali.

XX. Et nè prolixior fiam in percurrendâ totâ ſerie temporum, quæ videri poteſt apud Baronium, pauca quædam referam ex annalibus noſtris deprompta. Chriſtiani & maximè Sancti Eliæ ſucceſſores Aſiam perſecutione Saracenorum devaſtatam deſerentes, rectà in Europam migrarunt, ut ait noſter Philippus Ribbotus lib. 7. cap. 6. & 7. *Ab illâ Patriâ ad partes Europæ poſtmodum transfretare compulſi ſunt.* Et maximè pedibus Sedis Romanæ advoluti ſunt: quod colligere eſt ex primævâ fundatione conventus noſtri Senenſis an. 707. ut teſtatur Franciſus Boerſius de Cheraſco Ordinis noſtri Procurator Generalis, & ejuſdem antiquitatum diligens inquiſitor, in vitâ Reverendiſſimi Generalis Henrici Sylvii. Ubi ſic ait: *Il convento di Siena è antichiſſimo, poichè nelle chroniche di detta Citta ſcrittè à mano, qualt ſono appreſſo di Pietro Landucci, & d'Orlando Malavoltis Gentilhuomini Sineſi ſi ritrova, què li Fratri Carmelitani gia erano in detta Cita l'anno 707. nel medeſimo luogo, dove ſono al preſente, & dicio nell archivio della Tranſpontina vi è un inſtromento autentico fatto l'anno 1573. da Pamphilio Buciardis publico Notario di Siena, è queſto confronta con la bolla di Papa Xiſto IV. data l'anno 1477. qual dice, que Papa Leone IV. che fu l'anno 847. concedettè indulgenzè, à qui viſitaua lè chiesè Carmelitanè, il que fu puoi anchè confirmato da Papa Gregorio XIII. l'anno 1577.* De eorundem advenarum ſi non primâ, ſaltem poſteriore fundatione anno 797. ſcribit noſter Lezana poſt Pyrrhum Landucci, & Orlandum Malavoltis:

Maternitatem & juriſdictionem San- XXI.
ctæ Romanæ Eccleſiæ in Eccleſiam Aſiaticam etiam poſt tempora Apoſtolorum plurimum confert, quod refert Trithemius Abbas Ordinis Sancti Benedicti l. 2. de viris illuſtribus Ordinis Carmelitarum, de Joanne Patriarchâ Hieroſolymitano circa annum 796. vel antè, ſecundùm alios; qui inſtitutus fuit Patriarcha Hieroſolymitanus ab Adriano I. Pontifice. *Beatus* (inquit) *Ioannes Hieroſolymitanus Eccleſiæ poſt Beatum Iacobum, quartus & quadrageſimus &c. Erat vir converſationis integræ, atque ſanctiſſimus, qui vivus & mortuus infinitis fertur claruiſſe miraculis. Hunc Adrianus Papa I. propter eximiã virtutẽ & vitæ excellentiam de Monaſterio Montis Carmeli ſuſtulit, & in Patriarcham præfatæ Vrbis ſublimavit. Qui cùm in ſcripturis divinis eſſet peritiſſimus, nonnulla ſyntagmata edit, quibus ingenium ſuum poſteris declaravit &c.* Expende illa verba. *De Monaſterio Montis Carmeli propter eximiam doctrinam & vitæ excellentiam Adrianus Papa I. in Patriarcham præfatæ Vrbis ſublimavit.* Particulis illis *Propter eximiam doctrinam & vitæ excellentiam*, denotatur eum fuiſſe Romanæ Eccleſiæ alumnum, & ejus Monaſterium Carmeli, ex quo ad Patriarchatum Hieroſolymitanum fuit aſſumptus. Inſuper hæc verba *Adrianus Papa I. in Patriarcham præfatæ Vrbis ſublimavit.* Significant Eccleſiam Hieroſolymitanam eſſe filiam & ſubjectam Romanæ Eccleſiæ ut Matri, & Dominæ. Et ſanè ſi Aſiatici; & maximè S. Eliæ ſucceſſores Eccleſiã & Sedẽ Romanã venerati non fuiſſent ut Matrẽ & Caput omniũ Eccleſiarum ſcilicet Hieroſolymitanæ, Alexãdrinę, Antiochenæ, Conſtantinopolytanæ, Carmelitarũ ſucceſſionẽ Pontifices Romani Xiſtus VI. Julius II. Gregorius XIII. & alii non laudarent, nunquam enim Eccleſia Romana Schiſmaticos laudat.

Accedit quod Arnoldus Boſtius lib. XXII.
5. hiſtor. cap. 73 agens de hæreſi Eutychianâ excitatâ circa annum 448. ſcribit de S. Capraſio Carmeli Montis Archimandritâ. *Dictâ itaque calamitate durante*

durante Sanctus Capraſius Pater Monachorum Montis Carmeli, de quo ſupra cap. 67. dictum eſt, obiit anno 450. die 15. Octobris. Hic Capraſius venerandus propter Eutychianorum perſecutionem diſcipulos ſuos de Monte Carmeli ad diverſas miſit Provincias. Quas & quo miſerit eodem capite recenſet, Liberatum cum Fœlice ad Africam mittens Sanctum Timotheum Monaſterio Carmelitarum præfecit in nigrâ Montanâ prope Antiochiam, ut illud contra Eutychianos defenderet. Is itaque Sanctus Timotheus plures etiam habuit optimos diſcipulos, quos eâdem de causâ hinc indè diſperſit. Ad Italiam namque miſit Simplicium, & Sanctum Romanum Conſtantinopolim: qui tandem indè pulſus per Eutychianos ſeceſſit Romam, & indè in deſertum, cui Sublacus vocabulum eſt, ubi tribus annis ſanctum Benedictum pavit, Patrem Monachorum Ordinis ſancti Benedicti. Miſiſſe Romam dicitur, ut ad arcem Chriſtianæ Religionis, & reliquarum Eccleſiarum Matrem.

XXIII. Si quæ Provinciæ à Religione & fide Chriſtianâ ad Paganiſmum aut hæreſim deflexerunt, ad quam Eccleſiam recurrerunt, ut Chriſto regenerarentur? non ad Antiochenam, Alexandrinam, Hieroſolymitanam &c, ſed Romanam. Etſi Byzantium ſeu Coſtantinopolis Urbs Thraciæ potius ad Europā quàm Aſiam ſpectare videatur; quæ tamen mihi nunc occurrunt non omittenda eſſe exiſtimavi. Poſtquàm impius Mahometus Aſiam ferè totam & ferro & ſuis pravis erroribus devaſtavit, anno Domini 715. Theophanes affirmat S. Germanum Epiſcopum tranſlatū fuiſſe è civitate Cizycena Conſtantinopolim, conſentiente univerſo Clero, Senatu, ac populo, necnon & Michaële Apoſtolicæ Romanæ Sedis Apocriſario, & ab eodem Sancto Germano Conſtantinopolitano Patriarchâ Leonis Imperatoris natum filium Conſtantinum baptizatum fuiſſe. Hic obiter animadverte quod dum baptizaretur; Theophanes, Zonaras & alii ſcribunt puerum hunc ſtercus egiſſe in ſacrum lavacrum. Ex quo ſanctus Germanus prænunciavit futurum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ hoſtem. *Cùm* (inquit Theophanes in ſuâ hiſtoriâ, quæ inſcribitur Miſcella, & ſub titulo Pauli Diaconi circumfertur) *Germanus ſummus Sacerdos Conſtantinum nequitiæ ipſorum & Imperii ſucceſſorem baptizaret, dirum quoddam, & fœdum parvulus Conſtantinus, eodem præſignans exhibuit argumentum, ſtercus emittens in ſanctum lavacrum, ut aiunt, qui diligenter hujus rei facti ſunt inſpectores: itaut Germanus ſanctiſſimus prophèticè diceret: conſtat Chriſtianis, & Eccleſiæ maximi mali per eùm efficiendi hoc ſignum eſſe futurum. Poſt divina verò officia cum ſolemni rurſus obſequio Auguſta Maria unà cum baptizato filio reverſa eſt.* De eodem Sancto Germano ſcribit Baronius ad annū Chriſti 726. quod in ipſo Iconoclaſtarum hæreſis exordio, fortiter Leoni Iſaurico Imperatori reſtiterit, nihilq; ipſe antiquiùs habuerit, quàm ut de iis, quæ acciderant Conſtantinopoli certiorem redderet Gregorium II. Romanum Pontificem, ut conſtat ex litteris ad ipſum redditis, quæ reperiuntur recitatæ in ſecundâ Nycæna Synodo act. 4. pro quâ hæreſi eradicandâ Gregorius Romæ Synodum convocavit, ut patet ex fragmento recitato ab Adriano Romano Pontifice, in epiſtolâ ad Carolum Magnum, in quo Concilio ſecundùm Zonaram pronunciatum eſt anathema in Imperatorem & omnes Iconoclaſtas. An. 795. apud Baroniū, cùm Conſtātinus Imperator ardore libidinis abdicatâ, & Monaſterio inclusâ Mariâ legitimâ uxore, eo falſo prætextu, quaſi ea vitæ ipſius inſidiata eſſet, Theodotē cubiculariam ducens Auguſtam coronavit. Ex quo ſcelere magnæ ſunt in eâ Eccleſiâ inter Catholicos conflatæ diſcordiæ, aliis turpi adulatione illud approbantibus; aliis verò magnopere deteſtantibus, qui ejus rei causâ perſecutionem paſſi ſunt. Eorum præcipui fuerunt Abbates Plato, & Theodorus Studita, qui quod Imperatorem acerrimè de eo ſcelere redarguiſſent, imò & Theodorus (licet ſanguine conjunctus Theodotę) eundem publicè excommunicatum pronunciaſſet, Plato quidem in carcere incluſus, Theodorus verò cum pluribus aliis Monachis flagellatus, & in exilium pulſus eſt. De his omnibus quem certiorem fecit? ad quem recurrit? ad Eccleſiam & Sedem Romanam. Nam Leonem III.

monuit

monuit ut omnium fidelium patrem, à quo etiã ob rem præclarè gestã laudari meruit, monuit & suo exemplo plurimos Monachos aliarum Provinciarum ad anathematizandum eodem modo Imperatorem. Accipe verba Michaëlis Monachi, qui res sui temporis scripsit. *Misit ad Romanæ urbis Antistitem, epistolas & tabellarios ei, quæ gesta fuerant indicans, & quæ ab Imperatoribus pertulerat, cùm illorum refrenare vellet intemperantiam, à quo responsa vicissim accepit, quibus ipsius prudentiam, & constantiam atque invictum animum divinis laudibus efferebat.* Anno 809. (ut scribit Theophanes) convocatum est ab Imperatore Nicephoro Conciliabulum Josephi OEconomi, in quo unà cum Episcopis consederunt Magistratus, omnia facientes in gratiam Imperatoris. Ut non sit mirum si adeò pernicioſi in eo canones fuerint conditi, videlicet anathemati subjiciendos omnes eos, qui suis erroribus non adhærerent. Constantini conjugium cum Theodote (vivente adhuc legitimâ priori conjuge ex dispensatione) dici debere legitimum. Leges divinas adversus Reges nihil posse. Episcoporum unumquemque in sacros canones, præter ea, quæ in illis statuta sunt dispensando, potestatem habere. Post quæ SS. Plato & Theodorus, hujusque frater Joseph Thessalonicensis Archiepiscopus aliique quàmplurimi, recusantes communicare Josepho omniũ malorũ auctori, ac Nicephoro Patriarchæ ipsius fautori, in exilium ab Imperatore missi, durissima passi sunt, quæ omnibus patent ex pluribus ejusdem Theodori epistolis, ab epist. 33. usque ad 39. & epist. 49. 50. & sequentibus ab exilio ad diversos scriptis, quibus vocat præfatum Conciliabulum Mœchosynodum, & ejus decretis adhærentes Mœchianos, quos & demonstrat esse veros hæreticos. Quod autem solam Ecclesiam & Sedem Romanam ut Ecclesiæ universalis Caput venerati fuerint in Oriente oppressi, patet ex epist. 33. ejusque inscriptione. *Sanctissimo & Summo Patri Patrum, Leoni Domino meo, Theodorus minimus Præsbyter & Præpositus Studiensis. Quandoquidem Petro Magno Christus Deus post claves Regni Cælorum, pastoralis etiam Principatus contulit dignitatem. Ad Petrum, vel ejus successorem quidquid in Ecclesiâ Catholicâ per eos innovatur, qui aberrant à veritate necesse est referri: quod nos quoque humiles & minimi à Sanctis olim Patribus edocti, postquã in Ecclesiâ nostrâ novitas quædam exorta est; & prius quidem per Religiosissimum Archimandritam fratrem & conservum nostrum Epiphanium, & nunc per simpliciter litteras nostras ad supremæ beatitudinis tuæ Angelum de eâ referre nos debere arbitrati sumus. Factus est (ô divinissimum omnium capitum caput) juxta Ieremiam Prophetam cap. 9. Cœtus revera prævaricatorum, & concilium adulterantium. Quod enim ibi propter idolorum fornicationem dictum est, hic per adulterinæ copulæ confirmationem patefactum est, utique eundem dominum spreverunt: illi per legis, hi per Evangelii transgressionem.* Expende illa verba (*O divinissimum omnium capitum caput*): quibus innuit Ecclesiam & Sedem Romanam non tantùm esse caput omnium Ecclesiarum & Cathedrarum mundi, sed etiam sanctissimum seu divinissimum. Quod infra confirmat. *Hũ ego à simplicitate nostrâ sine fuco expositis, vocem nunc illam, quam Coryphæus cum reliquis Apostolis Christo emisit, cùm maris fluctus excitarentur, apud Christi imitatricem beatitudinem tuam adhibemus. Salva nos Archi-Pastor Ecclesiæ, quæ sub Cælo est.* Expende illa verba: *Archi-Pastor Ecclesiæ quæ sub Cælo est.* Vocat Leonem Pontificem Romanum Archipastorem non alicujus Ecclesiæ particularis Italicæ, Gallicæ, Hispanicæ, Germanicæ, Polonicæ &c, sed *Ecclesiæ quæ sub Cælo est.* Ideſt universalis, & ab eo postulat suæ Ecclesiæ particulari subveniri, quod consequenter probat. *Imitare Magistrum Christum, manumque Ecclesiæ nostræ porrige, sicut ille Petro: nisi quod illo incipiente in mare mergi, tu autem mersa in hæresis profundo. Æmulare precamur cognominem tibi Papam, atque ut ille pullulante tùm hæresi Eutychianâ Leoninum in morem spiritu experrectus est, ut omnes norunt dogmaticis suis epistolis. Sic & tu (dicere audeo) juxta nomen, quod geris, irrugi divinitùs, vel potius intona contra præsentem hanc hæresim, ut decet.* Cur non ab alio Præsule postulant contra

Eutychianam hæresim intonari ? quia non est caput universalis Ecclesiæ sicut Romanus Pontifex, qui solus habet infallibilitatem in decretis morum & fidei, & potest fratres suos confirmare. Undè ostendit alios Præsules qui concilium convocāt, illud jus & authoritatem sibi arrogare. *Si enim isti arrogatâ sibi auctoritate hæreticam Synodum cogere veriti non sunt, qui nè Ortodoxam quidē absque cognitione vestrâ (ut antiquitus mos obtinuit) cogere potuerunt, quantò æquiùs usque adeò necessarium fuerit ; cum timore suggerimus, à divino tuo Principatu legitimam Synodum convocari, ut Ortodoxum Ecclesiæ dogma hæreticum excluderet, & neque suprema dignitas tua cū Ortodoxis omnibus anathemate notetur à novis nugatoribus.* Particulis *Divino tuo Principatu* ; Itē *Suprema dignitas tua*; Quid aliud significant, quàm Romanam Sedem & Ecclesiam reliquis omnibus dominari. Quod iterùm verbis sequentibus insinuat. *Hæc si parvitati nostræ conveniebat, ut minima Ecclesiæ membra repræsentantes, & divino pastorali vestro principatui parentes, obsecramus de cætero sanctam animam vestram, ut nos ceu proprias oves reputet, & sacris precibus suis eminus illustret, atque confirmet.* Ait se minima Ecclesiæ membra repræsentare, è contra ait Pontificem Romanum divinum pastoralem principatum obtinere, cui, non autem alteri parendum esse asserit. His litteris Leo Pontifex suam supremam auctoritatem manifestavit. Posteriori suâ epistolâ Theodorus Studita universalem Romani Pontificis auctoritatem recognoscit. *Æquali* (inquit) *Angelis, Beatissimo, & Apostolico Patri Leoni Papæ Romæ, Plato inclusus, & Theodorus Præsbyter ac Præpositus Studiensis. Magnum reverà &c. Synodus, ò Beatissime, apud nos publica celebrata est, iis etiam, qui magistratus gerunt, unà considentibus, & Synodus ad condemnationem Evangelii Christi, cujus tu claves ab ipsomet accepisti per intermedium principem Apostolorum, & successores usque ad eum qui sanctissimum caput tuum antecessit &c.* Postquàm Mœchianorum errores exposuit, subdit: *Hi sunt Mœchianæ hæreseos impii, & injusti conatus, hæc opera, quæ nos, ut minimi filii Ecclesia tibi primo omnium Apostolico capiti nostro nunciare necessariò optavimus. Ejus est de cætero, quæ Deo sunt placita excogitare & facere Spiritus sancti ductu, à quo, ut in aliis, sic enim in hoc quoque regitur, & gubernatur &c.* Eandem authoritatem astruit, scribens Basilio S. Sabæ Abbati. *Vtile autem fuerit (quod unum est consilium nostrum & desiderium) per supremum Apostolicum, sicut ab initio semper factum est, synodicè damnari eos, qui contra Christi cætum inierunt &c.* Baronius ad annum Christi 811. scribit, quod Michael Imperator pacis Ecclesiasticæ studiosissimos sanctos Confessores Platonem, Theodorum, Josephum Thessalonicensem aliosque ab exilio revocavit, & eosdem Nicephoro Patriarchæ reconciliavit, quam pacem confirmari curavit à Romano Pontifice, ut testatur Michael Studita in vitâ Theodori. *Placuit hoc in primis Romano Antistiti, qui per litteras nuntio, que sententiam confirmavit. Nam & illum sequestrem pacis, & conciliatorem devincēdum Patrum animos pius Imperator adhibuerat.* Nicephorus Constantinopolitanus Archiepiscopus scribens Leoni Pontifici hæc affatur. *Gratias ago Deo meo, quia fides vestra annunciatur in universo mundo, & quia nostra Evangelica munda, & immaculata fides est, & extra quam non est alia, neque Romanis finibus arctata circumscribitur, neque terminis mundanis finitur. In tantùm autem effunditur potiùs & diffunditur, sicut Prophetica & Apostolica voces incitant ferri, in omnem terram divinæ prædicationis sonus exivit, & in fines orbis terræ verba prædicantium.* Pondera illa verba *Vestra fides annunciatur in universo mundo.* Cur non ait fides nostra vel Antiochena? &c, quia non habet Principatum in omnes Ecclesias junctum infallibilitati.

XXIV. Baronius ad annum 817. narrat quod ubi innotuit in Oriente Paschalem in Apostolicâ Cathedrâ sedere, Theodorus Studita scripsit ad eum, & ad Patriarchas Alexandrinum, Antiochenum, & Hierosolymitanum : & Scholarius Patriarcha Constantinopolitanus eidem Pontifici scribens, hæc in laudem Apostolicæ Sedis & Romanæ Ecclesiæ scribit. Nec refert, quod Theodorus scribens Patriarchæ Alexandrino eum vocet Sanctissimum, Patrem Patrum, lumen

Lumen luminum, Dominus Beatiſſimus. *Per omnia Sanctiſſimo Patri Patrum, Lumini luminum, Domino meo Beatiſſimo Papæ Alexandriæ Theodorus minimus Præsbyter & Præpoſitus Studiani &c.* Ei enim nomen Papæ & Sanctiſſimi attribuit, quia legationi à latere fungitur. Dicitur autem Lumen luminum, non autem ſupremum lumen, quia ſecundùm Sanctum Dionyſium in Eccleſiaſticâ Hierarchiâ lumen luminum meretur appellari, qui illuſtrat eos, qui ſunt in Eccleſiâ poſiti, ut alios illuſtrent; at nomẽ ſupremi, ſeu Principis Sacerdotũ ſoli Pontifici Rom. ut ſupremi throni nomen Eccleſiæ Romanæ cõpetit. Ut innuit idem Scholarius apud Germanũ pro Concilio Florentino c. 5. ſect. 16. *Supremus thronus, in quo Chriſtus fidei claves poſuit, adverſus quem non prævaluerunt unquam, nec prævalebunt usque ad conſummationem portæ inferi, oraſcilicet hæreticorum: fons ortohodoxæ veritatis, adverſus omnem hæreticam procellam tranquillas portas Eccleſiæ univerſæ, electa civitas refugii ſalutis.* Ecce Eccleſiæ Romanæ præeminentiam. De Pontificis Romani primatu hæc effatur. *Princeps Sacerdotum primus, univerſalis, ſupremum lumen, Apoſtolicum caput, à Deo præpoſitus Paſtor ovium Chriſti, Ianitor Regni Cœlorum, petra fidei, ſuper quam ædificata eſt Catholica Eccleſia.* Theodorus è vinculis liberatus omnium Eccleſiarum Orientalium unionem exoptans. *Nunc* (inquit Michaëli Imperatori) *tempus acceptabile, nunc dies ſalutis, ut reconciliemur nos Chriſto auſpice, & probante pacato Imperio tuo, ut uniamur nos vertici Eccleſiarum Dei Romæ, & per eum tribus Patriarchis.* Cùm idem Imperator Michael optaret ut omnes Epiſcopi Catholici, & Iconomachi convenirent de dogmatibus fidei acturi, reſponderunt Orthodoxi non decore concilium unum cum hæreticis convenire, nec penitus audire eos, niſi ad correptionem, quia regulæ Eccleſiaſticæ id vetant. *Ejus* (inquit) *declarationem peteret ab Eccleſiâ Romanâ, prout ab initio antiquâ Patrum traditione mos fuiſſet, quippè quod ea ſit ſuprema Eccleſiarum Dei, adverſus quam portæ inferi non poſſint prævalere.*

XXV. Cùm anno Chriſti 858. Ignatius Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Patriarcha duodecimum inchoaſſet Sedis ſuæ annum, Bardam Patricium, penes quem ſumma erat adminiſtrationis Imperii, excommunicavit poſt ſæpè iteratas monitiones ob uxoris inſontis repudium, & cum cognatâ ſibi ſponſâ conſuetudinem. Hujus Bardæ factione calumniosè accuſatus de conſpiratione adverſus Imperatorem, Epiſcopali Sede impiè privatus eſt, & in Inſulam Terebinthum relegatus, ubi cùm nunquam potuiſſet perſuaderi, ut daret libellum renunciationis ſuæ Sedis Patriarchalis, poſt multas vexationes & varios cruciatus, ad extremum in Copronymo ſepulchro incluſus eſt ſub cuſtodiâ crudeliſſimorum hominum; ſed indè furtim à pio quodam viro ſublatus, iterùmque captus eſt, & poſt multiplices locorum mutationes, tandem in Inſulam Mitylenem deportatus eſt. Similes ærumnas paſſi ſunt alii Epiſcopi eòquod (ut referunt Curopalates & Cedrenus Nicetas) Photium in Sedem Patriarchalem intruſum nollent recipere. Cùmq; Photius apud Michaelẽ Imperatorẽ inſimulaſſet Ignatiũ quod exul cõtra Imperium res novas moliretur, ejus rei causâ miſſi judices, fæviſſimam quæſtionem de Ignatii familiaribus habuerunt: ſed cùm nihil reperiſſent, tunc vinctum ipſum ex Terebinthi Inſulâ ad Sacram transferentes, ibi eundem in caprarum ſtabulo concluſerunt. Indè verò aliò atque aliò deductus, tandem poſt varios carceres, vincula illi illata ſcribit Anaſtaſius Bibliothecarius in præfatione hiſtoricâ ad octavam Synodum, quod Photius videns quàmplurimos adhuc ſtare pro Ignatio, perſuaſit Imperatori miniſterio Bardæ, ut congregaret Concilium communicantium Epiſcoporum, quo Ignatium damnaret, ut hâc arte Epiſcopos & populum ab ejus affectione divelleret; ſed & cùm & hoc peracto permulti nihilominùs Ignatio adhærerent: Imperator etiam ſuadente ipſo Photio ſtatuit legationem mittere, non ad aliquem alium Patriarcham, Epiſcopum, vel Eccleſiam; ſed ad Nicolaum II. Romanum Pontificem, ad rogandum, ut vel ipſe Pontifex veniret Conſtantinopolim, vel legatos mitteret, ſpecie

quidem (inquit Nicetas) ad extirpandam hæresim Iconomachorum, quæ iterùm reviviscere videretur; reverà autem ut ab iisdem legatis extorqueret confirmationem depositionis Ignatii, cùm & mendacia suis ad Nicolaum miscens, scripsit Ignatium ob senium & infirmitatem suæ Ecclesiæ renuntiasse, & in cujusdam Insulæ Monasterium se recepisse, ubi cũ omni honore, & charitatis obsequiis viveret. Ipse Nicolaus Papa in litteris Encyclicis ad universos fideles & Episcopos Orientis testatur eandem legationem postulatam fuisse ad sedandum conflatum Schisma, seu (ut vult Anastasius Bibliothecarius horum omnium testis) ut Pontifex suâ authoritate evelleret errorem Iconoclastarum. Ex quibus omnibus elucet auctoritas Ecclesiæ Romanæ, & Sedis Apostolicæ, dum ad eum non tantùm Patres & Imperatores Orientales, sed etiam ipsi adversarii recurrunt. Baronius tom. 10. Annalium ad annum 801. refert libellum Ignatii & aliorum Episcoporum ac Archimandritarum ei adhærentium nomine, ante fugam ejus scriptum à Theognosto olim exarcho, posteà Monacho, & tunc propter fidem extorre, delatum ab eodem Romam, & oblatum Nicolao Papæ, quo exponunt mala, quæ passi sunt à Photio, ratione quorum Ecclesiæ Romanæ, & Sedis Apostolicæ judicium interpellarent, tanquam Præsidis & Patriarchæ omnium Sedium, ac Principis Apostolorum, & universalis Papæ. Idem Baronius producit litteras, quas per ejusdem Nicolai legatos Romam redeuntes Photius scripsit. Extant etiam apud eundem Baronium ad annum Christi 867. litteræ responsoriæ ad ipsum Imperatorem & Photium, quibus apertè Pontifex improbat Ignatii ejectionem, ejusdemque Photii promotionem, quem ideò in litteræ inscriptione non appellat Episcopum, sed tantùm prudentem virum, utpotè hominem laïcum, nulloq; sacro ordine legitimè initiatum. Producit etiam alias ejusdem Pontificis datas ad universos Christi fideles, quibus præcipuè Patriarchas, & omnes alios Antistites monet, ut à Photii communione abstineant, & Ignatio adhæreant. Et anno 863. idem Pontifex Photium alienæ Sedis invasorem, & legitimorum Antistitum persecutorem, necnon Gregorium Syracusanum malorum omnium authorem, alioſque ipsis adhærentes Episcopos deposuit, alios verò à Photio expulsos in pristinas Sedes restituit, & si quæ præter regulam fortè egisse perhiberentur, Apostolicæ Sedis judicio reservavit. Quem processum Apostolicum Deus approbavit, & Imperator ejusque Consiliarii non impunè tulerũt injurias, quas Sedi Apostolicę intulerunt; nam an. 867. Deus recordatus Ecclesiæ Constantinopolitanæ in primum malorum omnium auctorem Bardam Cæsarem vibravit prima vindictæ jacula, deindè alios (plexit. Et ut appareret illas pœnas inferri non ob aliud, quàm ob illatas injurias Ecclesiæ & Sedi Romanæ. Inter cætera signa mortis Bardæ prænuntia illud fuit, quod quâdam nocte vidit in somnio Sanctum Petrum in solio sedentem, Ignatium verò ejus pedibus advolutum, postulantem ultionem injuriarum sibi illatarum, & Sanctum Petrum ipsius lacrymis flexum cuidam astanti gladiũ dedisse, quo primum Bardam, deindè Michaelẽ Imperatorẽ frustatim concideret, ita Curopalates, Cedrenus, & Glicas authores Græci. Ejus porrò miserum obitum refert Baronius ad annum Christi 867.

Cæterùm notatu dignum existimo XXV.
id, quod anno 867. accidisse refert Baronius post Curopalatem, Zonaram, Cedrenum & alios: Russos, sive Russelanos, populos Scythicos, Arctoï Tauri incolas, efferos, & agrestes, post totam Euxini Ponti Maritimam Regionem depredatã domũ reversos, Constãtinopolim misisse legationẽ, postulantes ab Ignatio Sacerdotes à quibus baptizarẽtur, fideique Christianæ rudimentis imbuerentur, pro quorum admissione, & pœnâ imponẽdâ Sacerdotibus qui Photio adhęserãt, recurrũt ad sinũ Romanæ Ecclesiæ. Nicolaus Pontifex ad instantiam Basilii Imperatoris misit suos Apocrisarios Constantinopolim. Inter alia Ignatius hæc verba suis litteris inseruit, loquens de Pontifice Romano. *Vnus & singularis præcellens, atque Catholicissimus Medicus morborum, quæ in membris sunt Christi, & ab ipso Domino consti-*

Sacrifices, and Offerings, and Burnt-offerings, and Sin-offerings hast thou not required. Then said I, Lo, I come: in the volume of the book it is written of me, I delight to do thy will, O my God: yea, thy law is within my heart. I have preached righteousness in the great congregation: lo, I have not refrained my lips, O Lord, thou knowest. I have not hid thy righteousness within my heart; I have declared thy faithfulness and thy salvation: I have not concealed thy loving-kindness and thy truth from the great congregation. Withhold not thou thy tender mercies from me, O Lord: let thy loving-kindness and thy truth continually preserve me. For innumerable evils have compassed me about: mine iniquities have taken hold upon me, so that I am not able to look up; they are more than the hairs of mine head: therefore my heart hath failed me. Be pleased, O Lord, to deliver me: O Lord, make haste to help me. Let them be ashamed and confounded together that seek after my soul to destroy it: let them be driven backward and put to confusion that desire my hurt. Let them be desolate for a reward of their shame that say unto me, Aha, aha. Let all those that seek thee rejoice and be glad in thee: let such as love thy salvation say continually, The Lord be magnified. But I am poor and needy: yet the Lord thinketh upon me: thou art my help and my deliverer; make no tarrying, O my God.

Now that this Psalm is spoken of Christ, the Apostle to the Hebrews doth plainly testify, and the Jews themselves do not deny it. Now the Apostle saith, that Christ coming into the world, said unto God, Sacrifice and offering thou wouldest not, but a body hast thou prepared me: in burnt-offerings and sacrifices for sin thou hast had no pleasure: then said I, Lo, I come (in the volume of the book it is written of me) to do thy will, O God. Above when he said, Sacrifices and offerings, and burnt-offerings and sin-offerings thou wouldest not, neither hadst pleasure therein (which are offered according to the law), then said he, Lo, I come to do thy will, O God. He taketh away the first, that he may establish the second. By the which will we are sanctified through the offering of the body of Jesus Christ once for all. And every priest indeed standeth daily ministering and offering often times the same sacrifices, which can never take away sins: but this man, after he had offered one sacrifice for sins, sat down on the right hand of God; from henceforth expecting till his enemies be made his footstool. For by one offering he hath perfected for ever them that are sanctified. Whereof the Holy Ghost also is a witness to us: for after that he had said before, This is the covenant that I will make with them after those days, saith the Lord, I will put my laws into their hearts, and in their minds will I write them; and their sins and iniquities will I remember no more. Now where remission of these is, there is no more offering for sin. Having therefore, brethren, boldness to enter into the holiest by the blood of Jesus, by a new and living way which he hath consecrated for us, through the veil, that is to say, his flesh; and having an high priest over the house of God; let us draw near with a true heart in full assurance of faith, having our hearts sprinkled from an evil conscience, and our bodies washed with pure water. Let us hold fast the profession of our faith without wavering; (for he is faithful that promised;) and let us consider one another to provoke unto love and to good works: not forsaking the assembling of ourselves together, as the manner of some is; but exhorting one another: and so much the more, as ye see the day approaching. For if we sin wilfully after that we have received the knowledge of the truth, there remaineth no more sacrifice for sins, but a certain fearful looking for of judgment and fiery indignation, which shall devour the adversaries. He that despised Moses' law died without mercy under two or three witnesses: of how much sorer punishment, suppose ye, shall he be thought worthy, who hath trodden under foot the Son of God, and hath counted the blood of the covenant, wherewith he was sanctified, an unholy thing, and hath done despite unto the Spirit of grace? For we know him that hath said, Vengeance belongeth unto me, I will recompense, saith the Lord. And again, The Lord shall judge his people. It is a fearful thing to fall into the hands of the living God. But call to remembrance the former days, in which, after ye were illuminated, ye endured a great fight of afflictions; partly, whilst ye were made a gazing-stock both by reproaches and afflictions; and partly, whilst ye became companions of them that were so used. For ye had compassion of me in my bonds, and took joyfully the spoiling of your goods, knowing in yourselves that ye have in heaven a better and an enduring substance. Cast not away therefore your confidence, which hath great recompense of reward. For ye have need of patience, that after ye have done the will of God, ye might receive the promise. For yet a little while, and he that shall come will come, and will not tarry. Now the just shall live by faith: but if any man draw back, my soul shall have no pleasure in him. But we are not of them who draw back unto perdition; but of them that believe to the saving of the soul. Now faith is the substance of things hoped for, the evidence of things not seen. For by it the elders obtained a good report. Through faith we understand that the worlds were framed by the word of God, so that things which are seen were not made of things which do appear. By faith Abel offered unto God a more excellent sacrifice than Cain, by which he obtained witness that he was righteous, God testifying of his gifts: and by it he being dead yet speaketh. By faith Enoch was translated that he should not see death; and was not found, because God had translated him: for before his translation he had this testimony, that he pleased God. But without faith it is impossible to please him: for he that cometh to God must believe that he is, and that he is a rewarder of them that diligently seek him. By faith Noah, being warned of God of things not seen as yet, moved with fear, prepared an ark to the saving of his house; by the which he condemned the world, and became heir of the righteousness which is by faith. By faith Abraham, when he was called to go out into a place which he should after receive for an inheritance, obeyed; and he went out, not knowing whither he went. By faith he sojourned in the land of promise, as in a strange country, dwelling in tabernacles with Isaac and Jacob, the heirs with him of the same promise: for he looked for a city which hath foundations, whose builder and maker is God. Through faith also Sara herself received strength to conceive seed, and was delivered of a child when she was past age, because she judged him faithful who had promised. Therefore sprang there even of one, and him as good as dead, so many as the stars of the sky in multitude, and as the sand which is by the sea shore innumerable. These all died in faith, not having received the promises, but having seen them afar off, and were persuaded of them, and embraced them, and confessed that they were strangers and pilgrims on the earth. For they that say such things declare plainly that they seek a country. And truly, if they had been mindful of that country from whence they came out, they might have had opportunity to have returned. But now they desire a better country, that is, an heavenly: wherefore God is not ashamed to be called their God: for he hath prepared for them a city. By faith Abraham, when he was tried, offered up Isaac: and he that had received the promises offered up his only begotten son, of whom it was said, That in Isaac shall thy seed be called: accounting that God was able to raise him up, even from the dead; from whence also he received him in a figure. By faith Isaac blessed Jacob and Esau concerning things to come. By faith Jacob, when he was dying, blessed both the sons of Joseph, and worshipped, leaning upon the top of his staff. By faith Joseph, when he died, made mention of the departing of the children of Israel; and gave commandment concerning his bones. By faith Moses, when he was born, was hid three months of his parents, because they saw he was a proper child; and they were not afraid of the king's commandment. By faith Moses, when he was come to years, refused to be called the son of Pharaoh's daughter; choosing rather to suffer affliction with the people of God, than to enjoy the pleasures of sin for a season; esteeming the reproach of Christ greater riches than the treasures in Egypt: for he had respect unto the recompense of the reward. By faith he forsook Egypt, not fearing the wrath of the king: for he endured, as seeing him who is invisible. Through faith he kept the passover, and the sprinkling of blood, lest he that destroyed the firstborn should touch them. By faith they passed through the Red sea as by dry land: which the Egyptians assaying to do were drowned. By faith the walls of Jericho fell down, after they were compassed about seven days. By faith the harlot Rahab perished not with them that believed not, when she had received the spies with peace. And what shall I more say? for the time would fail me to tell of Gedeon, and of Barak, and of Samson, and of Jephthah; of David also, and Samuel, and of the prophets: who through faith subdued kingdoms, wrought righteousness, obtained promises, stopped the mouths of lions, quenched the violence of fire, escaped the edge of the sword, out of weakness were made strong, waxed valiant in fight, turned to flight the armies of the aliens. Women received their dead raised to life again: and others were tortured, not accepting deliverance; that they might obtain a better resurrection: and others had trial of cruel mockings and scourgings, yea, moreover of bonds and imprisonment: they were stoned, they were sawn asunder, were tempted, were slain with the sword: they wandered about in sheepskins and goatskins; being destitute, afflicted, tormented; (of whom the world was not worthy:) they wandered in deserts, and in mountains, and in dens and caves of the earth. And these all, having obtained a good report through faith, received not the promise: God having provided some better thing for us, that they without us should not be made perfect. Wherefore seeing we also are compassed about with so great a cloud of witnesses, let us lay aside every weight, and the sin which doth so easily beset us, and let us run with patience the race that is set before us, looking unto Jesus the author and finisher of our faith; who for the joy that was set before him endured the cross, despising the shame, and is set down at the right hand of the throne of God. For consider him that endured such contradiction of sinners against himself, lest ye be wearied and faint in your minds. Ye have not yet resisted unto blood, striving against sin. And ye have forgotten the exhortation which speaketh unto you as unto children, My son, despise not thou the chastening of the Lord, nor faint when thou art rebuked of him: for whom the Lord loveth he chasteneth, and scourgeth every son whom he receiveth. If ye endure chastening, God dealeth with you as with sons; for what son is he whom the father chasteneth not? But if ye be without chastisement, whereof all are partakers, then are ye bastards, and not sons. Furthermore we have had fathers of our flesh which corrected us, and we gave them reverence: shall we not much rather be in subjection unto the Father of spirits, and live? For they verily for a few days chastened us after their own pleasure; but he for our profit, that we might be partakers of his holiness. Now no chastening for the present seemeth to be joyous, but grievous: nevertheless afterward it yieldeth the peaceable fruit of righteousness unto them which are exercised thereby. Wherefore lift up the hands which hang down, and the feeble knees; and make straight paths for your feet, lest that which is lame be turned out of the way; but let it rather be healed. Follow peace with all men, and holiness, without which no man shall see the Lord: looking diligently lest any man fail of the grace of God; lest any root of bitterness springing up trouble you, and thereby many be defiled; lest there be any fornicator, or profane person, as Esau, who for one morsel of meat sold his birthright. For ye know how that afterward, when he would have inherited the blessing, he was rejected: for he found no place of repentance, though he sought it carefully with tears. For ye are not come unto the mount that might be touched, and that burned with fire, nor unto blackness, and darkness, and tempest, and the sound of a trumpet, and the voice of words; which they that heard entreated that the word should not be spoken to them any more: (for they could not endure that which was commanded, And if so much as a beast touch the mountain, it shall be stoned, or thrust through with a dart: and so terrible was the sight, that Moses said, I exceedingly fear and quake:) but ye are come unto mount Sion, and unto the city of the living God, the heavenly Jerusalem, and to an innumerable company of angels, to the general assembly and church of the firstborn, which are written in heaven, and to God the judge of all, and to the spirits of just men made perfect, and to Jesus the mediator of the new covenant, and to the blood of sprinkling, that speaketh better things than that of Abel. See that ye refuse not him that speaketh. For if they escaped not who refused him that spake on earth, much more shall not we escape, if we turn away from him that speaketh from heaven: whose voice then shook the earth: but now he hath promised, saying, Yet once more I shake not the earth only, but also heaven. And this word, Yet once more, signifieth the removing of those things that are shaken, as of things that are made, that those things which cannot be shaken may remain. Wherefore we receiving a kingdom which cannot be moved, let us have grace, whereby we may serve God acceptably with reverence and godly fear: for our God is a consuming fire. Let brotherly love continue. Be not forgetful to entertain strangers: for thereby some have entertained angels unawares. Remember them that are in bonds, as bound with them; and them which suffer adversity, as being yourselves also in the body. Marriage is honourable in all, and the bed undefiled: but whoremongers and adulterers God will judge. Let your conversation be without covetousness; and be content with such things as ye have: for he hath said, I will never leave thee, nor forsake thee. So that we may boldly say, The Lord is my helper, and I will not fear what man shall do unto me. Remember them which have the rule over you, who have spoken unto you the word of God: whose faith follow, considering the end of their conversation. Jesus Christ the same yesterday, and to-day, and for ever. Be not carried about with divers and strange doctrines. For it is a good thing that the heart be established with grace; not with meats, which have not profited them that have been occupied therein. We have an altar, whereof they have no right to eat which serve the tabernacle. For the bodies of those beasts, whose blood is brought into the sanctuary by the high priest for sin, are burned without the camp. Wherefore Jesus also, that he might sanctify the people with his own blood, suffered without the gate. Let us go forth therefore unto him without the camp, bearing his reproach. For here have we no continuing city, but we seek one to come. By him therefore let us offer the sacrifice of praise to God continually, that is, the fruit of our lips, giving thanks to his name. But to do good and to communicate forget not: for with such sacrifices God is well pleased. Obey them that have the rule over you, and submit yourselves: for they watch for your souls, as they that must give account, that they may do it with joy, and not with grief: for that is unprofitable for you. Pray for us: for we trust we have a good conscience, in all things willing to live honestly. But I beseech you the rather to do this, that I may be restored to you the sooner. Now the God of peace, that brought again from the dead our Lord Jesus, that great shepherd of the sheep, through the blood of the everlasting covenant, make you perfect in every good work to do his will, working in you that which is well pleasing in his sight, through Jesus Christ; to whom be glory for ever and ever. Amen. And I beseech you, brethren, suffer the word of exhortation: for I have written a letter unto you in few words. Know ye that our brother Timothy is set at liberty; with whom, if he come shortly, I will see you. Salute all them that have the rule over you, and all the saints. They of Italy salute you. Grace be with you all. Amen.

Thus we see, that the Apostle to the Hebrews doth plainly testify, that this Psalm is spoken of Christ. Now the Jews themselves do not deny it. For in the Chaldee paraphrase upon this Psalm, they say, that it is spoken of the Messiah. Now the Apostle saith, that Christ coming into the world, said unto God, Sacrifice and offering thou wouldest not, but a body hast thou prepared me: in burnt-offerings and sacrifices for sin thou hast had no pleasure: then said I, Lo, I come (in the volume of the book it is written of me) to do thy will, O God. Above when he said, Sacrifices and offerings, and burnt-offerings and sin-offerings thou wouldest not, neither hadst pleasure therein (which are offered according to the law), then said he, Lo, I come to do thy will, O God. He taketh away the first, that he may establish the second. By the which will we are sanctified through the offering of the body of Jesus Christ once for all. And every priest indeed standeth daily ministering and offering often times the same sacrifices, which can never take away sins: but this man, after he had offered one sacrifice for sins, sat down on the right hand of God; from henceforth expecting till his enemies be made his footstool. For by one offering he hath perfected for ever them that are sanctified. Whereof the Holy Ghost also is a witness to us: for after that he had said before, This is the covenant that I will make with them after those days, saith the Lord, I will put my laws into their hearts, and in their minds will I write them; and their sins and iniquities will I remember no more. Now where remission of these is, there is no more offering for sin. Having therefore, brethren, boldness to enter into the holiest by the blood of Jesus, by a new and living way which he hath consecrated for us, through the veil, that is to say, his flesh; and having an high priest over the house of God; let us draw near with a true heart in full assurance of faith, having our hearts sprinkled from an evil conscience, and our bodies washed with pure water. Let us hold fast the profession of our faith without wavering; (for he is faithful that promised;) and let us consider one another to provoke unto love and to good works: not forsaking the assembling of ourselves together, as the manner of some is; but exhorting one another: and so much the more, as ye see the day approaching. For if we sin wilfully after that we have received the knowledge of the truth, there remaineth no more sacrifice for sins, but a certain fearful looking for of judgment and fiery indignation, which shall devour the adversaries. He that despised Moses' law died without mercy under two or three witnesses: of how much sorer punishment, suppose ye, shall he be thought worthy, who hath trodden under foot the Son of God, and hath counted the blood of the covenant, wherewith he was sanctified, an unholy thing, and hath done despite unto the Spirit of grace? For we know him that hath said, Vengeance belongeth unto me, I will recompense, saith the Lord. And again, The Lord shall judge his people. It is a fearful thing to fall into the hands of the living God. But call to remembrance the former days, in which, after ye were illuminated, ye endured a great fight of afflictions; partly, whilst ye were made a gazing-stock both by reproaches and afflictions; and partly, whilst ye became companions of them that were so used. For ye had compassion of me in my bonds, and took joyfully the spoiling of your goods, knowing in yourselves that ye have in heaven a better and an enduring substance. Cast not away therefore your confidence, which hath great recompense of reward. For ye have need of patience, that after ye have done the will of God, ye might receive the promise. For yet a little while, and he that shall come will come, and will not tarry. Now the just shall live by faith: but if any man draw back, my soul shall have no pleasure in him. But we are not of them who draw back unto perdition; but of them that believe to the saving of the soul. Now faith is the substance of things hoped for, the evidence of things not seen. For by it the elders obtained a good report. Through faith we understand that the worlds were framed by the word of God, so that things which are seen were not made of things which do appear. By faith Abel offered unto God a more excellent sacrifice than Cain, by which he obtained witness that he was righteous, God testifying of his gifts: and by it he being dead yet speaketh. By faith Enoch was translated that he should not see death; and was not found, because God had translated him: for before his translation he had this testimony, that he pleased God. But without faith it is impossible to please him: for he that cometh to God must believe that he is, and that he is a rewarder of them that diligently seek him. By faith Noah, being warned of God of things not seen as yet, moved with fear, prepared an ark to the saving of his house; by the which he condemned the world, and became heir of the righteousness which is by faith. By faith Abraham, when he was called to go out into a place which he should after receive for an inheritance, obeyed; and he went out, not knowing whither he went. By faith he sojourned in the land of promise, as in a strange country, dwelling in tabernacles with Isaac and Jacob, the heirs with him of the same promise: for he looked for a city which hath foundations, whose builder and maker is God. Through faith also Sara herself received strength to conceive seed, and was delivered of a child when she was past age, because she judged him faithful who had promised. Therefore sprang there even of one, and him as good as dead, so many as the stars of the sky in multitude, and as the sand which is by the sea shore innumerable. These all died in faith, not having received the promises, but having seen them afar off, and were persuaded of them, and embraced them, and confessed that they were strangers and pilgrims on the earth. For they that say such things declare plainly that they seek a country. And truly, if they had been mindful of that country from whence they came out, they might have had opportunity to have returned. But now they desire a better country, that is, an heavenly: wherefore God is not ashamed to be called their God: for he hath prepared for them a city. By faith Abraham, when he was tried, offered up Isaac: and he that had received the promises offered up his only begotten son, of whom it was said, That in Isaac shall thy seed be called: accounting that God was able to raise him up, even from the dead; from whence also he received him in a figure. By faith Isaac blessed Jacob and Esau concerning things to come. By faith Jacob, when he was dying, blessed both the sons of Joseph, and worshipped, leaning upon the top of his staff. By faith Joseph, when he died, made mention of the departing of the children of Israel; and gave commandment concerning his bones. By faith Moses, when he was born, was hid three months of his parents, because they saw he was a proper child; and they were not afraid of the king's commandment. By faith Moses, when he was come to years, refused to be called the son of Pharaoh's daughter; choosing rather to suffer affliction with the people of God, than to enjoy the pleasures of sin for a season; esteeming the reproach of Christ greater riches than the treasures in Egypt: for he had respect unto the recompense of the reward. By faith he forsook Egypt, not fearing the wrath of the king: for he endured, as seeing him who is invisible. Through faith he kept the passover, and the sprinkling of blood, lest he that destroyed the firstborn should touch them. By faith they passed through the Red sea as by dry land: which the Egyptians assaying to do were drowned. By faith the walls of Jericho fell down, after they were compassed about seven days. By faith the harlot Rahab perished not with them that believed not, when she had received the spies with peace. And what shall I more say? for the time would fail me to tell of Gedeon, and of Barak, and of Samson, and of Jephthah; of David also, and Samuel, and of the prophets: who through faith subdued kingdoms, wrought righteousness, obtained promises, stopped the mouths of lions, quenched the violence of fire, escaped the edge of the sword, out of weakness were made strong, waxed valiant in fight, turned to flight the armies of the aliens. Women received their dead raised to life again: and others were tortured, not accepting deliverance; that they might obtain a better resurrection: and others had trial of cruel mockings and scourgings, yea, moreover of bonds and imprisonment: they were stoned, they were sawn asunder, were tempted, were slain with the sword: they wandered about in sheepskins and goatskins; being destitute, afflicted, tormented; (of whom the world was not worthy:) they wandered in deserts, and in mountains, and in dens and caves of the earth. And these all, having obtained a good report through faith, received not the promise: God having provided some better thing for us, that they without us should not be made perfect. Wherefore seeing we also are compassed about with so great a cloud of witnesses, let us lay aside every weight, and the sin which doth so easily beset us, and let us run with patience the race that is set before us, looking unto Jesus the author and finisher of our faith; who for the joy that was set before him endured the cross, despising the shame, and is set down at the right hand of the throne of God. For consider him that endured such contradiction of sinners against himself, lest ye be wearied and faint in your minds. Ye have not yet resisted unto blood, striving against sin. And ye have forgotten the exhortation which speaketh unto you as unto children, My son, despise not thou the chastening of the Lord, nor faint when thou art rebuked of him: for whom the Lord loveth he chasteneth, and scourgeth every son whom he receiveth. If ye endure chastening, God dealeth with you as with sons; for what son is he whom the father chasteneth not? But if ye be without chastisement, whereof all are partakers, then are ye bastards, and not sons. Furthermore we have had fathers of our flesh which corrected us, and we gave them reverence: shall we not much rather be in subjection unto the Father of spirits, and live? For they verily for a few days chastened us after their own pleasure; but he for our profit, that we might be partakers of his holiness. Now no chastening for the present seemeth to be joyous, but grievous: nevertheless afterward it yieldeth the peaceable fruit of righteousness unto them which are exercised thereby. Wherefore lift up the hands which hang down, and the feeble knees; and make straight paths for your feet, lest that which is lame be turned out of the way; but let it rather be healed. Follow peace with all men, and holiness, without which no man shall see the Lord: looking diligently lest any man fail of the grace of God; lest any root of bitterness springing up trouble you, and thereby many be defiled; lest there be any fornicator, or profane person, as Esau, who for one morsel of meat sold his birthright. For ye know how that afterward, when he would have inherited the blessing, he was rejected: for he found no place of repentance, though he sought it carefully with tears. For ye are not come unto the mount that might be touched, and that burned with fire, nor unto blackness, and darkness, and tempest, and the sound of a trumpet, and the voice of words; which they that heard entreated that the word should not be spoken to them any more: (for they could not endure that which was commanded, And if so much as a beast touch the mountain, it shall be stoned, or thrust through with a dart: and so terrible was the sight, that Moses said, I exceedingly fear and quake:) but ye are come unto mount Sion, and unto the city of the living God, the heavenly Jerusalem, and to an innumerable company of angels, to the general assembly and church of the firstborn, which are written in heaven, and to God the judge of all, and to the spirits of just men made perfect, and to Jesus the mediator of the new covenant, and to the blood of sprinkling, that speaketh better things than that of Abel. See that ye refuse not him that speaketh. For if they escaped not who refused him that spake on earth, much more shall not we escape, if we turn away from him that speaketh from heaven: whose voice then shook the earth: but now he hath promised, saying, Yet once more I shake not the earth only, but also heaven. And this word, Yet once more, signifieth the removing of those things that are shaken, as of things that are made, that those things which cannot be shaken may remain. Wherefore we receiving a kingdom which cannot be moved, let us have grace, whereby we may serve God acceptably with reverence and godly fear: for our God is a consuming fire. Let brotherly love continue. Be not forgetful to entertain strangers: for thereby some have entertained angels unawares. Remember them that are in bonds, as bound with them; and them which suffer adversity, as being yourselves also in the body. Marriage is honourable in all, and the bed undefiled: but whoremongers and adulterers God will judge. Let your conversation be without covetousness; and be content with such things as ye have: for he hath said, I will never leave thee, nor forsake thee. So that we may boldly say, The Lord is my helper, and I will not fear what man shall do unto me. Remember them which have the rule over you, who have spoken unto you the word of God: whose faith follow, considering the end of their conversation. Jesus Christ the same yesterday, and to-day, and for ever. Be not carried about with divers and strange doctrines. For it is a good thing that the heart be established with grace; not with meats, which have not profited them that have been occupied therein. We have an altar, whereof they have no right to eat which serve the tabernacle. For the bodies of those beasts, whose blood is brought into the sanctuary by the high priest for sin, are burned without the camp. Wherefore Jesus also, that he might sanctify the people with his own blood, suffered without the gate. Let us go forth therefore unto him without the camp, bearing his reproach. For here have we no continuing city, but we seek one to come. By him therefore let us offer the sacrifice of praise to God continually, that is, the fruit of our lips, giving thanks to his name. But to do good and to communicate forget not: for with such sacrifices God is well pleased. Obey them that have the rule over you, and submit yourselves: for they watch for your souls, as they that must give account, that they may do it with joy, and not with grief: for that is unprofitable for you. Pray for us: for we trust we have a good conscience, in all things willing to live honestly. But I beseech you the rather to do this, that I may be restored to you the sooner. Now the God of peace, that brought again from the dead our Lord Jesus, that great shepherd of the sheep, through the blood of the everlasting covenant, make you perfect in every good work to do his will, working in you that which is well pleasing in his sight, through Jesus Christ; to whom be glory for ever and ever. Amen. And I beseech you, brethren, suffer the word of exhortation: for I have written a letter unto you in few words. Know ye that our brother Timothy is set at liberty; with whom, if he come shortly, I will see you. Salute all them that have the rule over you, and all the saints. They of Italy salute you. Grace be with you all. Amen.

Thus we see, that the Apostle to the Hebrews doth plainly testify, that this Psalm is spoken of Christ. Now the Jews themselves do not deny it. For in the Chaldee paraphrase upon this Psalm, they say, that it is spoken of the Messiah.

ſponte ſe abdicante, ejus ſeſſionem illegitimam quodammodo probare potuiſſent nonnulli exiſtimare. Non poterat enim renunciare, qui nunquam legitimè ſediſſet. Exiſtimat tamen Baronius fuiſſe diſpenſatum cum Stephano Germano Imperatoris, qui Diaconatū ſuſceperat à Photio.

XXVII. Baronius ad annum Chriſti 1063. narrat Petrum Patriarcham Antiochenum more majorum miſiſſe epiſtolam ad Leonem IX. ſtatim ac creatus fuit Patriarcha, quâ teſtatus ſe Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ unionem & fidem profiteri, quam recipiens ac probans Pontifex eidem reſcripſit ejus electionem probans, ſi non eam Sedem Neophytus, aut Curialis, aut Digamus, vel pretio, vel quolibet modo, ſacris canonibus contrario obtinuiſſet; eſtque hortatus, ut Sedis Antiochenæ, quæ tertium à Romanâ locū obtineret, dignitatē cōſtāter defenderet adverſus eos, qui eam minuere vellent. Porrò non ſolùm Eccleſiam Antiochenam, ſed etiam Alexandrinam atque Hieroſolymitanam eo tempore Communionem Romanæ Eccleſiæ, nomen Romani Pontificis in Eccleſiâ recitaſſe ſatis conſtat ex diprychis Michaëlis, Cerularii Patriarchæ Conſtantinopolitani ad Petrum Patriarcham Antiochenum, dum ea de causâ conqueſtus de iiſdem Patriarchis. Dum anno 1075 Gregorius VII. accepiſſet per quoſdā Monachos à Michaële Imperatore Conſtantinopolitano gratulatorias de ſuâ electione litteras, eâ occaſione miſit legatum Dominicum Patriarcham Venetum cum litteris pro componendo inter Latinos & Græcos ſchiſmate, quam legationem utilem fuiſſe probabile eſt, quandoquidem anno ſequenti Gregorius Papa pro Imperio Conſtantinopolitano laborarit, ut ei ſuppetiæ darentur contra Saracenos, ut patet ex lib. 1. epiſt. 49. & l. 2 epiſt. 37. ejuſdē Pontificis licet obiter etiam dicendum, quod Principes Hiſpaniæ Sancius & Alphonſus erga Romanam Eccleſiam ſingularem obedientiam & obſervantiam manifeſtaſſent, ſpeciale exemplum Berengarii Comitis Barchinonenſis enituit: hic enim ſub Urbano IV. Tarraconenſem Civitatē Romanæ Eccleſiæ obtulit, eandemque ab eo ſub tributo poſſidendam accepit. Dum an. 1076. Henricus Germaniæ Rex ſe ab Eccleſiâ ſchiſmate ſepararet, Rex Barbarus eidem ſe conjunxit, & ſubditū conſtituit. Nam Rex Arabs Saracenus nomine Anzir, regnans in Mauritaniâ Sitifenſi agnoſcens principatum Eccleſiæ & Sedis Romanæ ſupra omnes Eccleſias, miſit Romam Servandum Præsbyterum ab eo conſecrandū in Hipponenſem Archiepiſcopum, & unà cum aliis muneribus miſit quoque captivos, quos habebat, cui Regi Pontifex reſcripſit, ac Apoſtolicam Benedictionem licet Saraceno impertivit. An. 1081. venit ex Oriente Romā Joannes Præsbyter à Patriarchâ Armenorū miſſus inſequens quendam hæreticum pulſum ex Armeniâ, & à Pontifice Romano prius damnatum.

Petrus Diaconus lib. 4. cap. 48. ſcribit, quod Imperator Orientis nomine Alexius nobilem legationem direxit Romam, condolens Romanis de injuriis Pontifici & Urbi illatis, laudansque virtutem, quâ Henrico IV. obſtitiſſent, adeòque ſignificarent, ſi eorum animi in ipſum Alexium propenſiores eſſent, velle vel ſe, vel Joannem filium ſuum more priſcorum fidelium Imperatorum à Summo Pontifice Romæ coronam Imperii ſumere; an fictè vel verè præfatus Auguſtus egerit, vide ibi an. 1115. cùm pleræque accuſationes adverſus Arnulphū Patriarcham Hieroſolymitanum ad Paſchalem Papam eſſent delatæ, hic miſit in Orientem legatum Epiſcopum Arauſicenſem in Galliis Epiſcopum, qui Concilio celebrato ipſum Arnulphum depoſuit. Accipe verba Wilelmi Tyrii lib. 11. cap. 26. *Dominus Papa auditis enormitatibus Arnulphi Patriarchæ, & de ejus immundâ converſatione pleniùs edoctus, legatum dirigit ad partes Syriæ quendam virum venerabilem, & multâ religione conſpicuum Arauſicenſem Epiſcopum, qui ad partes noſtras perveniens convocato univerſi Regni Epiſcoporum Concilio, prædictum Arnulphum coram ſe aſtare præcepit, tandemque meritis exigentibus auctoritate Sedis Apoſtolicæ ab officio Pontificiali depoſuit.* Hæc hiſtoria patenter oſtendit, quanto in honore Apoſtolica Sedes & Romana Eccleſia apud iſtos Orientales XXVIII

les foret, ut verò Arnulphus in ſuam Sedem reſtitueretur, non ad Imperatorem vel Patriarcham aliquem ſe contulit, ſed ad Eccleſiam Romanam, ut idem Tyrius innuit. *Ille autem adhuc fiduciam habens in ſuis præſtigiis, quibus penè univerſorum ſubvertebat animos, transfretare coactus ad Romanam perrexit Eccleſiam, ubi Domini Papæ, & totius Eccleſiæ blandis verbis, & largâ munerum profuſione, religionem circumveniens cum gratiâ Sedis Apoſtolicæ remeavit ad propria, Sedem obtinens Hieroſolymitanam &c.*

XXIX. Cæterùm, Alexium Imperatorem Orientis, & Eccleſiæ Romanæ communione conjunctum probat Baronius ad annum Chriſti 1118. ex eo quod legationibus ac muneribus frequentarit Monaſterium Caſſinenſe, ut patet ex eorum chronicis, maximè Petro Diacono lib. 4. cap. 17. cap. 29. cap. 48. Petro Cluniacēſi l. 4 epiſt. 39. imò quod Eccleſiam Romanam non mediocribus donis coluerit, teſtatur Petrus Diaconus lib. 4. cap. 48. addit Euthymius Zigabenus præfatum Auguſtum plurimum inſudaſſe in evellendis erroribus, & colligendis ortodoxæ fidei decretis, quæ poſtquam Euthymius recenſuit, ſubdit. *Quâ ſanè in re non ſibi Pontificum munus arrogavit, ſed exemplo ſuo Pontifices excitavit, ſeque illorum ſocium & adjutorem adjunxit &c.* Præcipua verò laus Imperatoris hæc eſt: *Quod quendam* (inquit Baronius ad annum 1118.) *hujus temporis nefandum Patriarcham Baſilium auctorem hæreſis Bongomitorum detexit, atque non ſine labore detectum, eundem flammis comburendum tradidit.* Anno 1127. vendicatâ nobili civitate Tyro ab infidelibus ante annos quatuor, tandem primus creatus eſt Archiepiſcopus Wilelmus natione Anglicus, ex Priore ſancti Sepulchri, qui mox in Italiam navigans pro pallio, illud accepit ab Honorio Papâ, qui etiam cum eodem miſſus Ægidius Epiſcopus eruditus. Sic enim ſuam epiſtolam auſpicatur Pontifex. *Honorius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, Venerabilibus Fratribus Suffraganeis, Epiſcopis, Clero, & Populo Tyri ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem &c. Univerſitati veſtræ mandando præcipimus, quatenus eum benignè recipiatis, & tanquam proprio Metropolitano, & animarum veſtrarum Epiſcopo ſubjectionem, obedientiam, & reverentiam humiliter deferatis.* Hæc verba: *mandando præcipimus &c.* Denotant auctoritatem ac juriſdictionem in illarum Eccleſiarum Præſules. Eandem juriſdictionem inſinuat Patriarchæ Hieroſolymitano. *Honorius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, Venerabili Fratri Guarimundo Hieroſolymitano Patriarchæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem &c. Suffraganeis Eccleſiæ ſuæ præcipimus, quatenus ei tanquam proprio Metropolitano ſubjectionem & obedientiam deferant.* Præcipere non eſt æqualis, ſed ſuperioris. Idem Pontifex monuit Patriarcham Antiochenum, ut reſtitueret Suffraganeos Tyrēſi Archiepiſcopo. *Per Apoſtolica ſcripta, & per Venerabilem Fratrem noſtrum Ægidium Tuſculanum Epiſcopum, Apoſtolicæ Sedis Legatum, tibi mandamus, quatenus Suffraganeos Tyrenſis Eccleſiæ ſibi reſtituas. Quod niſi infrà quadraginta dies poſt earum inſpectionem literarum, quas ad eos direximus, debitam ei ſubjectionem exhibuerit, nos extraneos ab officio Epiſcopi ſuſpendimus.* Non ait te rogamus, ſed tibi Patriarcha Antiochenæ Eccleſiæ mandamus.

Hunc porrò primatum Eccleſiæ Ro- XXX.
manæ & Sedis Apoſtolicæ ita conſtanter omnes Eccleſiæ & Sedes particulares veneratæ ſunt, ut ab ejus obedientiâ deflectentes, graves pœnas luerint, ut contigit anno 1136. cùm obiiſſet, quidam Radulphus abſque conſenſu Epiſcoporum, Suffraganeorum, vel certè ejus Eccleſiæ, ſed ſolo favore populi; quem muneribus demeruerat, illam Sedem occupavit, ac illicò pallium de altari Beati Petri Antiochenæ Eccleſiæ propriâ auctoritate, ac nullo habito reſpectu Romanæ Eccleſiæ ſibi aſſumpſit, detrectans omninò ſubjici Eccleſiæ & Sedi Romanæ, quam contendebat non eſſe ſibi ſuperiorem, ſed parem; quod utraque Cathedra eſſet Petri, imò Antiochena quaſi primogenita, inſigniorem prærogativam mereretur: contra quam arrogantiam quidam æmuli ad Romanam Eccleſiam & Sedem recurrerunt, plurimorum aliorum criminum illum inſimulantes, quos tandem ipſe ſecutus eſt. Cujus cauſæ cognitione

ac

ac deciſione dilatâ in adventum legati ad hoc mittendi : interim dimiſſo ab eodem Patriarchâ pallio, quod ſibi Antiochiæ ſumpſerat,aliud accepit ſolemni ritu ſumptum de corpore Beati Petri Romæ : rediens verò Antiochiam non eſt admiſſus à Clero & Principe , niſi diu poſt. Intereà miſſus ab Eccleſiâ & Sede Romanâ Petrus Archiepiſcopus Lugdunenſis, qui apud Accon veneno ſublatus eſt. Ad inſtantiam adverſariorum Patriarchæ in legatione ſucceſſit Albericus Epiſcopus Oſtienſis,qui convocatis Syris , & Palæſtinis, ac aliis Antiſtibus Synodum Antiochiæ in Eccleſiâ Principis Apoſtolorum celebravit : ubi auditis adverſus Patriarcham accuſationibus,cùm ipſe tribus diverſis diebus peremptorio citatus edicto venire ad reſpondendum renuiſſet, per Synodi ſententiam damnatus, atque depoſitus eſt,& jubente legato de palatio Patriarchali , in quo tamen magno ſtipatus agmine populi ſe continuerat,à Principe eductus,& in vincula conjectus apud Monaſterium Sancti Simeonis juxta mare in eminentiſſimo monte,ubi poſtquàm catenis conſtrictus diu fuit , tandem elapſus Romam perrexit, & gratiã Sedis Apoſtolicę aliquatenus aſſecutus, dum iter maturaret,veneno miſerabiliter extinctus eſt (inquit Tyrius lib.15. cap.18.) qui addit ab eodem legato Alberico celebratum fuiſſe Concilium Hieroſolymis in ſolemnitate dedicationis templi Domini , in quo Concilio : *Cui Synodo* (inquit) *interfuit Maximus Armeniorum Pontifex , imò omnium Epiſcoporum Cappadociæ , Mediæ , & Perſidis , & utriuſque Armeniæ Princeps , & Doctor eximius, qui Catholicus dicitur.* Narrat idem Tyrius lib.14. cap. 11. & ſeq. quod Fulcherus Archiepiſcopus Tyri cùm Anno 1138. conſecrationem accepiſſet à Patriarchâ Hieroſolymitano more prædeceſſorum ſuorum, Romam pergens pro obtinendo pallio à Patriarchâ ejuſq; complicibus injuriosè, & inſidiosè tractatus eſt : itaut vix ab eorum manibus elapſus Romam potuerit appellere,ut patet ex litteris objurgatoriis ac comminatoriis Innocentii Papæ ad eundem Patriarcham ſcriptis , quas refert Wilelmus Tyrius. *Innocentius Epiſcopus Servus ſervorum Dei , Venerabili Fratri Wilelmo Hieroſolymitano Patriarchæ , ſalutem , & Apoſtolicam benedictionem. Magiſterium totius Eccleſiæ & Eccleſiaſticæ inſtitutionis Beato Petro Apoſtolorum Principi , cæleſti privilegio eſſe collatum , Evangelica declarat auctoritas.* Et infra : *Miramur autem quoniam cum Romana Eccleſia pro liberatione Orientalis Eccleſiæ tantopere laboraverit , & multorum filiorum ſanguinem effundendo , corda tam Eccleſiaſticorum , quàm ſæcularium ad ejus ſervitium excitaverit , nequaquam , prout convenit, eidem Matri tuæ hâc vice reſpondere curaſti.* Vocat Eccleſiam Romanam Matrem Sedis & Eccleſiæ Hieroſolymitanæ. Subdit : *Parum enim tibi viſum quod Venerabilem Fratrem noſtrum Wilelmum Tyrenſem Archi-Epiſcopum more prædeceſſorum ſuorum pro ſuſceptione pallii ad Romanam Eccleſiam venientem diſturbare præſumpſeris , ubi te erga eum à nobis redeuntem inhumanum, difficilem & nimis aſperum exhibueris &c. Quocirca, auctoritate Apoſtolicâ præcipimus , ſi ejuſdem Matris tuæ piis optas ſtudiis , atque ſolatiis confoveri ; ſi in tuis neceſſitatibus ejus patrociniis deſideras adjuvari, jam dictum Archiepiſcopum diligas , & honores &c, alioqui timendum tibi erit , nè tam ipſum , quàm Suffraganeos ſuos à tuâ obedientiâ ſubſtrahamus , eoſq; intra manus noſtras contineamus.* Quæ moniones & comminationes auctoritatem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in reliquas Eccleſias etiam Aſiæ manifeſtant. Undè cùm ei obedire detrectaverunt, immenſa moles Eccleſiæ Aſiaticæ corruere cœpit. Ex eodem Tyrio lib. 16. cap. 17. defuncto Wilelmo Patriarchâ Hieroſolymitano Fulcherus Archiepiſcopus Tyri ſucceſſit,& exploſus ac amotus Radulphus per ſententiam Eugenii Papæ.

XXXI. Refert Baronius poſt Theodorum Balſamonem teſtem oculatum , quod tempore Emmanuëlis Imperatoris canon Concilii Carthaginenſis de non trahendo Clerico ad laicorum tribunal contemptus eſt; itaut multi non tantùm ex laicis , ſed ex ſacris Miniſtris , ut Epiſcopi , Monachi , Clerici ad ſæcularia judicia traherentur, & cogerentur forum Eccleſiaſticum recuſare, cauſaſque ad ſæculare judicium evocare. Aſſe-

rentibus

rentibus judicibus posse ab Imperatore omnia fieri, ac immutati. Quam Ecclesiasticam immunitatem proculcatam Deus ultus est. Nam non multò post Imperatores Imperio privati, & in servitutem redacti sunt, dum Ecclesiastica jura & auctoritatem sibi arrogare voluerunt. *Discant hinc Principes Occidentales pro ipsis rem agi ab Episcopis, cùm quod suum est vendicant ab eorum manibus censuris Ecclesiasticis*, inquit Baronius, qui etiam ad an. 1154. notat post Wilelmũ Tyriũ l. 18. c. 1. & 8. quod cùm Almaricus Patriarcha Antiochen. infẽsus esset redditus Rainaldo Principi Antiocheno, ab eo nimis ignominiosè tractatus est; nam in carcerẽ tetricũ detrusus, & capite melle delibuto muscis expositus Sole calente. Deus hanc sacrilegam barbariem ultus est: nam post ingentem penuriam immissam, idem Princeps in manus hostium venit.

XXXII Wilelmus Tyrius lib. 18. cap. 6. 7. 8. narrat anno 1155. Fulcherium Patriarcham Hierosolymitanum propè centenarium, unà cum aliquot aliis ex præcipuis Orientis Episcopis in Italiam ad Adrianum IV. Papam perrexisse, ut cõquererẽtur de militibus hospitalariis qui se dicebant exemptos per privilegia Apostolica. Eodem anno Adrianus Papa legatos misit ad Imperatorem Constantinopolitanum pro procurandâ cõcordiâ inter Latinos & Græcos, pro quâ accelerãdâ scripsit Basilio Archidiacono Thessalonensi Archiepiscopo, hujus temporis in Orientali Ecclesiâ magni nominis viro. His verbis: *Ex quo per invidiam hostis antiqui Constantinopolitana Sedes à sacrosanctâ Romanâ & Apostolicâ (quod sine lacrymarum inundatione vix famur) Ecclesiâ seipsam separavit, & hominis inimicus proprium malitiæ venenum effudit, & à Matris obedientiâ liberi secesserunt, unitatisque locum binarius subiit, laborem multum & studium, qui nos præcesserunt Beati Petri successores adhibuerunt, ut schisma de medio tolleretur, & unitati Ecclesiæ, qui se ab eâ separarunt, redderentur. Quamobrem & nos, qui hoc tempore Apostolicæ Sedis curam suscepimus (ut Deo placet) prò omnibus Ecclesiis, quæ sunt intra terrarum orbem constitutæ, quamvis Beati Petri virtutibus par nihil habeamus, ministerio tamen fungi cogimur.* Et post aliqua: *Vndè Frater in Christo, dilectionem tuam his litteris admonemus, ut hanc rem diligenter cures. Nam una est Ecclesia, & una sola sanctificationis arca, in quam unumquemque fidelium è diluvio servari oportet, circa unionem ejus omnibus modis labores, tuaque cogitet prudentia, ut Ecclesia Dei non possit divisa consistere, ut omnem animã viventem è præsentis diluvii procellis intra unam arcam Ecclesiæ congregari oporteat ad Beatum Petrum omnium fidelium gubernatorem traditum est, quoniam modò Sancti Patres divino spiritu illuminati omnium Ecclesiarum primatum sacrosanctam Romanam Ecclesiam absolutè obtinere jusserint, & ad ejus sententiam omnium judicium referri præscripserint, & ad tollendam de medio divisionem, ad unionem Ecclesiæ, ad conjunctionem divisi parietis propter Dei dilectionem, propter animæ salutem, & propter gloriæ fruitionem, quæ non marcescit vigilanter adverte &c.* Illi Basilius Archi-Episcopus Thessalonicæ respondet se non abscissum esse ab Ecclesiæ Catholicæ unitate, licet Ecclesia Orientalis discrepet quibusdam ritibus ab Occidentali. Illi arridet Petrus Cluniacensis lib. 5. epist. 16. illius sæculi scriptor, ubi sic Sancto Bernardo scribit. *Testes sumus, & nos temporis nostri qui humanã Ecclesiam, & totam Latinam linguã offerre Deo salutare sacrificium azymi panis videmus cum Græcâ Ecclesiâ, & maxima Orientis pars ac Barbaræ sed Christianæ gentes sacrificare de fermentato dicantur. Cùm hoc ita sit, nec antiqui, nec moderni propter tam celebres & famosas usuum dissonantias, à charitate mutuâ desciverunt, quia nihil, quod fidem vel charitatem læderet, in his omnibus invenerunt.* Præter hos Patriarchas, habuerunt etiam Græci suos tam Hierosolymitanum, quà Antiochenum, sed titulo tenus cùm illic consistere non possent, ut docet Theodorus Balsamon in canone 16. Synodi Antiochenæ. Anno 1163. Balduino Regi Hierosolymorum successit Amalricus frater; sed priusquàm coronaretur coactus est à Joanne Præsbytero Cardinali Legato, & Patriarchâ Hierosolymitano dimittere uxorem, quam sibi in quarto consanguinitatis gradu duxerat Patriarchâ refragante;

conceſſo tamen, ut duo ex eâ ſuſcepti filii legitimi haberentur; ut refert Wilelmus Tyrius lib. 19. cap. 1. & 4. Plura de obendientiâ Eccleſiæ Aſiaticæ erga Romanam Eccleſiam videri poſſunt apud Spondanum & Bzovium in ſupplemento annalium Baronii, & quæ dixi hoc capite §. 5. 7. 8. 9. 10. Tantùm huc adducam, quæ ſcribit noſter Arnoldus Boſtius lib. de viris illuſtribus Ordinis noſtri cap. 14. de Sancto Petro Thomâ Ordinis noſtri. Hic vir Apoſtolicus poſtquàm varias legationes ritè & laudabiliter obiit, ad Principes, Reges, & Imperatores, Anno 1351. ad Regem Apuliæ. Anno 1354. ad Genuenſes & Mediolanenſes. Anno 1355. ad Carolum IV. Imperatorem, & Regem Ruſſiæ. Anno 1356. ad Regem Hungariæ, & Venetos. Anno 1357. ad Palæologum Imperatorem Conſtantinopolitanum. Anno 1359. & tribus ſequentibus in Orientem. Anno 1363. ad Vice-Comites Mediolanenſes & Genuenſes. An. 1364. & ſequentibus inſtitutus eſt Legatus generalis iterùm in Oriente, & in Aſiâ ut refert Mazzerius Cancellarius Regni Cypri. cap. 3. 4. uſque ad 18. Boſtius in Analectis c. 4. Godefridus Henſchenius in commẽtario prævio ad vitam Sancti Petri Thomæ § 2. & 3. & Epiſcopus Pactenſis ab Innocentio VI. creatur, ac in augmentationẽ ſui ſtatus Eccleſia Coronẽſis aſſignatur. Quantũ verò tunc ſudarit pro Eccleſiâ Romanâ nunc cõcionando, docendo, diſputando, Domino cooperante & ſermone confirmante ſequentibus ſignis, nunc fideles baptizando, ſchiſmaticos in ſinum Sanctæ Eccleſiæ reducendo, Conſtantinopoli, Smyrnæ, Rhodii, in Cretâ Inſulâ & alibi; conſule authores citatos. Tandem in Patriarchatum Conſtantinopolitanum promotus eſt; & in commendam iterùm Eccleſia Nigroponti adjecta eſt. Fertur extirpaſſe in Cretâ abominabilem quandam hæreſim quam potiſſimum nobiliores illius Inſulæ propugnabant, & cognatum Duciſſę Cretenſium pertinacem igni adjudicaſſe. Hugone Hieruſalem ac Cypri Rege defuncto, Princeps Petrus ſacram unctionem ac Regium Diadema ab eo ſolemniter accepit in Eccleſiâ Cathedrali Famaguſtanâ. Audiens Sathaliam munitiſſimam hoſtium fidei civitatem à Petro Rege captam, ſtatim, Sacerdotes & Religioſos ad divinum officium perſolvendum inſtituit. His peractis Romam venit ſuæ villicationis rationem redditurus, ubi ab Urbano V. Archiepiſcopatum Cretenſem in ſui ſtatus augmentũ iterũ accepit. Ex quibus patet Eccleſiã Aſiaticam tunc Sanctæ Romanæ Eccleſiæ fuiſſe ſubjectam, ac B. Petrum Thomam perfectiſſimum exemplar ac prototypum Nunciorum, & Legatorum Apoſtolicorum eſſe, ſicut Beatus Franciſcus Xaverius Miſſionariorum typus eſt.

§. 25.

Teſtimonium Moderna Eccleſiæ Aſiaticæ in terris Principum Infidelium.

SAnctæ Romanæ Eccleſiæ Maternitas non tantùm his locorum & temporum terminis circumſcripta eſt; ſed etiam à remotiſſimis Aſiæ Regionibus debitâ Matri ſubmiſſione ac veneratione nunc colitur: ex quo S. Thomas Apoſtolus pro Evangelicę legis zelo Martyrii laureâ aſſecutus eſt per corruptiſſimos Paganiſmi, Mahometiſmi, Neſtorianiſmi, & aliarum ſectarum ritus ita depravatæ ſunt, ut illæ ſolum nomen S. Thomę & Religionis ab ipſo annũciatę & aliquod documentũ retinerent. Præcipuam hujus aſſertionis fidem faciunt quæ habentur in libro Gallico, cui titulus eſt: *Les Eſtats, Empires, & Principautez du monde*, & in deſcriptione generali Aſiæ per Petrũ Davity quædam eorum ipſiſſima verba ſubinde referã. Primi quidẽ agẽtis de dominio Turcæ p. 912. *Quant aux Chreſtiẽs, il y en a quelqu'uns, qui obeiſſẽt à l'Egliſe Romaine, & quelques autres, qui en vivent ſeparez. Quant aux premiers: oultre les marchans Venitiens, Raguſois, François, & autres qui trafiquent en grand nombre de Tripoli à Damas, & en Alep, & en quelque autre Ville d'Aſie & de Surie, & ſont aſſiſtez aux choſes ſpirituelles des Religieux de S. François qui habitent en Ieruſalem, & à Bethleem*

1.

Bethleem on trouve un petit peuple, qui vit parmi les Armeniens, à la Latine. A Langiacane est un Chasteau de deux journées loing de Tauris, qui a 25. villages sous sa jurisdiction, qui recognoissent l'Eglise Romaine, jaçoit qu'on y parle Armenien. Les habitans de ce lieu furent convertis par le Pere Barthelemy Bolognois de l'Ordre de S. Dominique, qui fut fait Evesque d'Armenie l'An 1337. sous Iean XII. Il y avoit lors, comme nous avons dit, 25. villages: mais à present il n'y en a que 12. qui persistent en l'obeissance de l'Eglise Romaine: & des autres 13. les uns se sont remis sous le Patriarche de la haute Armenie; les autres ont esté ruinez durant les guerres, que les Turcs ont eu contre les Perses. Et ces 12. villages Latins sont environ mil deux cens maisons. Ils sont assistez aux choses spirituelles des Religieux de S. Dominique sous un Archevesque du mesme Ordre, esleu par leur Chapitre, & par les principaux des villages, & puis confirmé par le Pape. Postquàm retulit varias Christianorum sectas ut Melchitarum, Nestorianorum, & Dioscorianorum, Jacobitarum, Maronitarum, subdit hos præ aliis affici erga Sedem Romanam, cujus fidem jam à 400. annis professi sunt, imò Petrus Patriarcha Maronitarum anno 1515. misit legatos ad Concilium Lateranense, ut idem refert, & subdit: *Le Pape Gregoire leur envoia deux Iesuites, qui aiant fait celebrer un Synode, ou se trouverent le Patriarche, & ses Evesques les induisirent à une entiere profession de la foy Catholique: de sorte qu'ils brusterent les livres pleins d'erreurs, & reduisirent en deux Monasteres les Religieuses deça, delà, donnant ordre à ce que les enfans fussent instruits en la doctrine Chrestienne: le Patriarche des Maronites est de l'Ordre de Sainct Antoine; Il est eleu par les Evesques, & les Religieux, puis confirmé par le Pape. Il se tient à Tripoli de Surie.*

III. *Davity* Petrus Davity citatus ait in Dominio Asiatico Turcæ reperiri aliquos Hispanos & Lusitanos, qui liberum exercitium Religionis Catholicæ habent, primò in Provinciâ Anatholiæ in Bithyniâ maximè lupadæ anno 1574. erant tres Sacerdotes & sex Templa. In monte Olympi multa sunt Monachorum alvearia eximiæ sanctitatis. In Phrygiâ seu Troade, sunt aliqui Christiani præcipuè Troïæ. In Provinciâ Joniæ nonnulli sunt Christiani & ferè advenæ Galli, Veneti, Flandri &c, qui etiam eâdem Religiosi exercitii libertate gaudent: De Insulâ Chio hæc scribit. *A cête heure il y a plusieurs Chrestiens, qui vivent selon l'Eglise Romaine, & ont un Evesque Latin, qui est confirmé par le Pape. Les Iesuites y ont un College, & les Freres Predicateurs un Convent. Les Grecs ont aussy leur Evesque, qui depend du Patriarche de Constantinople; Quand aux Latins, quoy qu'ils soyent forclos de la demeure de la Ville; toutesfois l'Evesque n'a laissé d'aller celebrer la messe dans son Eveché, qui est en la Ville; dans laquelle il y a mesme un certain lieu, où tous les pauvres Chrestiens, & passagers peuvent loger trois jours & trois nuits sans payer aucune chose &c. Il y a 4500. Catholiques Romains. Il y a aussy des Iesuites, des Iacobins, & des Cordeliers. Les Turcs ont laissé quelque bien à l'Evesque, qui y reside, qui est de la famille Iustinienne, qui vit encor avec beaucoup d'honneur, & de liberté; pource que le Roy de France l'a prise soub sa protection.* Ait in Insulâ Samos aliquos esse Christianos. In Insulâ Rhodiensi nonnulli sunt Catholici, qui cùm hactenus forent mancipia, Sedem ibi fixerunt. Insula Cypri habebat olim 14. Episcopatus, sed Innocentius III. Papa ad instantiam Reginæ Alidis ad 4. reduxit, scilicet Archi-Episcopatum Nicosiæ Græco-Latinum, Episcopatum Famagustanum etiam Græco-Latinum, Episcopatum Paphos, Græco-Latinum, & Episcopatum Limissanum. Archiepiscopus Nicosiæ vulgò Cypri non alium Patriarcham recognoscebat, nisi solum Pontificem Romanum; undè passim vocabatur primas Regni, eratque legatus natus à latere Sedis Apostolicæ, & postquàm sub Pio IV. illa Insula venit in potestatem Venetorum, tres nominantur ad Archiepiscopatum, ex quibus unus à Sede Apostolicâ eligitur & confirmatur.

Quantùm ad Syriam, hæc scribit Davity. IV. *En Alexandrete outre les Mahometans il y a deux Eglises, l'une Latine pour les francs servie par un*

Religieux de l'Ordre de Sainct François, & l'autre Grecque servie par un Calogyer ou Religieux Grec. Au reste les Chrestiens Originaires de Syrie, qui sont en beaucoup plus grand nombre &c. Ubi postquàm retulit persecutiones quas à Turcis & Mauris patiuntur; Ut ab omnibus lectoribus percipiantur quæ refert, reddam Latinè. Unicum solatium habent, scilicet quod liberum habeãt Religionis exercitium: quælibet enim natio sua Templa & Sacella habet, quo confluit religionis ergò: nec Mahometani prohibent Episcopis & Patriarchis venire Romam: ut à Sede Apostolicâ consecrentur, eidemque suarum ovium, ac regiminis sui rationem reddant, nec unquam auditum est Religiosos ac Sacerdotes capitalem sententiam subiisse, quia Romæ studuerant, vel ad Ecclesiam Romanam in materiâ Religionis recurrerant, vel ibi sacris ordinibus initiati fuerant. Præter hos sunt Græci & Maronitæ: illi suum Patriarcham habent, qui anno 1552. sub Julio III. hæresim Græcorum abjuravit, ut refert Andræas Masius. Et anno 1575. Patriarcha Antiochenus nomine Memini sub Gregorio XIII. promisit obedientiam Ecclesiæ Romanæ apud Urret. histor. Æthiop. lib. 3. Maronitarum Patriarcha accessit Romam sub Innocentio III. interfuitque Concilio Lateranensi, à quo tempore Ecclesiam Latinam, ejusque ritus secuti sunt. Genebrardus chron. lib. 4. scribit anno 1515 à Patriarchâ Maronitarum Acuri Josephũ cum Eliá Monacho missũ fuisse ad Concilium Lateranense celebratum sub Leone X. cui gratiæ agebantur ob plurimas veritates Catholicas suis subditis per F. Franciscum de Potentiâ explanatas. An. 1572. sub Gregorio XIII. Joannes Baptista Jesuita eos plenius instruxit. Ab eo tempore usi sunt Cathechismo linguâ Arabicâ Romæ impresso. Hi Romanum Pontificẽ, ut caput Ecclesiæ agnoscunt, à quo eorum Patriarcha confirmatur. Celebrant more Latino; ut refert Villamont lib. 3. cap. 7. Archiepiscopo celebranti adsunt duo Episcopi, sed in habitu sæculari; Archiepiscopus seu Patriarcha post elevationem Corporis Christi dividit Sacrã Hostiam in tres patres, quarum unam sumit, alteram unus Episcopus, & tertiam unus Religiosus. Sacerdotes ac Religiosi singulis annis duas vel tres quadragesimas observant; celebrant Pascha more antiquo, officium divinum persolvunt linguâ Chaldaïcâ vel Syriacâ, fundunt preces instar Judæorum, modò curvi, modò prostrati, modò capite posito inter genua, modò levatis sursum manibus, sæpè terram osculantes. Monachorum, præcipuè Ordinis Sancti Basilii Monasteria sunt in Monte Libano. Non tantùm Religiosi: sed etiam quilibet alii Prælatos suos non affantur, nisi post osculum manus, & prostrati. Hi Maronitæ habent Romæ pulchrum Collegium à Gregorio XIII. ædificatum, cujus directores sunt Patres Societatis; habent Hierosolymis Templum Sancti Georgii Martyris. Episcopi nullam Sedem & Diœcesim fixã habent, sed ad nutũ Archiepiscoporum seu Patriarcharum mittuntur in Syriam, ut oves ibi dispersas visitent. Radzivillus epist. 2. narrat in Syriâ esse aliquos Arabes, qui Christianam Religionem profitentur, licet aliquibus Ritibus ab Ecclesiâ Romanâ, & diversis utantur. In Alep Catholici liberũ etiam fidei Romanæ exercitium habent, ibi est Templum optimè fornicatum, & à mercatoribus Venetis egregiè ornatum: juxta illud est Monasterium FF. Minorum. Ibi publicè Sacrum celebratur. Tripoli in Phœniciâ, ut testatur Villamont lib. 3. cap. 9. sunt plurimi Christiani, quorum libertas in exercitiis Christianæ Religionis major est, quàm alibi. V.

De terrâ Sanctâ seu Canaan, ibi Christiani excedunt numerum Turcarum & Judæorum. Habitant juxta Montem Calvariæ (inquit Cotov. Itiner. Hierosol.) Sacerdotes & Christiani ibi commorantes licet diverso idiomate & ritu utantur, satis tamen benè inter se conveniunt, & coram Turcis & Mahometanis Christum verum Deũ esse prædicant. Tantùm eleëmosynis maximè Regis Catholici victitant. Rex Christianissimus anno 1621. obtinuit à Sultano Osman facultatem reparandi Sacrum Sepulchrum aliàs non concessum, quod dotavit variis muneribus & ornamentis usque ad quadraginta

ginta millia librarum Gallicarum. Cotov. in Hierosolimit. itin. scribit etiam Samariâ esse aliquos Christianos. Quâvis idem Historicus dicat quod anno 1600. in totâ Galilæâ seu Nazareth forent tantùm duo Christiani, & anno 1621. tantùm duæ domus: tamen Cezy in suo itinerario & alii ferunt esse in Domo Virginis Annunciatæ Conventum Franciscanorum. Chaldæi, sive Babylonii subjiciuntur partim Turcis, partim Persis: eorum dominium extenditur usque ad Jndias Orientales. Christianorum numerus ibi satis notabilis est: an. 1617. Metropolitano Chaldæorum defuncto successorem è Societate Jesu à Clemente VIII. ordinatum & missum susceperunt. Et ante tempore Julii III. quidam Nestoriani illic degentes errores suos & obedientiam suo prætenso Patriarchæ detrectantes postularunt à Sede Apostolicâ Simonem Salácha Ordinis S. Pachomii Religosũ in illis partibus missionariũ, cui à Turcis interempto quorũdã odio successit Abdiesu ejusdẽ Instituti Monachus, versatissimus in sacris litteris & linguis, qui cõposuit versus Chaldaicos optimos ac subtilissimos in laudem Romani Pontificis, & interfuit Concilio Tridentino. Hic multos Nestorianos ad fidem Ecclesiæ Romanæ revocavit; habuit successorem Ahathalla ejusdem Ordinis professum, quem secutus est Denha Simon prius Archi-Episcopus Geluensis. Tandem anno 1617. Elias Patriarcha Chaldæorum misit Romam ad Paulum V. legationem, quâ Ecclesiæ Romanæ religionem & obedientiam professus est: legatis reversis in Babyloniam, præfatus Patriarcha Concilium coëgit, cui Guardianus Franciscanorum Conventus de Alep interfuit, lectæque sunt litteræ Apostolicæ, quibus Nestoriani errores exponebantur, pluribus in contradictorio agitatis, tandem Patriarcha cum suis illos abjuravit, & Ecclesiam ac Sedem Romanam, ut arcam divinæ veritatis agnovit. Patriarcha sub se complectitur quatuor Archiepiscopatus, & plurimos sub illis Episcopatus: In Assyriâ ex Angl. cujus. Nau. cap. 23. multi Christiani Armeni reperiuntur. Armenia duos Patriarchas habet, quorum unus habitat in Monasterio Ecomeazim majoris Armeniæ prope urbẽ Servaniensem seu Ervaniensem, alteri subjiciuntur plusquàm mille Episcopi, & Religiosi Sancti Antonii. Alterius Sedes est in minori Armeniâ. Fertur Patriarcham majoris Armeniæ nomine Azariã sub Gregorio XIII. Romanę Ecclesię obedientiã vovisse. Cotov. itin. Myræ. Pol. Eccles. lib. 2. ait quod præter duos præfatos Patriarchas sit unus primus seu Archi-Episcopus, cui obediunt aliquot Armeniorum millia, qui ad discrimen aliorum vocantur Frankes more Europeorum, quia eorũ fidẽ sequũtur, hujus primatis residentia olim erat in Nexivan, sed Metropolitana Ecclesia S. Thomæ in Mosqueam conversa est à Mahometanis: modò habitat in Monasterio Abbaranensi, distante uno milliari à Nexicano, ęique subjiciuntur plurimi Sacerdotes & Religiosi Ordinis Sancti Dominici: illos convertit ad fidem Beatus Bartholomeus Bononiensis Ordinis Sancti Dominici missionarius Apostolicus. In plurimis Civitatibus diffusi sunt. Celebrant more Romano, sed linguâ Armenianâ. Hierosolymis in Ecclesiâ Sancti Jacobi eorum missale reperitur. In veteri Iberiâ, nunc vulgò Georgiâ seu secundùm Venetos apud M. Polo. lib. 1. cap. 5. Zorzaniâ Romanæ Ecclesiæ fides plantata fuit tempore Constantini Magni teste Nicephoro historiæ Eccles. lib. 8. cap. 34. Pio II. par. 2. cap. 25. per Mancipium Christianum, qui illius Regionis Reginam ab insanabili morbo liberavit, eamque hortatus est, ut fractis idolis Christi fidem amplecteretur.

VI. Status Sophi amplissimus varias sectas fovet, quarum una est Catholicorum. Myræus Polit. Eccles. lib. 2. cap. 8. & alii scribunt illius Regionis Missionarium fuisse P. Bartholomæum Ordinis Sancti Dominici à Joanne XII. deputatum anno 1337. cum titulo Archi-Episcopi Naxivanensis. Ejus successores in Archiepiscopatu sunt Religiosi Sancti Dominici, qui fidem Catholicam plurimum promoveruut. Illius fidei sectatores vocantur vulgò *Francks Armeniens*: incolunt urbes Naxivanensem, Abbaranensẽ, Abbaragonẽsem, Carnanensem,

nenſem, Saltachenſem, Haſcaſſenſem, Meaſcenenſem, Carſanenſem, Xabunibuniſenſem, Giahugenſem, Caraguſenſem, Chenſagenſem, Arcachenſem, in quibus locis ſunt multa monaſteria Sancti Dominici. *Goveau Progr. de l'Egliſe* lib. 3. cap. 11. & 12. ſcribit Perſas libenter de rebus Religionis diſſerere, & eſſe capaciores ad ſuſcipiendam fidem Chriſtianam quàm aliæ nationes. Hinc eſt quod Franciſcus Maſcarenas Prorex Indiarum miſit ad Mahometum Codabende Sophi Fratrem Simonem de Morales Auguſtinianum, à quo benigniſſimè exceptus fuit, in cujus ſignũ illi ſuum filium natu majorem artibus Sphœræ & Matheſis imbuendũ tradidit, qui Chriſtianæ Religionis tanto deſiderio flagravit, ut Perſæ non ferentes eum interemerint. Arias de Seldanâ Prorex Indiarum Orientalium ad Xa-Abas poſt Regnum Corrazanum armis ſuperatum, miſit duos Auguſtinianos, qui etiam humaniſſimè excepti fuerũt. Quàm devotus foret Rex erga ſanctum Jacobum & Crucem manifeſtavit, dum civitatem Iſpahanenſem ingrediẽs populo attonito invitavit Regem Georgianorum, ad unionem cum Eccleſiâ Romanâ, & ſigno Crucis calicem ſuum in mensâ munire præcipiens eundem ritum ab aulicis faciendum innuit: iiſdem PP. Auguſtinianis Templum extruxit, ad quod confluebant plurimi Chriſtiani confeſſionis & communionis gratiâ. Sacrum Miſſæ Sacrificium ab illis Patribus celebratum lubenter audivit, ordinavitque, ut illis in urbe Iſpahanenſi Monaſterium extrueretur: Jacobus Fava ſcripſit anno 1599. quod præfatus Princeps tunc gereret Crucem auream Reliquiis Sanctorum plenam. Myræus Georg. Eccleſ. & Polit. lib. 2. c 13. narrat quod anno 1608. miſerit Romam ad Paulum V. Nobilem Perſam nomine Dansbeg cum Antonio Goveau Auguſtiniano Luſitano ad poſtulandum à Sede Apoſtolicâ Epiſcopũ, qui regeret locũ (qui vulgò dicitur tres Eccleſiæ) ubi Prælatus Armenorum Chriſtianorũ habitare ſolet. Hujus Regis litteræ ex linguâ Perſicâ in Luſitanam, & ex hâc in Latinam traductæ fuerunt per P. Henricum Lancelot Auguſtinianum, ac Antuerpiæ typis mandatæ. Gomean ſic conſecratus Epiſcopus, reverſus eſt in Perſidem anno 1612. cum magno Chriſtianę Religionis augmento. Nunc PP. Auguſtiniani, & noſtri Diſcalceati habent Monaſterium in Civitate Iſpahanenſi ubi Aula Regia Regis Perſarum eſt. Illius loci Epiſcopus eſt P. Bernardus noſtri Ordinis Ampiltis; qui ob ſenium & quotidianas infirmitates, illuc pergere non valet, in ejus ſubſidium ad præfatæ Sedis & Eccleſiæ Aſpahanæ coadjutoriam promotus P. Placidus Chemin Ordinis Sancti Benedicti Monachus. Sophi ſubeſt Media, ubi nonnulli reperiũtur Catholici qui ſubſunt Archiepiſcopo Naxinanenſi. In Regno Casbinenſi eidem Sophi ſubdito olim fuit Conventus PP. Auguſtinianorũ. In Regno Ormuziano ex Jarric. lib. 4. cap. 5. 6. & 7. Pater Gaſpar Barze plurimum inſudavit anno 1549. in converſione Mahometanorum Xeque Aio, ac legitimus ſucceſſor amplexus fidem Catholicam ſtudio P. Leonardi de Gratiâ, & P. Sebaſtiani à S. Monicâ Auguſtinianorum, ac in Civitate Ormaz Baptizatus eſt. Plura de noſtri Ordinis Miſſionariis ac miſſionibus in illas Regiones agemus. tom. de Pontif.

VII. De Indiis Orientalibus multa dicenda occurrunt, quæ breviter perſtringam, in primis ſubſunt partim Paganis & Mahumetanis, partim Hiſpanis & & Luſitanis. Ibi plurima Religionum alvearia quorum major pars expenſis Regis Catholici aluntur, reliqui mendicatò & fidelium libertate non exiguâ. Paſtoribus æquale ſtipendium annuum datur à Rege, cui Papa permittit decimarum collectionem in his Indiis. Earum Sanctus Xaverius meritò Apoſtolus nuncupatur. Nam illæ quidem ab Apoſtolo Sancto Thomâ Chriſtianæ Religionis rudimenta perceperunt: ſed illo per Martyrium extincto paulatim ad Gentilitũ, & Saracenorum ritus & mores deflexerunt, adeòut exceptis incolis vulgò S. Thomæ vix ullum Chriſtianæ Religionis veſtigium præter nomen ſupereſſet. Verum quidem eſt, quod Luſitani aliquibus Indiæ Oppidis poſteà dominantes Chriſtianę fidei nonnullos radios immiſerint; quodque illic foret Epiſcopus

copus universæ Indiæ præsidens & quidem ex Ordine sancti Francisci Christi vineæ ibi colendæ imbuerent: sed tantæ messi operariorum paucitas omninò impar erat, Ethnicæque superstitiones multùm prævalebant: adeòut ipsimet Lusitani Præsidiarii totos annos Missæ Sacrificio, & sacrâ concione carerent. At ubi Sanctus Xaverius à Paulo III. Pontifice missus advenit, mirum progressum Dei Ecclesiæ fecit. Non enim tantùm animabus, sed corporibus etiam juvandis studia & conatus adhibuit, nam matutinas horas confessionibus excipiendis sedulò impendebat, pomeridianũ tempus incarceratis visitandis, consolandis, per confessionem sacramentalem convertendis, denique stipe corrogatâ juvandis dabat. Dominicis ac Festis diebus mane Lusitanos sacrâ concione fovebat, à prandio indigenas Christianæ Religionis Catechismo imbuebat. Pellicibus convertendis, ac pueris instruendis non deerat. Universi mirabantur Sacerdotem extraneum & ex alio orbe adventitium brevi tempore tot hominum millia, tot Principes, & Reges ad Christi fidem convertisse. Undè Indiarum Abostolus licet renuẽs cœpit appellari, & quo facilius tum pueri, tum adolescentes, tum viri cujuscumque status, & nationis Christianorum moribus imbuerentur Goæ Collegium parare cœpit, ita ut anno 1642. ex Fernando Guettero relat. annual. lib. 1. cap. 1. & 2. Myræo Polit. Eccles. lib. 2. Patres Societatis tres numerosissimas Provincias possiderent, prima est ad sinum Persicum; secunda in Sud. tertia in Japoniâ, prima habet Goæ Collegium Sancti Pauli, Novitiatum & Professorium. In territorio Salsetensi sunt undecim residentiæ. In Urbe Bazaïm Collegium est cum duabus residentiis. In Tannaâ Collegium Deiparæ Virginis cum quinque residentiis. In Civitate Damanensi Collegium undecim millium Virginum, Collegium Dei, & aliud Sanctorum Petri & Pauli Chaulense. Insuper missiones Persidis, Mogor, Catay, &c. Collegium Mozambicum cum residentiis Teti, & Senæ. In Provinciâ Su sunt Collegium Deiparæ in urbe Cochinensi, Novitiatus cum quinque residentiis. Vaïpicotæ in Regione Cochinẽli Collegium Sanctæ Crucis cum residentiis de Paliporto, & Regni Porcensis. Collegium Cranganorense. Collegium Coulanense cum pluribus residentiis. In orâ piscatoriâ erat Collegium Tutacorense cum viginti-duabus residentiis, sed destructum & spoliatum. Ibi etiam extat Collegium Negapatanense, & aliud Meliaporense vulgò S. Thomæ in Regno Bisnagarensi, insuper Collegium Chandegrience, cum variis residẽtiis. Collegium Malacense Peguanum, Bengalense, cum residentiis Molacensibus. In Philippinis sunt aliqua Collegia ac residentiæ, in Macao egregium Collegium est. Provincia Japoniæ & Sinarum multa Collegia habet, quæ alibi commodiùs recensentur. Cæterum Josephus à Costâ de procurãdâ Indorum salute l. 1. c. 18. hæc scribit. *Da mihi certè apud Indos Apostolicos viros, reddam ipse vicissim ex Indis Apostolicos fructus. Ad nostros, quod nescio, quàm vitæ honestioris speciem, & cupiditatis abjectionem fortè conspexerunt, ita Indi accurrunt, ut passim confessionis faciendæ causâ remotissimi etiam veniant, triginta, aut octoginta leucas emensi: conciones sacras ita frequentasse vidimus, ut insatiabili Dei verbi fame ferri viderentur. Vna ex aliâ, usque ad quatuor & quinque eodem die adeuntes, idque omnibus diebus Dominicis & Festis. Pœnitentiæ sacramentum perpetuâ quadam frequentiâ, ita & peti, & reddi, qui cerneret jubilæum, aut magnæ hebdomadæ tempus omninò crederet. Dari sibi graves pœnitentias postulant, & si minus pro voto graves imponuntur, ipsi arripiunt lacrymis, & acerbo dolore se conficientes invitant alii alios ad pœnitentiam tanto ardore, ut nostri omnibus satisfacere, illorum precibus importunis se opprimi conquerantur. In melioris vitæ proposito ita constantes, ut nonnullas fœminas, qui sexus fragilior est, constet neque precibus, neque minis, neque verò stricto mucrone & jugulo oppositio pervinci potuisse, ut veteribus amatoribus obsequerentur suæ omnia libenter dant. Christi Corpus avidissimè esuriunt, & quibus conceditur, mundissimè accipiunt, & religiosè conservant: neque ultra se semel communicatos locum crimini dare posse testantur. Quod secus*

cùm

cùm esset aliquando factum, tantâ indignatione adversus seipsum Indum eommotum scimus, ut à se strangulando tanquam impio, & sacrilego Domini Corporis proditore vix manus temperare potuerit. Quasdam eâ devotione divinitus impleri constat, ut de rebus divinis sapienter prorsus, & excelsè sentiant, & nonnunquam dono cœlesti futura prævideant. Immodica hæc, & per aggerationem dicta plerique existimabunt. Verùm ego certa & explorata loquor, ac quidquid ii qui videntur sibi soli esse Christiani contra disceptent, in nationes quoque gratia Dei diffusa est, & nihil Deus discernit inter istos & nos fide purificans corda eorum. Et quidem sanè rebus ipsis jam victi fatentur se nihil unquam tale aut vidisse, aut de Indorum gente speràsse: atque ita & admiramur; & Deo optimo Patri orphanorum gratias agunt. Nonnulli etiam nostros sequi, & se socios adjungere in hâc Evangelii fœlicitate contendunt. Et paulò post: *Et ii ipsi ex nostris hanc operam navantes pauci admodum numero sunt præ innumerabili Indorum multitudine.*

VII. Porrò Religiosa Monasteria, quibus India abundat, sunt Ordinum Sancti Dominici, Sancti Francisci, & nostri Ordinis Discalceatorũ, quibus cura animarum pastoralis concessa est. *Constat verò* (inquit à Costâ l. 2. c. 16) *Summos Pontifices hanc mendicantium in Indis administrandis operam non solum probare, verùm etiam multis, magnisq; privilegiis, & concessionibus insigniter provocare; neque alienum ab instituto Religioso censendum esse, si Christi amori fratrumque saluti cedat interdum acurata illa communis vitæ & regulæ disciplina, Christi præsertim Vicario ita & publicas & privatas leges interpretante. Nemo verò sit adeò absurdus, & à studio regularum aversus, quin apertè fateatur operæ, & labori deberi potissimum hujus Indicanæ Ecclesiæ primordia. Regios autem sumptus, & diligentiam in transmittendis novo orbi Religiosorum gregibus, ut nulla ab Hispaniâ classis his fœlicibus mercibus vacua solvat quis erit tam ineptus, qui aliorsũ interpretetur &c. Præterea ne illud quidẽ negari potest à Religiosis religiosiùs, acuratiùsq; Neophytos institui, ferèque vitæ exemplo magis, quàm à sæcularibus adjuvari. Nam ut nihil aliud, ipsa habitus professio cohibet, ut castiùs vitam instituant. Quæ cùm ita sint, non est cur ab officio cessare Monachos, & solùm sæcularibus Parochias omnes Indorum quisquam concedere velit.* cap 20. proponit moderationem quam adhibere debent tam Patres Societatis, quàm alii Religiosi in susciendâ administratione Parochiarum Indicarum. Plura apud Petrum Maffeum.

VIII. Status Magni Mogor Mahometanos, Gentiles & Christianos habet. De his aliqua proferamus. An. 1578. quidam Sacerdos Christianus habitans in Bengalâ ad instantiam filii Regis Abekar venit Pateful, cui veritates Evangelicas Christi, & Mahometi pravos errores expositi, quo audito illum hortatus est, ut missionem aliquorum Jesuitarum Goanorum procuraret; in quem finem misit nuntium Goam, obtinuit P. Rodulphum de Aquavivâ, A. à Monte-Serrato, & Franciscum Henriquez, qui appulerunt Pateful, 1588. die 18. Februarii. Quibus Rex ipse proprium filium fidei Christianæ documentis imbuendum commisit, magni faciens Christianam Religionem, Mahumetismum abjurans, & Christianos pluribus muneribus ac eleëmosynis cumulans. Ab eo tamen tunc recesserunt, seu quia pellices suas dimittere nolebat; seu quia curiositatis potius quã devotionis gratiâ eorum familiaritatem ambiebat. Rursus anno 1590. Rex Mogor audiens Festum Virginis Assumptæ à Christianis celebrari, suo etiam ritu colere statuit, & in illum finem extrui curavit thronum satis eminentem, in quo imaginem Beatæ Virginis sibi relictam à Patre Aquavivâ jussit collocari: Præcipiens universis Principibus, militum Ducibus, & Aulicis, debitam illi reverentiam, & posteà osculum præstari. Quod Primarii Aulæ Regiæ polliciti sunt, modò filius primogenitus suo exemplo illud pietatis officium præmitteret, quod illicò præstitit; & qui in illo officio exhibendo promptiores ac devotiores se exhibuerunt, speciali honore affecti sunt. Quo facto Alcoranos proculcari jussit, Mosqueas in stabula equorum, & elephantum converti, omnes pellices dimisit, & maritavit, unicam retentam in uxorem accepit, prohibuit Mahometanis ullum puerum circum-

circumcidere ante annum 15. ut tunc eligerent quam legem deinceps ab ipſis obſervandã. Sub idem tempus per Leonem Guimon Græcum accerſivit Goâ quoſdam Patres Societatis; ex quibus anno 1591. miſſi ſunt Pater Eduardus Leyoton, P. Chriſtophorus de Vegâ & quidam alius non Sacerdos: ſed parum ibi morati ſunt, quia Princeps ſuę converſionis parum cupidus erat. Tamen (ex Jarricio lib. 4. cap. 13.) idem Akebar iterùm accerſivit Goâ per legatum aliquos Patres ſcilicet Hieronymum Xaverium, & Emmanuelem Piguerro cum fratre coadjutore Benedicto Goës; Quos benigniſſimè excepit circa Natalitia Domini iſtius Regis filius natu ſecundus in Cambaye. Mogor & ejus natu major eos quoque ſummis honoribus exceperunt, permittentes Baptiſmo regenerari quicumque vellent, Mahometiſmum deteſtantes, licèt tamen adhuc in aliquo errore verſarentur: Patribus etiam permiſit erigi Templum in Lathor, tutèque ac publicè fidem Catholicam annunciari in ſuo Regno; ipſeque cum filio fidem Catholicam fuiſſet amplexus, niſi poligamia obſtitiſſet. Pergens Rex ad bellum ſecum duxit P. Xaverium, qui Rege annuente alios patres Goanos vocavit, convertitque ſeptem Capitaneos Mahometanos Regis Breampur an. 1599. & anno ſequenti plures alios ad ſinum Romanæ Eccleſiæ adduxit. An. 1601. & 1602. (ut teſtatur auctor citatus lib. 5. cap. 12. & ſequentibus) publicè verbum Dei diſſeminarunt in Civitate de Agra, Templum extruxerunt, duas proles Manuquer legati Regis ſacro Baptiſmate regenerarũt, & natu major Mogor collo appendit crucem Regi Ekebar defuncto anno 1605. ejus filius ſucceſſit, qui Saracenorum rebellionem præcavens pollicitus eſt Saracenis obſervantiam legis Mahometicæ, Moſqueas purgari juſſit, reſtituit Nameſas, Jahanair, ideſt ſplendorem legis Mahometi Orbis conqueſtoris reſtauravit; & alia in gratiam Mahometanorum permiſit: facultatem tamen habendi Templum & domicilium Patribus conceſſam non revocavit, imò ejus aulę imaginibus Chriſti, & Beatæ Virginis erant ornatæ: duo Religioſi illi ſemper aderant, & in oratorio ſuo imaginem Beatæ Virginis habebat. Plura apud Maffeium. Magnus Mogor partim præeſt Regno de Cambaye, partim Luſitani. In terris ſubjectis Mogor, mercatores Luſitani nonnulli ſunt. Jarricius lib 5. cap 30. ait illos infideles ſatis aptos eſſe ad Chriſtianiſmum, ſed pauci ſunt ibi operarii, quos ibi P. Hieronymus Xaverius reperit ad fidem converſos eos privatos Sacerdotibus anno 1600. ſuis concionibus, & ſacro Miſſæ Sacrificio, aliiſque officiis divinis conſolatus eſt. In Regno Dekanenſi, Cimkanenſi eſt legatus Proregis Goani cum aliquibus Jeſuitis, quibus non licet publicos actus Religionis Catholicæ exercere. Regnum Bignagarenſe conſtat Mahometanis & Chriſtianis, quoad hos Jarricius lib. 6. cap. 17. narrat, quod anno 1599. duo Patres Societatis Jesu ierunt ſalutatum illius nationis Regem, à quo impetravit Templum, & domum in urbe de Chandegry. ipſamet Regina in ſuo fundo locũ præfatis ædibus erigendis aſſignavit; à quo tempore (ut ſcribit Fernandus Guettero lib. 1. cap. 10.) ſcilicet anno 1602. Rex cupiens renovare fœdus & amicitiam à majoribus initam cum Luſitanis miſit honorabilem legationem ad Proregem Goanum cui aſſociavit P. de Chaudregry, eâ lege, ut expeditâ legatione illuc remearet. Accipe quædam excerpta ex litteris iſtius legationis apud Maffeium. *Superiori patrum hic degentium in Regiâ med Vrbe Chaudegry, locum ædificandæ Eccleſiæ, & habitationi idoneum aſſignavi, ac pro annuo vectigali, undè ſe commodè ſuſtentent, tertiam Elamur S. Thomæ vicinam, paratuſque ſum eos, qui huc venerint, honore debito, omnibuſque humanitatis officiis proſequi. Ad hæc poteſtatem illis dedi ubique legem Dei annuntiandi, meúque ſubditis, ut Evangelio Chriſti nomen darent; nullum eâ de causâ diſcrimen adituri. Goæ puto non ignorari quanto amore Luſitanos proſequar &c.* De ſingulari Reginæ & filii affectu erga Chriſtianos, aliisque nobilibus converſis ad fidem, ac reſidentiis Societatis in alis locis illius Regni erectis, conſule Jarricium lib. 6 c. 28. & Maffeium. In Regno Biſnagano religio Chriſtiana

Digitized by Google

ſatis uberes fructus facit. In Meliapor eſt Epiſcopus Archiepiſcopo Goano ſubjectus, in Negapan PP. Societatis habent Templum & domum: ſimiliter in Tranguabar ubi magna eſt Chriſtianorum multitudo. In Naïco Gingiano etiam miſſionarii non vulgari honore fuerunt excepti; nam præter munera ab illius Regionis Principe data, conceſſæ ſunt illis litteræ tutelares liberè peragrandi totum illum ſtatum. *Noſtris facultatem* inquit (Maffeus) *dedit reſidendi in novâ Civitate, cui Chriſtapatanæ nomen indidit, ibique Eccleſiam ædificandi, qui velint Chriſto nomen dare, id licitè poſſe conceſſit, retento nihilominùs cujuſvis dignitatis, aut facultatis gradu; Sacerdoti illius Eccleſiæ curam ſuſcepturo ducentos aureos aſſignavit in alimenta.*

IX. Terris Naichi Madureni idem præſidet, qui oræ piſcatoriæ. *In Madure domum* (inquit Maffeius) *habemus minimè quidem ſumptuoſam illam, nè pinnaculis & turribus inauratis cum illius Regionis idolorum templis conferenda; at certè pulchram, & Religionis plenam.* Infra: *In ædibus noſtris non rarò de Religione Chriſtianâ ſermo eſt habitus, Brachmanis ad nos, vel amore, vel novo audiendi ſtudio confluentibus. Habet pater, qui hic degit valetudinarium publicum, famâ notiſſimum, in quo pauperibus omnia neceſſaria gratis miniſtrantur. Habet & ludum litterarium puerorum Gentilium qui legere & ſcribere diſcunt, præceptore Brachmanâ quodam, quem Deus ad veritatis cognitionem traduxit, adeò ut ſanctum Baptiſma ſuſcipere in animum indexerit.* Davity ſcribit, quod an. 1601. in totâ ditione Naichanâ eſſent octoginta millia Chriſtianorum & amplius; haberentque viginti-duas Parochias. In orâ piſcatoriâ anno 1607. centum triginta quinque millia Chriſtianorum numerata ſunt. Idem refert quod aliàs in eâdem piſcatoriâ orâ quadringenta millia Chriſtianorum reperta ſunt. Hanc oram piſcatoriam S. Xaverius olim adiit, plurimosque incolas ad fidem Chriſti convertit. In territoriis Vaiparenſi, & Bemparenſi plurimi Romanæ Eccleſiæ Religionē profitentur. An. 1601. omnes Tripalicorenſes exceptis tribus vel quatuor familiis Chriſtianæ Religioni dederant nomen. Maravaſani Chriſtianis ritibus & præceptis ſuſcipiendis paulatim aptiores efficiuntur, induſtriâ Patris è Societate Jesu Peripatanenſis apud Mendozam l. 3. c. 24. apud Jarricium l. 2. c. 8. Paranaſani liberaliſſimi ſunt in pauperes. Sacramentis ſuſcipiendis aſſidui; cum ſacrâ confeſſione conſcientiam diluunt, ab aſtantibus veniam rogant, ob malum exemplum illis à ſe præſtitum.

Mavaria parva inſula eſt è Regione Oræ Piſcatoriæ (inquit Turſellinus lib. 2. cap. 21.) *millia paſſuum à continenti circiter 150. in eâ Patinus pagus erat tum obſcurus, nunc incolarum Martyrio nobilis. Hujus pagi incolas ingens cupido Chriſtianæ Religionis inceſſit, de quâ ſimul & de Franciſco Comorinenſibuſque multa egregia pertulerat rumor. Itaque eò Franciſcus ſummis Mavariorum precibus Baptiſmi causâ evocatur. Verum cum gravioribus Religionis negotiis implicatus eò ipſe ire non poſſet, Sacerdotem quendam ſuo loco miſit, qui catechiſmo inſtitutos, Baptiſmo ablueret. Baptiſmum gravis ſed utilis procella excepit. Quippè Rex Iaſanapatanæ, in cujus ditione inſula eſt, Chriſtiani nominis odio barbaram ferociam ſimulante, ſic exarſit irâ, ut immiſſâ militum manu pagum omnem ferro, flammâque vaſtaret. Caſi dicuntur ampliùs ſexcenti. Ita vaſta illa ſolitudo recentes Cælo effudit Martyrum flores. Ex eo pagus Martyrum loco nomen factum. in hâc Inſulâ tres ſunt parochiæ ac innumeri Chriſtiani, præfatas Eccleſias regunt Patres Societatis.* Regio Malabarienſis Regi Biſnagarenſi ſubjecta abundat Chriſtianis ac Templis ad uſum fidei noſtræ apta. Sunt Diœceſis Cochienſis, dirigunturque, partim à Religioſis S. Franciſci, quorum operâ alias à Paganiſmo ad Chriſtianiſmum traducti ſunt; partim à PP. Societatis Jesu. Anno 1635. quatuordecim millia Chriſtianorū ſeu ab iſtis Patribus fideles inſtructi, & directi numerabantur. Plura de Malabarenſibus apud Jarricium lib. 6. c. 17. X.

Regni Calecutani delineationem contexit Maffeius & Jarricius lib. 6. cap. 5. & 7. Romanæ Eccleſiæ exercitium ſatis ibi liberum eſt, & Patres Societatis miram meſſem colligunt, ac Regi grati ſunt, habentque ab eo facultatem XI.

omnes

omnes ſponte accedentes promiſcuè baptizandi, publicè concionandi, & ante Templum foris magnam Crucem plantarunt. Regnum Tamor, ſive Tamanor ſatis amplum, Reges habuit Gentiles: tamen anno 1548. teſte Jarric. lib. 6. cap. 1. Rex Chriſtianam fidem amplexus eſt, & Goam profectus magnificentiſſimè exceptus fuit: ejus ſucceſſores Chriſtianæ Religionis ſectatoribus ſemper faverunt, maximè 1606. munificentiâ Regiâ Templũ PP. Societatis ædificatum eſt in Tamor, ac Tamoritanis Eccleſiæ Romanæ nomen dandi libertas data eſt. In Panur Rex quidem Gentilis eſt, qui Chriſtianis in ſuo Regno degentibus quoddam tributum imponere ſtuduit, ſed induſtriâ Patris Fenicio ceſſavit: extat ibi Templum ædificatum tempore Sancti Thomæ Apoſtoli, quod auctum eſt ob populi Chriſtiani multitudinem. In Regno Granganorenſi ſunt Pagani, Mahometani, Gentiles & Chriſtiani. Ibi (inquit Jarricius lib. 6. cap. 14.) Malabarienſis Archiepiſcopatus juxta Bullam Pauli V. datam anno 1607. collocatus eſt. Cocinorum Regio Maritima eſt inter Comorinum Oppidum Promontorium & Goam, amplitudine ac dignitate ſoli Goæ in Indiâ ſecundum: ibi nonnulli ſunt Catholici. Ibi anno 1558. erectum eſt Collegium PP. Societatis, cui annexæ ſunt aliquæ reſidentiæ. In ditione Repelmâ duo ſunt Templa Chriſtianorum; alterum Sanctis Petro & Paulo ſacrum, alterum Sancto Gregorio. Quò ad Regnum Mutertinum Rex Paganus prohibuit publica Templa ac Chriſtianæ Religionis officia: ſed anno 1581. ædificari permiſit templum ex lignis in ſylvâ Pagodes dedicati, & omnibus ſubditis ſacro Baptiſmate regenerari, ac caſtigari eos, qui poſt ſuſceptum Baptiſmum Chriſtianorũ more vivere renuerent.

XII. Martananum Regnum amplum eſt, & ita fertile, ut quotannis triplicem proferat meſſem: nec mirum: quia ſemina omnia leguminum aliarumque frugum quocumque anni tempore terræ mandata ad maturitatem perveniũt. Fodinæ auri, argenti, æris, ferri, & plombi & lapidum pretioſorum frequentes ſunt. Patres Societatis ædem habent in primariæ Civitatis parte eminentiore, quæ ſpeciem præbet arcis, intus inſtructa eſt domiciliis, hortis, fontibus, arboribus fructiferis, aliisq; amœnitatibus: vulgò vocatur Collegium Sancti Pauli. Patres Capucini ſuum foris domicilum habent in valle eorum ſolitudini valde conveniente, amœnâ & ferace. Gentiles illius Regionis incolæ Chriſtiani multi ſunt; reliqui ab illâ ſuſcipiendâ non ita alieni. In Regno Porcano non minor eſt ſpes propagandæ Religionis Chriſtianæ: nam ibi rex Miſſionarios perbenignè ac humaniter excepit. Hi liberã poteſtatẽ habent extruendi Templa (inquit Maffeius) & cruces in quâvis regni parte defigendi: deinde omnibus liberum eſt ſacris initiari abſque ſuarum opum, officiorum, dignitatum jacturâ, vel obligatione ob ſuſceptum Baptiſma. Deinde, juxta Templum Chriſtianorum nullæ extant Moſqueæ Mahometanorum, vel Gentilium delubra, aut Synagogæ Judæorum. Præterea, Patres Miſſionarii poſſunt tutè cum ſuis ſociis per totum Regnum excurrere, & quamvis civitatem, vel ſolùm etiam tempore belli ingredi. Inſuper, nullus Epiſcopus vel Prælatus poteſt illud regnum ingredi niſi miſſus ſeu approbatus à Rom. Pontifice & rege Luſitaniæ. Quod ſi fortaſſe Schiſmaticus quiſpiam reſtiterit Prælato de Serrâ, Rex ad eum plectendũ, auxilium brachii ſæcularis concedit. Calecutanum Regnum non caret etiam Chriſtianis, licet Rex ſit Gentilis an. 1599. Archiepiſcopus Goanus antiquum quoddam Templũ dedicavit omnibus Sanctis, inſtituit Vicarium, ex Goveâ lib. 2. c. 7. aliquos adultos, ſed multò plures pueros baptizavit, divina officia more Romano perſolvit, uno verbo illius Regionis incolas rerum divinarum imperitiſſimos inſtruxit. Rex, qui in ſuis dominiis deſtrui curarat quoddam Templum ad Epiſcopatum Cocinenſem ſpectans, dum bellum moveret contra Luſitanos, initâ pace ad inſtantiã Archiepiſcopi Goani, non tantùm illud ſeu aliud reſtauravit, ſed etiã liberum reliquit ſubditis Religionem Chriſtianã amplecti, ac quoſdã Chriſtianos libertate donavit, eisq; bona reſtituit.

XIII. Regni Calani incolæ partim Mahometani, partim Pagani, partim Mauri, partim Chriſtiani: hi habent unum Templum Beatæ Virgini ſacrum: Ibi ſunt Religioſi S. Franciſci, & Societatis Jesu, & eorum operâ quatuordecim millia Chriſtianorum fidem Romanam profitentium. Travancoridis regnum eſt ora maritima in altero Indiæ latere in qua Goa eſt ſita, verſus occaſum ſolis: inter Comorinum Promontorium, & Colonum Oppidum interjacens, à Coccino millia paſſuum ferè 30. Ejus longitudo perhibetur millium facilè 80. maritimi tempore, S. Xaverius illuc accedens à Rege honorificentiſſimè exceptus fuit, ibi PP. Societatis duplicem reſidentiam habent: duæ præterea ſunt Eccleſiæ, altera in Bucero, altera in Maradanalur, quò vicini undequaque confluunt religionis ergò. In Malavaricanâ regione quæ plura regna complectitur, Alexius Manelius Goæ Archiepiſcopus antiquos Chriſtianos Sancti Thomæ viſitavit, & fidei dogmatibus imbuit ſæculo præterito. Ubi acceſſit:

Maffeius *Non defuit* (inquit Maffeius) *inter ipſos quidam Eccleſiaſticâ dignitate pollens, & opibus affluens, qui reciperet ſe Babylonem profecturum, ut indè Archiepiſcopum acceſſeret. Archiepiſcopus verò Goanus, cui non modò tanquam Metropolitano, ſed etiam litteris Apoſtolicis jubentibus competit adminiſtratio illius Eccleſiæ ſede vacante Archidiaconum in obedientiâ Sedis Apoſtolicæ vacillantem in officio continendi munus ſuſcepit, nè videlicet in ſchiſma laberetur, ac Rectori Collegii Societatis terranovæ, ſeu Vaipicotæ mandavit, ut Archidiacono litteras, quibus ipſum Archiepiſcopus auctoritate Apoſtolicâ ejus Eccleſiæ gubernatorem renunciabat, hâc lege redderet, ſi ipſe coram eodem Rectore fidei profeſſionem ſolemnem faceret. Litteras Archidiaconus lætus accepit, & fidei proteſtationem die feſto ſe facturum promiſit. Verùm poſteà nec fidei proteſtationem coram Patre edere, nec gubernationem Eccleſiæ, tanquam ab Archiepiſcopo ſibi delatam accipere voluit, quod ipſe poſtea de conſilio quorumdam feciſſe cauſabatur. Quare conciliatis animis tum Cocinenſis Præfecti, tum aliorum ſæcularium, atque Eccleſiaſticorum, conventum celebratur Vaipini, quo urbis Senatores, & Eccleſiæ Cathedralis Præsbyteros convocarũt, excluſis tantummodò noſtris, quos aiebant Archidiaconum huic negotio intereſſe. In hoc Cõventu Archidiaconum amplexantur, in manibus tenent ac demulcent; interim muſicis inſtrumentis editur feſtæ lætitiæ ſignum: mox in Cathedrâ ſublimem ſtatuunt, urbis præfecto, atque Epiſcopi Cocinenſis Vicario, (Epiſcopus quippè in Ceilano aberat, & hunc Conventum ſe abſente factum, poſtea reverſus moleſtè tulit) & reliquis omnibus in ſcamnis ſedentibus, aſſurgit deindè Eccleſiaſticus quidam inter primos, tanquam Procurator idoneus Archidiaconi præſentis (ut ipſe aiebat:) profitetur Archidiaconum non eſſe Schiſmaticum (ut forſan inquit, aliqui putant) Neque errorem ullum contra fidem Catholicam tenere, fuiſſe enim diligenter à ſe examinatum, atque nunc illuc veniſſe, ut fidei proteſtationem faceret: his dictis Archidiaconus procumbit in genua, & prælegente quodam fidei proteſtationem linguâ Luſitanâ, cujus nè verbum quidem intelligit Archidiaconus, interrogatur an illud totum credat: reſpondet ille Malavaricè, ò, ideſt etiam* Quibus ſubjicit, quod etſi ab Archiepiſcopo Goano alienus eſſet, nec coram rectore Vaipicotæ ſolemnem fidei profeſſionẽ emittere nollet, tamen à fide & obedientiâ Romanæ Eccleſiæ nequaquam deflexiſſe. *Atque* (inquit) *hoc pacto tametſi gubernationem ab Archiepiſcopo, vel Apoſtolicâ auctoritate habere noluit, Catholicus tamen, & Apoſtolicæ Sedi obediens judicatus, & publicatus eſt.* Davity de hoc regno Ma- Davity
lavarico differens, ait: *Au Royaume de Changanate les Payens & les Chreſtiens de S. Thomas ont eſté reduicts à la vraye foy, Le Royaume de Punienta eſt idolatre, & toutesfois pluſieurs Chreſtiens de S. Thomas habitent, ayant eſté reduits à la vraye foy. Enfin Carture n'eſt plus ſchiſmatique, ny Neſtorienne, & recognoit l'Egliſe Romaine. Il y a une Egliſe des Chreſtiens ſous le nom de Noſtre Dame. Il y a auſſi des Chreſtiens à Corolengate, & de meſme à Ignapoli & Palliporan.* In fine concludit: *Au reſte le ſiege du Prelat de ces Chreſtiens fut tranſporté d'Algamante à Cranganor forteresſe des Portugais pour plus grand recours de ces fidels, & le Pere François Rõs Ieſuite fut le premier nommé par le Pape qui changea le titre d'Arche-*

veſque

veſque en celuy d'Eveſque : pource qu'il n'avoit point d'Eveſque ſous luy.

XIV. Populum de Malear ita deſcribit Maffeius: *Incolunt exiguas villulas in montibus, domicilia humillima, argilla incruſtata: comptior, elegantiorque veſtis eorum, eſt talaris cento, Maurorum more. E collo & auribus multum auri pendet, ordinariè unâ uxore contenti ſunt. Armorum loco uſurpant arcus, ſagittas, ac nonnullas fiſtulas ferreas, & macheram. Maximam terræ partem per ignaviã relinquunt inultam. Primarium & ordinarium eorum exercitium eſt venatio elephantorum, quos capiunt in ſcrobibus. Nulla inter eos furta, aut latrocinia, & idcircò dum foras procedunt ædium oſtia non occludunt. Valent arte varia inſtrumenta muſica pulſandi fiſtulas, tibias, & parvula tympana. Nullum apud eos extat idolum. Sepulchra dumtaxat majorum ſuorum in magnâ veneratione habent. Vtuntur veneficiis, & faſcinationibus.* Quantum ad religionẽ, quam modò profitentur hæc ſcribit Davity. *Ils eſtoyent tous idolatres auparavant qu'on les inſtruiſit en la foy l'an 1569. par le ſoin de l'Archeveſque de Goa: mais ils n'ont de temples publics pour leurs Pagodes: ains chacun à ſon idole particulier, qu'il adore en ſa maiſon, maintenant il y en a pluſieurs convertis à la foy Chreſtienne. Les premiers qu'on baptiſa furent huict de leurs chefs, dont les trois eſtoient Padantes avec leur famille, on continua depuis touſiours à les inſtruire, & baptiſer, & l'on bâtit une Egliſe dediée à Sainct Michel au bourg de Priate. Au pied des rochers des Malleens nommé Caratuara, és terres du Roy de Camarete il y a une Egliſe des Chreſtiens de Sainct Thomas dediée à l'honneur de S. Auguſtin, fort commode aux Malleens pour avoir par ce moyen une plus-proche communication avec les Chreſtiens. Ceſte Egliſe porte le nom de Sainct Auguſtin, pource que ceux de ceſte Ordre ont rendus Chreſtiens ceux de ce lieu, qui s'eſtimoient fort leurs obligez.*

Maffeus

Davity

XV. Quamvis in Regno de Orixâ plurimi ſint Mahometani & idololatræ: tamen nonnulli ſunt qui Chriſtianam Religionem profitentur; teſte Ananiâ tr. 2. incolæ ſingulis annis cum ſummâ devotione celebrant Feſtum Sancti Thomæ in Urbe Ulnenſi, quò multi Chriſtiani undequâque confluunt, & in primariâ Civitate Orixanâ, ſeu ſecundùm alios Orizanâ, alios Agaris, eſt Templum Sancto Thomæ ſacrum, ac Chriſtianorum notabilis numerus. Ditionem & ſitum Regni Bengalenſis deſcribit Maffeius: ſectæ variæ ſunt. De Chriſtianâ Religione hæc deprompſi ex Maffeio, Davity & aliis: olim vix alii erant Chriſtiani præter Luſitanos mercatores, qui defectu Sacerdotum rarò Miſſæ Sacrificium audiebant, itaut tam ipſi, quàm eorum domeſtici Indi, & mancipia potius nomen Chriſtianorum haberent, quam mores. Ad vineam Chriſti ibi incolendam P. Nicolaus Punienta Viſitator Societatis Jesu in Indiis anno 1598. illuc miſit Patrem Franciſcum Fernandez & P. Dominicũ Soſa; anno 1599. P. Melchiorem Fonſecam & Ioannem Andream Boves. Qui non tantùm à Luſitanis omnia vitæ ſubſidia promittentibus benignè excepti fuerunt: ſed etiam ab ipſis Principibus Gentilibus. *Divino* (inquit Maffeius) *numine propitio Principes Gentiles inibi omnia humanitatis officia noſtris detulêre. Victum in dies neceſſarium ſuppeditarunt, locum excitandis Eccleſiis, & domibus adſignarunt, facultatem divulgandi Evangelii, Chriſtoque per Baptiſmum aggregandi dedêre ampliſſimam. Mandatum hic habent, ut eo loco maximè ſedem ſtabilem figant, ubi uberior converſionis ſeſe offerret meſsis.* In Diango igitur & Siripur nonnullis converſis ad fidem aliquæ Eccleſiæ extructæ fuerũt, quæ poſteà, ſeu bellorum injuriâ, ſeu ipſorum Principum perfidiâ deſtructæ fuêre: ſpes erat Regnum Arracanum ad fidem Catholicam revocandi, & illius incolæ innuerant Patribus Societatis ſe exoptare Chriſtianis dogmatibus, ritibus, & moribus inſtrui: ſed ex quo bellum inter ipſos & Luſitanos interceſſit, conceptum propagandæ Religionis Chriſtianæ negotium omninò evanuit, Rex Peguanus duodecim Regna ſuo ſubjecit Imperio ita potens eſt, ut in expeditione habuerit decies centena, & ſexaginta millia militum Chriſtianæ Religionis documenta ibi promulgarunt è Societate Jesu P. Joannes Boves, quæ miſſio aliquantulùm progreſſum fecit: itaut 1604. multis

infidelibus ad fidem converſis Eccleſia & reſidentia Patribus iſtius Societatis permiſſa fuerit: Jarricius lib.6. cap.36. ſcribit quod miſſio Regni Siani cœperit anno 1606. poſt renovatam amicitiam Regis cum Luſitanis. Tunc P. Balthazar de Sequeirâ illuc miſſus eſt, ibiq; aliquantulam meſſem collegit. Regni Camboya, ſeu Cambogia ſatis ampli incolæ ſunt ex parte Chriſtiani, præcipuè ab an. 1599. tunc enim ad inſtantiam Regis vocati ſunt diverſorũ Ordinũ Religioſi. In Regnum Cochinchinum ingreſſi ſunt quidam Patres Societatis anno 1615. ac pluſquam 300. regenerarunt ſpatio unius anni: ibi eſt Eccleſia & domus ad uſum PP. Societatis.

XVI. Quantùm ad Chinenſis Regni amplitudinem, fœcunditatem, mores, indolem, ſcientias, artes, opes, vires, regimen, conſulendi Mendoza p. 1. l. 1. c. 1. Turſel. in vitâ S. Xaverii l. 5. c. 8. Trigaut, lib. 4. cap. 2. Davity, Maffeius & alii. S. Xaverius primus ultimis temporibus illuc accellit Evangelii prædicandi gratiâ. *Vbi* (inquit Turſellinus) *ad incolas perlata eſt Franciſcum Xaverium celebre etiã illis locis nomen adventare, prope Luſitani omnes læti obviam ſe illi effundunt in littore. Vt terram attigit mutuâ gratulatione perfuncti, pro ſe quiſque hoſpitio talem virum excipere certabant. Ille, ſinè cujuſquam injuriâ certamen ita diremit, ut apud Georgium veterem amicum, ſuiq́ue perſtudioſũ diverteret. Tũ Luſitanos communiter obſecrat, ut ſacrã ſibi ædiculã quã minimo ſumptu ramis & ſtramine excitarẽt, ubi rem divinã faceret, miniſtraret ſacramenta, pueros ac ſervos ex ſuâ conſuetudine catechiſmo erudiret. Illi ex templo libentiſſimis animis Xaverio gerunt morem & ſatis ſtrenuè adminiſtrata res eſt. In colle, qui à ſummo æqualiter declivis pergit ad portam biduo ædicula ſtetit, protinus ergò Xaverius veteri inſtituto ſacra ibi miniſteria impigrè obire, & modò ægros in navibus afflictos omni obſequio recreare, modò egentibus ſublevandis ipſemet à locupletioribus corrogare ſtipem, interdum cum Sinis Mercatoribus, quà de ipſorum, quà de Chriſtianorum religione diſſerere, in his laboribus ac muneribus duos menſes ac dimidiatum ingenti animi ardore conſumpſit. Qua res illum etiam apud Sinas non minùs ſapientiâ, quàm ſanctitate conſpicuum fecit.* Conſequenter exponit, quàm avidè exoptaret Sinarũ converſioni incumbere, ſed tanti deſiderii executionem mors anno 1552. prævenit. Poſtea varii diverſorum Ordinum ingreſſum in illud regnum tentarunt. Duo Patres Auguſtiniani Martinus Heccada, & Hieronymus Martinus: ſed ob edicta regia ſub pœnâ mortis tam ſibi, quàm nautis, & Mercatoribus imminentis in Inſulas Philippinas regredi coacti ſunt. Anno 1578. quatuor è Familiâ Franciſcanâ Hiſpani iter Sinenſe aggreſſi ſunt cum adoleſcente Sinenſi, & quatuor incolis Inſularum Philippinarum, & Civitatem Curtonenſem ingreſſi abſque ullo obice, ubi aliquot diebus morari permiſſi ſunt, dein juſſi reverti. Succeſſerũt tres Societatis Jesu Religioſi PP. Roger, Franciſcus Paſio, cum Socio non Sacerdote & duobus adoleſcentibus Sinenſibus, ubi obtentâ casâ, & litteris ſeu juribus ac privilegiis Civicis brevi plurimos etiam primarios ad Chriſti fidem amplectendam induxerunt, ac in variis locis reſidentias obtinuerunt, & proindè novas proles Chriſto aggenerarũt. Japonios ad 1200. in mediis perſecutionibus Chriſto nomen dediſſe refert Maffeius. Ex Turſellino lib. 4. cap. 8. *Duorum menſium ſpatio civium capita baptiſata facile quingenta.* Maffeius ait Iaponiorum Legatos miſſos Romam exhibuiſſe Gregorio XIII. debitum honorem, ut capiti Eccleſiæ univerſalis. Hoc Miſſionariorum ſtudium non caruit Martyribus. Nam ex litteris Indiarum anni 1620. juſſu Imperatoris Japoniorum octoginta ſex Chriſtiani Martyrium ſubiere. In Inſulâ Solor plurima ſunt Chriſtianorum agmina ab anno 1563. præcipuè induſtriâ Religioſorum Sancti Dominici, ut teſtatur Iarricius lib. 2. cap. 29. 17. Moluci Regio plures inſulas habet paret Saraceno ſtipendiario Regis Luſitani. Harum Inſularum celeberrima Urbs Ternate nomen habet, ab indigenis Luſitanis & aliis Chriſtianis incolitur, pravos & laxiores vivendi mores Beatus Xaverius brevi emendavit, ipſe Rex Romanæ fidei, & Eccleſiæ nomen dedit. In præfatâ Metropoli, Patres Societatis Collegium ædificarunt, pluresque in illâ Inſulâ reſidentias compararunt,

Turſell.

Turſell.

ſed

sed hæc Christianæ Religionis principia, quæ progressum & fructus ubériores pollicebantur extructa sunt Regicidio, quod ibi perpetravit Alphonsus de Mesquitâ, quod grave bellum excitavit inter Mahometanos Ternatenses & Lusitanos. Tandem redditum est Collegium PP. Societatis, & nunc Religio maximè floret. Insula Bandæ etiam Christianis abundat ex quo Christi Evangelium illis prædicatum est (inquit Argensola lib. 7.) In Insulâ Amboyni circiter millia passuum complectitur, & est Imperii Lusitani, in primis & mercatoribus, indigenisque frequentata. Distat ab urbe Malacâ millia amplius 900. In eâ Insulâ præter Lusitanorum præsidium pagi nunc sunt Christianorum octo: hactenus (ex Davity) 40. tum Urbes, tum Pagi, tum Oppida Christianâ lege imbuta numerabantur. De Macazariæ regno tempore S. Xaverii hæc scribit Tursellinus lib. 2. cap. 18. vitæ S. Xaverii. *Dum Cocini esset Xaverius eo præsens affertur latitiâ, Ethnicorum plurimorum nuper in Macazariæ regno Christianis mysteriis esse imbutos. Macazaria ingens Insula, ultra Insulam, flumenque Gangem est amplius decies centena millia passuum à Molucis Insulis in Orientem circiter 130. in eo regno Dynastæ tres, alique quàm plurimi è populo nuper ad fidem per Antonium Paivam Lusitanum Mercatorem pellecti, baptizatique fuerant, Deo etiam per institores pios Evangelium invehente.* Plura ibi. Jarricius, Myræus, & alii aiunt quod anno 1601. Rex Sion adhuc foret Christianus, & non pauci Christiani in illâ Insulâ reperirentur. In Insulâ de Gilolo, seu Bato sæculo elapso erant (inquit Davity) triginta sex Civitates, Oppida, & Pagi, quæ Romanæ Ecclesiæ fidem profitebantur. Legimus in vitâ sancti Xaverii, quod hic vir Apostolicus illam Insulam peragrans invenerit triginta pagos Christianum ritum & modum vivendi sequentes, pluresque pueros baptizaverit, ac adolescentes in Christianâ religione catechismis firmaverit. In Insulâ Mindanao mediâ inter Insulas Philippinas nonnulli sunt Reges ac Dynastæ, qui industriâ Antonii fidem Christianam cum suis subditis amplexi sunt, sed ob quotidiana bella contra Hispanos & Lusitanos ad priorem idololatriam plurimi deflexerunt. Plura agendo de Summo Pontifice Romano.

§. 26.

Testimonium Modernæ Ecclesiæ Asiaticæ in terris Principum Christianorum.

I. QUOAD Asiæ Regiones quibus Rex Hispaniæ dominatur, Religio Ecclesiæ Romanæ magis floret, quàm aliæ, quibus Mahometani vel alii dominantur. Ac primò in Cambaiano Regno est quædam Insula ditionis Hispanicæ, seu Lusitanæ, in quâ quædã Regio est nomine Diu, olim dicta Patala, ex Ptolemeo, & Plinio, vel (secundùm Arrianũ) Delta, vel idiomate Indico Dive. Quamvis ibi multi sint Pagani, Turcæ, Persæ, Mahometani: tamen sunt plurimi Christianam Religionem securè & liberè sequentes. Ex Jarricio lib. 2. cap. 16. in primariâ illius Insulæ Civitate ab anno 1600 est domus Societatis Jesu. Ibidem etiam est Conventus Discalceatorum nostri Ordinis. In eâdem Cambaianâ ditione Lusitani possident amplam Civitatem Damã generositate Constantini Proregis anno 1559. ibi ex Jarricio lib. 2. cap. 16. Tam liberum est Christianæ Religionis exercitium, ut Patres Societatis publicum habeant Christianæ Religionis Athenæum. Quòad situm, fertilitatem & alias naturæ opes quæ Civitati Daman in territorio Cambaiano competunt, & quæ emolumenta Lusitani illius loci percipiunt, consulendi Govea l. 3. cap. 15. Pyrard tom. 2. cap. 1. Juan. de Bar. lib. 9. cap. 1. Jarricius lib. 5. cap. 21. Breviter dicam quod ibi ab anno 1560. PP. Jesuitæ habent Collegium & Seminarium ad eruditionem juvenum tam incolarum, quàm advenarum, & in locis adjacentibus aliquas residentias possident. Solo anno 1588. ibi 9400. baptizati sunt. Anno 1589. 1300. baptismo regenerati sunt. Anno 1590. 400. eundem baptismum susceperunt, præcipuè ex primariis & nobilibus, qui sicut prosapiâ & opibus, ita indole, & virtute

& virtute Plebeïos ſuperant. Inſula Salſetenſis prope Bazaïm, ab eâ dependens habet innumeros Chriſtianos. Licet (ex Maffeio ſeu epiſtolâ Alexandri Vigignani Provincialis ſcriptâ anno 1585.) ab eo tempore quo Salſetes Luſitaniæ paret Imperio incolarum plurimi Miſſionarii ab Ethnicis cæſi ſint. Davity refert quod anno 1551. in oppido Tanâ, ſeu Tanaâ quod à Buzaïm diſtat tantùm quatuor leucis, Seminarium extructum eſt ſtudio P. Gonzale Rois Jeſuitæ pro inſtruendis pueris Salſettinis. Hic non prætereundum aliquid notatu dignum, in illâ Inſulâ repertum fuiſſe aliquod Templum magnificum more Romano extructum, monſtruoſæ ac falſæ Trinitati dicatum: ſcilicet Bramhaa, Viſnuü, & Maceſu; Sub humani corporis tricipiti figurâ. Nam (ut Brachmanes docēt) prima cauſa vocatur Parabama, vel (ut alii) Parabramma quæ tres filios genuit, quibus ſuam divinitatem communicavit: & quamvis ſint tres: attamen ita in voluntate conveniunt, ut unus eſſe videatur. Propter hoc Brachmanes gerunt tres funiculos unò nodo ligatos ex uraque parte humeri pendentes. Ad illud Templum vulgò Pagodes Indi ex locis remotioribus confluebant devotionis ac peregrinationis ergò: ſed ex quo in Luſitanorum Dominium illa Inſula venit, hæc Ethnica ſuperſtitio in Chriſtianam pietatem immutata eſt, & in honorem Sanctiſſimæ Trinitatis Templum illud cōſecratum eſt, ac vicinarum Regionum plurimi fidem Romanæ Eccleſiæ amplexi ſunt. In eádem Inſulâ Salſettinâ Oppidum eſt cui nomē Bandora: ejus incolæ 4000. ſunt Chriſtiani, PP. Societatis ibi reſident. Anno 1586. tredecim ejuſdem Inſulæ Pagi fidem Chriſti ſuſceperunt, & ſeptemdecim Parochiæ; ac quinquaginta millia Chriſtianorū numerantur. In Arce Maronenſi licet incolæ ſint Chriſtiani; tamen laborant penuriâ Sacerdotum. Eos viſitavit illuſtriſſimus Alexius de Meneſes Archiepiſcopus Goanus anno 1599. alios ſacri baptiſmatis ſacramento regenerans, aliis Confirmationem conferens. Territorium Dekanenſe habet duas urbes, nomine Chiaul, Cheul, Chiani, vel Italicè Cenul, vel apud Ptolemeum Camane; una ad Regem Dekanenſem ſpectat, altera ad Luſitanos. Illa Mahometana & infidelis, hæc ex parte Chriſtianam Religionem profitetur, & ſecundùm Myræum Politic. Eccleſ. lib. 2. cap. 2. habet Collegium Societatis Jesu.

II. Aliquid hic ſpecialiter de Goâ Civitate Indiarum ampliſſimâ dicendum eſt. Hæc ex Maffeio lib. 4. Goth, Arth c. 24. Pyrard tom. 1. c. 29. Moquet lib. 4. Turſellino vitæ S. Xaverii lib. 2. cap. 1. Goa Indiæ caput eſt Civitas in Inſulâ ejuſdem nominis, fermè è regione Sinus Perſici poſita ab Indiæ oſtiis paſſuum circiter 300. hæc manu ac naturâ munita: Inſulam enim exiguam ubi ſita eſt, anguſtum fretum à continenti dirimit, pulchritudine publicorum palatiorum, templorum, & xenodochiorum, collegiorum, domorum pulcherrimarum frequentiâ, commercio, opibus, populo non inæqualis primariis Europæ urbibus. Ibi quidem ſunt multi Indi Gentiles, Gazarates, Banianes, Sinenſes, Japones, Mauri, Mahometani, Arabes, Abyſſini, Perſæ, & liberum ſuarum ſectarum exercitium habentes, tamen abſque templo, & licentiâ cremandi corpora tam viva, quàm mortua ritibus ac ſuperſtitionibus diabolicis, quæ ſcandalum fidelibus parere poſſent. Si quis eorum Eccleſiæ Romanæ nomen det, S. Inquiſitionis examini & cenſuræ ſubjicitur; advenæ, etiam Europei plurimi ſunt, Luſitani, Veneti, Itali, Germani, Flandri, Angli, Galli pauci ſecundùm Ordunez, Via del mundo: habet quindecim Parochias, quatuor domos Societatis, ex Pyrard tom. 2. cap. 3. quarum una collegio deſtinata eſt. Monaſteria duo Diſcalceatorum Ordinis noſtri, S. Auguſtini duo, duo S. Dominici, duo S. Franciſci, Xenodochium puellarum Orphanarum quæ ex honeſtiori parentelâ ſunt oriundæ, in quo educantur uſque ad ſponſalia. Luſitanorum conjugatorum negotiantium itinerantium uxores ibi recipiuntur & morantur uſque ad maritorum reditum, imò admittuntur puellæ pœnitentes, & viduæ, quæ ſecundis nuptiis renuntiant: extat etiam Monaſterium Monialium S. Monicæ, Templum S. Thomæ, in quo eſt

Sacellum

Sacellum pulchrum, Sacellum Sancto Ludovico Regi Francorum ſacrum, Templum egregium vulgò dictum *La ſanta miſericordia*, dicatum *à Noſſa Senora daſera*, Xenodochium S. Lazari recipiendis leproſis aptum, Templa Sancti Auguſtini, S. Rochi, &c. Conventus Capucinorum. Multitudinem parochiarum & aliorum Monaſteriorum, eorumque deſcriptionem refert P. Philippus à S. Trinitate noſtri Ordinis Diſcalceatus lib. 2. cap. 16. ſui itineris Orientalis. Ad primam domum, ſeu Collegium Societatis quotidie accedunt 2000. ſtudioſi, & Converſioni S. Pauli ſacrum eſt: illi adjacet Seminarium adoleſcentum penſionariorum. In ſecundâ domo miniſtrantur Sacramenta Baptiſmi & Pœnitentiæ infidelibus converſis ad fidem: reſident etiam Patres viſitandis, conſolandis, inſtruendis, liberandis captivis deſtinati. Hæc ædes nomini Jesu dedicata eſt, ibi aliàs erat Crux ex auro ſolido trium pedum longitudine, latitudine quatuor digitorum, profunditate trium digitorum, variis gemmis ornata, valore centum millium ſcutorum. Huic ſecundæ ædi vicina eſt tertia, ſeu Xenodochium Catechumenorum, in quo Chriſtianæ religionis myſteriis imbuuntur, nutriuntur, & veſtiuntur, donec ſacro Baptiſmo ſint in Eccleſiæ gremium recepti. Quarta denique Domus Societatis ejuſdem eſt Sancto Rocho dedicata, deſtinata inſtruendis Novitiis Luſitanis, & ejuſdem Societatis canditatis. Ibi etiam Ordinum maximè Mendicantium Sedes & Monaſteria videntur. Plura de variis ſolemnitatibus, proceſſionibus publicis, & aliis actibus & ritibus pietatis ſcribit Davity titulo, *Etats du Roy d'Eſpagne en Aſie*, pag. 807. & Maffeius libr. Epiſtolarum, præcipuè in Epiſtolâ Sebaſtiani Fernandi ad præpoſitum Generalem Societatis Jesu datâ Goæ menſe Novembri 1595.

III. Ex quo Inſulæ Choram & Dinar propè Goam ſecundùm Jatricium lib. 2. cap. 3. ad dominium Luſitaniæ acceſſerunt, rejecto paganiſmo, fidem Chriſtianam amplexæ ſunt, pluribus Eccleſiis abundant. Habent Seminarium pueris inſtruendis aptum, à Religioſis Societatis paſſim inviſuntur. Quamvis aliqua dixerimus de territorio Salſettino, quædam tamen hic adjicienda tum de illo, tum de regione Bardeſinâ. Alexander Valignanus Provincialis Societatis in Indiâ Orientali Epiſtolâ datâ anno 1583. ita Salſetem deſcribit apud Maffeium. *Salſetes Regio quædam eſt continenti annexa Peninſulæ inſtar, quæ ab Inſulâ Goâ quodam maris tractu ſejuncta, ab urbe ipsâ Goâ abeſt paſſuum millia non amplius novem, ambitu uſquequaque paſſuum millibus viginti, & Idalcanis regni finibus terminatur. Eſt autem Idalcan potens Maurorum rex, qui ſuperioribus temporibus, ut finem bellis, quæ cum Luſitaniæ regibus gerebat, imponeret, Salſetanas iis terras, in quibus ſex & ſexaginta pagi numerantur, poſſidendas conceſſit. Ex eo tempore Salſetes Luſitaniæ paret imperio. Incolarum numerus eſt octoginta circiter millium, in his multi Brachmanes Ethnicarum ſuperſtitionum Magiſtri, ut mirum videri non debeat, ſi gens illa multos jam annos Luſitanis ſubjecta regibus, nec longè diſtans à Goâ, etiamnum in Idolorum cultu ac ſuperſtitione tam pertinaciter hæreat. In eas oras nullus ante 1560. Chriſtianis Concionatoribus patebat aditus, tum primum à noſtris ſociis inculta illa, deſertæque ſylvæ divino verbo excoli cœptæ ſunt, paucis dumtaxat Chriſtianis factis, in quibus ipſis tuendis, augendisque multa ſæpe noſtri ab Ethnicis pertulerunt. Qua cauſa fuit, cur Antonius Norogna Prorex ducenta amplius delubra, & in his ſumptuoſa nonnulla, præter alias multas idolorum ædes incendi, æquarique ſolo juſſerit anno 1567. Ethnici rati (id quod erat) tantas ruinas impulſu, ſuaſuque noſtrorum editas eſſe iras ſcilicet in nos graves, inimicitiasque ſuſceperunt, &c.* Eo furore perciti, aliquos ex illis Patribus trucidarunt, ab eâ cæde, ſeu martyrio Chriſtiana religio magis florere cœpit; ita ut ibi verificatum ſit illud: Sanguis Martyrum ſemen Chriſtianorum eſt. Nam in ſolo Oppido Cocalino (quod eſt ſedes præfati Martyrii) Jeſuitæ habent reſidentiam; eſt Templum Beatæ Virgini Martyrum ſacrum, in cujus conſecratione centum ſacrum Baptiſma ſuſceperunt. Alterum Oppidum ejuſdem regionis

paulò poſt fidem ſuſcepit. Anno 1590. ibidem quidam pagi tanto animi ardore ac devotione fidem Chriſtianam profeſſi ſunt: ut renuentes eandem fidem amplecti exilio damnarint. Cuicini in eadem ditione uno die 500. Chriſto regenerati ſunt. Nenius omnes ſuos Incolas novas Chriſti proles Eccleſiæ obtulit. Anno 1595. in majori Oppido Salſettenſi Brachmanibus, ac reliquorū oppidorum & pagorum rectoribus, officiariiſque pleno, univerſi idololatriæ renuntiantes Eccleſiæ Romanæ nomen dederunt. Quando præfati Patres Societatis Martyrio affecti ſunt, in totâ terrâ Salſettinâ tantùm 3000. numerati ſunt. Anno 1596. ibi triginta quinque millia Chriſtianorum inventa ſunt. In Urbe Marganenſi Patres Societatis habent Collegium ad inſtruendos pueros. Anno 1596. numerus Chriſtianorum accedebat ad 1500. Ex quo non tantùm ſeptemtemdecim Patres diebus Dominicis & Feſtis in pagos vicinos proficiſcuntur ad ruſticos catechiſandos, ſed etiam aliqui viri & adoleſcentes in litteris & doctrinâ magis verſati. In eâdem Urbe eſt Confraternitas Sancti Spiritus, & Xenodochium pro excipiendis tam fidelibus, quàm infidelibus: Hi ad fidem amplectendam excitantur charitate, quam erga ſe exerceri vident. In Fortalitio Racholienſi numerus Chriſtianorum excedit 2300. Anno 1636. ſeptingenti de novo baptiſati ſunt, adeò ut pauci reſtent pagani, (quos Luſitani Corumbinos vocant.) Ibi eſt Templum pulcherrimum Sanctæ Mariæ Virgini ad Nives ſacrum. Inſuper eſt Parochia Sancti Thomæ ab anno 1595. ad fidem converſa, in Oppido Cortalinenſi ædes ſacræ SS. Philippo & Jacobo dedicatæ ſunt. Incolæ Orlinenſes ſeu Urſinenſes ſunt Chriſtiani, plurimique aliundè confluunt ad ſuſcipiendum Baptiſmum, ita ut ex advenis anno 1596. ad 4507. numerum accederent. In urbe Mumurganâ ſunt ter mille ducenti Chriſtiani, & una Eccleſia ſub titulo ſancti Andreæ. Cives Colvanenſes Chriſtianam fidem profitentur, & ad audiendum Verbum Dei, & Divina officia conveniunt in Templum S. Joannis Baptiſtæ. Præcipua Chriſtianorum Salſettenſium devotio eſt Mazordæ erga Beatam Virginem Mariam, cui Templum dedicatum eſt. Illuc enim non tantùm accedunt devotionis ergò 2300. illius loci Incolæ, ſed etiam fideles vicinarum Civitatum, Oppidorum, & Pagorum. Arx d'Ovor abundat Chriſtianis, ſed pauperibus. Idem dicendum de Civitate & Arce Barceloreenſi, ac Mangalorenſi, quæ omnia fortalitia Archiepiſcopus Goanus viſitavit anno 1599.

VI. In territorio Malabarienſi Oppidum eſt Cranganorum nomine à Cocino millia paſſuum circiter 15. diſtans (inquiunt Turſellinus lib. 3. cap. 14. Jarricius lib. 6. cap. 14. Orduñez Viagio del Mondo: illius incolæ plurimi ſunt Chriſtiani per Alexium de Meneſis Archiepiſcopū Goæ ad fidem converſi. Ibi eſt Seminarium celebre, ubi honeſtiorū familiarum adoleſcentes inſtruuntur, & idonei redduntur ad ſacerdotium ſuſcipiendum, & ad Chriſtianam fidem prædicandam, non tantùm incolis, ſed etiam advenis & infidelibus. Paulus V. Pontifex anno 1600. illum locum in Epiſcopatum erexit. Unum ibi Templum Sancti Joannis & Monaſterium Sancti Franciſci, in Oppido de Mocambic Luſitaniæ ditionis, noſtri Patres Diſcalceati habent Monaſterium. Pater Philippus à S. Trinitate notat lib. 5. cap. 1. loci Incolas ab aliis Indis differre. Indi enim facile convertuntur & facile pervertuntur. Illi autem ſemel converſi & virtute & conſtantiâ fidei præ aliis conſpicui ſunt. Ex Turſellino libr. 2. cap. 5. vitæ Sancti Xaverii, Pyrard tom. 1. c. 27. Linſchot cap. 11. & aliis; Cocinum Luſitanorum Oppidum eſt Maritimum inter Comorinum Promontorium & Goam poſitum, amplitudine & dignitate uni Goæ in Indiâ ſecundum. Ibi quidem ſunt Pagani, Judæi, & Chriſtiani: at hi ſoli publicum ſuæ Religionis exercitium habent. Præter Cathedralem Eccleſiam, ſeu Sedem Epiſcopalem ſunt varii Conventus Religioſi præcipuè S. Franciſci & Societatis Jesu. Hi ex duabus Provinciis quam in Indiis habent

habent: una Provincia Goæ, altera Provincia Cocini nuncupatur. Ex Maffeio, Jarricio, Linschot, & aliis. Ceilanus, seu Coulanus, Coulonus, Caulanus, Coilanus, Insula est cum gemmarum, tam maximè cinnamomi fertilitate, celebris, è regione oræ piscatoriæ. Patet in longitudinem millia passuum 150. in longitudinem circiter 40. à Sancti Thomę obitu Missionarius fuit Pater Rodericus Ordinis Sancti Dominici, qui zelo Christianæ religionis propagandæ incensus, illius loci incolas à paganismo, & schismate ad Ecclesiæ Romanæ gremium reduxit. Ibi Patres Societatis domum habent, multumque laborant in fovendis Lusitanis, & Indis cõvertendis ad fidem, non tantùm intus, sed etiam foris Domum Lusitanorum in Insulâ de Zeilam describunt Jarricius lib. 6. c. 25 Olor lib. 4. Pyrard. tom. 2 cap. 10. & alii. Hic dumtaxat referam ex Myræo Pol. Ecclesiæ lib. 2. cap. 18 PP. Societatis ab anno 1603. tres Ecclesias habent, unam in Caymel, alteram in Madape, tertiam in Chilay. Hic olim tantùm septẽ Christianam Religionem profitebantur. Anno 1643. quinque millia reperta sunt. Uno verbo tanta est fidelium multitudo, ut ad eorum institutionem septem residentiæ Societatis sint necessariæ, dependentes à Collegio de Columbo Lusitani etiam possident Insulam de Manar, gemmis divitem, & Christianis: quippè anno 1601. in Statu Naichano, urbe Madurensi, & Insulâ Manariæ Christianorum numerus excedebat nonaginta millia. Ibi est templum B. V. Mariæ sacrum frequentiâ populorum vicinorum celebris, tres insuper Parochiæ. De Regum Insulâ scribit Jarricius lib. 6. c 19 & 20. Lusitanorum ditioni subjectâ, & quasi cunctorũ Christianorum oppressorum refugio. Ex quo enim Collegium & Templum Societatis Tutucorinensis devastatũ fuit, & Altaria destructa fuère à rege Tutucorinensi, & Naicho Madurensi, ad hanc Insulam Christiani persecutionem fugientes cõcurrerunt, & Societatis Jesu Collegium constructum est. Lusitani fortissimam ac munitissimam arcem ædificarunt, quo confluunt omnes fideles, ut in exercendis fidei & pietatis officiis sint liberiores. Quotidie novam sobolem generat Ecclesia Romana ministerio Patrum Societatis, & aliorum Missionariorum.

Negapatanum describunt Turselinus libr. 2. vitæ Sancti Xaverii cap. 12. Jarricius lib. 6. cap 26. Baiby cap. 31. Linsch. cap. 13 & alii. Pauca dicemus. Negapatanum Oppidum Maritimum in continenti est ferè contra Insulam Manariam à Comorino promontorio passuum millia circiter 200. Ibi nonnulla Templa sunt, & signanter Monasterium sancti Francisci expensis nobilium, & divitum civium nutritum, ibi etiam in Urbe Tranguabar, quinque leucis illinc distante, Patres Societatis domum & ædem sacram habent. Ex litteris Patris Francisci Fernandi anno 1599 apud Maffeium, ibi est Corpus Patris Francisci Perez, quem Incolæ ut Sanctum venerantur. *Est* (inquit) *situs iste ad fidem amplificandam in primis oportunus, ex quo tanquam è centro habitantes in circuitu Gentiles, qui sunt prope innumeri, commodè adire, & loca vicina in toto illo tractu usque ad oram Coromandelis facile invisere poterimus. Civitatem continuò summo studio obeunt, ut locum Ecclesiæ, atque ædibus nostris idoneum dispiciant, &c. Quin & in Trangabare sexto ab hinc lapide cœpta est alia Ecclesia, quæ fidei in illis partibus dilatandæ non parum conducet.* Meliapora, seu (secundùm Martyrologium Romanum) Calamina, nunc verò passim Oppidum Sancti Thomæ ex Goveau lib. 2. c. 2. Jarricio cap. 17. Abdiâ in vitâ S. Thomæ. Goveau prog. De l'Eglise lib. 2. c. 14. Davity satis frequens & copiosum in Orâ Maritimâ Indiæ spatio (si Maritimos anfractus spectes) leucarum ferè ducentarum à Comorino Promontorio, & à flumine Gangé positum, in Salaminiæ nobilis quondam urbis forsitan excitatum ruinis. Eo in Oppido ædes est Sancti Thomæ Apostoli, ubi illum Indigenæ, cæteriqúe Indi sepulturæ mandatum perhibent. Ejus rei multa hodie haud sanè contemnenda extant indicia. Visitur ibidem locus, ubi Apostolus mortem oppetiisse, sacellumque, ubi rem divinã fecisse dicitur: quod sacellũ Lusitani pro suâ religione

V

magnifico decorarunt templo. Nuper cùm ad novæ ædis fundamenta terra altius effoderetur, corpus Apoſtoli cum ferro, quo interfectus eſt, & vaſculo arenæ cruentæ pleno repertum, ac deindè ibidem repoſitum ferunt. Nec vana fides, aut dubia. Avitam hanc indigenarum, advenarumque de ſancto Thomæ Apoſtoli corpore ac Martyrio Deus anniverſario ac perpetuo confirmat miraculo: ſaxum, namque eſt apud eos Apoſtoli cruore reſperſum, quod adhuc conſervat quaſi recentis ſanguinis veſtigia, triduoque ante feſtum S. Thomæ (quo tradunt illum pro nomine Jesu paſſum) inter Miſſæ ſacrificium, ſaxum, quod dixi, naturâ candidum ſenſim rubeſcit, ſudatque quaſi ſanguinis guttis undequaque manantibus. Abſoluto demùm Sacro ad priſtinum colorem revertitur. Quocirca Apoſtoli Sepulchrum ab Ethnicis juxta Chriſtianisque, eximiâ veneratione colitur. Huc quippe maximi fiunt undique peregrinorum etiam Ethnicorum concurſus Apoſtoli Martyrium & ſepulchrum celebrantium. Hic locus (inquit Myræus Pol. lib. 2. cap. 19. Epiſcopalis eſt Metropolitano Goano ſubjectus. Præter celeberrimum Templum Sancti Thomæ, Alterum eſt Capucinorum Tertium Sancti Joannis. Quartum baptizandis infidelibus deſtinatum, eſt Sanctæ Mariæ ſacrum. Quintum Monaſterium Miſericordiæ. Sextum Sancti Lazari cum tribus aliis. Extra Civitatem eſt Collegium Sanctæ Luciæ dedicatum. Aliud Sanctæ Mariæ in monte, tertium Sanctæ Crucis. Denique eſt Collegium Societatis, cujus utilitas magis in dies apparet, converſione infidelium & Mahumetanorum.

VI. De Bengalæ ſitu & religione aliquid dicam poſt Jarricium lib. 2. cap. 23. Liuſch cap. 16. Nicolaum Pimenta apud Maffeïum in epiſt. Ditio hæc à finibus Regni Ramum; vel certè à portu magno uſque ad Palmerinas, ultra portum parvum ad nonaginta patet paſſuum millia, quæ ſecundùm longitudinem efficiunt milliaria ſexcenta. Occupata primò fuit ab ipſis Bengalis ritu Gentilitio: poſteà verò à Mauris Patanis (inter Gentiles mixtis & educatis) in poteſtatem redacta. Qui Imperio malis artibus parto diuturno tempore perfruiti non ſunt. Nam vicini Mogores bello contra eos moto Tyrannorũ eorum ducẽ cum omnibus primariis enecarunt, cæteros exturbarunt. Regni denique gubernatio duodecim virorum commiſſa arbitrio, qui ſecretiſſimo inito fœdere Mogores ſibi ſubjecêre, & hodie Domini ſunt potentes, maximè illi de Siripur & Ciandecan, & ſupra Maafudalim. Verùm, quia novem illorum ſunt Mahumetani plurimum retardatur converſionis negotium. Finitimus eſt Mengala, & ex parte dominatur in eâ Rex nomine Arracan, Luſitanorum amicus, quorum nonnullis in ſuâ ditione ſtatus & reditus attribuit: hos nonnunquam Sacerdos aliquis, quaſi longius profecturus inviſit; ut Sacrum Miſſæ illis faciat, & Sacramenta adminiſtret. Conſequenter ſcribit quomodò aduevientibus illuc Patribus Societatis Principes Gentiles omnia humanitatis officia detulerint, neceſſarium victum ſuppeditantes, loca excitandis Eccleſiis & domibus aſſignantes, ampliſſimam concedentes facultatẽ divulgandi Evangelii ac Eccleſiæ Romanæ per baptiſmum aggregandi. Nunc Chriſtiani quàmplurimi, tam incolæ, quàm advenæ Ædem Sacram Beatæ Virgini habent. P. Franciſcus Fernandez Societatis Jesu plurimos Gentiles Chriſto regeneravit anno 1599. Chriſtianis quidem variis vitiis addictis pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrans, infideles autem ſacro Baptiſmate abluens, & univerſos hortans, ut in ſolemnibus & publicis publicationibus flagris ſe exciperent. Ut notat Jarricius lib. 2. c. 15.

VII. Siria in Pegu facile Princeps (ut notant Jarric. lib 6. cap. 31. & ſeq Nicolaus Pimenta anno 1600. apud Maffeïũ in ſuâ Hiſtoriâ) ſedecim vel octodecim milliaribus à Macao diſtat, habet fluminum ripas infinitis arboribus fructiferis conſpicuas. Illius loci ruinas Templorum auratorum, nobilium ædificiorum, campos cadaveribus mactatorum plenos ex bello Regis Paguani contra Reges Arracan & Tangu. Quoad ſtatum Religionis hæc breviter accipe ex Pimentâ citato. *Prorſus optat à me R. V. certiorem reddi de reſidentiâ noſtrorum ibi ob Gentilium converſionem erigendâ*

erigendâ, quæ quoniam jam quadantenus à Lusitanis pendet, existimantur non fore difficiles in auxilio salutari ab aliis capessendo. Quod si Societas non poterit residentiam illam acceptare aliorum Religiosorum auxilium implorabit. Videat R. V. quid expediat, præsensque negotium ac novas residentias Arracanam, & Ciatigan, Dominò commendari curet Siriano 28. *Martii* 1620. Ex quibus verbis colligo non mediocrem spem tunc extitisse convertendi plurimos: non enim eriguntur residentiæ, nisi ubi futuræ messis spiritualis spes adest.

VIII. De Regno Malacensi, situ fertilitate, divitiis, robore, moribus, regimine differunt. Jarricius lib. 2. cap. 24. Pyrardus tom. 1. cap. 11. Davity, Mendoza parte 2. lib. 3. cap. 22. Torsellinus l. 2. vitæ Sancti Xaverii cap. 17. Osorius lib. 6. & alii. Hæc pauca, & quæ ad intentum nostrum spectant, accipe. Malaca Regio peninsula est, trans Indiam, flumenque Gangem (secundùm aliquos aurea Chersonesus appellata, quippè continenti non lato conjuncta Isthmo, & in altum projecta) ad Insulam Somatram (Taprobanam olim dictam uniri volūt) auri fodinis celeberrimam procurrit. In hâc Chersoneso è regione Somatræ Malaca Ubs est Lusitanorum copiosa in primis, ac nobilis, quæ Chersoneso nomen dedit, ab urbe Goâ prope 600. Ea quidem sub æquinoctiali fermè linea est sita: cæterùm quotidianis ferè imbribus maximos æstus temperantibus vere fruitur penè perpetuò. Fruges ac fructus bis in anno binis æstatibus colligit. Cæterùm amœna magis ac fertilis est quàm salubris: quia ex iisdem causis terræ fœcunditas, & cœli gravitas oritur. Quamvis hæc Regio abundet Ethnicis, & Mahometanis tam incolis, quàm advenis; tamen Christianorum nova quotidie seges crescit studio Episcopi (qui ab Archiepiscopo Goano dependet) Patrum Societatis & Capucinorum: illi enim habent egregium Collegium, habent hi conventum. P. Franciscus Societatis apud Maffeium scribit Collegium Malacense sociorum numero auctum esse, idque non solùm ad tuendam domesticam disciplinam, sed etiam quod indè ad vicina Regna facilis sit trajectus: Achenos sanè, & Sirios populos dictorum Patrum adventum tunc expectasse, scribit.

IX. De Amacao, vulgo Machao, Macao, Machan, vide Jarric. lib. 4. cap. 21. Trigaut lib. 2. cap. 8. Linschot. cap. 22. Religio Catholica satis floret, suum Episcopum habet. Archiepiscopi Goani Suffraganeum. Præter celebre Collegium Societatis, in quo docentur non solùm litteræ humaniores; sed etiam Philosophia ac Theologia, sunt etiam aliqua Monasteria, signanter Ordinum Sancti Augustini, & Sancti Francisci: Xenodochia tam pauperum, quàm infirmorum: qui tantâ charitate excipiuntur, ut plurimi infideles tam incolæ, quàm advenæ ad Christianam Religionem amplectendam excitentur. Lucon, seu Castilia nova describitur per Myræū Polit. Eccles. l. 2. c. 31. Jarric. lib. 4. cap. 21. Argensolam lib. 2. Herreram c. 26. Pyrard. tom. 2. cap. 15. Texeirram Viag. cap. 1. Acosta l. 4. cap. 4 Bottero lib. 2. & parte 2 lib. 4. Mendozam parte 2. lib. 1. cap. 1. lib. 3. cap. 12 numerus Christianorum ibi degentium colligi potest. Ex eo quod in eâ Insulâ PP. Augustiniani, Dominicani, Franciscani cōventus habent. Patres Societatis habent Collegium Mavillii alterum in Zebu, domum probationis, ac residentias in Antipolo, Taytay, Bool, Ducal, Carigara, Tinagon. Plura præfatorum Ordinum & aliorum Monasteria referunt citati authores. Ita ibi floret Christiana Religio, ut mereatur habere Archiepiscopalem Sedem, cui subjiciuntur tres Suffraganeæ: Quotidie magnificis Templis augetur. Inter Philippinas Insulas primum locum obtinet Tandaye Prioritate inventionis. De hujus fœcunditate, moribus, viribus, regimine, consule Barbosam, Herreram, & alios. De Insulæ Zubu, seu Zebu, Zubut vel (linguâ Hispanicâ) Los Pintados, Religione hoc unicum dicam quod anno 1620. studio Hispanorum Rex Messanæ fidem professus est Christianam, & vocatus Joannes. Similiter rex Zubut, & nominatus Carolus. Istius Insulæ Metropolis à nomine Jesu vocabulum sumit. In Iloques & Coyo teste Mendozâ p. 2. lib. 3. cap. 12. ferè omnes Christianæ Religioni nomen dederunt.

§. 27.

Teſtimonium Eccleſiæ Americanæ.

1. DE hâc parte mundi (quam alii novum orbem, alii Indias Occidentales, alii Americam nuncupavêre) diſſerunt Fernandez Gonzales de Oviedo lib. 2. Acoſta lib. 1. & alibi, Herrera novi orbis cap. 1. Joannes Neandri in ſuâ Tabacologiâ, Davity, Nicolaus Monardus lib. 2. Moquet lib. 2. Maffeïus l. 2. hiſtoriarum Indicarum, Myræus Pol. Eccleſiaſt. lib. 4. cap. 9. & alibi. Hujus novi orbis pars Braſilia dicitur à Braſilio rubro ligno, quod tingendis veſtibus inde petitur, ſuperinditum deinde Braſiliæ cognomen. Hanc orbis partē Americus Veſputius Florentinus accuratiùs, ac ſtudioſiùs exploravit; atque à duobus ab æquatore gradibus, partibuſve ad gradus quinque & quadraginta in auſtrum excurrens trigoni oblongi ſpeciem refert, cujus baſis in æquatorem ac Septemtrionem obverſa ab Oriente in Occidentem rectà protenditur. Angulus extremus ignotas ad Meridiem Regiones attingit. Latus in Orientem ſpectans interpoſito Mari Heſperiis Æthiopibus objacet. Alterum latus à Provinciâ Peruanâ diſterminant montium cacumina ita alta, ut aves illuc uno tractu volare nequeant; tota ferè hæc Regio amœna eſt, gaudet jucunda admodùm, ac ſalubri Cœli temperie: nam lenium ventorum à Pelago oportuni flatus rores matutinos ac nebulas tēpeſtivè disjiciunt, radioſq; ſolares nitidiſſimos, ac puriſſimos efficiunt. Abundat univerſum hoc ſolum fontibus, nemoribus, fluminibus aſpectu, & ad uſum humanum gratiſſimis. Partim planum eſt, partim in colles benignè aſſurgit. Feraciſſimum eſt, ſeminaque ſibi mandata multiplici fœnore refundit, ſaccarum frequentiſſimum ibi eſt; Quod (ut nonnullis placet) Attico melli multis partibus eſt præferendum. E proceris Arundinibus prodit, è quo mola aquaria dulciſſimus humor expreſſus in ollis ad purum excoquitur, tum formatur in panes. Deinde rurſus, ubi libuerit eliquatur artifici manu pigmentis adinſtar ceræ varias in effigies indiſcreta penè veri ſimilitudine trahitur. Cujus generis officinæ priſcis ignotæ, hodie, quâ præſertim incolunt Luſitani paſſim extructæ viſuntur: atque ex eâ merce negotiatores vel maximum capiunt emolumentum: nam quotannis in Europam navibus evecta certiſſimo compendio longè, latèque divenditur. Ex certis etiam plantis, (quas vulgò Copaïbas vocant) inciſo per æſtatem cortice, liquor emanat ardoris ſuaviſſimi, qui vim habet non tantùm ad vulnera curanda, cicatrices tollendas, ſed etiam ad alios hominum uſus. Quædam plantæ affrictu animalium attritæ, quæ à ſerpentibus venenatis, aut à feris icta, ad remedium illud ipſo naturæ inſtinctu ſe conferunt. Zabucales autem, quæ dicuntur admodùm excelſæ, magnos ferunt ſummâ duritie calices, ore in terram obverſo, & quidem admirabili naturæ ſolertiâ pyxidatim operto, iis calicibus nuces caſtaneę ſaporis egregii continentur: quæ ubi maturuerint excuſſo confeſtim operculo paulatim ipſæ per ſe in alimenta incolarum ad unā è calice defluunt. Sunt etiam ſylveſtria Cajuſia pira, apprimè ſuccoſa, & innoxia: itaque mediis caloribus avidè comeduntur. In uno autem pyro faba quædam exuberat, cujus cortex amariſſimus medulla perdulcis ſi torreatur in pyro eſt vis refrigerandi, in fabâ calefaciendi. At ex omni genere palmam ſumunt ii (qui à vulgo Ananabes appellantur) humilis eſt planta è cujus ramis præmollia nucamenta pinea dependent. Hæc ſuo tempore in fruſta deſecta gratiſſimo ſimul odore ac ſapore non recenti tantùm edulio ſunt; imò etiam aſſervantur è ſaccaro in longum tempus. Suppetunt illati ex hoc orbe in illas Regiones Melopepones, cucumeres, malo granata, ficus, vitesque biferæ ac triferæ, ac multiformia mala medica. Videntur inſuper plures aliæ pomiferæ arbores (quas brevitati ſtudens prætereo) volucres & piſces coloris eximii, & quadrupedia innumera, præcipuè Sylveſtria, partim nobis nota, partim ignota: ut apri amphibii, quorum carnes optimæ ac ſaluberrimæ ſunt: apri habent pedes anteriores breves, poſteriores verò longos, undè

tardè

tardè currunt, & facile à venatoribus deprehenduntur; quod periculum vitant, si se proximis aquis immergant. Aliæ feræ sunt, quæ gentis vocabulo avitæ nuncupantur similes mulis, minores tamen, & rostro tenuiores, labro autem inferiore oblongo instàr tubæ, auribus rotundis, brevi caudâ. Ibi lucifugæ noctu dumtaxat pabulum quærunt, parente crepusculo sua latibula repetunt. Hujus ferinæ carnis gustus ad bubulam accedit. Quòad cotias magnitudine, sapore, formâ, sunt instar leporum. Pacæ sunt ferè ejusdem speciei, sed majores, rostro tereti vultu, quasi felis colore fusco, maculis albis permixto: non carne dumtaxat sed etiam ipso corio prętenero, ideòque in epulis delicatioribus inserviunt. Carnes tatusiæ non tantum salubres, sed & stomacho gratissimæ. Corpus quòad magnitudinem porcello, simile est, quòad speciem equum catafractum refert, quòad colorem corium squamatim loricatum. Ex eo caput tantùm seu testitudines exerunt, pedibus contractis, in specus more cuniculorum se condunt. Plura tum de plantis, tum de animalibus refert Davity post Alphonsum à Costâ. lib. 4. cap. 16. 31. 32. &c. Fernand. Gonzal. de Oviedo lib. 7. &c. Nic. Monard. lib. 1. Joannem Neandry. Moquet lib. 2. Herrera Nov. Orb. cap. 18. de moribus Americanoum videri possunt Orduñez de Cevallos, Oviedo lib. 6. cap. 5. Acosta lib. 3. cap. 18. & alibi. Davity post Orduñez de Cevallos scribit immensas summas auri, argenti, gemmarum &c, in ærarium Regium Hispaniæ conferri. *Les Espagnols plus modernes asseurent, que le Roy tire tous les ans des Indes Occidentales dix ou douze millions en or, argent, perles, emeraudes, peaux, sucre, cochenilles, bois, sarsaparille, gingembre & autres choses &c.* De regimine Indiarum Occidentalium scribunt Acosta lib. 6. cap. 19. Herrera novi orbis c. 51. & alibi Orduñez de Cevallos, Davity.

II. Ut ad propositum argumentum religionis accedamus. Hæc India partim Principibus Christianis subjecta est, partim non. Hæc vel caret religione, vel Solem colit, vel Dæmonem, vel quidquam aliud. Illa autem, cui Rex Catholicus dominatur ferè Religionē Christianam sequitur. Quo facilius instruantur Doctores, Millionarii, ac Sacerdotes callere debent vulgarem illorum linguam. Concilium celebratum anno 1583. in Limâ approbatū à Summo Pontifice & Rege Hispanarum, statuit mittendos esse unum Sacerdotem, & Doctorem in eum locum, ubi mille Indi reperirentur. In Indias Sacerdotes Indi juxta ordinationem Episcoporum & Concilii Indici secum ducunt expensis regiis, varios Ordinum Religiosos. Duas habent Inquisitiones, alteram in Civitate Mexicanâ, alteram in Civitate Regum: duas quoque Universitates, in quibus artes liberales & omnes scientiæ docentur: Religiosorum Monasteria, seu Collegia excedunt numerum 400. Ibi enim sunt PP. Dominicani, PP. Augustiniani, PP. Franciscani, PP. Antiquę nostrę Observantiæ, nostri PP. Discalceati, PP. Societatis, PP. De Mercede Captivorum (inquit Myræus Polit. Eccles. lib cap. 9) Quamquam ex Cōventibus quos habemus in Brasiliâ, sit tantùm Vicariatus Provincialis Provinciæ Lusitanæ subjecta, nihilominùs ob competentem numerum Conventuum in Provinciam erigi posset, quæ propositio non rarò agitàta fuit in comitiis generalibus, sed non concluſa, maximè quia India adhuc indiget nostrorum Millionariorum operâ, & subsidio. Herrera cap. 19. subdit abundare plurimis sacrarum Virginum Monasteriis, innumeris Xenodochiis, Seminariis pro institutione Puerorum, Eremitoriis & recessibus pœnitentium.

Quinque Archiepiscopatus sunt: primus Mexicanus sub quo sunt Episcopatus de Tlaxcala seu Puebla, Hispanicè de Los Angeles, de Mechoachan, de Guaxacâ, de Guadalajarâ, de S. Jago de Los Cavalleros in Guatimalá, de Merias, in Yucatan, de Chiapan de Hondadâ de Verá Paz, Leonis in Nicaragnâ. Secundus Sancti Dominici, cujus Episcopi Suffraganei sunt, Episcopus sancti Joannis de Porto Riccio de S. Jago de Cubá; & de Venezuela seu Coro, quibus nonnulli addunt Episcopatum Margaritanum, seu S. Jacobi de Las Caracas, quem alii subjiciunt Archiepiscopatui III.

piſcopatui de Limâ, ſeu Civitatis Regũ ſunt ſubjecti Epiſcopatus de Cuſco, de Arequipa, de Truxillo, de Gnamangâ, de Quito Archiepiſcopatui in Provinciâ de Charcas ſubſunt Epiſcopatus de Barancan, in Provinciâ Sanctæ Crucis de Sierrâ, de Paz in Provincia de Chuquiago, de Sancto Jacobo de l'Eſtero in Provinciâ de Tucuman, de Panamâ de Buenos Ayres in Provinciâ de Rion de Platâ. Epiſcopatus Dominæ noſtræ Aſſumptæ; in eâdem Provinciâ de Rio, Epiſcopatus de Paragnay, & de Panamâ. Archiepiſcopatus Sanctæ Fidei de Bogotâ in novo Regno Granatenſi complectitur Epiſcopatus de Popayan, de Carthagenâ, & Sanctæ Marthæ. Hos omnes Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus Rex Catholicus Sedi Romanæ præſentat, ut ſuâ auctoritate & diplomate Pontificio confirmet.

IV. In parte Septemtrionali novi orbis eſt Canada, nova Francia ſic dicta, tum quia eſt è Regione Franciæ. Tùm quia Galli Armorici, ſive Britones in hanc Regionem appulerunt anno 1504. quibus ſucceſſerunt Normanni; Thomas Aubertus præfectus militiæ (ut refert Biart novæ Franciæ cap. 1.) ſylveſtres homines, hujus loci incolas reduxit in Galliam anno 1508. Joannes Verazzanus Florentinus illas oras percurrens etiam poſſeſſorem & Dominum Regem Galliarum Franciſcum primum inſtituit anno 1623. nomenque novæ Franciæ impoſuit. Dauity contendit Jacobum Cartier fuiſſe præcipuum inventorem Regionis de Canada anno 1624. Plura de ejus ſitu, climate, freto, piſcibus, terræ fœcunditate, animalibus, hominum moribus, viribus, opibus, gubernio videri poſſunt apud Biard, Chãplain, l'Eſcarbot, Davity, & alios: hoc ſolùm animadverte Petrum de Gas fuiſſe à Rege Chriſtianiſſimo inſtitutũ Proregem de Canada anno 1604. Quòad Religionem partim ſunt idololatræ, partim Chriſtiani. Idololatræ (ut placet l'Eſcarbot lib. 6. c. 5.) credunt unum eſſe Deum, aiuntque illum ſibi ita eſſe familiarem, ut futuri aëris intemperiem prænunciet, eumque nominant Cudonagni. Nihilominùs cap. 8. ſcribit pro Deo nomen ſolis uſurpare Nicaminoũ. Nullam orationem fundunt vel actum Religionis exercent, ſed tota eorum Religio in Magiâ fundata eſt. Ut fortunata ſit eorum venatio, militia, dæmoni immolant. De ſtatu Eccleſiæ hæc accipe ex Biard cap. 12, 14. 15. Champlain & nonullis aliis. Ibi ſunt aliqui Patres ex Societate Jesu, noſtri Ordinis, & Patres Recollecti. Difficile incolæ convertuntur, tum ob defectum linguæ vernaculæ, ob poligamiam, & indolem ſtupidam: nonnunquam tamen quidam convertuntur. De novâ Angliâ ſeu Virginiâ differunt Biard cap. 27. Wyfliet Ind. Occid, lib. 2. Matal. Met. Amel. L'Autheur du voyage aux Indes Occidentales l'An 1585. Hakluyt. tom. 3. Purchas Pilgri lib. 8. cap. 5. Thomas Hariot Virgin. Raphel. Hamot Virg. Davity: ſed nihil de religione Chriſtianâ referunt.

V. Floridæ Provinciæ prima inveſtigatio ſeu inventio attribuitur ab Wyfliet lib. 2. Gaſparo Ens Ind. Occid. cap. 23. Sebaſtiano Cabot ab Henrico VII. Angliæ Rege miſſo, anno 1496. ſed reverſus eſt abſque ullius nominis impoſitione. Wyfliet ait prius ab incolis dictum Jaquaza, ac poſtea ab Hiſpanis Floridam nominatam, tùm quia illam detexit Joannes Ponce Hiſpanus Dominica Palmarum, quam Hiſpani nuncupant Paſcua de flores, vel Herrera novi orbis cap. 8. quia ipsâ die Reſurrectionis Dominicæ anno 1512. invenit. Situm, fluvios, aëris temperiem, mores Incolarum, vires, avitam Religionem incolarum deſcribunt Wyfliet lib. 2. l'Eſcarbot lib. 1. cap. 6. Herrera cap. 2. Nicolaus Chaulus. Acoſta hiſtor. nat. lib. 3. c. 15. Lery voiage cap. 5. ibi Hiſpani duo fortalitia ædificarunt: primum à ſancto Matthæo nomen ſumit, alterum S. Auguſtinus nominatur. In duobus illis Dominiis Chriſtiana Religio floret, extra minimè. Nam 1548. Franciſcus Balvaſtie Ordinis ſancti Benedicti cum quatuor Religioſis illos Evangelicâ lege inſtruere volens à Barbaris trucidatus eſt, ſociis in fugam converſis. Eidem dominio Hiſpanico ſubſunt Inſulæ Antilles, de Barlovento, & Sotavento. De earum climate, opibus, fluviis, fodinis auri, animalibus ſcribunt Herrera cap. 5. Acoſta lib. 3. cap. 2. de religione, nemo dubitare poteſt

poteſt eſſe Romanæ Eccleſiæ. Inſulas Lucayes etiam Caſtellani incolunt teſte Herrera novi Orbis cap. 7. Horum conſuetudine Barbari humanitati, & honeſtati aſſueſcunt, ac Chriſtianam Religionem amplectuntur. Inſulam de Cuba invenit Chriſtophorus Columb. & Alpha & Omega appellata, vel Jane, aut Hiſpanicè Juana, vel Inſula S. Jacobi. Illàm delineant Linſchot Amer. cap. 4. Porcacch. Iſole lib. 3. Herrera novi Orbis c. 6. Orduñez de Cevallos deſcr. Ind. Occid. Myræus lib 4. Polit. Eccleſ. cap. 3. Incolæ omnes ſunt in Religione Chriſtianâ, & uniformes & conſtantes. Leo X. primum ibi Epiſcopum creavit, qui ſubjicitur Archiepiſcopo ſancti Dominici. Patres Franciſcani ibi Conventum habent. De Inſula Jamaicâ ſeu ſancti Jacobi mentionem faciunt Linſchot Americ. cap. 4. Porcacch. Iſole lib. 3. Wyſliet lib. 2. Herrera cap. 6. Oviedo lib. 18. cap. 1. & ſeq. ac alii. Habet illa Inſula nonnullas Civitates, in quibus publicum eſt Chriſtianæ Religionis exercitium.

VI. Inſula Hiſpaniolæ varia ſortitur nomina ex Petro Mart. ſom. de Li. Occid. primò nuncupata fuit Quizqueia, ideſt totum, ſeu omnis: poſtea Hayty, ideſt aſpera ob montium celſitudinem. Nomen Hiſpaniolę alii impoſuerũt. Nunc vulgò Inſula S. Dominici nuncupatur, quia Metropolis illius Inſulæ S. Dominici titulo inſignitur, Oviedo lib. 2. c. 6. illius inventionem refert ad Chriſtophorum Colomb anno 1492. illam, ejusque Civitates, Provincias delineavit cum Oviedo Petrus Mart. Somm. de lib. Ind. Linſchot cap. 4. Porcach. cap. 3. Benzo hiſtor. novi Orbis lib. 1. cap. 28. Herrera cap. 6. Cevallos deſcript. Ind. Occid. Quantum ibi floreat Eccleſiæ Romanæ fides ac religio inferri poteſt ex numero Diœceſeon, & Monaſteriorum, ac Incolarum. Ibi enim ſecundùm Herreram cap. 6. eſt Archiepiſcopatus vulgò Sancti Dominici complectens Epiſcopatus, Suffraganeos Conceptionis de la Vega, Sancti Joannis de Porto Riccio, Sancti Jacobi de Cuba, & de Venezula ſeu Coro & Abbatiam de Jamaica. In Civitate Sancti Dominici extant Monaſteria Sancti Dominici, Sancti Franciſci, de Mercede captivorum, duo Monialium. Ita de aliis Provinciis & Civitatibus philoſophandum eſt, maximè cùm illarum omnium Incolæ univerſi ſint Hiſpani, qui idololatriam ferre nequeunt, & zelo religionis Chriſtianæ plurimùm flagrant. Signanter Inſula Boriquen, ſeu Sancti Joannis, cùm ſuum habeat Epiſcopum, ex Oviedo lib. 16. cap. 1. Religioſorum S. Dominici ſubſidio fruitur. De ejus origine, ſeu inventione, conditione, moribus, divitiis, robore, regimine loquitur Orduñez de Cevallos, Linſchot Amer. cap. 5. Texi gen. de Perſiâ lib. 1. cap. 6. Acoſta lib. 6. cap. 8. Herrera cap. 4. Wyſliet lib. 2. Gomora parte 1. Quamvis adhuc ibi idololatria ſedem habeat, tamen Chriſtiana Religio plurimùm viget. Quoad regimen ſpirituale habet Archiepiſcopum Mexicanum, cui ſubjiciuntur Epiſcopi, Suffraganei de Thaſcula, de Mechoacan, de Guaxaca, de Guadalaiara, de Guatimala, de Jucatan, de Chiappa, de Honduras, de Verapaz, de Nicaragua. Archiepiſcopatus Mexicanus ad inſtantiam Caroli V. Imperatoris à Paulo III. erectus fuit anno 1547. De Viris Apoſtolicis tum ſæcularibus, tum regularibus nemo dubitare poteſt: quomodo enim Epiſcopi tot idolorum cultus extirpare poſſent, ſi maximas Religioſorum Ordinum copias auxiliares non haberent.

VII. Novæ Hiſpaniæ primariam Provinciam, Clima, ſedem, mores, indolem, fertilitatem, fortitudinem, antiquum & modernum regimen referunt Acoſta lib. 5. & 6. Orduñez de Cevallos deſcript. Ind. Herrera cap. 9. Davity. Botero parte 1. lib. 5. Mendoza parte 2. lib. 3. cap. 5. Texei. Viag. cap. 1. Wyſliet lib. 2. & alii. Quantùm ibi Chriſtiana Religio floreat, deducendum ex numero Religioſorum, quæ accedunt ad 150. Herrera ſpecialiter refert plures Conventus S. Dominici, S. Franciſci, S. Auguſtini, Diſcalceatorum noſtri Ordinis, Trinitariorum, de Mercede captivorum, & Monialium. Novam Regionem Mexicanã recognovit Antonius d'Eſpeio anno 1583. vel (ut alii) Frater Auguſtinus

guſtinus Ruyz ex familiâ Sancti Franciſci, qui cum habitans in valle Sancti Bartholomei accepiſſet, eſſe alias terras Hiſpanis ignotas, petiit à Prorege Hiſpaniæ facultatem illuc eundi cum duobus ſociis ad linguam eorum comparandam, quâ illas Barbaras Nationes poſtea ad ſinum Eccleſiæ facilius adducere poſſet, quod illi conceſſum. Ejus iter ac peregrinationem referunt Acoſta libr. 7. Mandoza parte 2. lib. 3. cap. 5. Hæc Inſula tot operariis in vineâ Domini abundat, ut præter Sedem Epiſcopalem, ac innumeras Eccleſias, Monaſteria Religioſorum ſancti Dominici, S. Auguſtini, S. Franciſci, noſtri Ordinis excedant numerum 30. præfatorum Ordinum Monaſteriorum copia major eſt in Diœceſi de Guaxaca, ſeu Guaiaca, vel (ut alii) Antequera. Ibi enim exſtructa ſunt pluſquam centum viginti. De Provinciâ & Diœceſi de Mechoacan, ſeu Pazcuazo, & ejus Civitatibus ac Oppidis multa ſcribunt Herrera cap. 10. Wyſliet Ind. Occid. lib. 17. cap. 2. Davity. Varia ibi ſunt Seminaria, & Religioſorum Conventus, quemadmodum etiam & in Epiſcopatu de Tlaſcalla, ſeu de Los Angeles. Item in Epiſcopatu de Yacatan, ſeu Tabaſco. Zelum Religionis confirmant nomina Urbium, Pagorum, & Provinciarum, quæ à Sanctis, non autem à rebus prophanis deſumpta ſunt. Idem judicandum de novâ Galiciâ, aliàs Xaliſco, Chichimeques, Ottomies: novâ Biſcaiâ, Chiamelta, Caliacan, Cinoloa, Cinola, ſeu novâ Granatâ, Calfornia Anian, Quivira, Chiapa, de Verâ pace, Honduras, Necaragua, Conibas, Guatemala, Sonocomiſco, Coſtarica, Veragna,

VIII. America Meridionalis (cui Rex Catholicus etiam dominatur, & inſtituit quinque audientias,) eandem erga Romanam Eccleſiam ſubmiſſionem & obedientiam profitetur. Nam in Panamâ, ſeu Provinciâ aureâ, eſt Eccleſia Cathedralis Suffraganea Archiepiſcopatus de Los Reyes cum Conventibus Religioſis noſtri Ordinis, S. Dominici, S. Franciſci, & de Mercede captivorum. Minùs dubitandũ de novo regno Granatenſi, de quo ſatis fusè diſcurrunt Herrera cap. 16. Orduñez de Cevallos, Benzo lib. 2. cap. 6. Ejus religionem teſtantur Archiepiſcopatus ſanctæ fidei, cum tribus Epiſcopis Suffraganeis & citatorum Ordinum Monaſteria non pauca. De Carthagena & ſanctæ Marthæ dominio, regimine, Oppidis, Urbibus, opibus, moribus, viribus, Epiſcopatu, Monaſteriis, vide Orduñez de Cevallos, Benzo lib. 2. c. 6. Herreram cap. 16. Linſchot Amer. cap 8. Vide quid Herrera cap. 8. Linſchot cap. 8. Oviedo lib. 18. cap. 4. & 6. de Venezuela, Cumana ſcribant. Quid Abevil cap. 31. de Marangan, & Inſulâ de Fernan Larono. Myræus polit. Eccleſ. lib. 2. c. 8. Herrera c. 14. & alii diſſerunt.

IX. Cùm paſſim etiam apud vulgares & plebeios de Peruanorum divitiis ſermo ſit, hic aliquid de iis præmittemus, poſtea religionem ſubjiciemus. Acoſta lib. 3. cap. 16. Herrera cap. 20. Orduñez de Cevallos deſcript. Ind. Wyſliet lib. 2. Myræus Polit. Eccleſ. lib. 4. cap. 10. ſcribunt, quibus ſubſcribens Davity hæc narrat. *On voit par les regiſtres de la maiſon de la contraction, ou trafique de céte Province, qu'au temps du gouvernement de Polo, l'on enregiſtroit, & tiroit de la montagne de Potoſi cent & cinquante, voir deux cẽt mil pezos tous les Samedys: dont le quint (qui apartient au Roy d'Eſpagne) revenoit à trente & quarante mil Pezos, & chaſque année à million & demy, ou environ. Et ſuivant ce compte l'on tiroit tous les jours de ceſte mine trente mil Pezos, dont le Roy en prennoit ſix mil par jour pour ſon quint. Les premieres navires, qui partirent de ce pays pour l'Eſpagne y porterent outre les droicts du Roy* 708580. *pezos d'or*, 49008. *marcs d'argent, le marc à huict onces, outre trente vaſes d'or, & quarante huict d'argent, qui eſtoient pour le Roy, entre leſquels il y avoit une aigle d'argent, qui pouvoit tenir dans ſon corps deux pots d'eau: deux grandes marmites, l'une d'or, & l'autre d'argent, dont chacune pouvoit tenir une vache miſe en pieces: deux ſacs d'or, dont chacun pouvoit tenir trois boiſſeaux, & un Idole d'or de la grandeur d'un enfant de quatre ans, avec quatre petits tambours: les autres vaſes eſtoient des cruches d'or & d'argent qui pouvoient tenir chacune deux arrobes, dont*

dont l'une fait le poids de trente-deux liures. Davantage il y vint pour les les particuliers vingt-quatre cruches d'argent & quatre d'or. Maintenant (*ſelon* Acoſta lib. 4. cap. 7. Orduñez) *le Roy d'Eſpagne a pour ſon quint toutes les années, l'une portant l'autre un million de mine de Potoſis, ſans ce qu'il tire du vif argent, & des autres droicts royaux, qui reviennent à des grandes ſommes, & ſelon Orduñez, il tire tous les ans de Potoſis huict ou dix millions d'argent. Le Vice-Roy a tous les ans pour ſon plat quarante mil ducats, & de plus à chaſque bonne Feſte, comme à Paſques, à Noel, aux Roys, & autres, il a mil pezos; pource qu'il traite lors tous les principaux Officiers du Royaume. Davantage il a tous les ans d'extraordinaire du Roy d'Eſpagne deux mil pezos, pour le voyage qu'il faict, pour faire diſtribuer aux navires l'argent qu'on a tiré des mines, au port de Callao à deux lieues de Lima.*

X. Quoad mores antiquos magna ac penè incredibilis erat cœcitas, quâ ferè omnes Peruani obruebantur. Nam certis quibuſdam ſideribus immolabant, maximè iis quæ colligendæ meſſis dominantur. Superſtitioſi admodum erant, bubonisque vocem pertimeſcebant, qui ubi in vicum aliquem advolarat, & ſolidum dederat ſonum, continuò ſeniores armati domo egrediebantur, inclamabantque avem ut avolaret, nè morerentur. Iuniores autem tunc temporis domi ſe continebant cum mulieribus, aiebantque bubonem prænunciaturum mortem. Cùm imbre indigerent, aliquis Magus magnâ vocis contentione & acceleratione vociferabatur, ut omnes ad montem pergerent, quo poſtquam perveneranr, ut quilibet more conſueto à cibis abſtineret: quod jejunium conſiſtit in abſtinentiâ à ſale, pipere, cibis coctis. Quo facto voce intensâ, ac ſummo clamore invocabant ſidera, & aquam precabantur, & ad terram, ſolumque ruſticum ſeſe vertebant, quandam potionem manibus tenentes, quam ubi puellæ nobilis manibus propinatam ebiberant; Ita à ſenſibus abducebantur, & mentis impotes fiebant, ut viderentur mortui: At ubi in ſe redirent, mel aquâ & maizo miſcebant, quibus permixtis nubes aſpergebant. Die inſequenti aliquem nobilem aut conſpicuum, venerandumque ſenem in lectum deponebant, ſubjecto lento igne, atque ubi ſudare cœperat; ſudorem vaſe excipiebant. Magus anſerino ſanguini admiſcebat, atque ex radice expreſſæ aquæ rurſum in aera jactabat, nubes ut tangeret, rogans per ſudorem, ſanguinem, & aquam, ut optatum imbrem concederent. Quod ſi caſu eo die, quo ſunt ſuperſtitioſi pluebat, gratias agebant ſtellis, Magumque multis muneribus cumulatum efferebant. Feſtum aliquod æquè ſuperſtitioſum celebrabant, formoſiſſimum ſuæ regionis puerum jejunum cubiculo tamdiu includebant, dum excreſcerent capilli: tùm magi præſtigiatores cum ſenioribus eductum, quadam quaſi ſupplicatione deducebant domum alicujus amici intimi, ubi vetulæ puerum querulâ voce illi lamentabantur, & plebs, quæ interim cogebatur & cōveniebat paulatim præſcindebat capillos pueri, oblato in ſingula capita uno anſere cocto. alterâ die Magus juniores mittebat ad venandas feras: aliis imperabat, ut pararent locum feſto oportunum. Jubebat puellas excoquere egregium vinum. Mandabat ſenioribus ut inſtrumenta muſica componerent, qui illicò pulſare incipiebant, qui ab eo tempore quo in eas res à Mago emiſſi erāt, impunè obvia quæque furari poterant. Populos vicinos invitabant, ut armis variis inſtructi ad feſtum convenirent. Feſti autem tempore puer coronatus alterâ manu telo inſtructâ, ex alterâ viperâ vivâ dependente occupabat ſedem in quodam loco ornatiſſimo. Undè facilè inferri poteſt Dæmonis artificio à viperâ non læſum fuiſſe. Corpori etiam pueri plures aliæ viperæ alligatæ erant. Quæ juvenes venatione apprehenderant cum coctis, & aſſis anſeribus reponebantur ad unum pueri latus, alterum claudebat bona vini quantitas. Poſtquam milites ad feſtum vocati militari quodam ordine, & delectu ingreſſi erant, & viperam adorarant, ad puerum accedebant, vinumque illi proximum ebibebant,

& præparatas, pueroque adhærentes epulas sumebant. Tùm ad adorandam rursus viperam regrediebantur, eundemque cibum & potum repetebant, totosque tres dies hâc ratione absumebant: quibus elapsis viperam necabant. Deindè mulieres, (quæ toto festivo tempore clausæ domi moratæ erant,) egrediebantur vociferantes: victoria, victoria. In ejusmodi celebritate dæmon frequenter apparebat, eorumque oculis obijciebatur, combibebat, conviscebatur, hortabatur ad festos dies jucundè & hilariter peragendos. Tertium festi, seu lamentationis genus erat, quod defunctis exhibebant: ad hoc malefici, & præstigiatores nocte conveniebant cum senibus, multo vino, arcubus & telis instructi, postquam defunctorum sepulchra purgarant, in fletum & ejulatus resolvebantur omnes; paulò post præstigiatores in aliquem locum secedentes egregiè compotabant: quo facto iterùm ad lachrymas, & ejulatus se convertebant, dæmonem invocantes, eumque montibus, lacunis, & similibus imprecantes. Demum propriis nominibus defunctos vocabant, & ad cõpotitandum invitabant; suos clamores irritos videntes, mœsti & tristes domum repetebant. Plura alia absurda referunt Acosta lib. 6. cap. 3. 4. 12. 14. 15. 17. 19. 23. Davity, & alii. Sed ex quo Rex Catholicus Peruanos suo dominio adjunxit, illis erroribus rejectis, Christianam religionem amplexi sunt tam fœlici successu, ut jam duo sint Archiepiscopi, alter Limæ, alter Platæ. Præsul Limæ, seu Civitatis Regum habet suffraganeos Episcopos de Cuzco, Arequipa, Truxillo, Guamanga, & Quito. Præsuli Platæ subjiciuntur Episcopi de Barranca in Provinciâ Sanctæ Crucis de Sierrâ, de pace in Provinciâ Chuquiago, S. Jacobi de Estero, in Provinciâ de Tucuman, de Buenos, Ayres, in Provinciâ de Rio de Platâ, de Panama, de S. Jacobo & imperiali in Provinciâ Chili, B. Virginis assumptæ in Provinciâ Platæ, & Episcopus de Paragnay. Ejusmodi autem Episcopatus in reditibus non cedunt Europeis: nàm ex Orduñez Cevallos, Archiepiscopus Limæ habet annuatim sexaginta millia librarum, vulgò Pezos, quæ ex vectigalibus colligit. Quidam censent Archiepiscopum Platę esse locupletiorem. Inter omnes Ordines Religiosos (qui ibi Monasteria habẽt) PP. Societatis præcipui sunt. Ibi enim omnium artium & litterarum, linguarum humaniorum, ac scientiarum professores subministrãt in Collegiis Limæ, de Cuzco, de Quito, Platæ, Potosi, Pacis Guamangæ. Omnium Collegiorum Americanorum præstantissimum est Limæ. Varias habet missiones, quarũ meminit Masseius in missione Peruanâ. Aliam in Provinciam, Aimares quæ mirum ibi fructum fecit, tùm in baptizandis infidelibus, tùm in relapsorum confessionibus excipiendis. Aliam Tuccamanam, in quâ octogenarii baptismo eluuntur, qui absque dubio ex hâc vitâ decessissent sine baptismo. In missione Sanctæ Crucis præter parvulos baptizati sunt 980. & quatuordecim pagi seu castella unâ vice paganismum ejurarunt. Variis vicibus abluti sunt in Missione Cianes pueri & infantes 1303. adulti 2832. Matrimonio sacramentali juncti 1473. In unicâ missione numerati sunt adulti novi Ecclesiæ filii 708. Nuptiali fœdere copulati 262. De his & aliis fusè differunt Benzo lib. 3. cap. 70. & alibi. Myræus Polit. Eccles. lib. 4. cap. 10. de Regione Cumacensi, seu de Los Quixos, videndi Herrera cap. 18. Orduñez Cevallos, Wyfliet Ind. Occid. lib. 2. Iidem etiam de Territorio Pacamoros seu Salmas. Davity ait Limæ numeratos fuisse 600 Sacerdotes, præter candidatos, qui ad Ordines aspirabant. De Caliacan (quæ Zivaloa vulgò dicitur) varii Authores scribunt hæc breviter. Accipe ex litteris Martini Perez Jesuitę ad Patres Mexicanos ann. 1592. apud Masseium, qui ubi de terræ fertilitate disseruit. Hæc de Incolarum ad fidem inclinatione, subdit. *Cùm hæc in Oras venissemus fama novorum hominum excitti Indi confestim in nostras ædes concurrunt summâ benevolentiæ significatione, salutatione & verbis, quæ tamen non capiebamus, amorem testabantur: tamdiu nobiscum commorati, dum amicè domum remitterentur. Neque oblatam primo quoque tempore opportunitatem neglexerunt, declarantes quanto animo ad Christianam Religionem ferrentur. Nam*

cùm

cum primos hujus Provinciæ vicos essemus ingressi vulgato etiam in vicinis locis adventu nostro die insequenti convenit in Ecclesiam tam adultorum, quàm puerorum magnus numerus, ut Baptismo tingeretur, quod summa nobis fuit consolationi. Abluimus puellos & puellas facile octoginta, cæteros animo ereximus spe non inani futurum ut simul atque instituti essent, necessariâ doctrinâ ejus dē Sacramenti essent participes. Invenimus ad quadraginta Christianos, qui cōversi fuerant à PP. Franciscanis, (qui in hac loca venerant) ante annos duodecim interfectis, tandem illis ab ipsis incolis caruerant doctore &c. Cœpimus Catechismo erudire gentem, & piis exhortari sermonibus ad eos in officio continendos, & omni timore liberandos; cùm vident precationes, & Deum orandi formulas, non extraneo sed familiari idiomate se à nobis accipere, quas ut & Catechismum magnâ curâ & temporis brevitate addiscunt: jamque tam adulti, quam pueri plures mille sexcentis abluti sunt, præter quingentos, qui infantili penè ætate à Patribus nostris tincti, & duodecim totos annos neglecti vix signum habebant Christiani instituti &c. Multas concubinas detraximus, cùm hujus gentis ea sit consuetudo tot ut super inducant, quot alendis sunt satis. Matrimonii sacramento junximus non paucos. Sunt & plures alii, qui Baptismum appetant: sed cùm ingens sit populus, operarii verò duo tantùm: fieri non potest, ut labori pares simus. Infra: *Sunt in tribus his fluminibus tredecim Ecclesiæ iis exceptis, quæ paulatim eriguntur &c.* Quibus interjectis: *Die Conceptionis Deiparæ Virginis Sacro Dedicationem Templi Petatlam celebravimus: in eo reposui parvā quandam imaginem B. Virginis conceptioni sacratam. Instituimus supplicationem, in quâ pueri Te Deum laudamus linguâ vulgari decantabant. Subjunxi orationem, ac tandem missam legi, quod cantores ignari adhuc sint cantus, & aliud personare nesciant, quam rudi quâdam & dissonâ voce, Amen. Interfuerunt ex Ethnicis plurimi, qui abundè ad diem festum invitati fuerant, & prope attoniti erant, visis primis his initiis optantes, ut in eorū vicis similis haberetur celebritas. Quantum huc usque colligere licuit, horum, & vicinorum Castellorum Paganorum, ubi major frequentia, linguarū diversitas minor. Indi Incolæ alacres sunt, & excitati tractabiles, facilioris conversionis, quam quos vidi, aut novi hactenus.* In fine: *Vicarius Ecclesiæ Culiacan, quæ Zinaloa, ubi supradicti Patres agunt quinquaginta milliaribus abest, datis ad quendam amicum litteris in hanc sententiam scripsit. Zinaloæ Patres officiosè laborant in Domino, in convertendis ad fidem Indis, adeò fructuosè & fœliciter, ut miraculo omnes adscribamus. Neque credi potest quâ celeritate & didicerint, & ejus Provinciæ linguâ loquantur, quâque facilitate, & satisfactione ad Baptismum incolæ accedant in rebus fidei instrui postulent. Dei certè est opus: Quamobrem ei Divina Majestas favet & dat incrementa.* Plura congerere possem, maximè de Insulis Philippinis, earumque in fidei Catholicę progressu; quæ videri possunt apud Maffeium in litteris annuis à P. Francisco Vaëz anno 1601. ad R. P. Claudium Aquavivam Generalem Societatis Jesu. Hæc tantùm ultima verba illarum accipe, quibus Romanæ Ecclesiæ Maternitas designatur. *Restat tantùm, ut P. T. oculos conjiciens in hanc novam plantulam tantâ terrarum intercapedine Româ disjunctam, & in extremis orbis partibus sitam illi omnem favorem, & benevolentiam ostendat, submissis aliquot operariis cum his verbis Isaiæ cap. 18. v. 3. Ite Angeli veloces ad gentem convulsam, & dilaceratam ad populum terribilem, post quem non est alius. Ut lucem aliquam, seu prædicatione Evangelicâ his tenebris inferant, & omnes supplices verum Deum mundi conditorem adorent & venerentur: hos thesauros affert P. V. majores oblaturam.*

Hæc porrò Maternitas confirmatur XI.
jurisdictione Episcoporū, cujuscumque sit Ditionis etiam Indicę, quæ exerceri nequit, nisi priùs obtentis litteris Apostolicis, sine quibus etiā nec admitti, nec recipi tanquam Episcopus, nec possessionem sibi collatę Diœcesis cōsequi potest; ut patet extravaganti *in ex. recta de electione* inter extravagantes cōmunes. Et ex cap. *quam sit* de elect. in sexto, ubi præscribitur tempus intra quod Episcopus debeat petere confirmationem ab Ecclesiæ Romanæ Pontifice; etiamsi non à Collegiis Canonicorum eligantur, sed à Regibus Gallię,

Digitized by Google

Hiſpaniæ, Poloniæ, &c. nominentur, deſignentur, offerantur. Cùm igitur in Americâ ſint Epiſcopi, ſequitur eos indubiè Sedem & Eccleſiam Romanam ut ſuperiorem agnoſcere. Confirmatur ſecundò ex Religioſis, qui illuc miſſionarii mittuntur, vel ibi Monaſteria & Collegia ædificant, quorum Ordines & Inſtituta à ſolo Pontifice confirmantur. In cap. ult. de religioſis domibus eſt decretum Innocentii III. in Concilio Generali Lateranenſi, ne quis deinceps novam Religionem inveniat, ſed quicumque ad Religionẽ converti voluerit unam de approbatis aſſumat. Idem ſtatuitur à Gregorio X. in Concilio Generali Lugdunenſi, ut habetur cap. 1. eò titulo in 6. & à Joanne XXII. ut refertur in extravagante: *Sanctæ Romanæ Eccleſiæ*, de religioſis domibus. Præcipua ratio eſt, quia majores cauſæ ad fidem, vel mores pertinentes ſunt referendæ ad Romanum Pontificem. cap. *Majores* de Baptiſmo, & ejus effectu. Confirmatur iterũ ex eo quod Religioſi ita ſubjiciuntur Romanæ Eccleſiæ, ut etiamſi penes illos ſit electio generalis: tamen rata eſſe non cenſeatur niſi à Sede Apoſtolicâ confirmetur, ut docet noſter Lezana tom. 1. q. 4. regul. ex c. avaritia de elect lib 6. ex Sylveſtro V. confirmatio; Caſſarubio in compendio V. electio §. 3. Suarez tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 5. Unde tempore bellorum & peſtis dum Provincialibus aliisque quibus competit jus eligendi Generalem liber acceſſus ad urbem, vel in Italiam non daretur. Sanctiſſimus Dominus Alexander VII. auctoritate ſuâ Apoſtolicâ plures Generales creavit, inſtituit, & confirmavit, non præhabito aſſenſu, vel ſuffragio ſolito eligentium. P. Lezana tom. 1. q. regul c. 4. n. 33. docet quod quamvis Religioſus fiat Generalis ſuæ Religionis, & exímatur ab obedientiâ inferiorum Prælatorum, tamen in eo manet obedientia erga Sedem & Eccleſiam Romanã; nec eximitur ab ejus obedientiâ, ſeu à voto emiſſo abſolvitur. Et citat Arragon. 2. 2. q. 88. a. 11. Valentiam 2. 2. diſput. 10. qu. 3. punct. 8. Notat etiam cum Suarez tom 4. de Religione tract. 8. lib. 3. cap. 11. n. 7. & 8. Pontificem poſſe eximere quemcumque Religioſum ab obedientiâ inferiorum Prælatorum, & ſibi reſervare. Quia hoc eſt uti jure ſummi Prælati Religionum, quod habet. Deniquecommium Religioſorum obedientiam erga Romanam Sedem & Eccleſiam colligo ex eo, quod omnes Religioſi tenentur obtemperare decretis Conciliorum Summorum Pontificum, & ſacrarum Congregationum: & in caſu gravaminis quilibet Religioſus à Superiore poſſit immediatè appellare ad Sedem Apoſtolicam, ut docent Sotus lib. 8. de Juſtitiâ & jure qu. 5. a. 1. Peirinis tom. 3. Privileg. Minim. cap. 4. n. 14. Scofra de invalitate profeſſionis dubio 25. & 26. Bordonus Reſol. 32. n. 26. Lezana qq. Reg. tom. 4. v. recurſus regul. poſt Rodriguez, Navarrum & alios, quibus favet cap. ad Romanam. Et 2. 2. q. 6. cap. ſi duobus. cap. dilecti filii. Ratio eſt quia Pontifex eſt Principalis, univerſalis, & immediatus ſuperior Regularium; ſeu eorum Prior, Provincialis & Generalis. Quam ſuperioritatem præcipuè exercet in Miſſionarios Regulares, quorum nulli miſſionem aggrediuntur, niſi præhabito generali, vel ſpeciali & perſonali indulto Apoſtolico. Generale habent ferè omnes Ordines Mendicantes, Patres Societatis, Clerici Regulares, vulgò Theatini: quod Miſſionariorum exercitum non repugnare Inſtituto Ordinis noſtri etiam Diſcalceatorum docent P. Petrus Thomas à Jesu in ſuo ſtimulo miſſionum, Philippus à Sanctiſſimâ Trinitate, in ſuo itinere Orientali lib. 8. cap. 2. & in quem finem noſtri PP. Diſcalceati habent Romæ Seminarium Sancti Pauli, quo confluunt ex ſingulis Provinciis duo Religioſi, ut diſcant linguas, & controverſias fidei, aliaque ad convertendos Infideles, & Schiſmaticos; & Fideles in verâ Religione corroborandos, ex quo ſacro Athenæo, præter miſſiones Germaniæ, Angliæ, Hiberniæ, Hollandiæ, prodierunt alii Terræ ſanctæ, Syriæ, Arabiæ, Perſidis, Regni Mogor, Indiarum &c. De quibus ſupra, & alibi fuſiùs differemus.

§. 28.

§. 28.

Testimonium Ecclesiæ Italicæ.

I. ITALIA Romanam Sedem & Ecclesiam veneratur, non tantùm ut Matrem, sed ferè tota, ut Dominæ Temporali morem gerit, vi donationis factæ à Pipino Rege Franciæ anno Christi 755 ut refert Anastasius his verbis. *De omnibus receptis civitatibus donationem inscriptis Beato Petro, atque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, vel omnibus in perpetuũ Pontificibus Apostolicæ Sedis emisit possidendam; quæ & usque hactenus in Archivio Sanctæ nostræ Ecclesiæ recondita tenetur. Ad recipiendas verò civitates, misit ipse Christianissimus Francorum Rex suum Consiliarium; ideſt Fulradum venerabilem Abbatem: & continuò ejus eximietas cum suis exercitibus Franciam repedavit. Prænotatus autem Fulradus venerabilis Abbas, & Presbyter Ravennatium partes cum missis jamfati Aistulphi Regis cõjungens, & per singulas ingrediens civitates tam Pentapoleos, quàm Æmiliæ, easq; recipiens & obsides per unamquamque auferens, atque primates secum unà cum clavibus portarum Civitatum deferens Romam conjunxit. Et ipsas claves tam Ravẽnatium Exarchatus, unà cum supradictâ donatione de eis à suo Rege emissâ in confessione Beati Petri ponens, eidem Apostolo, & ejus Vicario sanctissimo Papæ, atque omnibus ejus successoribus Pontificibus perenniter possidendas, atque disponendas tradidit: ideſt Ravennam, Ariminum, Pisaurum atque Fanum, Cesenam, Senogallias, Esium, Forum Pompilii, Forum Livii, cum Castro Sussubio, Montem Feretrum, Acerragium, Montem Lucari, Serram Castellum Sancti Mariani, Bobium, Vrbinum, Gallium, Luceolos, Eugubium, Comiaclum, necnon Civitatem Narniensem, quæ à Ducatu Spoletano à parte Romanorũ per evoluta spatia fuerat invasa.* Leo Ostiensis hist. Cassin. lib. 1. cap. 7. scribit hanc Pepini donationem fuisse ampliorem. *Fecit autem inclytus Rex unà cum filiis concessionem B. Petro, ejusque Vicario de Civitatibus Italiæ, & territoriis per designatos fines, à Lanis cum Insulâ Corsicâ, inde Suranum, inde in Montem Bardonem, Vercetum, Parmam, Regium, Mantuam, & Montem Silicis, simulque universum Exarchatum Ravennæ, sicut antiquitus fuit cum Provinciis Venetiarum, & Istriæ, cunctumque Ducatum Spoletanum, & Beneventanũ, eamq; donationem manu propriâ, & filiorum, plurimorumq; Iudicum, & Optimatum subscriptione roboravit. Demùm idem Rex unà cum Romano Pontifice in Italiam veniens, Ravennam, & alias viginti Civitates eidem Aistulpho, scilicet Longobardorum Regi, memorato sublatas, Apostolicæ Sedi subjecit, cujus rei gratiâ Romanus Patricius constitutus est.*

II. Carolus Magnus filius Pipini anno 774. Patris sui donationem Ecclesiæ Romanæ factam novis diplomatibus à se, suisque Magnatibus tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus subscriptis confirmavit, & ad ejus conservationem solemni edicto ad confessionem Sancti Petri juramento sese, suosq; obstrinxit: coram Hadriano III. Papâ accipe verba Anastasii. *Concessit easdem Civitates & territoria Beato Petro, atque præfato Pontifici, atque spopondit per designationem confinium, ideſt à Lunis cum Insulâ Corsicâ, deinde in Suriano, deindè in Monte Bardone, inde in Verceto, deindè in Regio, & exinde in Mantuâ, & Ponte Silicis, simulque Exarchatum Ravennatiũ, sicut antiquitus erat, atque Provincias Venetiarum & Istriæ, necnon cunctum Ducatum Spoletanum & Beneventanum; factâque eâdem donatione, eam propriâ suâ manu ipse Christianissimus Francorum Rex, universos Episcopos, Abbates, Iudices etiam & Graphiones in eâ subscribere fecit. Quàm priùs super altare Beati Petri, & postmodùm intus in sanctâ ejus confessione ponentes, tam ipse Francorum Rex, quàm ejus Iudices Beato Petro & ejus Vicario Sanctissimo Hadriano Papæ sub terribili Sacramento se omnia conservaturos, quæ in eâdem donatione continerentur promittentes trãdidere: apparem ipsius donationis per eundem Etherium describi, faciens ipse Christianissimus Rex Francorum intus super corpus Beati Petri subtus, Evangelia quæ ibidem sunt est osculatus pro firmissimâ cautelâ & æternâ nominis sui, ac Regni Francorum memoriâ, propriis suis manibus posuit, aliaque ejusdem donationis exempla per Scriniarum hujus San-*

ctæ

Apostoli persolvatur, salvâ super eosdem Ducatus nostrâ in omnibus dominatione, & illorum ad nostram partem subjectione. Cæterum sicut diximus omnia superius nominata ita ad nostram partem, per hoc nostræ cõfirmationis decretum roboramus, ut in vestro vestrorumque successorum permaneant, jure principatu, atque ditione, ut neque à nobis, neque à filiis, & successoribus nostris per quodlibet argumentum, sive machinationem in quâcumque parte minuatur vestra potestas, aut nobis de suprascriptis omnibus, vel successoribus vestris aliquid subtrahatur de suprascriptis, videlicet, Vrbibus, Provinciis, Civitatibus, Oppidis, castris, viculis, insulis, territoriis, atque patrimoniis, necnon pensionibus, atque censibus, ita ut neque nos ea subitrahamus, neque quibuslibet subtrahere volentibus consentiamus; sed potius omnia, quæ superius leguntur, ideſt Provincias, Civitates, urbes, oppida, castella, territoria, patrimonia, atque Insulas, census, ac pensiones Ecclesiæ Beati Petri Apostoli, & Pontificibus in sacratissimâ illius Sede in perpetuum residentibus, in quantum possumus, defendere nos promittimus, ad hoc, ut omnia ea in illius ditione ad utendum & fruendum, atque disponendum firmiter valeat obtinere: Nullamque in eis pro nobis partem aut potestatem disponendi, aut judicandi, subtrahendivè, aut minorandi vendicamus, nisi quando ab illo, qui eo tempore hujus sanctæ Ecclesiæ regimen tenuerit, rogati fuerimus, &c. Et post nonnullas alias promissiones de protegendâ Sanctâ Romanâ Ecclesiâ, & bonis seu reditibus illius, tandem cõcludit. *Hoc autem ut ab omnibus fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris firmum esse credatur, firmiusque per futuras generationes, & sæcula ventura custodiatur, propriæ manus signaculo, & venerabilium Episcoporum, atque Abbatum, vel Optimatum nostrorum sub jurejurando, & subscriptionibus pactum istud nostræ confirmationis roboravimus, & per Legatum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Theodorum Nomenclatorem Domino Paschali Papæ direximus.*

Baronius ad annum Christi 1097. post Petrum Diaconum Cassinensem 4 Chron. Cassinens. c. 99. ait Ecclesiam fuisse spoliatam præfatis Dominiis Ecclesiasticis per Petrum Leonis Antipapam, sub nomine Anacleti, qui post arreptum Pontificatum, ut aliquem suæ ambitionis fautorem haberet, nihil prætermisit officii, vel obsequii, ut aliquos sibi conciliaret. Quare Rogerium ex Comite Regem Siciliæ, Apuliæ, & Calabriæ constituit, præcepitque, ut Episcopi, & Abbates, qui in ejus ditione erant, ei obtemperarent. Undè hunc Rogerium Sanctus Bernardus epist. 127. 129. 130. 139. 140. vocat Ducem Apuliæ, tyrannum Siculum, & usurpatorem coronæ regiæ. Rogerio defuncto Guilielmus ejus filius cognomento malus, postulavit investituram ab Adriano IV. legitimo Pontifice, quam concessit cum quibusdam conditionibus anno 1154. Eandem investituram concesit Innocentius III. Constantiæ Imperatrici, & Reginæ Siciliæ ejusdem Guilielmi sorori: item ejusdem Constantiæ filio parvulo Frederico anno 1199. ad instar illius, quam Adrianus concesserat Guilielmo, scilicet, ut Innocentio & successoribus, Ecclesiæque Romanæ fidelitatem, & hominium exhiberet, adeò ut etiam quandocumque, vel ipse Innocentius, vel successores ejus ipsam Constantiã, vel filium ejus Fredericum, cùm ad legitimam ætatem perveniſſet, in aliquâ parte regni, quam securè possent adire, ad præsentiam suam vocassent, iidem reverenter accederẽt ad Ligium hominium faciendum: & nè quis existimet eundem Fredericum adhuc puerum his annuisse, adultum verò reclamasse, extat in libro privilegiorum Romanæ Ecclesiæ, & in alio (qui inscribitur liber censuum) aurea Bulla ejusdem Frederici tunc imperii candidati, & Regis Siciliæ, quàm post annos quatuordecim, scilicet nostræ salutis reparatæ 1213. dedit eidem Innocentio Pontifici, quâ quidẽ de consilio (ut ait) & consensu Principum Imperii (qui etiam tam Ecclesiastici, quàm sæculares in magno numero eidem Bullæ subscripti habentur) Ecclesiæ Romanæ ejusque Pontificibus omnem obedientiam atque reverentiam promittens, quam prædecessores Reges ac Imperatores Catholici impendisse noscerentur: præter alia magnifica, quæ de possessionibus temporalibus ad eandem

Digitized by Google

Canonicas sanctiones; adeoque circa easdem personas, & Ecclesias tam in faciendis provisionibus, & electionibus confirmandis, quàm in omnibus aliis, Pontifex Romanus, & Romana Ecclesia, jurisdictionem, & auctoritatem omnimodam exercerent, salvo jure regio, si quod foret. Cùm verò dicta investitura Anglorum rege non curante, effectu caruisset, & Carolus Comes Andegavensis frater Ludovici Regis Francorum, aliam à Clemente Papâ IV. accepisset, Manfredo Siciliæ invasore occiso in bello, per dispositionem liberiorem idem regnum ad jura Romanæ Ecclesiæ rediit, & deinceps ampliori formâ ipsis investituris per Sedem Apostolicam factis, libertas Ecclesiastica est declarata, cum prohibitione semper ac detestatione legum per dictos tyrannos latarum, ut patet ex Bullâ aureâ ejusdem Caroli Andegavensis, qui regnavit auctoritate per Romanã Ecclesiã collatâ anno 1265. eâ conditione, ut illæsæ servarentur omnes Ecclesiæ, & personæ Ecclesiasticæ sæculares, ac Religiosæ in electionibus, postulationibus, nominationibus, provisionibus, & aliis omnibus. Insuper ut omnes causę spectantes ad forum Ecclesiasticum, liberè & sine ullo obice agitarentur, & terminarentur coram ordinariis, aliisque Judicibus Ecclesiasticis: similiter appellationes ad Sedem Apostolicam, earumque prosecutiones liberè fierent, &c. Denique Carolus pollicitus est se renovaturum omnes constitutiones latas per Fredericum, Conradum, & Manfredum contra Ecclesiasticam libertatem, nec unquam se ullas conditurum adversus eam. Item non passurum, ut aliquis Clericus in civili, vel criminali causâ citaretur coram judice sæculari, nisi super feudis judicio petitorio civiliter: ita ut universæ Ecclesiæ, & personæ Ecclesiasticæ omnimodò futuræ essent liberæ, & in nullo Regi, vel Principi subjacerent, &c. Plura denique addidit in favorem Romanæ Ecclesiæ, à quâ regnum acceperat, ut patet ex diplomate investituræ facto ipsi Carolo à Clemente anno 1265.

V. Carolus tenuit Regnum Siciliæ ultra pharum usque ad an. 1282. cum omnibus promissionibus, conditionibus, legum tyrannicarum revocationibus & detestationibus, quæ continentur in prædictâ investiturâ Clementis IV. factâ Carolo. Easdem investituras Carolus II. anno 1289. accepit à Nicolao IV. & anno 1295. à Bonifacio VIII. Robertus Nepos Caroli anno 1309. à Clemente V. anno 1335. à Clemente IV. anno 1372. à Gregorio XI. Ex quibus patet quanta fuerit Ecclesiæ Romanæ & Regum ex progenie Caroli Andegavi conspiratio pro destruẽdâ monarchiâ olim malè plantatâ: Vndè non immeritò Petrus Rex Aragonum qui cęsis Francis Siciliam occupavit, nolens jura servare hactenus possessa ab Ecclesiâ Romanâ, nec ab eâ investituram accipere, censum pendere, juramentum fidelitatis præstare, homagium exhibere excommunicatus est à Martino VI. & regnum Siciliæ interdicto subjectum. Tandem post diversa bella & strages inter Aragonios & Andegavenses, Gregorius II. ut occurreret ulterioribus stragibus, deprædationibus, & divini cultus omissionibus, quæ ex interdicto prodierant, adeò ut fides Catholica perclitaretur, investituræ conditiones mitigavit: ut videre est apud Baronium. Et post varia bella Alphonsus Siciliæ & Terræ citra & ultra Pharum ab Eugenio IV. investituram obtinuit anno 1443 quam ratificavit anno 1445. Pius II. ejusdem regni investituram concessit Ferdinando Alphonsi filio naturali anno 1458. quam investituram confirmavit Xistus IV. Ipse Ferdinandus anno 1492. procuravit ab Innocentio VIII. investituram filio suo primogenito Alphonso tunc Capuæ Principi. Ferdinandus cognomento Catholicus de Sicilia citra Pharum investituram accepit à Julio II. Cœterùm Julius Põtifex qui rebellione Alphonsi Ducis Ferrarię & aliorũ summopere urgebatur egebatque auxilio ejusdẽ Ferdinandi cõtra rebelles & tyrannos, existimavit non esse agendũ explicatius de Siciliâ ultra Pharũ; cùm tamen neque ipse Põtifex ullo diplomate, vel aliquis successorũ legatur, qui in eadem verborũ formâ cõceperit investituras à

ſe factas, ſine Carolo V. ſine Philippis dici poſſit jura Apoſtolicę ſedis & Eccleſię ſuper idem regnū Siciliæ ultra Pharum dimiſiſſe: quæ à tempore Nicolai II. ferè per ſpatium quingentorum annorum poſſedit per inveſtituram ab eo factam Roberto Guiſcardo, qui eandem Inſulam expulſis Saracenis occupavit, & per Succeſſores Romanos Pontifices pariter factā ſucceſſoribus Northmannis Comitibus, Ducibus, atque Regibus, & poſt eos Conſtantiæ & ejus filio Frederico, inde Anglorum Regi: Deinde Carolo, & ſucceſſoribus Andegavenſibus, poſteà Frederico II. & III. Aragonenſibus, ac demùm Alfonſo & ejus filio Notho, atque nepotibus &c. Cùm igitur ab omnibus legitimè ſedentibus & regnantibus fuerit agnitum directum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ dominium. Quò ad eandem Siciliam ultra Pharum æquè ac alterius Siciliæ citra Pharum, ut vocant, quo hactenus gaudet; illarum inveſtituris, & ratihabitionibus ſemper appoſitæ fuerunt conditiones ampliſſimæ, quibus Eccleſiæ immunitates conſervatæ in omnibus integræ, illæſæ & ſanctæ ſunt. eadem Eccleſiæ Romanæ jura adeò uſu recepta, probata, confirmata, ſtabilita, & ſancta, dici nequeunt abrogata per Julium, vel ſucceſſores ſine ſpeciali aliquâ derogatione, abrenuntiatione, & conceſſione expreſsâ alteri factâ, ſi tamen illa poſſent eo modo infirmari: aut quâ ratione ſine ſpeciali inveſtiturâ acceptâ ab Apoſtolicâ Sede verâ Dominâ, poteſt dici idem Regnum ultra Pharum legitimè poſſideri, & non potiùs violenter detineri præter omne jus & fas. Baronius ad annum 1097. fusè probat rerum uſum, & quomodò à tempore Innocentii II. uſque ad Carolum V. per ſingula ſæcula, & ætates omnes fuerit jugiter continuata poſſeſſio in omnē Eccleſiam Siciliæ etiam ultra Pharum, quos & quales diverſis temporibus ipſe Innocentius miſerit viſitatores pleniſſimâ facultate. Nec allegari poſſunt adverſus illam poſſeſſionem, & uſum privilegia ab Apoſtolicâ Sede collata. *Nam* (ut ait Nicolaus Papa I. epiſt. ad Henricum Archiepiſcopum Turonenſem) differens de privilegio conceſſo ab Apoſtolicâ Sede Eccleſiæ Rhemenſi, quo Hincmarus ejus Archiepiſcopus abutebatur) *ſic Apoſtolica Sedes aliena jura cuſtodit, ut ſua non minuat: ſic honorem debitum dat, ut ſuum non tribuat alienis. Nam & arma illi à nobis collata ita volumus, ut pro eo ſint valida, ut potiùs pro nobis, ubi neceſſe eſt, non contra nos firmitatem obtineant.* Idem epiſt. 30. ſcribens Carolo Francorum Regi de privilegio Sedis Apoſtolicæ, quo habeant facultatem ad eam appellandi nullius privilegii obice. *Privilegia* (inquit) *Romanæ Eccleſiæ totius ſunt (ut ita dicamus) remedia Eccleſiæ Catholicæ: privilegia* (*inquam*) *Petri arma ſunt contra omnes impetus pravitatum, & munimenta & documenta Domini Sacerdotum, & omnibus qui in ſublimitate conſiſtunt, imò cunctorum, qui ab iiſdem poteſtatibus diverſis afficiuntur incommodis.* Non omittendum exiſtimo quod refert Baronius ad annum Chriſti 1197. quod Henricus V. Imperator ante mortem teſtamentum valde pium condidit, quo pœnitentiâ rapinarum ductus, non tantùm per filium ſuum (ut poſteà ſcribit Innocentius III. epiſt. 230. ad Richardum Regem) mandavit ipſi Richardo reſtituendum, quod ab eo extorſerat, & niſi faceret per Sedem Apoſtolicam cogeretur: Sed etiam juſſit omnia jura Romanæ Eccleſiæ exhiberi, quæ à Regibus Siciliæ reddi conſueviſſent (ut habetur in actis vitæ ejuſdem Innocentii antiquitus ſcriptis.) Et quod ſi filius abſque hærede decederet, eadem Sicilia ad Eccleſiam Romanam deveniret, pluraque alia ei reſtituerentur. Undè Rogerius refert quod poſt ejus obitum magna pars Tuſciæ (quam idem Imperator & prædeceſſores ejus abſtulerant) reddita fuerit Cœleſtino III. Papæ. Item reddita Sicilia, Calabria, Apulia, & omnes terræ, quæ fuerant Regis Siciliæ, ſicut proprium patrimonium Sancti Petri, quodque Cœleſtinus in eis conſtituerit Regem Fredericum Henrici, & Conſtantiæ filium, acceptis ab eo duobus millibus marcharum argenti. Plura hic dicenda forent, tum de præfatis dominiis; tum aliis: aliquid dumtaxat ſubjiciemus de illuſtriſſimâ ac generoſiſſimâ Mathilde.

VI. Domnizo & Leo Oſtienſis apud Baronium ad annum 1077. narrant Mathildem

dem Eccleſiæ & Sedis Romanæ ſtudioſiſſimam donaſſe Romanæ Eccleſiæ omnia ſua bona; ſcilicet Liguriam & Tuſciam Provincias. Anno 1102. cùm hanc donationem factam ſub Gregorio VII. audiſſet deperditam, eandem hoc ipſo anno per novum diploma renovavit, ut poſt Domnizonem & Codicem Vaticanum refert Baronius. *Ego Mathilda Dei gratiâ Comitiſſa, pro remedio animæ meæ & parentum meorum dedi & obtuli Eccleſiæ Sancti Petri per interventum Domini Gregorii Papæ VII. omnia bona mea jure proprietario, tam quæ tunc habueram, quàm ea, quæ in antea acquiſitura eram, ſive jure ſucceſſionis, ſive alio quocumque jure ad me pertinentia, tam ea quæ ex hâc parte montium habebam, quàm ea, quæ in ultramontanis partibus, ad me pertinere videbantur.* Anno 1133. Innocentius II. conceſſit Lothario Imperatori ob defenſam Eccleſiam Allodium Comitiſſæ, Mathildis ut patet ex diplomate apud Baronium, ex quo hæc deprompſimus. *Hoc nimirum intuitu Allodium bonæ memoriæ Comitiſſæ Mathildæ, quod utique ab eâ Beato Petro conſtat eſſe collatum, vobis committimus, & ex Apoſtolicæ Sedis diſpenſatione concedimus, atque in præſentiâ fratrum noſtrorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, necnon Principum & Baronum, per annulum inveſtimus: ita videlicet, ut centum libras argenti ſingulis annis nobis, & ſucceſſoribus noſtris exolvas, & poſt tuum obitum proprietas ad jus & Dominium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ cum integritate, abſque diminutione, & moleſtiâ revertatur &c.*

VII. Cæterùm animadvertit Baronius ad annum Chriſti 324. & alii citati §. 9. has donationes prius factas fuiſſe à Cõſtantino I. ac omnia quæ à Pipino & Carolo Eccleſiæ Romanæ collata ſunt, potius reſtitutionis, quàm donationis nomen mereri; ut ex ipſorum Principum diplomatibus colligere etiam licet, quibus profitentur ſe Eccleſiæ Romanæ reſtituere, quæ à Longobardis ablata erant. Non enim minor fuit pietas Conſtantini erga Eccleſiam, quàm olim Cæſarum Gentilium erga ſua idola. Accipe verba Baronii num. 117. dicentis: *Illuc modò hic ſatis ſit obiter attigiſſe neminem verè amantem & antiquatum litterarum ſtudioſum negaturum primum omnium Chriſtianorum Imperatorum, eundemque maximè pium ac pariter munificentiſſimum ore quoque Gentilium prædicatum Chriſtianam religionem, quam avitâ ſuperſtitione relictâ, primus fermè omnium Auguſtorum, quod pro rei novitate viſum eſt eſſe portentum, præter ſententiam Senatus, & populi amplexatus eſt, cunctis, quibus valuit officiis coluiſſe, atque muneribus frequentaſſe. Ad quæ præſtanda, cùm pietas eum impelleret, & æmulatio ex antiquâ gloriâ adverſaria religionis urgeret, atque ſtimulus eâ de cauſâ (ut ait Zoſimus) hoc tempore infenſi ſibi, atque palam jam obtrectantis Senatus exagitaret; ut non tantum paria Gentilium Sacerdotum conceſſerit Chriſtianæ Religionis Antiſtibus Privilegia, & majoribus auxerit eos, atque Chriſti Templa donariis ſed ipſam potiſſimùm Romanam Eccleſiam, in quâ ſciebat totius Chriſtianæ Religionis vigere principatum, atque cardinem verti, eamque in medio æmulantium, laceſſentium, atque oblatrantium hoſtium collocatam, in ipſorum odium & invidiam ampliſſimis donaſſe muneribus, ſummâque potentiâ communiviſſe, atque juribus ſtabiliviſſe. Quorum aliquibus, licet modeſtia Romanorum Pontificum non ſit uſa, non tamen eâ ratione negari poſſunt eſſe collata, ſicut nec quis jure inficias ire poterit tributas eſſe ab Auguſto Senatui (quod Dio lib. 53.) Africam, Aſiam, Numidiam, Epirum, Græciam, Dalmatiam, Macedoniam, Bithyniam, Pontum, Cyrenem, Siciliam, Sardiniam, & Hiſpaniam, Beticam, licet eiſdem poſteriores Imperatores pro arbitrio uſi ſunt. Magnum planè eſt de collatis illis Romanæ Eccleſiæ à Conſtantino muneribus argumentum, quod Francorum Chriſtianiſſimi Principes ſuis ipſorum diplomatibus ea à Longobardis ablata Romanæ Eccleſiæ ſe reſtituere profeſſi ſunt &c.* Plura ibi. Hæc porrò donatio facta à Conſtantino confirmari & colligi poteſt ex ſanctione, quam edidit anno 321. apud Baronium ad ampliandas Eccleſiarum facultates accommodatâ. *Habeat unuſquiſque licentiam ſanctiſſimo Catholicæ, venerabiliſque Concilio decedens bonorum, quod optavit, relinquere. Non ſint caſſa judicia. Nihil eſt quod magis hominibus debetur, quàm ut ſuprema voluntatis poſtquàm aliud jam velle*

non poſſunt liber ſit ſtylus, & licens quod iterùm non redit arbitrium. Notat ibi Baronius Eccleſiam vocari Concilium, & olim in rebus Eccleſiaſticis Eccleſiam iſto nomine uſurpari ſolitam. Et patet ex eo, quod Cõſtantinus tunc largitus fuerit, vel largiri Eccleſiæ Romanæ intenderit non tantùm honoraria pretioſa, ſed etiam fundos & dominia. Cæſares & Reges Galliarum imitati ſunt Longobardi, De illis enim hæc ſcribit Paulus Diaconus. *Per Reginam Theodolindam multum utilitatis Eccleſia Dei conſecuta eſt. Nam penè omnium Eccleſiarum ſublimitates Longobardi, cùm adhuc Gentilitatis errore detinerentur invaſerant; ſed ejus ſalubri ſupplicatione Rex permotus, & Catholicam fidem tenuit, & multas poſſeſſiones Eccleſia largitus eſt; atque Epiſcopos, qui in diſperſione atque abjectione erant ad dignitatem & honorem reduxit.* Sepulchro Luitprandi Regis Longobardorum hoc epitaphium inſcriptum eſt.

Paulus Diacon.

Rege ſub hoc fulſit, quod mirum eſt ſancta frequensq;
Religio, ut colunt alpes, Eccleſia quarum
Hunc habuit vivente ipſo, & pragrandia templa, (*in orbe*
Quæ vivens ſtruxit; quibus & famoſus
Semper, & æternus luſtrabit, ſæcula cuncta,
Præcipuè Petra Cœleſti hâc Sede locato
Clavigero ſtravit Cœlo quam providus aureo.

Omitto munificentiam Regum Hiſpanorum, Luſitanorum, Polonorum, Anglorum, Bohemorum, Danorum, Suecorum, Hungarorum, &c. in Eccleſiam Romanam Bozius tomo 2. parte 2. ſigno 87. c. 6, ait divinitùs factum eſſe ut non fundi multi poſſiderentur, uſque ad tempora Conſtantini, eò quod facile auferri poſſent ab impiis Imperatoribus, quibus interdũ nihil magis curæ erat, quam divites ſivè Chriſtianos, ſive antiquorum ſuperſtitionibus addictos expoliare atque expilare. A Conſtantino, deindè plurimis ac magnificentiſſimis opibus collocupletata eſt Eccleſia; itaut Zozymus lib. 5. Chriſtiano nomini infenſiſſimus ſcribat Monachos ætate ſuâ magnam ad ſe partem tranſtuliſſe, atque omnes prope ad inopiam redegiſſe. Sanctus Gregorius lib. 1. epiſt. 3. lib. 10. epiſt. 11. lib. 5. epiſt. 44. 44. 61. lib. 2. epiſt. 10. 52. 55. lib. 7. 68. 70. ſcribit ſuâ ætate Eccleſiam Romanam habuiſſe ingens patrimoniũ in Africâ, Campaniâ, Neapoli, Dalmatiâ, Galliâ, Siciliâ & aliis locis; quo factum eſt, ut ſæpè Imperatores Orientis à Chriſtianâ pietate deficientes, mãdarent exarchis, ut auſu ſacrilego invaderent opes & bona Romanæ Eccleſiæ, & Imperatoris voluntati diſtribuendas reſervarent. Similes direptiones factas fuiſſe à Gothis teſtantur Sanctus Auguſtinus, Oroſius, Sozomenus, Caſſiodorus. Præfatorum Tyrannorum veſtigiis inhærens Henricus VIII. Rex Angliæ, decem millia Templorum, Monaſteriorumque in Angliâ bonis omnibus tam mobilibus, quàm immobilibus ſpoliavit, ſubvertit, cùm tamen tota illa Inſula, ſeu Regnum eſſet Romanæ Eccleſiæ tributarium. Ut Lutherus Reges ac Principes ad ſuas partes traduceret videns eos bonis temporalibus avidiſſimè inhiare, illos induxit, ut manus violentas in bona Eccleſiæ injicerent, ſolitamq; obedientiam, & penſionem tributariam Eccleſiæ Romanæ denegarent, ut videre eſt apud Munſterũ. Eandẽ direptionem bonorum Eccleſiæ factã eſſe à Batavis ſatis liquet. Quos Rex Chriſtianiſſimus modernus Pipini & Caroli Magni prædeceſſorum veſtigiis inhærens, per Oratorem ſuum inſtanter urget, ut Ordini Equitum Melitenſium de Eccleſiâ Romanâ optimè meritorũ, bona & dominia injuſtè, & ſacrilegè occupata reſtituant; & ſperandum eſt eodem zelo maternorum bonorum, ideſt Eccleſiæ (cujus filius eſt Primogenitus) reſtitutionem conſtanter procuraturum. Plura de Maternitate Romanæ Eccleſiæ ab exteris nationibus venerata, tomo de Põtifice agendo de Miſſionibus Apoſtolicis.

§. 29.

Teſtimonium ex jure Canonico.

I.

QUOD omnes Eccleſiæ procedant ab Eccleſiâ Romanâ *tanquam rivuli à perenni fonte*; ut loquitur Leo in Bullâ, quæ incipit: *Primitiva illa Eccleſia*

cleſia. Præter ſupradicta à nobis etiam patet ex cap. fi 11. diſt. cap. *loquitur* 24. q. 1. Quod etiam ſit caput omnium Eccleſiarum ratione Principii, inſtitutionis & prælationis, colligitur ex cap. *quamvis*. 21. diſt. cap. 1. 22. diſt. præp. per illum textum in ſum. cap. 5 & in cap. 1. 22. diſt. Quod ſit domina affirmat c. oportebat 79. diſt. Nomen verò Matris illi attribuit cap. *qui abſtulerit* 12. q. 2. cap. fi. de foro compet. ubi etiam Magiſtra dicitur, eoquòd præcipuam curam habeat aliarum l. quibus, ubi ſcripſi. ff. de verb. ſignif. Quod ab Eccleſiâ & Sede Romanâ omnes dignitates procedant, docetur cap. 1. in 22. diſt. Decius conſ. 573 in caſu col. 1. Unicum canonem audiamus, qui habetur diſt. 11. *Satis indignum eſt* (inquit) *quemquam vel Pontificum, vel ordinum ſubſequentium hanc regulam refutare, quam Beati Petri Sedem, & ſequi videat & docere. Multum enim convenit, ut totum corpus Eccleſiæ in hâc ſibimet obſervatione concordet, quæ indè auctoritatem habet, ubi Dominus totius Eccleſiæ poſuit Principatum.* Ecce quomodo in Eccleſiâ Romanâ ait eſſe totius Eccleſiæ principatum. Non talem qualem, ſed qualis eſt in matre reſpectu filiorum; ut patet ex diſt. 22. cap. omnes. *Non dubium quin quiſquis cuilibet Eccleſiæ jus ſuum detrahit, injuſtitiam facit. Qui autem Romanæ privilegium ab ipſo Summo Eccleſiarum Capite traditum auferre conatur, hic procul dubio in hæreſim labitur: & cùm ille vocetur injuſtus; hic procul dubio dicendus hæreticus, fidem quippè violat, qui adverſus illam agit, quæ eſt Mater fidei.* Expende illud: *Quæ eſt Mater fidei.* Quaſi diceret: quemadmodum apud noſtrum P. Lezanam tom. 1 annalium Ordinis noſtri ad annum mundi 3515. Carmelus Athenæum fuit totius orbis, itaut (aliis omiſſis) ſecundùm Jamblicum lib. de vitâ Pythagoræ ex Inſulâ Melamphylos Civitate Samo in Carmelum perrexiſſe & ibi in templo diu moratũ eſſe fertur, ab illiusque montis incolis plurima documenta accepiſſe: cui ſubſcribunt Scutellius Eremita Sancti Auguſtini in collectaneis de vitâ Pythagoræ, Auguſtinus Eugubinus, Lippomanus in pſalm. 4. imo & Toſtatus in lib. 4. Reg. cap. 6. q. 1. ubi de filiis Prophetarum ita ſcribit. *Erant filii Prophetarum conjuncti viventes conventualiter per diverſa Collegia, & ibi vacabant laudibus Dei, & vitæ Religioſori, quàm cæteri homines, & cum iſtis erant aliqui non filii Prophetarum, qui erudiebantur ab eis in doctrinâ legis, & in rectitudine morum: horum habebat curam Eliſeus.* Quibus verbis patenter innuit Carmelum fuiſſe Muſæum orbis, cui præerat Eliſeus. Undè idem P. Lezana notat Pythagoram, eadem ferè documenta tradidiſſe diſcipulis ſuis, quæ in Carmelo perceperat: itaut ſicut Eliæ diſcipuli excellebant in ſilentio, paupertate, caſtitate, & obedientiâ, ut ſcribit noſter Joannes Hieroſolymitanus lib. de inſtitut. Monach. cap. 7. & fuſiùs P. Lezana tom. 1. in apparatu cap. 4. ſic Pythagoras has virtutes ſuis diſcipulis præcipuè ſectandas tradidit. Injungebat enim ut parentibus & majoribus honorem & reverentiam exhiberent, ut patet ex Jamblico. Juſtinus lib. 10. cap 6. ſcribit miram fuiſſe paupertatem, in Jamblico, itaut facultates ſuas communes faceret. Sanctus Ambroſius lib. 1. epiſt. 6 ſcribit quod Pythagoras edoctus ab Hebræis diſcipulis prohibuerit, ne cum plebe vulgarem vitam agerent. De cultu ſilentii tantopere Carmelitis commendato, Pythagoras ex D. Ambroſio ſerm. 2. in pſalm. 118. illud tam ſeriò præcepit, ut per quinquennium ſilentium ſervare cogerẽtur. Abſtinentiam olim, ab Eſſæis obſervatam, veſtem albam, ſui examen ac diſcuſſionem ab iiſdem acceptam, injunxit Pythagoras ſuis. Si noſter Joannes Patriarch. c. 21. ait quod Eliæ diſcipuli *Citabant quotidie ſeipſos ad judicium diſcernendi in propriâ mente, ſi cogitationes accuſarent, ut defenderent eos de aliquo iniquo.* Quid de Pythagoricis canant Eugubinus & Hippomanus accipe.

Nec priùs optato claudentur lumina ſomno, (diurna:
Singula quam tecum volvantur facta
Quid feci? Quò abii? dimiſi vel quid
agendum? (recenſens
Incipienſque à primo, & cautè cuncta
Delectare bonis, & triſtia facta refelle.

Ita non probabiliter, ſed veraciter affirmare licet, quod Eccleſia Romana ſit Mater & Magiſtra fidei. *Non licet* (inquit Calixtus Papa diſt. 12.) *à capite*

membra

membra discedere sed juxta Sacræ Scripturæ testimonium omnia membra caput sequantur: nulli verò dubium. Quod Apostolica Ecclesia Mater est omnium Ecclesiarum, à cujus vos regulis nullatenus convenit deviare: & sicut Dei filius venit facere voluntatem Patris, sic & vos voluntatem vestræ impleatis Matris, quæ est Ecclesia, cujus caput Rom. exitit Ecclesia. Non tantùm mater dicitur, quia cæteras dignitate superat, sed etiã quia reliquas genuit, & regulas morum, & fidei illis præscribit; à quibus deviare impium & blasphemum est. Quod confirmat Jvo Carnotensis Episcopus doctrinâ & sanctitate celebris cõtra Novatores in Romanam Ecclesiam & Sedẽ debacchantes, quibus etiam ita scribens. *Os vestrũ* (inquit) *posuistis in Cœlũ, & lingua vestra transivit, cùm benedictionem per manus impositionem Papæ datam, & Cardinalium Romanæ Ecclesiæ, non simpliciter benedictionẽ, sed qualemcumque hostili irrisione appellastis, cùm ad ipsum principaliter & generalissimè pertineat tàm Metropolitanorum, quàm cæterorum Episcoporum consecrationem confirmare, vel infirmare, constitutiones vestras, & judicia tractare, suas verò inconcussas detinere, & nullius inferioris judicio retractandas vel corrigendas concedere:* Expende illa verba. *Cùm ad ipsum principaliter & generalissimè pertineat &c.* Quæ manifestè ostendunt ejus jurisdictionem esse similem jurisdictioni patris & matris, erga proles suas.

Ivo Carnot.

CAPUT SEPTIMUM.

Fœcunditas Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, usque in finem mundi duratura.

I. QUOD autem his postremis sæculis fœcundior appareat Ecclesia, prædicta capite superiore, audi Sanctum Augustinum qui in supra citata verba Isaiæ cap. 54. hæc subdit, *Multi enim filii desertæ magis ejus quæ habet virum. Multi filii ejus quæ per gratiam in senectute concepit, quàm ejus, quæ ab ineunte ætate legis vinculo maritata est, &c.* Ubi refert historiam Abrahæ, quam etiam referunt & explicant Glossa Ordinaria & Lyranus. His omnibus posterior Titelmannus ita scribit. *Quæ priùs ut sterilis, & infœcunda erat despecta, fœcundam facit, & in domo in medio filiorum multorum, quasi familiæ matrem facit habitare cum gaudio lætantem, scilicet super filiis diu concupitis, & tandem Dei dono assecutis. Quemadmodum ante in sterilitate sua solitaria & desolata vixerat. qui etiam in tempore plenitudinis gentilitatem, quæ sterilis quondam fuerat non pariens liberos jam fecit inhabitare Sanctam Ecclesiam, quæ est domus Dei, in magnâ fœcunditate multorum filiorum matrẽ, quos Deo progignit.* Dicit: *In magnâ fœcunditate,* scilicet non respectu hujus & illius sæculi, sed etiam futurorum usque in finem mundi. Imò quemadmodum Carmeli Ordo novis hoc sæculo congregationibus seu reformationibus in nostro Ordine plusquàm præteritis ætatibus crescit, successu temporis non sterilescit, sed potius quotidie nova filiorum procreatione in terris infidelium crescit; à fortiori Ecclesia Romana novis fœtibus quotidie augetur, & hoc sæculum plures nationes Christo dedit, quàm superiora ferè omnia simul. Nam ab hominum memoriâ excidit, quod unquam Insulæ Canariæ, & sinus Gangeticus, &c. Christianæ Religioni nomẽ dederint ut fusiùs ostendit Bozius tom. 1. lib. 4 signo 8. id prænunciasse videtur Isaias. *Et erit in novissimis diebus præparatus mons Domini in vertice montium, & elevabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes.* Hæc tempora novissima fertiliora sunt prioribus per accessum ad Ecclesiam prædictarũ Insularum sinus Gangetici, &c. undè patet hæc verba Prophetica potiùs esse intelligenda de hoc sæculo, quàm de præcedentibus, quandoquidem apud eas gentes quibus Christiana religio ignota fuit vigeat, & meritò Ecclesia ad tripudia & jubilationes convertatur; Idem Vates citatus provocandam asserit, *Lætabitur deserta, & invia, & exultabit solitudo.* Illę quippe gentes erant Christianis ignotę, & inviæ, jam verò notæ juxta illud ejusdem Prophetæ oraculum c. 35. v. 2 *Florebit quasi lilium germinans, germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans, gloria Libani data est ei, Decor Carmeli & Saron.* Cornelius: *Gentilitas hactenus deseria à Deo, salute, justitiâ, verâ Religione, & cultu Dei*

Titelm.

Augustin. Isaiæ c. 54. v. 1.

tu Dei fiet eorum particeps, & hæres sanctimoniæ, gratiarum, & gaudii, quod est in Spiritu Sancto per Christum. Addit, quod: *Florebit quasi lilium.* Palacio: *Lilium flos est aspectui jucundissimus, & olfactui gratissimus, gentes autem conversæ ad Christum odorem sanctitatis suæ mirè in orbem sparserunt. Germinans germinabit, ideſt plurimum germinabit, quia Ecclesia Iesu-Christi, quæ ex gentibus maximè collecta est, sparsa est in totum orbem.* Vel ut Cornelius: *Producet Ecclesia novas & copiosas frondes, flores, & fructus tam novorum fidelium, hominumque, ac populorum, tam novarum virtutum, producet enim examina Virginum, Martyrũ, Monachorum &c.* Clarè patet in hoc sæculo, percurrẽti novos Ordines, & Religiones quas Ecclesia Romana generavit. Cur autẽ addat *Gloria Libani data est ei decor Carmeli & Sarõp*, atet ex pulchritudine, amœnitate, fertilitate illorũ montium, quæ in Ecclesiá nunc reperiuntur. Quantos progressus etiã faciat Ecclesia quotidie in Indis Orientalibus, & apud Brachmanes, Persas, Arabes, Æthiopes, Cafres, Cazarates, Bacamos, Malanares, Bengalas, Canaras, Pegaas, Patanes, Chingolæ, Iaos, Melaos, Manacumbos, Macazaros, Sionios, Mauros, Sinas & alios populos. Bengalas, Moluchos, Japones, & alios Orientales, videnda supradicta c. 6. §. 26. &c. Item consulendus Bozius tom. 1. lib 4. c 2. In Occidentalibus verò in Peru Regnis, Americæ Regno, & per quos viros Apostolicos, videndus idem Bozius citatus cap. 3. & repetenda supradicta §§. citatis. Deo providente, & confundente arrogantiam modernorum hæreticorum, qui videbantur & jactabant se Navem Apostolicam & Romanam submersuros, & tamen ipsimet pereunt, Ecclesiâ Romaná quotidie resurgente, seu potius renascente.

Bozius.

II. Id Christus præfiguraſſe videtur Marci cap. 6. v. 47. *Cùm serò esset erat navis in medio mari, & ipse solus* v. 48. *Et videns eos laborantes in remigando, erat enim ventus contrarius eis*: Matth. cap. 14. v. 24. *Vespere facto solus erat ibi, navicula autem in medio mari jactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus.* Quid per nauem, motum fluctuum, & contrarium ventum, & mare intelligit? Sanctus Anselmus in cap. 14. Matthæi per Naviculam illam accipit Ecclesiam, per ventum flatum diabolicum, quæ omnia machinamenta navem Ecclesiæ agitant, sed non submergunt. *Labor* (inquit) *discipulorum laborem Ecclesiæ significat: Motus fluctuum motum persecutionum; mare mundum; ventus flatum diabolicum, navicula Ecclesiam significat: Solus dicitur esse Christus, hoc est separatus ab Ecclesiâ: videtur & eam deseruisse, cùm eam permittit in tribulatione esse, meritò dicitur esse in tẽpestate in vespere, quia dum Ecclesia est in tribulatione dicitur esse quasi in nocte, & Sol Iustitiæ se ab eâ abscondisse.* Hugo Cardinalis illi subscribens ait illam Navem esse Ecclesiam, quam in medio mari existentem. *Ex unâ parte* (inquit ille in Matth.) *impugnãt hæretici, ex aliâ Tyranni, ex aliâ falsi fratres. Primi fidem, secundi substantiam rerum, tertii mores auferre conantur. Christus ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Genes. cap. 7. Factum est diluvium, & multiplicatæ sunt aquæ, & levaverunt arcam in sublime. Psalm. 92. Elevaverunt flumina, ideſt Tyranni fluctus suos, ideſt persecutiones à vocibus aquarum multarum, ideſt à suggestionibus populorum.* Idem per ventum intelligit diabolum, per fluctus, pravos homines. *Ventus id est diabolus. Ieremiæ cap. 4. Ventus urens in viis, quæ sunt in deserto, fluctus autem qui de aquis homines sunt mali, per quos alios infestat.* Eandem explicationem habet in cap. 6. Marci. Illos sequitur noster Guido Perpinianus in suo quatuor uno. *Etsi permittat naviculam Ecclesiæ Apostolicæ in nocte tribulationis, & flante contrario vento persecutionis in vespere adversitatum multis fluctibus Tyrannorum, hæreticorum, Infidelium, & malorum agitari, aderit ipse tamen, & salvabit nec naufragabit navicula usque ad finem sæculi duratura. Vndè dũ submergi putatur Christus, qui est salus nostra in tribulationis undas, & superborum persecutorum colla calcans Ecclesiæ Prælatis dicit, habete fiduciam, ego sum, nolite timere.* Citatque Sanctum Augustinum de verbis Domini secundùm Matthæum. *Potest ista navicula turbari, sed quia Christus orat non potest submergi: naviculam quippè istam fratres Ecclesiam cogitate, turbulentum mare sæculum istud. Quando aliquis impiâ voluntate maximæ*

Marci 6. v. 1.

Matt. c. 14. v. 24.

Anselm.

Hugo.

Guido Perpin.

August.

poteſtatis perſecutionem inducit Eccleſiæ, & quantùm in ipſo eſt Chriſtianam navim conatur extinguere, ſuper naviculam Chriſti grandis unda conſurgit, & quantumlibet maris unda ſæviat ventus incumbat, inter fluctus, & fluctus maris iſta turbatur, tantùm non mergitur, ſed currit. Cui aſtipulatur Sanctus Hilarius lib. 7. de Trinitate ab eodem citatus. *Hoc proprium eſt Eccleſiæ, ut tunc vincat, cùm laditur, ut intelligat cùm arguitur, tunc obtineat cùm deſeritur.* Adeòut de Matre Eccleſiâ Romanâ canere liceat cum Horat. lib. 3. Carm.

S. Hilar. l. 7. de Trinit.

Horat.

Iuſtum & tenacem propoſiti virum
Non civium ardor, prava jubentium,
Non vultus inſtantis Tyranni,
Mente quatit ſolida, neque auſter
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna manus Iovis.
Si fractus illabatur orbis
Impavidum ferient ruinæ.

Horum ventorum flatum violentiſſimum expreſiſſe videtur Zacharias Propheta cap. 6. v. 1. *Et converſus ſum, & levavi oculos meos & vidi: & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium, & montes, montes ænei.* Quid per quatuor illas quadrigas intelligit Propheta? Sanctus Hieronymus, Sanctus Cyrillus, Hugo, Remigius, Haymo, Albertus, Lyranus, Dionyſius, Arias, Ribera, Sanchez, Palacio, Fernandez, Cornelius, alii accipiunt Monarchias Aſſyriorum, Chaldæorum, Græcorum, & Romanorum: & cùm veteres in curribus & quadrigis & præliari ſolerent, rectè illæ quadrigæ ſymbolum belli dici poſſunt, juxta illud Pſalmi 19. v. 18. *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei invocabimus.* Cantic. cap. 1. v. 8. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilavi te.* Iſaïas cap. 27. v. 7. *Vidit currum duorum equitum &c.* Nachum cap. 3. v. 2. *Vox flagelli & vox impetus rotæ, & equi frementes, & quadrigæ ferventes.* Quibus accinit Virgilius lib. 12. Æneidos ſub nomine Turni

III.

Zachar. c. 6. v. 1.

Pſalm. 19. v. 8.

Cantic. c. 1. v. 8.

Iſaïæ c. 27. v. 7.

Nachũ c. 3. v. 2.

Virgil. l. 2. Æneï.

(ſuperbus
Poſcit equos atque arma ſimul, ſaltuque
Emicat in currum, & manibus molitur habenas.

Magis ad propoſitum noſtrum dicam illas quatuor quadrigas eſſe hoſtes Eccleſiæ, qui eam perſequuntur. Judæi ſunt in quadrigâ ſeu rotâ 1ª. In 2ª Infideles & Tyranni. In 3ª. Hæretici. In 4ª. Schiſmatici. Vidit illos currus procedere de medio duorum montium. Per montes illos intelligenda ſunt ſecundùm Clarium & Burgenſem duo Teſtamenta vetus & novum; vel potiùs dicam accipiendam eſſe Eccleſiam & Sedem Romanam, qui duo montes repetuntur, quaſi dicendo, illi montes non ſunt ut vulgares ſaxei, vel terrei, ſed ærei. Rabbi David vertit *Chalybæi* quaſi diceret fortes ſunt inſtar æris, & chalybis; chalybs enim & æs ſunt ſymbolum duritiei. Quatuor ergò illæ quadrigæ Eccleſiam & Sedem Romanam impugnant, ſed eam expugnare, & debellare non poſſunt. Pſalmo 19. v. 9. citato canit Eccleſia & Sedes Romana. *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei noſtri invocabimus.* Jacobus à Valentiâ. *Hi, ideſt quædam virtutes & Reges in curribus pugnabant contra nos: & hi ideſt alii pugnabant in equis, ideſt in copiâ equorum & armorum. Nos autem in ſolo nomine Dei noſtri, quod eſt Ieſus invocabimus: quia illo nomine fuimus armati. Et ideò ipſi Principes & Imperatores confidentes in ſuis curribus & equis obligati, & victi ceciderunt ſub pedibus noſtris. Nos autem qui ante eramus pauperes, & ſubjecti, & afflicti, ſurreximus à perſecutione, & erecti, & exaltati ſumus, & eos fidei jugo ſubjecimus, & diabolum principem hujus mundi, deſtructis idolis foras ejecimus. Quæ omnia fecimus in virtute nominis Ieſu, & ſic de diabolo & mundo triumphavimus.* Quam victoriam & ſubverſionem curruum exprimit Zacharias in c. citat. v. 5. per ventos. *Hi ſunt quatuor venti.* Cornelius: *Velut quatuor venti. Hebræi enim ſæpè Caph, quæ eſt nota ſimilitudinis omittunt.* Innuit ergò quatuor illas monarchias ſeu quatuor illos cœtus Judæorum, Infidelium, Hæreticorum, & Schiſmaticorum quaſi ventos fremere, & inflare juxta illud Virgilii lib. 1. Æneidos.

Pſalm. 19. v. 9.

Jacobus à Valen.

Virgil. l. 1. Æneid

——— *Hinc vaſto Rex Æolus antro*
Luctantes ventos, tempeſtateſq; ſonoras
Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat (profundum
Nè faciat, maria, ac terras, cælumque
Quippè ferunt rapidi ſecum. ———

Hæc

Hæc omnia moventur ab eis, ut turbent Ecclesiam, & Sedem Apostolicam frangant, navem Petri absorbeant. Unde excitant fluctus pravorum dogmatum, bellorum, seditionum, nubes calumniarum propellunt: sed his nonobstantibus Ecclesia, & Sedes Apostolica stant immobiles quasi montes ærei: Navis Petri agitata pergere ad fœlicem portum non desinit singulari Dei protectione, & providentiâ, ac ejusdem Divini Nominis invocatione. Vel monarchiæ illæ, & quadrigæ Infidelium, Hæreticorum, Schismaticorum, Judæorum ventis assimilantur ob brevem sui consistentiam. Citò enim evanuerunt illæ monarchiæ: hæreses etiam brevissimè duraruntut patebit percurrenti omnia sæcula præterita.

IV. Psalm. 96. v. 1. Undè Cantor Regius Psalm 96. v. 1. ob idololatriæ tenebras dissipatas & perpetuam Ecclesiæ stabilitatem & constantiam contra tot persecutionum motus, omnes nationes invitat ad exultationem. *Dominus regnavit, exultet terra, lætentur insulæ multæ.* Remigius: *Dominus carnem assumpsit, in quâ plurima passus, mortuus est, & resurrexit, ascendit, misit Spiritum Sanctum inter Discipulos, & sic regnavit, ideſt Regnum ubique terrarum sibi obtinuit: quia prædicantibus Apostolis fides ubique crevit, & sic Dominus regnavit. Vndè exultet terra jam vomere prædicationis benè culta; & non tantùm exultent illi, qui in solidâ terrâ habitant; sed etiam lætentur insulæ multæ, ideſt Ecclesiæ plures jam factæ quæ insulis comparari possunt, quoniam sicut insulæ circumdatæ sunt mari, & alliduntur fluctibus maris; ita Ecclesia circumdata est fluctibus hujus sæculi, & ab eis impellitur. Sed quid facit? frangit ipsos fluctus, sed non frangitur ab illis, velut scopuli maris cùm impelluntur ad littus, non frangunt littus si firmum fuerit, sed potiùs ab ipso littore franguntur.* Idem habet Euthymius. *Regnavit Dominus destructo dæmone, & peccato, qui ante in orbe regnabant, lætentur insulæ multæ, Ecclesiæ nimirùm, quæ in variis sunt mundi partibus quæque ab amarâ, & salsiginosâ, ut ita dicam, infidelitate insularum instar elevatæ sunt, quæque licet assiduis tentationum fluctibus impellantur, fundamentum tamen, ac solidam in Rege suo Christo stabilitatẽ habent.* Ex illis particularibus Ecclesiis unam producam, scilicet Legiam seu Ecclesiam Leodiensem, quæ in fide semper stetit constantissima. Hãc siquidẽ licet circumferant Gallia, Germania, Belgium, quæ ultimo sæculo òb varios tumultus, & seditiones per hæreticos susçitatas, publica hæreseos cõciliabula & conciones permittere coactę fuerint & nunc adhuc tolerent, imò publicum exercitium Religionis Catholicæ ab aliquibus Provinciis Germaniæ, & à totâ Hollandiá (excepto Trajecto) Romanæ Ecclesiæ professio omninò exulet: tamẽ tota patria Leodiensis tantùm abest, ut liberam sectæ hæreticę professionem permiserit, quin potiùs nèquidẽ de hæresi graviter susçpectum habet, vel sciens tolerat. Undè meritò illi hoc encomium datum est: *Legia Romana Ecclesiæ filia.* Noster Incognitus per insulas intelligit totius orbis Ecclesias, quæ rectè insulis cõparantur secundùm Glossam. *Quia sicut insulæ sunt in medio maris, & fluctibus maris undique agitantur: sic Ecclesiæ sunt in medio tentationum. Et sicut insula circumstrepentibus fluctibus tunditur, sed non rumpitur; ita Ecclesia per totum orbẽ dilatata persecutiones infidelium patitur sed non vincitur, imò potiùs tanquã insula frãgit fluctus venientes.* Quibus docet non tantùm Ecclesiam Romanam, sed etiam quasdam particulares inter fluctus persecutionum & tentationum inconcussas & inexpugnabiles extitisse. Hugo paulò aliter, sed non minùs congruè explicat. *Lætentur Insulæ multæ, non tantùm in terrâ planâ regnat, sed etiam in Insulis maris: ad ipsos enim pervenit fides ejus. Vnde & ipsi exultent sicut & alii: quia talia loca & habitantes in eis frequentius solent habere Dominos Tyrannos & Pyratas; undè lætentur Insulæ multæ, in quibus bonus ille Dominus regnavit: vel Insulæ multæ sunt multæ Ecclesiæ. Sicut enim Insula tunditur fluctibus, ita Ecclesia fluctibus persecutionum, non tamen submergitur, sed fluctus venientes frangit per patientiam Sanctorum.* Et ita frangit fluctus venientes, ut novas Insulas sibi acquirat, novas Ecclesias sibi accumulet, sibi aggerat, sibi aggreget: non tantùm nunc, sed etiam in fine mundi sit aggregatura.

Remigius. Incogn. Hugo.

V. Hujus durationis argumentum seu potius figuram subministrat Historia Eliæ lib. 4. Reg. cap. 7. fertur quod cùm Syri obsedissent Civitatem Samariæ; v. 6. *Dominus sonitum audire fecerat in castris Syriæ currum, & equorum, & exercitus plurimi, &c.* v. 7. *Surrexerunt & fugerunt in tenebris, & dereliquerunt tentoria sua, & equos, & asinos in castris, fugeruntque, &c.* Josephus lib. 9. cap. 4. *Incipiebat Deus jam terrere & conturbare Syros, & sonum currum & armorum eis inferre tanquam exercitus grandis super eos accederet, & paulatim turbarum fragor eorum auribus increpitaret, qui ita repentè turbati sunt, ut relinquentes in castris equos, atque jumenta, innumerasque divitias repentè convertuntur ad fugam.* Ecce quomodo Deus ad terrendos Syros sonitum fecit audire in castris eorum, & hoc audito subitò fugam arripuerunt, castraque deseruerunt, ingentibus ornata divitiis, futura Samaritanorum spolia, neque ex tot ornamentis, ad viæ, vitæque subsidium quidquam assumpserunt. Cur Deus non immittit Angelos ad illos delendos? Cur eos fulgore cælesti (ut olim Elias duos quinquagenarios) non absumit? vel alio modo perdit? solo timore, & sonitu eos in fugam convertere, & Samariam vult liberare? Quid per Samariam intelligis? Ecclesiam. Quid est Samaria? idem quod custodia Domini, aut adamas Domini, verè adamas Domini; vis videre custodiam Domini, audi Prophetam Regium Psalm. 126. v. 12. *Nisi Dominus custodierit civitatem frustra vigilat, qui custodit eam.* Noster Incognitus. *Nos custodes sumus Ecclesiæ vel conscientiæ nostræ tanquam famuli & ministri: Deus autem tanquam principalis Dominus noster, & ideo sicut nec actus servi valet sine auctoritate Domini, sic nec nostra custodia sine custodiâ Dei.* Quod etiam sit Adamas, audi Christũ Matth. cap. 16. v. 18. *Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Hebræus apud Burgensem. *Tu es rupes & super hanc rupem.* Sed petra est adamantina quæ nullis persecutionibus frangi potest; S. Maximus homil. de S. Petro. *Tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem, molemque contineat.* illam immobilitatem explicatius demonstrat Sanctus Chrysostomus serm. de Pentecoste. *Nec enim est sensibilis ista ædificatio: quod si talis esset solveretur tempore: Confessionem autem pietatis neque dæmones, neque ulla creatura vincere potest. Testantur Martyres, quorum latera radebantur, sed fides non frangebatur. O nova rerum materies! paries effoditur, & thesaurus non auferetur; etenim super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Tam firmiter ædificatur, ut nulla dæmonum, vel ministrorum ejus vi concuti possit. S. Hieronymus apud S. Thomam. *Ego portas inferi vitia reor, atque peccata, vel certè hæreticorum doctrinas, per quas illecti homines ducuntur ad tartarum.* Rabanus apud eundem, *Porta quoque Inferi & tormenta, & blandimenta sunt persecutorum, sed & prava infidelium opera, ineptaque colloquia portæ sunt Inferi, quæ iter perditionis ostendunt.* S. Chrysostomus ibidem. *Manifestum est quia nec adversus petram, nec adversus Ecclesiam portæ prævalent Inferorum.* Fusius & luculentius ibidem Sanctus Cyrillus in libro Thesauri. *Secundum hanc Domini promissionem Ecclesia Apostolica Petri ab omni seductione, hæreticaque circumventione manet immaculata, super omnes Præpositos, & Episcopos, & super omnes Primates Ecclesiarum, & populorum in suis Pontificibus, in fide plenissima, & auctoritate Petri. Et cùm aliæ Ecclesiæ quorundam errore verecundata, stabilita inquassabiliter ipsa sola regnat silentium imponens, & omnium obturans ora hæreticorum, &c.* Imò tantùm abest ut Ecclesia tot obsessa hostibus superetur, quin potius proficit. Audi quid S. Maximus homil. 4. dicat. *Petrus tentationibus proficit, fletibus suis gaudet, periculis suis crescit. Tanquam enim bonus Pastor Petrus gregem accipit, ut qui sibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum.* Idem de Ecclesiâ, sicut de Samariâ dicendum: Obsidione hostium Samaria cincta non vincitur, sed vincit, sed proficit, imò hostium spoliis, & divitiis locupletatur. Ita Ecclesia Romana, ut patet ex Ecclesiasticâ Historiâ. Olim Philosophi cum S. Catharinâ & aliis fidelibus disputarunt, sapientiâ philosophicâ abundabãt, pretiosis eloquentiæ gemmis ornati erant. Sanctus Cyprianus

l 4 Reg. c. 7. v. 6.

Ps. 126. v. 12.

Mich. Bonn.

Matth. 16. v. 18

S. Max. hom. 4. de S. Pet.

Chrysost.

Hieron.

Raban.

Chrysost

S. Cyrill.

S. Max.

Digitized by Google

Cyprianus & alii quantis honestatis humanæ ac mundani cultus vestibus amicti erant, Imperatores, Reges, Principes quantis viribus pollebant? quæ omnia ad utilitatem Samariæ ideſt Ecclesiæ sanctitatem propagandã inservierunt. Noster Gaspar à Regibus in c. 7. lib. 4. Reg. *Sicut in obsidione Syrorũ Samaria non expugnata, sed potiùs ditata, & ex famelicâ saturata omninò: sic Ecclesia malorum persecutione non expugnatur, sed potiùs ditatur, & pane cœlesti gratis donato satiatur.* Sanctus Ambrosius serm. 66. in Natali Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli ostendit quod Romæ, ubi magis sæviit persecutio quàm alibi, Deus ibi Sedem infallibilem, & inexpugnabilem statuere voluerit. *Martyrium pertulerunt in urbe Româ, quæ principatũ & caput obtinet nationum, ut ubi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis, & ubi Gentilium Principes habitabant, illic Ecclesiarum principes morarentur.* Expende illud *quiesceret:* Quasi diceret Antiochiæ, Alexandriæ, Hierosolymis fuit Sanctitas, sed non ibi quievit, ibi enim regnat impietas, & schisma illas nationes ab Ecclesiâ omninò separavit, ibi Dagon colitur. At Ecclesia & Sedes Romana Dagonis statuam dejecit, idololatriam expulit, ejusque exuviis & spoliis gloriatur. Venerabilis Beda lib. 1. in Lucam ad illa verba cap. 10. Lucæ. *Cùm fortis armatus custodit atrium, suum in pace sunt ea, quæ possidet, si autem fortior eo supervenerit, vicerit eum, universa arma ejus auferet, in quibus confidebat, & spolia ejus distribuet.* Subdit *Fortis erat Dagon quando stulta Gentibus arma sua custodiebat in atrio. Arca fidei, quæ hinc victrix spolia impietatis eripuit, & hæc pietatis arma & spolia fecit.* Romani olim armis totum orbem suo subjecerunt Imperio: & tamen eos imbellis Ecclesia vicit, & fides de illis triumphavit: Ita ut de eâ illud Prophetæ Regii dicere liceat Psalm. 117. v. 10. *Qui percussit gentes multas, & occidit Reges fortes.* Fœlix: *Occidit Reges multos.* Cui favet Crucius. *Tot gentes domuit, tot Reges misit in Orcum.* Et eadem in hæc Apostoli verba prorumpere posſit 2. Corinth. cap. 12. v. 10. *Cùm infirmor, tunc fortior sum.* Sanctus Chrysostomus ibi homil. 26. sic elucidat ostendens ab ipsis Regibus fuisse honoratos ejus Apostolos. *Quando in carcere conjectus est, tunc admiranda illa gessit; quando naufragium passus est, atque in barbaram nationem ejectus, tunc maximè inclaruit. Quando ad tribunal vinctus accessit, tunc & judicem vicit; sic & in veteri testamento contingebat, in tentationibus justi florebant; sic tres illi pueri: sic Daniel, Moyses, & Joseph omnes hinc clari, & magnis coronis digni judicati sunt.* Et quidem tantis, ut Imperatores se magno honore afficiendos putarent, si inter illorum mancipia possent annumerari, & fidelium numero associari. Idem Sanctus Chrysostomus. *Servorum Christi splendida sunt sepulchra, quæ urbem maximè Regiam occupaverunt, & dies perspicui sunt, diem festum terrarum orbi facientes ad hæc: sepulchrum illius vel familiares ac domestici ignorant. Hujus autem etiam Barbari sciunt. Quàm sepulchra servorum Crucifixi Regiis aulis sunt splendidiora; non ædificiorum amplitudine ac splendore, sed quod multò amplius est convenientium studio. Nam & ipse ille purpurâ indutus, peregrè proficiscitur sepulchra illa complexurus, & fastu posito consistit sanctos rogans, ut sibi patrocinentur.* Et paulò post: *Et quod in Regiis Janitores sunt Regibus, id in sepulchro Reges sunt piscatoribus. Et illi quidem veluti ipsius loci Domini intus habitant. Hi verò tanquam accolæ, ac vicini præclarè secum agi putant si ianua ipsis assignetur vestibularis.* Et mox: *Reges quidem subeunt officium: subditi autem induunt Regiam dignitatem, imò verò etiam clariorem, &c.*

Gaspar à Regibus in c. 7. lib. 4. Reg.

Ambros. serm. 66

Beda in cap. 10. Lucæ

Psalm. 117. v. 10.

2. Cor. 12. v. 10.

Chrysost. hom. 26.

VI. De ejus incremento sic Isaïas vaticinatur cap. 60 v. 22. *Minimus erit in mille, & parvulus in gentem fortissimam.* Pagninus: *Parva familia (scilicet Ecclesiæ) erit in mille.* Vatablus. *Parvus soboleſcet in mille.* Quasi diceret Ecclesia quidem primitus erat parvus surculus, Apostoli infirma mundi, grana minuta: sed etiam attrita ita pullularunt, ut totum orbem occupent: adeò ut ipsæmet gentes dicere cogantur illud Isaïæ cap. 61. v. 9. *Omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit Dominus.* Hugo Cardinalis *Tunc cognoscent primò mali, eos fuisse auctos, & multiplicatos benedictione Dei.* Dionysius: *Cognoscetur atque videbitur in gentibus semen verbi cœlestis, seu bonæ operationis Apostolicorum virorum, quorum doctrinam, & vitam gentes noverunt, & conspexerunt, & spirituales filii Apostolorum sciẽtur, & erunt*

Isai. 60. v. 22.

Isai. 61. v. 9.

Hugo Card.

Dionys.

ubique in omni natione quæ ſub cælo eſt: in omnibus namq; finibus mundi, cognoſcuntur & demorantur Chriſtiani. Undè ſupra cap. 27. dictum eſt: Florebit & germinabit Iſrael, & implebunt faciem orbis. Et Michex cap. 5. *Erunt reliquiæ Jacob in medio populorum multorum quaſi ros à Domino, & quaſi ſtillæ ſuper herbam. Quidam ex omnibus, qui viderint Apoſtolos, Apoſtolorumq; filios ſpirituales, ſcient quod iſti ſunt ſemen, quibus ſpiritualia gratiæ dona largitus eſt.* Audi de eodem germine Jeremiæ oraculum cap. 31. v. 38. & ſeq. *Ecce dies veniunt dicit Dominus, & ædificabitur Civitas Domino, à turre Hananeel, uſque ad portam anguli, & exibit ultra norma menſuræ in conſpectu ejus ſuper collem Careb, & circuibit Gontha: & omnem vallem cadaverum, & cineris, & univerſam regionem mortis uſque ad Torrentem Cedron, & uſque ad angulum portæ equorum Orientalis ſanctum Domini.* Per Sanctũ Domini ſymbolicè intelligenda eſt Eccleſia, quæ ad omnes extendetur quaſi magna fabrica ac Civitas. Hugo Card. *Eſt* inquit *Prophetia de ſtatu moderna Eccleſiæ.* Undè ſic explicat: *Et ædificabitur Civitas ideſt Eccleſia, de quâ Pſalmus. Fluminis impetus lætificat Civitatẽ Dei.* Ejus dilatationem proſequitur. Jeremias concludit: *Et non deſtruetur ultra in perpetuum.* Dionyſius. *Spirituale illud ædificium Dei, hæc Civitas in præſenti ſæculo perdurabit, donec curſu ſæculi conſummato, ad Cæleſtem Hieruſalem perducatur.*

Jerem. cap 31. v. 38.

VII. De hâc fœcunditate & dilatatione Eccleſiæ, Sanctus Hieronymus diſſerens in cap. 54. Iſaiæ, oſtendit quomodo Eccleſia ruptis repagulis in fine mundi ita creſcet, ut per totum orbẽ extendatur. *Præcipitur Eccleſiæ in ſimilitudinẽ tabernaculi Moyſi, quod quondam habuit in deſerto, ut dilatet tentorium ſuum, pelles q; diſtendat, & funiculos faciat longiores, & claves quibus firmatur omne tentorium in altum defigat, & roboret. Nec ventorum flatibus diſſipetur, ad dexteram penetret & ſiniſtram, & nequaquam Judaici tabernaculi imitetur anguſtias, nec templi brevitate claudatur: ſed ad dexteram & ſiniſtram, locum capere non ceſſet, ſemen tuum gentes hæreditabit, de quo in Evangelio legimus Matth. c. 12. Egreſſus eſt qui ſemen ſeminat ſeminare. Et iterùm nonne bonum ſeminaſti in agro tuo? quod ſemen etiam civitates deſertas faciat inhabitare, ut Eccleſiæ gentium in toto orbe conſurgant.* Hujus fœcunditatis etiam meminit S. Cyrillus. *Qui bonâ* (inquit) *& numeroſâ ſobole propter opinionem prædati ſint Eccleſia accepto de Cælo verbo, ſine ſponſo neceſſario jubetur tabernacula ſua in latitudinem, & longitudinem extendere & clavos figere, ut inconcuſſam Eccleſiæ gentium Baſim. Indè intelligas portendere: funiculos ſpecioſam, & incomparabiliter dvitem ſanctarum Eccleſiarum amplitudinem ſubjudicat.* Quibus verbis notat tria, quæ fœcunditatem, firmitatem, & amplitudinem efficiunt. Hujus ſanctæ Eccleſiæ egregiam figuram ſubminiſtrat noſtra hiſtoria lib. 4. Reg. cap. 2. Ubi fertur quod Eliſeus in aquas amaras & inſalubres Jerichuntinas ſale injecto omnem abſtulit amaritudinem, v. 21. *Egreſſus ad fontem aquarum miſit in illum ſal, & ait, hæc dicit Dominus ſanavi aquas has.* Quæ ſunt illæ aquæ putres Jerichuntinæ? eſt Eccleſia, quæ ante Chriſti adventum ſacrilegio populorum Gentilium omnino ſterilis erat, nullas proles Chriſto pariebat, at ubi venit *Eliſeus*, Hebr. *Salus Dei*, vel *Deus Salvator*, ſecundùm Eucherium, Angelomum, & Bedam (in nomine enim Eliſa ſeu Eliſeus continetur nomen Jeſus: *Eliſa*, idem eſt ac *Deus* vel *potens*, vel ut alii *Et Ieſua*, ideſt *Chriſtus*) in vaſe novo, ſed fictili noſtræ humanitatis apparuit, ſanavit omnem aquarum amaritudinem, omnem idololatriam, omnia ſacrilegia populorum: & aqua quæ erat ſterilis cœpit eſſe fœcunda. Audi Sanctum Auguſtinum cõtra Fulgentium Donatiſtam, paulò ante finem. *Eliſeus eſt Chriſtus Salvator, qui aquarum ſterilitatem, ideſt gentium infœcunditatem diſcuſſit, morte ſanavit. Accepit vas fictile, hoc eſt corpus fragilitatis humanæ, ſal miſit, ideſt ſapientiâ divinâ replevit. In aquam projecit, hoc eſt in Iordanem deſcendit, aquas ſuo deſcenſu ſanavit, ideſt gentes ſuo adventu redemit, & maritante ſermone Eccleſiam ex gentibus congregavit, & in uberes fœtus longè latèque diffudit.* Eandem ferè explicationem habet Sanctus Ambroſius ſerm. 87. qui eſt de Eliſeo. *Sterilis Civitas fuit Eccleſia ante Chriſti adventum, at ubi venit Chriſtus velut vas fictile aſſumens corpus humanum ſanavit aquarum vitia, reſecavit ſacrilegia populorum, & ſtatim Eccleſia quæ erat ſterilis cœpit eſſe fœcunda inſperſo*

l. 4. Reg. 2. v. 21.

Auguſt.

S. Amb.

insperso sale, idest Apostolis de quibus dicitur vos estis sal terræ. Hos Eucherius sequitur. *Civitas Iericho mundi hujus præfigurabat figuram, cujus habitatio secundũ Conditoris creationem, non simpliciter tantùm, sed valdè ab omnibus (ut cernitur) optima est. Aquæ verò illius pessimæ, doctrina accipienda est Philosophorum, & Poetarum, videlicet hominum mentes ad dæmonum cultum, & libidinem, atque luxuriam provocans, terra verò sterilis, omne indicat hominum genus, quæ relicto Creatore Deo obscuratis sensibus deserviebant omnibus creaturis. Quem enim in hoc facto miraculo nisi Dominum Iesum Christum præfiguravit, qui postquàm Verbum Caro factum est, atque per Ministrum in Iordane fluvio baptizari dignatus aquas Iericho steriles, idest hujus mundi convertit in lavacri fœcunditatem, ut quidquid ex eis regeneratum fuisset vitalem acciperet Spiritum. In sale quippè sapientia, in vase verò rudi, Caro Domini intelligit.* Quomodo ita crevit? non fœlicitate, sed persecutione.

Eucher.

VIII. Lib. 2. Esdræ cap. recensentur nomina & officia Sacerdotum, qui cum Zorobabel in Jerusalem ascenderant, & custodes thesaurorum magnâ solemnitate convocatis undique Levitis celebrant dedicationem muri Jerusalem. Et tanta est inventa multitudo ordinis Levitici, & populi, ut nullam ex bellis præcedentibus & persecutione jacturam feciſſe videretur; Beda. *Non sine mysterii sacratioris intelligentia factum est, quod reædificata civitas, tantam civium in omni gradu, & ordine multitudinem habuit, quantum perdidisse non legitur.* Ita Ecclesia quamvis innumeras persecutiones passa sit hæreticorum, & aliorum hostium, non oppressa est, sed exaltata, sed firma magis ac dilatata, & clarior effecta est, ut testantur scripta Sanctorum Augustini, Ambrosii, Hilarii, Athanasii &c, qui tot tamque magnificos tractatus posteris reliquerunt, pro sanctitate & veritate Ecclesiæ propagandâ. Hinc Sanctus Leo serm. 1. in Natali Sanctorum Petri & Pauli. *Non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed augetur & semper Dominicus ager segete ditiori vestitur, dum grana quæ singula cadunt, multiplicata nascuntur &c.* De illâ inexpugnabilitate, & fœcunditate Ecclesiæ hęc prænunciat Zacharias c. 6. v. 1. citato. *Et conversus sum, & levavi oculos meos & vidi, & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium, & montes, montesærei.* Quid per quadrigas intelligit? belli apparatum juxta illud Psalmi 19. v. 8. *Hi in curribus & hi in equis: Nos autem in nomine Dei nostri invocabimus.* Nachum cap. 3. v. 2. *Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementes, & quadrigæ fuerventis.* Ut supra dixi, alludit fortè ad id quod Virgilius lib. 12.

Esdræ 2. c. 12.

Beda.

S. Leo serm. 1. SS. Petri & Pauli

Zachar. 6. v. 1.

Psal. 19

Virgil. l. 12. Æneï.

Poscit equos atque arma simul, saltuque superbus
Emicat in currum, & manibus molitur habenas.

per quatuor quadrigas accipere possunt ex dictis, quatuor Monarchias, quæ omnibus junctis viribus contra Ecclesiæ Sanctæ propagationem dimicarunt, maximè Romana de quâ Daniel capit. 2. & 7. vaticinatur. *Ecce bestia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habebat, comedensque atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans.* Omnia quippè quantumcumque dura attenuabat, vastabat, subjugabat, & maximè Ecclesiæ nascenti insidiabatur. *A quo* (inquit Dionysius in cap. 7. Danielis) *etiam Christi Ecclesia in principio sui atrocissimam persecutionem sustinuit.* Quid per montes æreos intelligit Zacharias? *Et montes, montes æræi?* Nam geminatio illa aliquid singulare significat, sicut Psalm. 67. v. 16. *Mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons pinguis.* Rectè Euthymius Monachus, *Montem Dei, Ecclesiam Dei appellat, veluti à terrenis elevatam, & contemplationi, atque actionibus suis tendentem in Cœlum. Dei etiam esse dicit, quasi propriam ejus effectam, atque in illius potestatem delapsam. Pinguem etiam ob spiritualis pabuli, quod in eâ est, tum abundantiam, tum etiam excellentiam, & deindè coagulatum, seu (ut magis poscit Græca dictio) caseatam eam esse dicit ob soliditatem dogmatum, quæ in eâ sunt: Caseus etenim sicut à coeundo dictus est, aut à lacte coacto, ita etiam soliditatem quandam significat. Postremò pinguem rursus appellat ob Charismatum ac donorum Spiritus sancti abundantiam.* Subdit Psalte: *Ut quid justicaminimontes coagulatos?*

Daniel c. 2. & 7.

Psal 67. v. 16.

Euthym.

Digitized by Google

coagulatos. Idem Euthymius. *Ad inimicos Ecclesiæ sermo est, quare opinamini alios etiam montes caseatos, quàm hunc*
Hieron. *nostrum montem?* Sanctus Hieronymus. *Quare contenditis montes excelsi adversus montem quem dilexit Deus, ut habitaret in eo?* Noster Incognitus. *Vt quid falsò creditis extra Ecclesiam esse montes coagulatos, scilicet aliquas leges vel sectas esse extra Ecclesiam, quæ salutem possit suis conferre, ut facit mons coagulatus Ecclesiæ?* Dicam ego dici montem coagulatum quia Ecclesia Romana est murus, seu mons firmus & constans ac inexpugnabilis, ut nullis persecutorum insultibus possit succumbere. Tandem concludit Psaltes: *Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.* Euthymius: *Mons quem Deus voluit suum esse, ut illic habitet, hic inquiens requies mea in sæculum sæculi, habitabit in finem, hoc est perpetuò: quid ad hoc dicent Iudæi, neque enim habitabit perpetuò Dominus in Sion, sed certo ac finito tempore.* Hugo Cardinalis:
Hugo Card. *Non ad horam, sed usque in finem quantũ in ipso est non recedet.* Explicat de animâ justâ noster Incognitus subscribens Euthymio. *Cùm (inquit) extra montem Ecclesiæ ideſt Congregationem Fidelium nullus sit in gratiâ, quia sine fide impossibile est placere Deo Hebr. cap. 11. sequitur quod Deus solum in monte Ecclesiæ habitat, & non extra, & hoc notans Psaltes dicit quod Ecclesia est mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo, & hoc quantùm ad Ecclesiam Militantem, propter quod dicebat Christus Matthæi cap. ultimo. ego autem vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem*
Dionys. *sæculi.* Hunc sequitur Dionysius. *Cùm sit una Ecclesia extra quam nullus salvatur, sicut nec extra arcam Noe aliquis salvabatur, ut quid suspicamini montes coagulatos? ideſt cur æstimatis esse separatas Ecclesias, seu loca salutis, extra Catholicam Apostolicamque Ecclesiam, quæ est mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Hic enim mons est congregatio electorum, de quibus Increata Sapientia in Proverb. cap. 8. ait: Deliciæ meæ esse cum filiis hominum, & in Apoc. cap. 2. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Etenim Dominus habitabit in finem. Non ad horam seu modicum temporis, sed usque in finem sæculi, imò in sempiternum habitabit cum Ecclesiâ electorum per fidem & gratiam, quemadmodum Christus promisit Matth. cap. 28. Ego (inquiens) vobiscum sum omnibus diebus usque ad cõsummationem sæculi.* Titelmannus superioribus subscribens. *Horum Apostolorũ Mons Dei surrexit, atque crevit sancta Ecclesia, populus fidelium per fidem in modum montis sublimis, & benè stabilis, congregatione multorum populorum, magnus, longus, latus, qui mons admodum etiam pinguis est, omnium spiritualium Charismatum pinguedine, & divitiis plenissimus, &c.* Infra. *Vt quid vero ô increduli, quicumque intra hunc montem coagulatè non estis, suspicamini, & confingitis ac persuadetis vobis alios, nescio quos montes coagulatos, ut quid alias vobis congregationes diaboli, & Synagogas satanæ constituere molimini, cum hic unicus mons sit verè coagulatus & pinguis, & non extra Ecclesiam hanc unicam salus. Vestri autem montes inanes & macri sunt; pleni mortifero veneno, ut ait, filii mortis, quicumque coagulentur in eis. Mons iste Dei unicus est, in quo est Deo Patri & Christo filio ejus beneplacitum, ut in eo habitet, neque solùm ad tempus aliquantulum, sed prorsus usque ad consummationẽ sæculi, & mansionem sibi faciet sempiternã in cordibus eorũ.* E. e quomodo Ecclesia crevit, & crescit, imò & crescet ac ut in finem sæculorum sit duratura. Quod prænunciavit quoque Deus per Isaiam cap. 60. v. 15. *Ponam te in superbiam sæculorum. 70. Exaltationem æternam.* Alii: *Gloriam sæculi.* Sed meliùs alii: *Magnificentiam perpetuam.* Et Vatablus. *Claritatem perpetuam.* Pagninus: *In gloriam perpetuam.* Hugo Cardinalis. *In libertatem & auctoritatem, & potestatem super sæcula ideſt super viventes in sæculis. Sic & sumitur superbia cap. 61. Fortitudinem gentium comedetis, & in gloriâ eorum superbietis, ideſt gloriamini & exultamini.* Sanctus Thomas: *Quod etiam mysticè Ecclesia convenit.* Tob. cap. 3. *Post tempestatem tranquillum facis.* Dionysius magis fusè & ingeniosè ad mentem nostram. *Pro eo quod fuisti persecutorum voluntati exposita, & tribulari permissa ab injustis, & non erat, qui per te transiret temporaliter consolando ponam te omnibus Regnis sublimiorem: potentiorem ac digniorem te faciam: sic te ponam intus & foris,*

Isai. 60.

Tertull.

Thomas

foris, iucundum te faciam in Spiritu Sancto: per multarum generationum successionem. Hoc totum impletum est in Ecclesiâ Christi, quando iuxta vaticinium Danielis: Lapis qui præcisus est de monte sine manibus crevit in montem magnum, implevitq; universam superficiem terræ; itaut quartum ac fortissimum regnum, quod cætera omnia comminuebat videlicet Romanum Imperium, tandem se Christo subiiceret, & impleret, quod Psalmista prædixit Psalmo 21. Reminiscentur, & convertentur ad Dominum universi fines terræ: & adorabunt in conspectu eius universæ familiæ gentium. Ecce Ecclesiæ exaltationem æternam, gloriam sæculi, magnificentiam sempiternam, & authoritatem. Videamus ejus claritatem perpetuam.

Ps. 21.

VIII. Quid est Elias? Sol. Quid est Ecclesia? Sol. Utrique Sol attribuitur, tùm ob magnam Analogiam quam habet cum sole, tum etiam inter se. Analogias attentiùs expendamus. Sanctus Chrysostomus tom. 1. serm. de' ascensione Eliæ, ait quod Elias dicitur Sol, tum quia sui exempli & virtutis radiis, ac prædicatione errorum caliginem dissipavit tempore Achab, & in fine mundi juxta Christi vaticinium Matth. cap. 17. v. 11. *Elias quidem veniet & restituet omnia.* Jansenius in concordiâ cap. 67. *Elias restituet, quando incredulos Judæos gentibus credentibus aniet, & ad fidem Patriarcharum redire faciet.* Juxta oraculum Malachiæ cap. 4. v. 6. alludens ad Solem, qui non tantùm unam partem mundi illuminat, sed omnes: itaut Oriens, Occidens, Meridies, Septemtrio ejusdem Solis lucem & influxum experiantur. Horatius lib. 1. Carm.

Chrysost. serm. de asc. Eliæ

Matth. 17. v. 11

Jansen.

Horat. l. 1. Car.

——— *Qui res hominum ac Deorum,*
Qui mare & terras, variisque mundum
——— *Temperat horis* ———.

Statius lib. 5. Theb.

Statius lib. 5. Theb.

Sol medium operum medio librabat olympo
Lucentes en flaret equos. ———

Ecclesiastes cap. 1. v. 5. *Sol girat per meridiem, flectitur ad Aquilonem.* Sic Ecclesia tantâ luce perfusa est, ut totum orbem illustret, quod Sanctus Joannes exprimit per signum magnum, quod apparuit in Cœlo Apol. cap. 12. v. 1. *Signum magnum apparuit in Cœlo, mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus ejus.* Dicitur amicta Sole; quia ejus lumen per totum orbem diffusum est. Eusebius Emissenus concione in Dominicâ III. post Pascha. *Ea mulier (ne errem) Ecclesia est, quæ Sole amicta esse, idcircò dicitur, quod ad videndum, tam clara sit, tantoq; splendore fulgeat, ut lucis suæ radios in omnes terræ partes, atque oras diffundat, ut nemo sit, qui eam videre nequeat, nisi ultra oculos claudat mentis, & clarâ atque apertâ in luce caligare velit.* Sanctus Cyprianus lib. de unitate Ecclesiæ. *Ecclesia Domini luce perfusa, radios suos per orbem terrarum porrigit.* Origenes homil. 30. in Matth. *Ecclesia plena est fulgore ab Oriente usque ad Occidentem.* Hujus universalis illustrationis meminit Vates Regius Psal. 18. v. 6. canens. *In sole posuit tabernaculum suum.* Sanctus Augustinus epist. 166. ad Donatistas. *In Sole posuit tabernaculum suum: ipsa est Ecclesia in Sole posita, hoc est in manifestatione omnibus nota usque ad terminos terræ.* Et tractat. 2. in epist. Joannis. *In Sole posuit tabernaculum suum, ideſt in manifesto tabernaculum ejus eaio ejus, tabernaculum ejus Ecclesia ejus, in Sole posita est non in nocte, sed in die; in Psalm. 18. In Sole posuit tabernaculum suum, ideſt in manifesto posuit Ecclesiam suam, non in occulto, non quæ lateat; vel ut aperta, ne fortè fiat sicut operta super greges hæreticorum. Quid tu hæretice fugis in tenebras? Quid latitare conaris?* Cantor Regius idem innuit v. 5. Psalmi citati. *Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.* Sanctus Augustinus lib. 2. contra epistolas Petiliani cap. 32. ait. *Hoc propter eos dictum, qui Spiritu Sancto accepto linguis erant omnibus credituri, locuturi: sed quia idipsum in omnibus personaturum significabat, secutus ait, in omnem terram exivit sonus eorum, & in fines terræ verba eorum. Hinc fit ut Ecclesia vera neminem lateat, unde est illud, quod in Evangelio ipse dicit. Non potest Civitas abscondi supra montem constituta. Ideòq; in eodem Psalmo cõnectitur: In Sole posuit tabernaculum suum, ideſt in manifestatione, sicut in Regum libris legimus dictũ quod tu in occulto feciſti patieris in Sole.* Undè idẽ tract. 2. in epist. Joannis. *Quid ampliùs dicturus sum? quàm cæcos, qui tam magnum montem non vident, qui contra in candelabro lucem positam oculos claudum.* Et lib. 2. contra epist. Parmeniani c. 3. *Palpant in meridie, quasi in mediâ nocte, quod quidem omnium hæreticorum est, qui rem*

Ecclesi. 1. v. 5.

Apoc. c. 12. v. 1.

Eusebius Emissen.

S. Cypr.

Origen.

Psalm. 18. v. 6.

S. Aug.

S. Aug.

manifeſtiſſimam in lucē omnium gentium conſtitutam videre non poſſunt. Cui arridens Chryſoſtomus in cap. 4. Iſaiæ. *Facilius eſt* (inquit) *ſolem extingui quàm Eccleſiam obſcurari.*

X. Deindè Elias dicitur Sol, quia claritate perpetuâ gratiæ, & bonorum operum lucet, & lucebit uſque in finem mundi. Aliqui Sancti cōparantur Lunę, Stellis, quia aliquâ peccati caligine effuſi ſunt: at in Eliâ nulla unquam peccati macula, (ſaltē mortalis) nullæ tenebræ erroris unquam fuerunt ſemper lucet & lucebit. Id innuere videtur Chriſtus Lucæ c. 4. v. 25. *Luc. 4. v. 25.* *Multæ viduæ erāt in diebus Eliæ.* Cur non ait in temporibus Eliæ? quia tē pora conſtant diebus ac noctibus in tempore alternantur dies ac noctes: at dies ſemper lucet, tenebras ignorat. Sic vita Eliæ vocatur dies, quia prēteritum errorē ignorat, peccatum neſcit, ſemper pro Dei gloria, pro animarum ſalute laboravit, laborat, & laborabit. Rectè S. Athanaſius in vitâ S. Antonii. *Athan.* *Non computabat præteritum tempus, ſed tanquam quotidie in certamine poſitus, talem ſe præbere cupiebat, qualem ſciebat Dei dignum eſſe conſpectibus purum corde, præparatum obedire voluntati ejus.* Expende illud *purum corde.* S. Ambroſius *S. Amb.* explicans illum locum Lucæ. *In diebus Eliæ*, ſubdit, *non quia Eliæ dies fuerunt, ſed in quibus Elias operatus eſt, aut quia dies favebat illis, qui in operibus ejus lucem videbant gratiæ ſpiritualis, & convertebantur ad Dominum.* Pondera illud. *In operibus ejus lucem gratiæ ſpiritualis videbant.* Non dicit in opere, vel aliquibus operibus, ſed abſolutè & indefinitè (*in operibus.*) Id innuere videtur Eccle- *Eccleſ.* ſiaſticus cap. 48. v. 1. *Surrexit Elias quaſi* *48. v. 1.* *ignis.* Quare quaſi ignis? quia ſicut ignis ſemper lucet, & eſt caliginis expers, ſic Elias ſemper reſplenduit, nullā peccati caliginem admiſit, Sanctitate, Juſtitiâ, Zelo Dei ſemper reſplenduit, & reſplendebit uſque in finem mundi: ita *Exod. 3.* ut de eo dici poſſit quod Exodi cap. 3. *v. 2.* v. 2. *Apparuit Deus in flammâ ignis.* Vel illud Philonis de Moyſe lib. 1. de vitâ Moyſis. *In medio prænicabat forma quædam pulcherrima, nulli viſibili ſimilis, divinum ſimulachrum luce fulgens clariſſima, ut ſuſpicari poſſet eſſe Dei imaginem.* Cur comparat illam lucem clariſſimam Deo? quia ſicut Deus æternus eſt, nullis unquam tenebris oſſuſus eſt peccati vel erroris: ſic Elias omni labe peccati & erroris caruit, & carebit. Quod ſanctus Joannes Apocal. cap. 11. v. 4. confirmare videtur. *Hi ſunt duæ Olivæ,* *Apoc. 11. v. 4.* *ac duo Candelabra in conſpectu Domini terræ aſtantes.* Et Zacharias cap 4. v. 14. juxta Aquilam & Theodoretum. *Iſti* *Zachar. 4. v. 14.* *ſunt duo filii ſplendoris, vel claritatis, qui aſſiſtunt dominatori univerſæ terræ,* dicit *aſtantes, aſſiſtunt.* Non curvi, & inclinati, quia nullo modo ad peccatum deflexerunt, & ſe incurvaverunt. In curru quando Elias rapitur, ſtare dicitur intrepidus. Sanctus Chryſoſto- *Chryſoſ.* nius homil. de aſcenſione Eliæ, *Stat Auriga, nec funditur, &c.* Item. *Stat intrepidus ſuper ignem ac rotam.* Cor- *Cornel.* nelius in illud Apocal. cap. 7. v. 9. *Stantes ante thronum,* ait, *Stare eſt vigilantis, reverentis, & attenti.* Sic Elias ſtat, quia vigilat nè circumveniatur ab hoſte, lib. 3. Regum cap. 17. v. 1. *Vivit* *l. 3. Reg. 17. v. 1.* *Dominus in cujus conſpectu ſto,* ideſt luceo, &c. Eccleſia habet etiam claritatem non interruptam, vel interpolatam tenebris, ſed perpetuam uſque ad finem mundi duraturam. Undè Cantic. *Cantic.* cap 6. v. 9. Sponſus eam aſſimilat Soli. *6. v. 9.* *Quæ eſt iſta qua progreditur, &c. Electa ut ſol.* Etſi variis temporibus ab hæreticis, Schiſmaticis, Paganis, &c. impetatur, tamen obſcurari non poteſt, ſed ſemper lucet & illuminat: etiam extremis temporibus quando ſæviet AntiChriſtus, erit ſol. *Electa ut ſol in ultimis temporibus, ubi magis vigebit perſecutio, & ideò Eccleſia amplius tunc ſplendeſcet.* Quod innuere etiam *Apoc. 12. v. 2.* videtur Sanctus Joannes Apocal. cap. 12. v. 2. per mulierem amictam Sole. Ribera ibi. *Sermo eſt de ſignis & calamitatibus extremorum temporum.* Et infra. *Hoc altitudinem dignitatis & ſanctitatis Eccleſiæ indicat, quia converſatio ejus in Cœlis eſt, ſemota à tenebris errorum mundi, & ſupra humana ſeſe attollens.* Vel amicta. *Quia* (inquit Cornelius) *à Chriſto fidei, veritatis, & virtutum radiis circumquaque irradiatur, & cingitur, idque maximè fiet in fine mundi, nè Antichriſtus eam obſcuret, vel obruat.* Id innuiſſe videtur Angelus ſalutans Mariam Lucæ

cap.

Lucæ c. 1. v. 33. cap. 1. v. 33. *Et regnavit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non finis.* Per domum & regnum intelligit Ecclesiam, de quâ Cantor Regius Psalmô 92. v. 7. *Domum tuam decet sanctitudo in longitudine dierum.* Per regnum etiam Ecclesia significatur, ut passim in Evangelio, & in illud Matthæi cap. 25. *Simile est regnum Cælorum decem virginibus.* Sanctus Gregorius. *Sciendum nobis est, quod sæpè in sacro eloquio præsentis temporis Ecclesia dicitur.* In illâ igitur regnabit, singularem providentiam habebit, illam proteget, gubernabit, illam illibatam & sanctam servabit, illuminabit, quanto tempore? ducentis, trecentis, quadringentis annis, &c? Non, sed in longitudine dierum. Quanta erit illa dierum longitudo? æterna, absque fine, usque ad finem sæculorum. Opportunè Dionysius in cap. 1. Lucæ. *Regnum dicatur plebs fidelis (puta Ecclesia,) quæ frequenter regnum cælorum vocatur, sive dominium Christi in eâ, sive triumphans Ecclesia, vel præsidentia Christi, in ipsâ constat: quod regni ejus non erit finis: Nam status Ecclesiæ militantis usque in finem mundi durabit, quo hic finem sumente transferentur electi ad patriam, in quâ finis gubernationis non erit: hæc eadem per Isaiam cap. 9. prædicta noscuntur super solium David, & super regnum ejus sedebit, ut confirmet illud in judicio & justitiâ à modò, & usque in sempiternum.* Hector Pintus in cap. 9. Isaiæ. *Regnabit in æternum: quoniam Ecclesia nunquam peribit; nam etsi in mundi consummatione desinat esse militans Ecclesia, tamen triumphans sine fine in æternum permanebit, & sic semper futura est Ecclesia, in quâ Christus in æternum regnabit.*

Psalm. 92. v. 7. *Matth. 25.* *S. Greg.* *Dionys.* *Hector Pintus*

XI. Potest etiam dici, Ecclesia Sole amicta: quia Deus in eâ se manifestat, se recipit, moratur, hujus rei fidem facit ignis in victimam Carmeliticam immissus. Cur Elias illud solemne sacrificium instituit in Carmelo, & in illud ignem cœlitus immitti procurat? non ut filiis Prophetarum divinitas, ejusque sanctitas manifestetur; sed incredulis, quia Dei sanctitas à justis & fidelibus abscondi non potest. Hinc Chaldæus ad illa verba Isaïæ cap. 6. *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum &c.* Vertit. *Sanctus in excelsis in domo majestatis ejus: Sanctus super terrâ quæ est opus potentiæ ejus: Sanctus in sæculum, & in sæcula sæculorum Dominus exercituum.* Expende illud *Sanctus super terram.* Sanctitas ejus etsi in totum orbem sit effusa, & aliquando toti orbi non ita manifestetur; tamen sanctos & fideles, seu Ecclesiam nunquam latet. Rectè Rhodiginus lib. 12. cap 4. post Trismegistum. *Sanctus Deus, Deus Pater omnium: Sanctus Deus cujus voluntas à propriis impletur potestatibus: Sanctus Deus, qui tuis familiaribus innotescis.* Id innuere videtur S. Chrysologus serm. 151. quærēs cur Christus Dominus in Ægyptum potiùs quàm in aliam Regionem perrexerit juxta monitum Angelicum Matthæi cap. 2. v. 3. *Surge & accipe Puerum & Matrem ejus & fuge in Ægyptum.* Subdit: *Fratres quod fugit Christus Dominus fuit liberatio, non periculum creatoris: divinæ virtutis fuit, non fuit fragilitatis humanæ, non fugit propter auctoris mortem, sed fugit propter sæculi vitam.* Ibidem. *In Ægyptum fuge, ait Angelus, à tuis ad extraneos, ad sacrilegos à sanctis, à templo tuo ad dæmonum fana, ad idolorum patriam è regione Sanctorum, ut ad Deitatis latebras profana Ægyptus conducatur.* Quasi diceret, non ad Zachariam, non ad Simeonem, non ad Magos, non ad Pastores; quia apud justos & fideles latere nequit, sed ibi properat, moratur, ab eis numquam recedit, sed illis semper adest, Illos, Ecclesiamque sanctificat & sanctificabit, & usque in finem sæculorum omnes nationes lumine fidei illustrabit. Quod etiam Angelus innuere videtur dicens: *Accipe puerum, & fuge.* Sicut enim puer semper crescit, fugiens non hæret, ita Ecclesia semper crescit, & crescet, fugiet in extremas partes orbis, usque ad adventum Sancti Eliæ Percursoris Christi Judicis.

Isaï. c. 6 *Rhodig. l. 12. c. 4* *Chrysol. ser. 151.* *Matt. c. 2. v. 13.*

CAPUT OCTAVUM.

Ecclesia & Sedes Romana parentis munere fungitur, quia reliquarum Ecclesiarum & fidelium exemplar est.

1. PARENTUM officium non tantùm expletur in gignendis, vestiendis, ac nutriendis prolium suarum corporibus, sed etiam mentibus excolendis; sic lib. 1. Reg. Anna non tantùm maternũ officium persolvit Samuelẽ in lucem edendo, ablactando, vestiendo, sed Deo ipsum litando, & suo exemplo ad virtutẽ excitando: uno verbo se matrem essẽ ostendit, dum & genitrix, & ad virtutẽ hortatrix fuit. Eleganter S. Chrisostomus homil. 2. de Annâ. *Non existimabat esse tutum relictâ domo ascendere in templum, quod cùm accepisset donum non sustineret absque dono comparere.* Quasi diceret Anna longè aliter, quàm Athalia illa suam prolẽ in templum induxit, & domino consecravit. Hæc idolis immolare docuit, illa Samuelem Deo vero vovit: hæc Ochoziam dæmoniis dedicavit, lib 4. Reg. cap. 2. & 9. Accipe verba lib. 2. Paralip. cap 22. v. 3. *Ochozias ingressus est per vias domus Iacob: Mater enim ejus impulit eum ut impiè ageret.* Theodoretus ibi. *Æmulatus est (inquit) impietatem Patris: habuit enim magistram sceleratissimam Matrem.* Quasi diceret Athalia dum pravo suo exemplo Ochoziam ad idola colenda pertraxit, non Matrem, sed novercam, sed pravam Magistrã se exhibuit: vera enim Mater est, verus ille pater, qui bonæ prolium suarum educationi studet. Id insinuat sacra Eliæ historia lib. 4. Reg. cap. 2. v. 15. *Videntes filii Prophetarum, qui erant in Iericho, &c.* cap. 9. v. 1. *Elisæus Prophetes vocavit unum de filiis Prophetarum,* scilicet Eliæ & Elisei, aliorumque, qui Eliæ & Eliseo adhærebant, non quia ab eo progeniti sunt, (ambo enim virginitatem servarunt) sed quia moribus, doctrinis sacris, ac bonis exemplis ab eis imbuti sunt. *Ne existimetis (inquit OEcumenius) vos alienos à promissionibus. Vos estis Filii Prophetarum: itaque vobis dicebant, & propter vos hæc facta sunt. Vos quidem estis filii Prophetarum; ipse verò Filius Dei est, qui participavit in se Patris substantiam, ac seipsum aliis participandum dedit.* Quasi diceret, hoc discrimen est inter filium Dei, & filios Prophetarum, quod filius Dei talis dicitur, quia Patri substantialis est, eandem Patris substantiam possidet; at illi filii Prophetarum nominantur, qui Eliæ & Elisei virtutes assequi conantur. Imò morum conformitas plus confert ad filiationem, & cognationem veram, quàm naturæ similitudo. Id probè noverat S. Victoria Virgo & Martyr sub Diocletiano Imperatore apùd Surium die 11. Februarii. Cùm enim illam Proconsul interrogaret. *Vis ire cum Fortunatiano fratre tuo?* qui Gentilis erat: Hęc generosè respondit, *Nolo, quia Christiana sum, & illi sunt fratres mei, qui Dei præcepta custodiunt.* Alludens ad illa verba Christi Matthæi cap. 12. v. 50. Ubi cùm cœlesti suâ doctrinâ turbas erudiret, & illę instar sui divinam voluntatem sequerentur Quispiam dixit: *Ecce Mater tua, & fratres foris stant, quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait, quæ est Mater mea, & qui sunt fratres mei? & extendens manum in discipulos suos, dixit; Ecce Matermea, & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.* Quasi diceret arctior propinquitas virtutis, quàm sanguinis: illi parentes veri sunt, qui similitudinẽ suis prolibus imprimunt morũ potius, quàm naturę. Doctè S. Ambrosius in c. 8. Lucæ. *Non injuriosè refutantur parentes, sed religiosiores copulæ mentium docentur, quàm corporum.* Et S. Hilarius *Formam ait seipsum universis agendi, sentiendique constituens Christus, propinquitatum omnium jus atque nomen, jam non de conditione nascendi, sed Ecclesiæ communione retinendum.* Illis arridens S. Chrysostomus hom. 45. in Matthæum, ait. *Una enim sola & vera, & communis nobilitas, atque necessitudo cum Christo est, ut voluntatem Dei facias: hic propinquitatis modus multò melior est atque præstantior. Quæ omnia probè tenentes, nec de filiorum generatione gloriemur, nisi virtutes eorum imitemur, nec de parentum nobilitate quidpiam nobis arrogemus, nisi probam eorum vitam sequamur.*

Chrysost *l. 4. Reg. c. 2 & 9* *l. 2. Par. c. 22. v. 3* *l. 4 Reg c. 2. v. 15* *Oecum.* *Surius* *Matth. c. 12. v. 50.* *Ambros.* *S. Hilar.*

sequamur. Potest quippè etiam, qui non genuit pater esse; & qui genuit eodem modo non esse. Expende hæc ultima verba: *Potest etiam quippe qui non genuit pater esse &c.* Quasi diceret: Etiamsi Elias & Eliseus in perpetuâ virginitate perstiterint, tamen nomen paternitatis meruerunt. Non incongruè ab Eliseo pater nominatur lib. 4. Reg. cap. 2, v. 12. *Pater mi, Pater mi.* Chaldæus: *Magister mi, Magister mi.* Eodem nomine Eliseum affatur Rex Ioas c. 13. v. 14. Quasi dicerent, ideò nomen paternitatis mereris, quia exemplum benè vivendi mihi præbuisti, ut probam vitam amplecterer, documenta virtutis submini-strasti. Sanctus Chrysostomus supra: *Multò propinquiores Deo sunt, qui voluntatem ejus faciunt, quàm qui summâ carnis necessitudine conjunguntur.* Non tantùm Deo, sed etiam iis à quibus vitam spiritualem hausérunt, conjunguntur, cum eoque affinitatem contrahunt.

II. Hinc fit, ut qui nos ad virtutem amplectendam provocant, non parentes carnales nobis proponunt, sed eos qui virtute prædíti sunt. Sanctus Isidorus Peluſiota epist. 109. ad Philertrum. *Qui virtute* (inquit) *præstant, ac pietate egregiâ excellunt tantùmque præ aliis præeminẽt, quantũ Lucifer cæteras stellas claritate superat, ii meritò sidera appellari queunt, nõ modò semetipſos ad hujusmodi dignitatem evehentes, sed & cæcis lumen allucentes, & in virtutis speculum eos quasi manudicentes. Hos itaque imitare, non eos, qui cuncta sic agunt, ut & videntes excæcare possint.* Quasi diceret, qui aliis virtutis exemplum præstant, & Patres, & Soles sunt. Patris enim officium cum sole cõfundi, patet ex somnio Joseph Genesis cap. 37. v. 9. Sicut solis munus est suæ lucis radios immittere, ut universa inferiora luceant; sic qui aliis exemplo præluceant, parentum officium est, non tantùm substantiam & vitam prolibus cõmunicare, sed etiam eas suo exemplo ad virtutẽ provocare & monstrare quâ viâ incedere debeant, instar Eliæ Patris & solis qui (cõformiter ad nomen suum Græcum) officio functus est: de quo & Discipulo ejus Eliseo Macharius Abbas sermone ad Monachos, qui incipit *Fratres charissimi:* (Ut refert noster Paleonydorus lib. 1. cap. ultimo in fine, Suarez tomo 3. de Religione cap. 1.) *Eliam* (inquit) *& Eliseum, ac filios Prophetarum quos constat veraciter veteris Testamenti Monachos imitari curate.* Et infra. *Quorum exempla Fratres charissimi in Ordine Monastico sectari cæpistis debetis sollicitè curare, ut ab eorum recto tramite, idest Monasticâ vitâ nullatenus recedatis. Eos secuti sunt Paulus, & Antonius, & multi hujus propositi sectatores qui à cæpto Ordine nullatenus deviasse leguntur.* Athan. S. Athanasius invitâ Sancti Antonii Abbatis. *Si* (inquit) *Antonius secum reputans oportere Dei famulum ex instituto magni Eliæ exemplum capere, & ad illud speculum vitam suam debere componere &c.* In vitâ S. Pachomii. *Erat per id tempus Beati Antonii vita cunctis ad imitandum præclarè proposita, qui magni Eliæ, atque Eliſei, nec non & Sancti Ioannis Baptistæ æmulator existens, secreta interioris eremi studiò sectatus est singulari, vitamque cælestem in terris gessit amore virtutis.* Audiamus Sanctum Gregorium Nyssenum: Hic S. Greg. Nissen. orat. 7. in cap. 4. cant. ad illa verba: *Sicut greges caprarum, quæ ascendunt de monte Galaad.* Subdit: *Fortassis & Elias aliquid nobis ad hanc caprarum considerationem conferet, qui longo tempore versatus in monte Galaad insignia vitæ continentis exempla præbuit, formâ squallidus, capillis hirsutus, pro veste molli pelle caprę tectus. Itaque omnes, quotquot ad exempla vatis illius vitam suam instituunt ornamentum Ecclesiæ fiunt gregatim.* Idem orat. 15. *Talis erat Elias ille, qui de Galaad sideris instar exortus est in horrido, squallidoque corpore caprinis pellibus tectus, ad omnes minas nunquam non intritus. Quicumque ergò ad imitationem generosi in hoc Vate animi seipsos supra mundum universum attollunt egentes &c.* Sed quia illud jubar, hoc speculum & exemplar, tantùm religiosis proponi videtur, ad sponsum, ejusque sponsam charissimam orationem convertamus. Hæc ut sponsi amicitiam & unionem sibi magis familiares efficeret, non alio medio seu motivo usa est, quàm imitatione. *Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum.* Et statim subdit: *Introducit me Rex in cellaria sua exultabimus, & lætabimur in te.* Cur sponsa in singulari ait: *Trahe me post te:* Et non ad te? quia sciebat se non posse

Cantic. cap. 1.

Macharius

perfectè ad ſuum ſponſum trahi, illiqúe intimè uniri, niſi priùs ejus veſtigiis inhæreret, & ad illum per imitationem
S. Bern. traheretur. Melliflue ſanctus Bernardus hoc dubium proponit & ſolvit juxta mentem noſtram. *Hoc ſentirem ſi dixiſſet: Trahe me ad te. Nunc verò quia dicit poſt te, magis illud mihi poſtulare videtur, ut converſationis ejus valeat veſtigia ſequi, ut poſſit æmulari virtutem, & normam tenere vitæ, & morum queat apprehendere diſciplinam.* Poſt pauca Chriſtum ita affatur. *Quàm pauci poſt te (ô Domine Ieſu) ire volunt? Cùm tamen ad te pervenire nemo ſit qui nolit, hoc ſcientibus cunctis, quia delectationes in dexterâ tuâ uſque in finem. Et propterea volunt omnes te frui, at non ita & imitari: coregnare cupiunt, ſed non compati.* Quaſi diceret: affinitatem & conjunctionem cum Chriſto quærunt; quæ tamen ſolâ imitatione comparatur. Infrà, de illis qui Chriſto adhærere cupiunt, ſed eum imitari dedignantur, conqueritur. *Non curant quærere, tamen deſiderant invenire, cupientes conſequi, ſed non & ſequi. Non ſic illi, quibus aiebat Lucæ cap. 22. Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Beati, qui digni habiti ſunt teſtimonio tuo benigne Ieſu. Ipſi reverà ibant poſt te, & pedibus & affectibus.* Pſalm. 15. *Notas eis feciſti vias vitæ, vocans eos poſt te, qui via & vita es, & dicens Matth. cap. 4. Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum. Item Ioan. cap. 12. qui mihi miniſtrat me ſequatur, & ubi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Dicebant ergò gloriantes Matth. cap. 19. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Sic itaque dilecta tua relictis omnibus propter te concupiſcit ſemper ire poſt te, ſemper tuis inhærere veſtigiis ac ſequi te, quocumque ieris.* Paucis interjectis: *Poſtulat Ducem ac Præceptorem, qui ſibi præiret in viâ morum, & præpararet iter virtutum & erudiret eam ſicut ſemetipſum, & viam prudentiæ doceret, & tradaret ei legem vitæ & diſciplinæ.* Cur addit *curremus?* Item cur ſubdit? *exultabimus, & lætabimur?* Potiùs dicere debuiſſet curram, exultabo, & lætabor. Illis verbis innuit imitando ſponſum, ſe habituram omnes adoleſcentulas ſui imitatatrices. Idem Sanctus Bernardus citatus. *Non currâ ego ſola, etſi ſolam me trahi petierim current, & adoleſcentulæ mecum. Curremus pariter, curremus ſimul; ego odore unguentorum tuorum; illæ meo excitatæ exemplo, atque hortatu: ac per hoc omnes in odore unguentorum tuorum curremus. Habet ſponſa imitatores ſui, ſicut & ipſa eſt Chriſti; & ideò non ait ſingulariter curram; ſed curremus.* Quæ eſt illa ſponſa, quæ tam avidè ſponſum imitari optat, & ſe adoleſcentularum fore exemplar promittit? Sponſa eſt Eccleſia Romana; adoleſcentulæ ſunt Eccleſiæ particulares, ſunt fideles. Illorum ſiquidem Eccleſia Romana Mater eſt, & Chriſti ſponſa; non tantùm quia à Chriſto fundata eſt; ſed etiam quia ejus veſtigiis inhæret, & ipſum imitatur. Aliarum etiam Eccleſiarum particularium Mater eſt; non tantùm quia illas genuit, ſed etiam quia earum typus & exemplar eſt. Sanctus Bernardus ſerm. 56. in Cantica ad illa verba Cantic. cap. 2. v. 12. *Vox turturis audita eſt in terrâ noſtrâ.* Subdit: *Exemplum ſanè tum in aliis multis, tum maximè hoc in negotio, verbo efficaciùs eſt. Dabo voci tuæ vocem virtutis, ſi quod ſuades priùs tibi illud cognoſceris perſuaſiſſe: Validior operis, quàm oris vox.* Et ſermone de Sancto Benedicto. *Doctrina inſtruit nos, & dirigit greſſus noſtros in viam pacis. Porrò vitæ juſtitia omninò roborat, & animat nos, ut tantò magis accendamur ad agenda quæ docuit, quantò certi ſumus eum non alia docuiſſe, quam fecerit: ſermo quidem vivus & efficax exemplum operis eſt, plurimum faciens ſuadibile quod dicitur, dum monſtrat factibile, quod ſuadetur.*

Cantic. c. 2. v. 12.

IV. Quomodo Eliſeus ſuaſit Naamano ſuam Religionem eſſe veram, eumq; ad abjurationem idololatriæ attraxit? non ingenti ſuo miraculo, quâ ipsũ Naamanum à Leprâ curavit; ſed ſingulari ſuo exemplo, quo pro curatione pecunias oblatas recuſavit, contempſit, & tam conſtanter reſpondit. *Vivit Dominus, ante quem ſto, quia non accipiam.* Cornelius: *Quaſi diceret, Eſto ſum cum meis Diſcipulis in ſummâ egeſtate, & paupertate; tamen juro me tua munera non accepturum.* Quamvis Naaman viſo miraculo dixerit v. 15. *Verè ſcio quod non ſit alius Deus in universâ terrâ.* Viſo tamen inſigni divitiarum contemptu, ſtatim ſubdit v. 17. *Non faciet ultra ſervus tuus holocauſtum, aut victimam Diis alienis niſi Domino.*

4. Reg. c. 5. v. 16. Cornel.

Quaſi

Quasi diceret, magis moveor ad fidem amplectendam exèmplo tuo, quàm miraculo. Acutè S. Augustinus serm 207. de tempore *Mox Naaman divinam disciplinam indicit, superstitiosam abscidit, continuò se Deum venerari testatur, & detestari idolum profitetur.* Sic Cantic. 4. v. 4. Sponsus docet Ecclesias particulares & fideles magis commotos iri ad religionem, & virtutem amplectendam verbo operis, quàm oris. *Sicut turris David collum tuum quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex eâ, & omnis armatura fortium.* Cur Ecclesiam turri Davidicæ & collo comparat? quid per turrim & collum intelligit? Exemplum; S. Gregorius Papa præfatione in Ezechielem de hâc turri, seu eminenti virtutum exemplo, ita differit. *Si pugnare contra spiritalia nequitiæ volumus in collo Ecclesiæ, quæ nobis, sicut turris David erecta est, id est in divina eloquia protectionis arma requiramus, ut ex discretione præcepti contra vitia sumatur virtus adjutorii: Ecce enim contra aëreas potestates festinamus fortiter resistere. In hâc turri armaturam nostræ mentis invenimus, ut indè præcepta conditoris, indè sumamus exempla præcedentium, per quæ contra adversarios nostros inexpugnabiliter armemur. Dum enim quamlibet virtutem subire appetis, & hanc illic à Patribus jam impletâ vides, ibi armaturam tuam invenis, per quam contra spiritualia bella muniaris.* Quibus verbis innuit ex collo Ecclesiæ quasi ex turri David pendere omnem armaturâ, quâ nostræ salutis hostes debellentur. Quæ est illa armatura? exempla majorum quibus muniti expugnari non poterimus, imò illos facilè debellabimus. Huic explicationi favet versio Hæbraïca & Sancti Ambrosii. Ubi pro vocabulis illis *cum propugnaculis*: Alii vertunt: *Monumenta.* Alii *doctrinam.* Alii *altitudines, sive elevationes eius.* Quasi diceret: Tunc Prælati Ecclesiæ, & ipsa Ecclesia nos manuducit ad Deum, cùm nos docet non tantùm ore, sed opere. Ghislerius illam analogiam clarè deducit in expositione 2. *Vt designet Prælatos ad hoc in altum constitutos, ut operibus suis bonis magis quàm verbis cælestem doceant viam non secus ac civitas, quæ suprà montem est posita ipsis suis ædificiis in altum erectis, & sese manifestat, & viam pariter docet, quâ petendum sit iter agentibus, ut conquiescant. Et non secus ac lucerna, quæ super candelabrum est posita, radiis suis, quos de se emisit, ostendit pretiosa, quæ in domo sunt.* Et paulò post: *Cùm Prælati instar turris illius, quæ supra montem Sion ædificata, atque in altum versus cælum erecta erat, supra montem perfectionis cælum versus erectos se exhibeant subditis, erudire profectò eos viam perfectionis per arduа montis & versus cælum capessendam.*

Cantic. 4. v. 4.

Ghisler.

Boni exempli efficaciam confirmat altera metaphora Colli. *Turris David collum tuum, quia sicut in humano corpore unum dumtaxat est collum, quod unum sustentat caput, & fieri non potest, ni monstruosum quid appareat, ut caput unum à pluribus sustentetur collis: ita & in Ecclesiastico corpore unum solummodò spirituale est collum, unus Summus Pontifex, qui Christi sustinet fidem ortodoxã, ut potè è cujus sententiâ canones pendeant Catholicæ fidei. Pro quo & rogasse testatus est Dominus, cùm dixit Lucæ cap. 22. v. 32. Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua; & tu aliquandò conversus confirma fratres tuos. Eatenus verò & reliqui etiam totius Ecclesiæ Prælati idem Caput Christum, ejusque fidem sustentant, quatenus ita Summo Pontifici inhærent uniti, ut simul cum illo validius constituant ejusdẽ Ecclesiæ Collum. Adeòut si quando Prælati aliqui sint, qui Summo Pontifici non sint uniti, & quasi distinctum collum; seu etiam distincta colla se exhibere conentur, profitentes, se pariter fidem ortodoxam fulcire atque tueri, monstrum ingens videre arbitremur constantissimèque pro certo teneamus fieri non posse, ut qui unus est noster Iesus-Christus, unumq; caput unius Ecclesiastici corporis à pluribus sustentetur collis inter se distinctis.* Et infra ostendit cur tam collum quàm turris sint figuræ orbicularis, scilicet ut Præsules suo exemplo alios convertant & promoveant ad virtutem. *Manifestum planè fit, quam rectè collum spirituale Ecclesiæ, quotquot in Ecclesiâ sunt Prælati & Episcopi, sanctiores ex ipsâ rotunditate commendati sint, eâvè rotunditate, quæ similis sit rotunditati turris David. Quam propterea juxta Hæbraicum textum ad talpioth, id est ad disciplinas, seu ad documenta ædificatam inquiunt nonnulli: quasi*

V.

ad hoc in altum erecta eo loci, tam rotundo, ac perfecto opere ea eſſet, ut ab illâ ſinguli, qui aliquid præclarè ædificare vellent, tanquam à perfectiſſimo exemplari docerentur: itaut ex hoc ipſo prædictæ turris appoſitio manifeſtum reddatur, id quod probandum ſupereſt. Prælatos idcirco in altum evectos in Eccleſiâ ſanctitate ac vitæ perfectione affabre rotundos, atque præclaros, ut ipsâ ſui perfectione pro exemplari ſanctitatis deſerviant. Vt quotquot virtutum ædificium conſtruere vellent, in illos conjicerent oculos, & ab iis docerentur. Quod apertè Petrus Apoſtolus ab illis expoſcit, dicens 1. *Petri cap.* 5. *v.* 3. *ne ſint dominantes in Cleris, ſed forma facti gregis ex animo. Operibus ipſis multò meliùs ipſam edocentes perfectionem quàm verbis. Habent quippè & opera bona os ſuum: imò ipſamet os quodammodo ſunt, quod clarâ & elevatâ loquitur voce, juxta illud Domini Ioannis cap.* 10. *v.* 15. *Opera, quæ ego facio, ipſa teſtimonium perhibent de me. Et Matth. cap.* 7. *v.* 16. *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos: atque adeò congruentiſſimè juxta aliorum expoſitionem turri David comparantur iidem Prælati, quæ ædificata eſt ad Talpioth, ad tumulum orium: ideſt lapidibus iis erecta, atque conſtructa, qui exciſi eſſent ad inſtar orium.* Plura ibi.

VI. Quod verò hæc ratio exemplaris Eccleſiæ & Sedi Romanæ præcipuè competere debeat, mellifluus Bernardus luculenter docet lib. 4. Conſider. ad Eugenium cap 7. *Conſideres, conſideres* (inquit) *ante omnia Romanam Eccleſiam, cui Deo auctore præes, Eccleſiarum Matrem eſſe, non Dominam: te verò non Dominum Epiſcopum, ſed unum ex ipſis: porrò fratrem diligentium Deum, & participem timentium eum. De cætero oportere te eſſe conſidera formam juſtitiæ, ſanctimoniæ ſpeculum, pietatis exemplum, aſſertorem veritatis, fidei defenſorem, Doctorem gentium, Chriſtianorum Ducem, unicum ſponſi, ſponſæ paranymphum, Cleri ordinatorem paſtorem plebium, magiſtrum inſipientium, refugium oppreſſorum, pauperum advocatum, miſerorum ſpem, tutorem pupillorum, judicem viduarum, oculum cæcorum, linguam mutorum, baculum ſenum, ultorem ſcelerum, malorum metum, bonorum gloriam, virgam potentium, malleum tyrannorum, Regum patrem, legum moderatorem, Canonum diſpenſatorem, ſal terræ, orbis lumen, Sacerdotem altiſſimi, Vicarium Chriſti, Chriſtum Domini. Poſtremò Deum Pharaonis &c.* Expende hæc verba: *Oportere te eſſe conſidera formam juſtitiæ, ſanctimoniæ ſpeculum, pietatis exemplar, &c.* Quaſi diceret: Si tu Eccleſiæ Sanctæ Sponſus, alias Eccleſias, alios filios habere vis, & quos habes in officio continere optes, debes illis præeſſe exemplo. Si ab illis juſtitiam exerceri deſideras, non tantùm expedit, ſed neceſſe eſt, ut ſis forma juſtitiæ. Si ad ſanctitatẽ producere ſtudes, debes eſſe ſpeculum, ſi ad pietatẽ incitare paras, debes eſſe exemplar: ſi ad Chriſtianã virtutem amplectendam & exercendam alios inducere cupis, debes eſſe dux, nõ tantùm verbò, ſed ętiam exemplo. Quod de facto Eccleſia, & Sedes Apoſtolica reſpectu omnium Eccleſiarum particularium, & fidelium, ſit quaſi jubar, cætera aſtra ſuo ſplendore ſuperans: ſit parens, totam Eccleſiam paterno, ac materno ſuo ſinu & amore complectens; patet ex providâ ejus paternâ ſollicitudine, ac maternâ charitate, quæ nunquam eam à laboribus, vigiliis, aſſiduis animi & corporis contentionibus, pro omnium Eccleſiarum pace, & ſalute conquieſcit. Illis vicarios & legatos providens per omnes totius orbis Chriſtiani partes, ubi id per ſe præſtare nequit. Rectè Nicolaus Papa I. ſic Principes affatur. *Nolite præjudicium Dei Eccleſiæ erogare: illa quippè nullum imperio veſtro præjudicium infert, ſed omne potius aufert.* Innocentius III. Epiſt. ad Michaelem Imperatorem cap. Novit. lib. 2. decret. *Neque enim* (inquit) *Romanus Pontifex ſuper ſceptra juraque, ut ea perturbet, aut imminuat poteſtatem habet, ſed ſuper eorum conſcientias, & animas, ut eas in æterna cæleſtis Imperii tabernacula, tuto, rectoque catholicæ veritatis, charitatisque tramite deducat.* Hujus paternæ charitatis & indefeſſæ ſollicitudinis Eccleſiæ, & Romanæ Sedis in procurandâ Principum ſalute, & exaltandâ eorum principatuum proſperitate, multa exempla proferuntur à Nauclero in ſuâ Monarchiâ Eccleſiaſticâ, & ſæculari Chriſtianâ lib. 1. part. 2. cap. 9. Unicum tantùm Martini I. producam exemplum, cujus generoſitas & vigilantia

Nicolaus I.

Innocen. III.

vigilantia paterna patuit contra Saracenos, Grassatores, & Christianorum oppressores? Licet enim Constans Imperator Heraclii Nepos variis sceleribus & sordibus esset contaminatus; tamen hic Pontifex, suâ solertiâ, sagacitate, magnanimitate, paternâque providentiâ, à quotidianis & infensissimis Saracenorum incursionibus & tyrannide liberavit. Licet postea ille ingratus Imperator pristinæ charitatis oblitus, ac tanti beneficii paterni immemor, ferali, tyrannicoque decreto eundem Pontificem in exilium relegarit: ubi variis ærumnis consumptus vitam glorioso Martyrio absolvit. Quod verò reliquis tum Prælatis, tum parentibus, tum universis fidelibus virtutum exemplo præemineat, omissis innumeris Pontificibus, (qui pro fide, religione, virtute, ac sanctitate propagandâ Martyrio occubuerunt plusquam ulli Prælati, cujuscumque sint Diœcesis, plusquam ulli parentes cujuscumque familiæ & prosapiæ existant.) Sedis Apostolicæ virtutes tantùm referemus, quæ Romæ omnium oculis patent, ac obviæ sunt.

S. Greg. Prodeat inprimis Divus Gregorius qui in Pastorali part. 2. cap. 3. Romani Pontificis virtutes delineans scribit, expressas esse in vestibus summi Pontificis veteris legis. Quibus indubiè usus est Elias in suo sacrificio lib. 3. Regum cap. 18. Quas virtutes his vestibus figuratas, etiam exercuisse videtur. *Superhumerale rectè ex auro, hyacintho, purpurâ, cocco, bis tincto, & byssо retortâ fieri præcipitur: ut quantâ Sacerdos scilicet Pontifex claresceте virtutum diversitate debeat demonstretur. In Sacerdotis habitu aurum fulget, ut in eo intellectus sapientiæ principaliter emicet. Cui hiacynthus adjungitur, ut per omnia, quod intelligendo penetrat, non ad favores infimos, sed ad amorem cœlestium surgat. Purpurâ permiscetur, ut sacerdotale cor in semetipso suggestiones vitiorum reprimat, eisque veluti ex regiâ potestate contradicat. Bis tinctus Coccus adjungitur, ut omnium virtutum bona ex charitate decerentur, quæ quia Deum & proximum diligit, quasi ex duplici tincturâ fulgescit. Quid verò per Byssum, nisi candens decore munditiæ castitas designatur, quæ Byssus tortâ pulchritudine superhumeralis innectitur, quia tunc castimonia ad perfectum munditiæ candorem ducitur, cùm per abstinentiam fatigatur. Cùmque inter virtutes cæteras etiam afflictæ carnis meritum perficit, quasi in diversâ superhumeralis specie byssus torta candescit.* Licet in hoc habitu Romanæ Ecclesiæ, ac Sedis Apostolicæ sanctitas ab omnibus imitanda describatur; tamen actus externos virtutum, qui per charitatem decorantur, hic specialiter referemus: Ex quibus facile unusquisque concludet quanta sit interna virtus, quanta charitas, quanta sanctitas; quandoquidem ita foras erumpat & ardeat. Divus Chrysostomus in Psalmum 41. *Ardens* (inquit) *res est natura dilectionis, nec potest anima sustinere, ut eam silentio teneat: & ideò amans Paulus dicebat 2. Corinthiorum 6. Os nostrum ad vos apertum est, ô Corinthii, hoc est non possum continere, & silentio premere dilectionem, sed vos semper, & ubique, in mente, & in linguâ circumfero.* Addam quod probatio dilectionis sit exhibitio operis. Illud igitur exemplar sanctitatis, illam virtutis ac charitatis speculam attentiùs intueamur, ut ad similes charitatis & sanctitatis actus exercendos reliquos Orbis Prælatos, reliquas universi mundi Provincias, & Ecclesias quasi manuducat, & ad sui imitationem alliciat. Ac primò à spiritualibus exercitiis auspicemur, vel aliquâ Patriarchali Ecclesiâ, quæ in Palatio Pontificio, & alibi coram Sanctissimo, ac Augustissimo Principum Ecclesiæ cœtu peragantur. In primariis Anni Solemnitatibus, Summus Pontifex unà cum Cardinalibus publicè interest Matutinis, Vespertinisque Officiis, ac Sacrum, ut plurimùm solemniter celebrat. Inter illa Missarum Solemnia in Adventu & Quadragesimâ Concio habetur Latino sermone, explicans illius diei Evangelium, à Procuratoribus Generalibus Ordinum S. Dominici

Chrysol.

Sancti Franciſci, Sancti Auguſtini, Carmelitarum, & Servitarum. Inſuper in Adventu diebus Mercurii, & in Quadrageſima diebus Veneris Concio habetur Italico idiomate, ab aliquo doctiſſimo & eloquentiſſimo Concionatore (qui ſi qui defectus & culpæ ab aliquo Sacri illius Collegii committantur) eos Chriſtianâ libertate, ac virtute reprehendit. Inſuper publicæ Verbi Divini Conciones non tantùm temporibus Adventus & Quadrageſimæ in Eccleſiis Patriarchalibus Sancti Petri, Sancti Joannis Lateranenſis, Sanctæ Mariæ Majoris, in Templis mendicantium, in Sancto Andreâ de Valle, Sancto Laurentio in Damaſo, Sancto Joanne nationis Florentinæ, Sancto Spiritu, & alibi à doctiſſimis Oratoribus cum maximo populi concurſu; ſed etiam reliquo anni tempore diebus Dominicis & Feſtivis, tam horis matutinis, quàm veſpertinis in aliis Templis habentur. Et quod in hoc munere Concionis magis laudabile eſt, dedit Patribus Oratoriis à Sancto Philippo Nereo inſtitutis Templum Sanctæ Mariæ in Vallicella nuncupatum, quod poſtea Cæſii ſumptibus in ampliorem & auguſtiorem formam erectum eſt, in quo ſingulis diebus inter, Orationem tum vocalem, tum mentalem diverſis temporibus Conciones habentur ſpatio mediæ horæ, quibus populus ad perfectionem Chriſtianã excitatur. Præter has exhortationes diebus Lunæ & Veneris in Oratorio ejuſdem loci recitantantur primò Liturgicæ Preces quibus cantus muſicus cum inſtrumentis ſuccedit. Deindè Concio ſequitur, quâ excitantur auditores ad corporis mortificationem. Quâ peractâ ſublatis luminibus congregati ſpatio Pſalmi Miſerere, &c. ſe flagris excipiunt. Qui ritus non tantùm in Monaſteriis, ſed etiam in pluribus Sodalitatibus ſæcularibus obſervatur, ſcilicet diebus Lunæ, Mercurii, & Veneris apud Sanctum Joannem Baptiſtam in Campo Martis, propè Sanctum Silveſtrum. Die Martis in æde S. Blaſii Montis Citorii apud Congregatos Somaſcæ. Die Jovis apud Clericos Regulares Sancti Pauli ad Forum Antonini. Die Sabbathi apud Sanctam Mariam de Planctu. Die Dominicâ & Sabbatho apud Patres Societatis Jesu in Oratorio Congregationis Nobilium, quo confluunt Primarii Nobiles, Prælati, imò & Eminentiſſimi Cardinales. Quia verò diebus ferialibus plurimi Cives piis illis exercitiis vacare nequeunt, ibidem ſeu in Collegio Romano Dominicis & Feſtivis diebus variæ ſunt Sodalitates, Nobilium, Mercatorum &c. Imò Feſtivis diebus ab iiſdem Patribus in mediis Romanæ Urbis compitis & plateis habentur Conciones, ad quas undique concurrunt Ruſtici, ut Divini Verbi pabulum excipiant, & ad frequentanda Confeſſionis & Communionis Sacramenta alliciantur. Omitto Confraternitates Sancti Scapularis Noſtri Ordinis in Monaſteriis Sanctorum Martini & Silveſtri in Monte, Sancti Chryſogoni trans Tiberim: Sanctiſſimi Roſarii apud Patres Prædicatores in Templo Sanctæ Mariæ ſupra Minervam, & alias in aliis Ordinibus, quæ pro animarum ſalute inſtitutæ ſunt. Frequentes verò Confeſſiones & Communiones teſtantur Subſellia Pœnitentiariorum non ſolùm in Templis Patriarchalibus, pro omni idiomate, ſed etiam apud Mendicantes, Jeſuitas, Oratorios, & alios tùm Sæculares, tùm Regulares Clericos. Non omittenda eſt Communio Generalis in diverſis iſtius urbis Eccleſiis, in quibus concurſus populi communicantis uno die aliquando aſcendit ad 30. millia hominum.

VII. Gregorius XIII. Gymnaſium ſeu Collegium fundavit à Patribus Societatis Jesu adminiſtrandum, ubi præter Religioſos Lectores, aluntur ducenti auditores, docenturque omnes ſcientiæ, quæ ad Eccleſiæ utilitatem conducunt. In mediâ Urbe extat Collegium ſapientiæ ſeu Univerſitatis Romanæ ab Urbano VIII. & Innocentio X. nobiliori formâ reſtauratum, ac ab aliis Pontificibus præſertim Leone X. Xiſto V. munificentiſſimè dotatum pro ſtipendio Profeſſorum, qui præter Philoſophiam, Theologiam, Juriſprudentiam, Medicinam,

medicinam, mathematicam, docent etiam linguas sacras. Sunt plura alia Collegia privata à Summis Pontificibus, Cardinalibus, ac Prælatis fundata, quorum aliqua hîc enumerabo. Ac primò occurrit celeberrimum Collegium de Propagandâ fide Catholicâ in exteras nationes ab Infidelibus occupatas, fundatione quidem postremum, sed non opulentiâ & annuo reditu; quod quotidie Cardinalium, aliorumque Virorum piissimorum munificentiâ augetur. Quis non istorum procerum virtutem ac sanctitatem miretur, ac eximiis encomiis celebret, qui non amicos, non parentes, non familiares, sed extraneos, sed infideles, sed barbaros, sed Turcas, &c. suorum bonorum hæredes efficiunt? Quandoquidem ista omnia bona Missionariis & illis populis convertendis applicentur. Deindè est Seminarium Romanum à Pio IV. institutum & fundatum juxta dispositionem Tridentini Concilii, in quo educantur centum adolescentes ex Ecclesiastico Urbis proventu, quod Seminarium à PP. Societatis Jesu regitur. Præter hos alumnos qui publico censu alumtur: sunt etiam Nobiles Adolescentes, vulgò dicti convictores: quia menstruum pensum solvunt, vel quia ibi Germani, Galli, Hispani, Poloni, Illyrici, Belgæ, Italis convivunt. Julius III. pro Germanicâ natione Collegium fundavit, in quo arma spiritualia subministrantur & acuuntur ad reprimendam Lutheri, aliorum Hæresiarcharum impietatem. Hoc Gymnasium annuo reditu auxit Gregorius XIII. appellatur Collegium Germanicum & Hungaricum, seu S. Apollinaris, in quo Germani, Hungari, & aliqui Belgæ recipiuntur usque ad 150. inter quos plurimi sunt nobiles, quibus omnibus subministratur victus & amictus: ut absolutis studiis in Collegio Romano, reversi in Patriam fidem Catholicam per Lutherum & alios (ut dictum est) collapsam restaurent. Ab eodem Gregorio XIII. aliis Nationibus Collegia assignata sunt cum reditu annuo: Anglis Templum Sanctissimæ Trinitatis propè Campum Floræ. Viâ Flaminiâ erectum est Græcis Collegium & Templum in honorem S. Gregorii Nazianzeni. Aliud ad radices Montis Quirinalis pro Maronitis seu Incolis Montis Libani: quibus in patriam remeantibus etiam viaticum amplum subministratur. Propè Basilicam Agrippæ ædificatum est Collegium pro Neophytis seu conversis ex Judaismo & Atheismo ad fidem Catholicam, quod Clemens VIII. promovit. Idem Clemens VIII. extruxit Collegium Scotis in Monte Quirinali, quæ omnia Collegia à Patribus Societatis Jesu diriguntur, & illorum alumni cõfluunt ad Collegium Romanũ, ut lectiones excipiant. Idem Clemens VIII. in Campo Martis ad Ripam Tiberis amplissimum Collegium fundavit, quod Clementinum nuncupatur pro instituendis adolescentibus Illyricis, cujus administrationem habent Religiosi Congregationis Somascæ. Inter hujus Collegii alumnos centum nutriuntur expensis Sacræ Domus Lauretanæ: cæteri sunt convictores ex primariis Italiæ nobilibus. Præfati Religiosi docent ibi publicè humaniores litteras, Philosophiam & Theologiam adinstar Collegii Romani. Dominicus Capranicensis Cardinalis à Martino V. creatus fundavit in propriis ædibus Collegium vulgò Capranicum propè Basilicam Agrippæ, in quo 30. Adolescentes aluntur, qui student vel Theologiæ, vel Jurisprudentiæ: nec dimittuntur, nisi post susceptam lauream doctoralem. Hujus Collegii cura demandata est Sodalitati S. Salvatoris ad Sancta Sanctorum. Hujus fundationis motivum fuit Schisma tempore Martini V. & hæresis Joannis Hus & Wiclefi tunc temporis ortæ, contra quam noster Thomas Waldensis Anglus solidissimè scripsit, & quã damnavit Concilium Constantiense. Cardinalis Nardinus natione Mediolanensis Archiepiscopus Florentinus inhærens vestigiis dicti Dominici fundavit in propriâ domo aliud Collegium cujus regimen eadem soliditas ad sancta sanctorum habet: Alumni autem suas lectiones excipiunt in publicis Collegiis vobis. Antonius Maria Cardinalis Salviatus fundavit Collegium seu Xenodochium, pro pauperibus orphanis, cui annexa est Ecclesia Parochialis Sanctæ Mariæ in Aquiro, illudque amplissimo

tur vel componuntur. Quinta est Congregatio librorum, qui in dies typis mandantur; cui incumbit eos revisere, & si quam impietatem, vel errorem sapiant judicare, rejicere, eorumque lectionem Ecclesiæ prohibere, ac eos libris inscribantur prohibere: undè Congregatio S. Indicis nuncupatur. Sexta, ut dictum est, Congregatio de propagandâ fide Catholicâ, contendit hæreticos & Schismaticos ad veram Ecclesiæ Romanæ doctrinam revocare; singulo quoque mense bis celebratur, & semel coram Summo Pontifice. Septimam Congregationem instituit Urbanus VIII. pro immunitate Ecclesiasticâ, in quâ discutiuntur contentiones jurisdictionis inter Ministros Regum ac Principum ex unâ, & ex alterâ parte inter Episcopos & Ecclesiasticos; hujus autem Congregationis præcipua cura est, ut Ecclesiastica libertas ab oneribus temporalibus eximatur. Octava Congregatio pro reformatione Regularium à Clemente VIII. instituta, ab Urbano VIII. innovata, & ab Innocentio X nominata, Congregatio deputata super Statu Regularium. Alias omitto quæ ad charitatem erga proximos minùs pertinere videntur.

XI. Ut ad Summum Pontificem redeamus, nemini ignotum, est præter Stationes Almæ Urbis, alias esse Ecclesias pro quibus visitandis quotidianæ ac perpetuæ concessæ sunt Indulgentiæ, eo fine ut Christiana Sanctitas magis ac magis augeatur. Item, ut devotio erga Venerabile Sacramentum majus incrementum accipiat, ipse Pontifex in festo Corporis Christi, Venerabile Sacramentum per tractum Urbis Leoninæ religiosissimæ circumfert. Et quia per totam Quadragesimam in variis Urbis Templis Stationes sunt ordinatæ, ad illa templa visitanda ut populus animetur, die Mercurii Cinerum ipsemet Pontifex illas Stationes Quadragesimales apud S. Sabinam auspicatur cum toto Cardinalium cœtu. In festo Nativitatis & Resurrectionis Pontifex & Cardinales totam Familiam sacrâ Synaxi communicant. Idem Summus Pontifex non rarò, & Cardinales sæpiùs, ii maximè qui negotiis Ecclesiæ minùs vacant, Almæ Urbis Ecclesias visitant, ita ut vix aliquid temporis illis supersit quod vel Deo, vel Ecclesiæ utilitati, & proximorum saluti non impendant. Et nè ullus dies ab istis charitatis officiis liber esset, Clemens VIII. instituit Preces per 40. horas continuas per omnes Almæ Urbis Ecclesias pro suâ erga gregem sollicitudine: quam devotionem successores continuarunt. Omitto Supplicationes solemnes quas summus Pontifex instituit, & in quibus pedes incedere solet, maximè quando agitur de componendis Principibus Christianis inter se divisis.

X. Prætereo hic Templa, Capitula Collegiata, Monasteria à variis Pontificibus fundata, ad Christianam Religionem & pietatem eorum subsidiis, & orationibus, missis, officiis divinis, & aliis piis operibus promovendam, peccata extirpanda. Vt ad officia externa charitatis transeamus, occurrit mihi summus Pontifex in die Cœnæ Domini, qui propriis manibus exemplo Christi Domini pedes 12. pauperum publicè lavat, lotos, sindóne abstergit, mensæ in prandio ministrat, postea veste & honorario donatos dimittit: quod in die Virginis Annuntiatæ apud S. Mariam supra Minervam pluribus puellis dotem propriis manibus auget. In die Assumptionis in Basilicâ S. Mariæ Majoris cum Sodalitate Consolationis, puellas non paucas simili dote donat. Sub ejusdem Pontificis auspiciis antiquissimus locus est Sanctæ Franciscæ, in quem solæ Virgines Nobiles recipiuntur, ibi degunt sine clausura, liberumque est illis in casu necessitatis parentes invisere. Simile ferè institutum habet Monasterium expositarum sancti Spiritus in Saxiâ, sanctæ Mariæ in Campo Martis. In Monasterio sanctæ Mariæ refugii, recipiuntur viduæ honestæ consanguineis orbatæ, in quo quasi in asylo reliquum vitæ transigunt. In Monasterio sanctæ Mariæ trans Tiberim viâ longâ recipiuntur mulieres pœnitentes & deliberantes. Est aliud Monasterium celebre sanctæ Mariæ Magdalenæ viâ latâ, in quo meretrices conversæ, seu pœnitentes recipiuntur. Multa etiam sunt Sodalitia virorum instituta ad charitatem proximo exhibendam, ut Anteambulonum apud sanctam Annam in

Urbe Leoninâ. Pictorum apud ſanctum Lucam ad Arcum Severi. Lapicidarum apud ſanctos quatuor Coronatos. Piſtorum Teutonicorum apud ſanctam Elizabetham ad Campum Floræ. Tonſorum apud ſanctum Blaſium. Sancti Nicolai: Mercatorum Belgarum apud ſanctum Laurentium in Damaſo. Pharmacopolarum apud ſanctum Laurentium in foro Romano. Aurificum apud ſanctum Ægidium ad radices Vaticani. Lanificorum ſub invocatione ſanctorum Blaſii & Ambroſii apud ſanctum Lucam. Textorum apud ſanctam Mariam Angelorum Reginam in foro Nervæ. Scribarum ſub invocatione ſanctorum Joannis Baptiſtæ & Evangeliſtæ & Nicolai apud ſanctum Thomam in Regione Parionis. Famulorum Palatii Apoſtolici apud ſanctam Martham in Vaticano. Nummulariorum ſub invocatione ſancti Matthæi apud ſanctum Laurentium in Damaſo. Candatariorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium apud ſanctam Mariam Puritatis. Libratorum Ænei fulminis ſub invocatione ſanctæ Barbaræ in noſtro Templo ſanctæ Mariæ Trans-Pontinæ. Sutorum apud ſanctos Criſpinum & Criſpinianum Trans-Tiberim. Nundinariorum apud ſanctum Sebaſtianum prope forum piſcium. Præguſtatorum apud ſanctam Helenam. Bibliopolarum apud ſanctum Thomam de Aquino inter ſartores. Piſcatorum apud ſanctum Angelum in foro piſcium. Stabulariorum ſub invocatione S. Juliani apud ſanctum Euſtachium. Caduariorum apud ſanctam Mariam in Capellâ ad ripam Tiberis. Promptuariorum apud ſanctam Mariam vocabulo cacubaris in regione regulæ. Pellionum ſub invocatione ſancti Joannis Baptiſtæ apud ſanctum Pantaleonem ad circum Agonis. Quorum omnium Sodalitiorum Confratres diebus Feſtivis ad opera charitatis exercenda applicantur; alii enim puellas pauperes dotant; alii pauperibus eleëmoſynas largiuntur, alii carceribus mancipatos ob cauſam civilem viſitant, & aliquâ eleëmoſynâ ſublevant, alii ſui Sodalitii ægros viſitant, alii defunctos ſepeliunt, & pro eis orationes fundunt, alii ut Sodales Angeli Cuſtodis apud aquam virginem: item Sodales Plagarum Chriſti in Eccleſiâ S. Mariæ Magdalenæ apud Pantheon, quî agonizantibus adſunt, & ita de innumeris aliis Confraternitatibus quas omitto, quibus Summi Pontifices plurimas Indulgentias cõceſsêre, ut orent pro finibus ordinariis, & in quibus ſunt quædam çraria pro ſublevandis pauperibus. Sunt etiam mulieres quæ habent Sodalitia. Antiquiſſimum eſt in Eccleſiâ ſancti Auguſtini ſub invocatione ſanctæ Monicæ Matris Divi Auguſtini. Alterũ à paucis annis inſtitutum eſt ſub titulo Miſericordiæ, cujus Sodales inſerviunt mulieribus reis capite plectendis. Tertium eſt recentius. ſub titulo Virginis fundatum in Parochiali Eccleſiâ ſanctorum Simonis, & Judæ cujus leges tendunt ad proximum in ſuis neceſſitatibus ſublevandum.

XI. Veniamus ad Hoſpitia, ſeu Xenodochia, in quibus charitas Chriſtiana ſummâ ſollicitudine exercetur. Primum eſt Hoſpitiũ Sanctiſſimæ Trinitatis propè Pontem Xiſti, ad quòd tantus eſt concurſus advenarum, ut in anno inveniantur excepti ſupra quingenta millia hoſpitum, qui charitativè excipiuntur, eorum pedes lavantur, ac foventur non ab omnibus promiſcuè ſeu plebeis hominibus, ſed aliquando à Principibus viris, Prælatis, ipſiſque Eminentiſſimis Cardinalibus: Mulieres verò à viris ſeparatæ à præcipuis & Nobiliſſimis Matronis. Siç loti, ducuntur ad menſam, ubi mirâ humilitate ab iiſdem miniſtrantur. Anno Jubileo 1600. Clemens VIII. ſindone albâ ſuccinctus pedes peregrinorum ſuis ſanctis manibus lavit, eorumque menſæ quaſi pincerna aſtitit. Quem ritum ſummi Pontifices ſervant: nam propriis manibus Salvatoris exemplo duodecim pauperibus publicè lavant pedes, lotos ſindone abſtergunt, eorum deindè prandio adſtant quaſi miniſtri, ut ſupra dictum eſt. Præter hoc in ſupramemorato hoſpitio Sacerdotibus ob Ordinis reverentiam ſpecialis datur ad hoſpitandum locus, quem Confraternitas S. Luciæ ad id ſolum inſtituit. Aliud Hoſpitium inter Capitolium & Thermas Marcelli, in quo prætati Sacerdotes aluntur per menſem & amplius. Lombardorum ſive Longobardorum Hoſpitium cum

Templo

Templo D. Ambroſii Mediolanenſis fundatum fuit ſub Xiſto IV. ubi pauperes peregrini illius nationis aluntur. Genuenſes etiam ſuum habent, cum adjuncto ſancti Joannis Baptiſtæ Templo, primò quidem deſtinatum pauperibus nautis: ſed à Joanne Baptiſtâ Cicadâ Cardinali auctum, hoſpitalitatē omnibus Liguribus exhibet. Hoſpitiū vulgò dictum de animâ, ſive teutonicū, à quibuſdam quidem Germanis, peregrinis primitus fundatum eſt. Sed Cardinalis ab Enckevort Dertuſenſis domum ſuam & alias adjacentes, teſtamento addixit illi hoſpitio & Eccleſiæ; corpuſque Adriani VI. è Baſilicâ S. Petri transferri curavit in hanc Ædem ſacram. Plures Cardinales Germani ejus veſtigiis inhærentes dicti hoſpitii cenſus ſuâ liberalitate auxerunt. Hujus præfecturam habent viri primarii tum Germani, tum Leodienſes, tum Flandri Romæ reſidentes: quorum præcipuum munus eſt, ut hoſpitalitas quovis tempore exerceatur in pauperes peregrinos Germanos, Leodienſes, & Flandros, aliquot diebus: quibus diſcedentibus attentâ qualitate perſonæ honeſtum viaticum diſtribuitur. Mulieribus advenis etiam ſeparata domus eſt; jmò uxoribus & filiabus olim Germanorum aliquod ſubſidium ſubminiſtratur. Officium divinum in illâ ædc ſacrâ perſolvitur à duodecim Sacerdotibus, quatuor Acolythis &c. Quorum aliqui peregrinorum excipiendorum curam ſpecialem habent. Regnum Hungariæ ſuum etiam hoſpitium habet: Primò à Sancto Stephano illius nationis Rege ædificatum in Vaticano prope Baſilicam Sancti Petri, & reſtauratum à Wadiſlao Rege Hungarorum: cujus adminiſtrationem habent Fratres Eremitæ natione Hungari. Hoc Regnum habet etiam in Monte Cœlio magnificum templum, vulgò dictum rotundum ob figuram orbicularem; quod Gregorius XIII. Collegio Germanico & Hungarico addixit. Bohemi hoſpitio proprio non carent, primitus fundato à Spironico Rege Bohemiæ juxta Templum ſanctæ Luciæ, & à Carolo IV. Auguſto priſtino ſplendori reſtitutum, novoque cenſu auctum. Sancta Brigitta fundavit hoſpitale Suecorum, Gothorum, & Wandalorum in propriis (quas inhabitabat ędibus prope Campum Floręcui Templum eidem Sanctæ Brigittæ ſacrum adjectum eſt, & Gothi recipiuntur. Hoſpitium ſancti Ludoviçi pro excipiendis Gallis olim fundatum eſt, & auctum à Matthęo Cardinali Cantarello, Gregorii XII. Datario. Hujus adminiſtrationem habent 30. viri quorum 12. Galli, 6. Britones, 6. Sabaudi, 6. Lotharingi. In ejuſdem loci Templo divinum officium perſolvitur à 26. Sacerdotibus 8. Cantoribus & Organiſtâ. Ex illis Sacerdotibus tres hoſpitalitati ſunt addicti, quæ ſingulis dictarum nationum exercetur per tres dies: quibus elapſis dimittuntur cum aliquo charitatis munuſculo ac honorario. Scotorum hoſpitium cum adjecto Sacello Sancti Andreæ Scotiæ patrono, adminiſtrat Sodalitas Corporis Chriſti, pauperesque peregrinos Scotos recipit. Pro Britonibus unum eſt hoſpitium in Campo Martis cum adjuncto Templo ſancti Yvonis, ubi recipiuntur Britones advenæ utriuſque ſexus, & nutriuntur donec urbe diſcedant, vel conditionem aliquam in urbe invenerint. Audio tamen officium hoſpitalitatis dicti loci tranſlatum eſſe ad Sanctum Ludovicum. Hoſpitii Hiſpani author eſt Alphonſus de Paradinas, qui Templum ſancto Jacobo Hiſpaniarum Patrono & Ildephonſo Epiſcopo Toletano ſacrum ad Circum agonis cum adjuncto hoſpitio ſtruxit: quod Alexander VI. in ampliorem formam redegit. Ibi ſunt 20. Sacerdotes, recipiunturque hoſpitii gratiâ Caſtellani, Valentiani, Aragones, Catalani, & Inſularum Balearum & Sardiniæ Incolæ utriuſque ſextus in domibus ſeparatis. Luſitanorum hoſpitium incœptū à Joannâ de Uliſyppone, deinde ab Antonio Cardinali Portugalenſi auctum: Ibi ſunt decem ſacerdotes; ibi hoſpitalitas exhibetur ad menſem ſacerdotibus, mulieribus ad duos, aliis juxta perſonarum qualitatem. Hiſpani Tarraconenſes ſuum ſpeciale hoſptitium habent cum adjuncto templo Deiparæ Virginis vulgò Montis-Serrati, pro incolis Valentiæ, Cataloniæ, Majoricæ, & Minoricæ. Anglorum hoſpitium à Joanne Skopando Anglo incœptum, poſteà à Gregorio

XIII.

XIII. Collegio auctum. Flandrorum hoſpitium habet adjunctum Templum ſancti Juliani, in quo recipiuntur Flandri, Brabantini, Burgundi, aliiq́ue Belgæ Regi Hiſpaniæ ſubditi. Græcis & Illyricis hoſpitium ſuum non deeſt, pridem quidem incœptum, ſed à Xiſto IV. auctum Templo ſancti Hieronymi & magnificentiùs reſtauratum à Xiſto V. ibi cum maximâ charitate excipiuntur Nationales. Clemens VII. hoſpitium Indis aſſignavit prope Templum ſancti Stephani in Vaticano; cui Gregorius XIII. Pauperum pater ordinavit, ut ad victum neceſſaria è Palatio Apoſtolico liberaliter illis erogarentur, quamdiu manſerint Romæ: etiamſi illic hærere debeant. Quia verò multis Abiſſynorum erroribus imbuti ſunt, etiam in fide Catholicâ inſtruuntur. Pius IV. & Pius V. Armenis hoſpitium providerunt prope Inſulam Tiberinam; Deindè à Gregorio XIII. tranſlatum propè Eccleſiam ſanctæ Mariæ Ægyptiacæ: aluntuŕque Armeni hoſpites expenſis ex ærario Pontificio depromptis. Cardinalis Ozius obtinuit à Gregorio XIII. Eccleſiam Sancti Salvatoris ad radices Capitolii cenſúque annuo dotavit. Pius IV. in Urbe Leoninâ extruxit hoſpitium, in quo excipiuntur omnes quibus domus ſuppetere poteſt. Ejus Templum eſt Virgini ſacrum. Aliud eſt prope Baſilicam Vaticanam, in quo quotidie reperiuntur 12. pauperes in prandio. Quod inſtitutum creditur eſſe à Sancto Gregorio, qui cùm ſingulis diebus duodecim pauperes in prandio exciperet, invenit tredecim & decimus tertius creditur Chriſtus. Omitto hic officia charitatis, quæ à Pontificibus exercentur in Jubilæo, non tantùm in publicis hoſpitiis, ſed etiam in proprio Palatio erga Principes & Magnates, in ædibus Vaticanæ Baſilicæ vicinis erga Epiſcopos & Sacerdotes, quæ charitatis officia ſanctitatẽ Romanæ Sedis & Eccleſiæ non mediocriter commendant. In Campo Martio prope Tiberim eſt Xenodochium pro aurigis & rhedariis, pro impuberibus maſculis per urbem vagis. Paulus III. pro ædificando præfato Xenodochio locum dedit juxta Baſilicam Agrippæ ſivè Pantheon. cujus cenſum & locum Cardinalis Salviatus auxit. Pro femellis autem prope Baſilicam ſanctorum quatuor coronatorum in antiquo Pontificum domicilio, in quibus non tantùm curantur infirmi, ſed etiam ſani inſtruuntur.

Et nè aliquæ matres ſtupro filias objiciant etiam invitas; ut tanto malo occurratur, puellę ſinu talium matrũ abripiuntur, & in Cœnobium ſanctimonialium ad id extructum introducuntur, ibiq́ue inſtruuntur, donec puberes nuptui tradantur, vel religionis zelum accipiant ſumptibus dicti Monaſterii. Hujus Templum D. Catharinæ ſacrum Fredericus Cardinalis Cęſius Epiſcopus Portuenſis juſſit ędificari. Et quia in matrimonio non cõjuges bene aliquando conveniunt, donec perfectè conciliati fuerint, pro talibus mulieribus malè nuptis eſt Xenodochium ſtructum. Pro meretricibus pœnitentibus, & reliquos vitæ dies Deo conſecrare deſiderantibus, eſt Xenodochium ſeu Cœnobium ſanctæ Mariæ Magdalenæ, in quo ſolita Religionis vota emittuntur & diſciplina regularis tam exactè ſervatur; ut aliis, quę illibatè ſemper vixerunt devotione non cedant. Petrus Cardinalis Aldobrandinus illius fabricę partem conſtruxerat, quam incendio abſumptam Paulus V. magnificentiùs reparari curavit. Aliud eſt Cœnobium extructum ſollicitudine P. Dominici à Jesu Mariâ Carmelitæ Diſcalceati eleëmoſynis piorum, in quo recipiuntur pœnitentes vitæ ante actæ: ubi deliberant, an vitam regularem velint amplecti & profiteri, vel ibidem in Cœlibatu perpetuò ſtare. Pro Cathecumenis ex genere Hebræorum, Saracenorum, pro Atheiſtis, qui veram religionem volunt amplecti, eſt Templũ ſancti Joannis Baptiſtæ ad radices Capitolii cum annexo hoſpitio: in quo viri ſeorſum à mulieribus ſedem habent. Et puellę educantur donec deducantur ad Monaſterium Cathecumenorum ad forum Nervæ, ut ibi fidei, Religionis, & pietatis rudimentis inſtruantur, & quando pubertatis annos attigerint vel vitam Religioſam amplectantur, vel ineant matrimonium. Pro ſenibus, cœcis, claudis, impotentibus alterâ vel utrâq́ue manu, Xiſtus V. Xenodochium extruxit, ac

XII.

cenſum

censum annuum locupletissimum addixit.

XIII. Non hæret ibi Pontificum sollicitudo sancta, & liberalitas: nam singulis diebus Veneris in honorem Passionis Christi distribuitur satis affluenter duobus millibus pauperum panis & vinum. Singulis diebus vesperi in Xenodochio Sancti Spiritus numerosissimæ egenorum multitudini erogatur panis & vinum. In Xenodochio S. Antonii accedentibus, duo panes erogantur. In Xenodochio S. Salvatoris propè Lateranum tantùm panis erogatur, quantùm pro diurno victu suppetere potest. Et nè honestæ familiæ ad extremam paupertatem redactę, & ostiatim stipem petere erubescentes, fame pereant, in Templo 12. Apostolorum est Capsula, in quam inferuntur per rimam libelli supplices, quibus inops exponit suam necessitatem, domicilium designat. Hęc Capsula aperitur ab Officialibus Societatis 12. Apostolorum ter in hebdomadâ, leguntur libelli, ex Confratribus aliqui ad domicilia deputantur, supplicantiumque indigentiæ pro qualitate personæ subvenitur. Eundem ritum servat Sodalitas charitatis sub Leone X. instituta, in templo S. Hieronymi propè Farnesianos: nam diebus Sabbathinis præter panis quantitatem, quam pauperibus publicè erogat, pecuniam transmittit ad verecundiores. Omitto aliam Pontificum munificentiam, quæ singulis mensibus Mendicantium Cœnobiis, pauperibusque verecundis, distribuit ingentem pecuniæ summam, sub titulo communis Eleëmosynæ. Omitto quæ ab Eminentissimis Cardinalibus, Prælatis, & Senatoribus Romanis distribuuntur. Unius Cardinalis Peretti seu de Monte Alto. Xisti V. è Sorore Pronepotis liberalitatem referam. Præter eleëmosynam quam viritim propriâ manu erogabat, & magnifica munera, quæ amicis etiam nobilibus & primoribus (nè à primœvo statu deficientes ad pravos mores deflecterent) largiebatur, è libris rationariis colligitur ipsum erogasse pauperibus millies & septingesies aureorum millia. Præter ea, quæ suprà diximus de dotandis puellis nubere volentibus, præter legata quæ passim fiunt in hunc finem certis anni temporibus, certa & infallibilis dotium distributio fit. Prima die Januarii, Societas sanctissimi Nominis Dei in templo sanctæ Mariæ supra Minervam dotat puellas. Die 7. Sodalitas Stabularioru m. Die 14. in Basilicâ Lateranensi distribuitur legatum S. Hilarii. Societas sancti Juliani Flandorum suas nationales eadem die dotat. Societas Augustissimi Sacramenti in templo sanctæ Mariæ viâ latâ die 2. Februarii. Societas sanctæ Apolloniæ in ædibus S. Augustini die 9. Februarii. Societas Virginis Annuntiatæ supra Minervam die 25. Martii, ita ut plusquam ducentæ ab hâc solâ Societate nuptui tradantur. Aliqui existimant hanc Societatem fuisse plurimùm adjutam à Leone X. & auctam ab Urbano VII. qui illam Societatem ex asse hæredem constituit. Societas Coquorum, Placentariorum, Condorum in Templo sanctorum Vincentii & Anastasii eadem die 25. Martii dotat. Societas Mulierum in æde S. Antonii primâ Maii suas dotes erogat. Societas Beatæ Virginis Annunciatæ 12. Maii Senenses puellas dote largâ honestat. Societas S. Catharinæ Senensis easdem Senenses dotat 19. Maii. Societas Neapolitanorum in Ecclesiâ S. Spiritus suæ nationis puellis dotes largitur die 26. Maii. Societas sancti Jacobi vulgò Scollà Cavallo 9. Junii. Societas sanctorum Nazarii & Celsi die 11. Societas Officialium Capitolii in Templo S. Mariæ de Arâ-cœli die 19. Societas S. Antonii de Paduâ eadem die. Societas Pietatis Florentinorum die 24. Ligures eadem die 24. In Templo S. Joannis Baptistæ Florentinis puellis dotem subministrat. Societas Salvatoris in templo S. Mariæ supra Minervam 6. Augusti. Societas S. Bernardi in templo S. Susannæ die 10. Societas Confalonis die Assumptionis Virginis. Societas S. Rochi in templo S. Rochi eadem die 15. Augusti. Societas S. Rosarii in æde sanctæ Mariæ supra Minervam die 22. Augusti. Societas Annuntiatæ Virginis Confalonis, & de Laureto die 8. Septembris Virgini natæ sacrâ. Societas S. Marcelli in ejusdē sancti templo die 15. Societas lanionum in templo S. Mariæ de Quercu eadem die 15. Societas

Sancti Michaelis Archangeli in ejuſdem Eccleſiâ die 29. Societas Charitatis curialium in templo S. Hieronymi die 30. Societas Salvatoris in Laterano die 4. Octobris. Societas Confalonis, eâdem die. Societas Bononenſium in Oratorio S. Petronii eadem die. Societas Sanctiſſimæ Trinitatis peregrinorum, & convaleſcentium, eodem item die. Societas Roſarii in templo S. Mariæ ſupra Minervam die 6. Legata pia in æde ſacrâ S. Mariæ de Arâ cœli die 4. Novembris. Societas S. Nicolai Lotharingorũ in æde S. Ludovici die 6. Decembris. Societas Conceptionis Virginis in Eccleſiâ S. Mariæ ſupra Minervam die 8. Societas S. Salvatoris in Laterano die 26. Ipſemet Pontifex die Virginis Annuntiatæ apud S. Mariam ſupra Minervam magno puellarum numero, aliquando uſque ad ſexcentas, ſanctiſſimis manibus loculos & dotes ex proprio peculio dat. Idem præſtat in templo S. Mariæ Majoris in feſto aſſumptæ Virginis. Omitto particularia legata in hunc finem, quæ etiam ab aliis Societatibus Nationalibus ſuis conferunt: tùm quia non habent ſtatum diem, nec præfixum perſonarum numerum, vel ſummæ quæ ejuſmodi indigentibus diſtribuitur. Cœterùm nullæ illarum nubunt, niſi habeant dotem 400. vel 500. ducatorũ. Si quę dotem minorem acceperit ab aliquâ Sodalitate, poteſt ab aliâ uſque ad præfatum numerum completum per libellum ſupplicem emendicare. Imò ſunt reditus annui teſtamento relicti meretricibus, quæ relictâ laxiore vitâ, ad matrimonialem ſtatum tranſire volunt.

XIV. Erga incarceratos Apoſtolica Camera charitatis officium exhibet, Advocatos & Procuratores addicens. Urbis Vicarius, Camerarius, Gubernator, Auditor Cameræ, Populi Senator per ſubſtitutos ſingulis Menſibus carceres viſitant, & detentos, ſive reos, ſive ære alieno obſtrictos & gravatos conſolantur, eorum pœnam vel tollendo, vel moderando. Inſuper Sodalitas Charitatis detentis in vinculis omni ope conatur ſubvenire. Nam præter defenſionẽ, quam ſuſcipit ſingulis diebus deſtinat Sacerdotem, qui Sacrum celebret corã illis, aliaque corporalia ſubſidia ſubminiſtret. Sodalitas Miſericordiæ Florentinorum quibuſdam Feſtivis diebus per annum portionem honeſtiſſimam largitur. Congregatio Civium Romanorum Xiſti V. liberalitate decorata apud ſanctum Joannem de Pineâ prope Minervam, ſingulis feriis ſecundis mittit in omnes carceres Viſitatores, ut recenter vinctorum nomina, patriam, cauſam, judicem & Notarium fideliter excipiant, & eorum proceſſum apud Judices citò expediri curent. Imò in Feſtis Nativitatis & Reſurrectionis Domini Noſtri Jesu-Chriſti aliquos ære alieno gravatos ſolutis eorum debitis carcere educit. Plures etiam non tantùm Sæculares, ſed etiam Religioſi, inter quos Societatis Jesu, ſtipem pro illis oſtiatim petunt. Concionatores populum indefeſsè hortantur ut ſuam liberalitatem in illos incarceratos impendant.

XV. Pro redimendis Chriſtianis, qui à Mauris, Turcis, & Barbaris detinentur, variæ ſunt religiones: quarum alia vocatur de redemptione Captivorum, alia de Mercede captivorum: quorum Religioſi in Barbaras nationes pergunt, & ex eorum manibus datâ pecuniâ redimunt, ac libertati reſtituunt. Aliquas etiam domos habent Romæ, maximasque Indulgentias Summi Pontifices conceſsêre iis, qui præfatis Religioſis manus adjutrices in illum finem porrexerint.

XVI. Cùm lites & contentiones quotidie oriantur, etiam inter parentes cum maximâ jacturâ, non tantùm rei familiaris, ſed etiam ſalutis. Ut his malis præveniatur, Patres Oratorii totis animis incumbunt ad illas diſcordias ſedandas. Quod ſi lis ſit introducta, & altera pars litigans ſit pauperior, illi ſubvenitur per Congregationem erectam apud Clericos Regulares Sancti Pauli in foro Antonii, conſtitutis etiam Advocatis & Procuratoribus, qui totum proceſſum accuratiſſimè examinant, & cauſæ Juſtitiam acerrimè propugnant. Quod ſi deprehendant cauſam eſſe injuſtam, hortantur nè ulterius procedant. In antiquo Collegio Sancti Euſtachii etiam Procuratores aſſignantur, qui pauperum cauſam ſuſcipiant & tueantur etiam

in

in Tribunali Rotæ : nè ob egestatem justa prætendens cedere cogatur. Imò Advocati, & Auctuarii tenentur omnes scripturas gratis expedire. Quod si charitatem, quæ Romæ erga infirmos exercetur examinemus, eam esse immensam & inexplicabilem comperiemus. Primò occurrit Hospitale Sancti Spiritus non longè à Monasterio nostro Transpontino. Scio à Symmacho Papâ apud Alphonsum Ciaconium in vitâ Symmachi, Platinam & alios, fuisse cõstructas pauperum ædes ad Beatos Petrum & Paulum Apostolos, & ad Sanctum Laurentium Martyrem, & cautum nè quid eis deesset quoad victum, ita enim pauperum amator erat. Sed an sit Xenodochium, quod non longè à Vaticano ad Tiberis littus in urbe Saxonum, non satis constat. Domus enim à Symmacho fundata erat Templo Divi Petri contigua : Xenodochium verò de quo jam agimus parum distat à Vaticano. Cœterùm est totius Orbis celeberrimum, ut potè quod suo ambitu, tot domos, tot palatia complectatur, ut oppidum potius, quàm aliquod speciale habitaculum præ se ferat. Dicitur fundatum ab Innocentio III. & in ampliorem, ac elegantiorem formam erectum à Xisto IV. Illius ædes sacra S. Spiritui. dedicata est. Administratur à viris Religiosis albâ cruce in pectore insignitis, quorum Superior est ex primariis totius Curiæ Prælatis. Sub iis plurimi sunt ministri stipendio conducti. In eo recipiuntur ægroti seu febricitantes, & vulnerati cujuscumque sint nationis, singuli in privatis lectis. Quod si penes se aliquas pecunias habeant, deponunt apud illius loci custodem, quas sanitati restitutis fideliter reddit. Xistus IV. Palatium vicinum pro Nobilibus construxit. Plures Medicos, & Chirurgos habet, qui nocturnas excubias agũt per vices. Pharmacopolia tantis aromatibus, pharmacis, & aliis ad curandos ægrotos necessariis abundat, ut omnes quotquot sunt in orbe facile superet. Medici etiam spirituales non illis desunt, nam præter illos etiam aliorum Ordinum Religiosi ægrotos invisunt, verbo divino pascentes, & ad patientiam aliosque virtutum actus eliciendos exhortantes. Tanta est charitas & cura erga illos, ut ibi sint aliquæ rhedæ urbanæ, quibus vehuntur (maximè qui lentâ febre laborant) per amœniora urbis loca, ut meliorem aërem hauriant; tempore refectionis ordinariæ canitur organis, & aliis instrumentis. Ibidem etiam suscipiuntur pueri & puellæ expositi. Cùm puellæ sunt nubiles cum dote honestâ, vel matrimonio dantur, vel in aliquod Monasteriũ introducuntur, undè præter locum curandis infirmis destinatũ, alius est pro expositis pueris cum nutricibus: alius pro adultis masculis, ubi aliquam artem addiscunt : alius pro puellis adultis, quæ in ætate adultâ, vel velantur in monasterio ibidẽ exstructo, vel 2.ª die post Pentecosten maritantur, & die sponsaliorum seu nuptiarum instruitur lautum convivium, dosque & mundus muliebris honestus illis datur. Census annuus illius Xenodochii est amplissimus, ascendens ad centena millia aureorum.

Prope Sanctum Joannem Laterа- XVII
nensem est Xenodochium à Joanne Cardinali primitus fundatum, in quo utriusque sexus vulnerati, & febre laborantes separatim recipiuntur & curantur, eâ sollicitudine quâ in Sancto Spiritu: ibi etiam sunt rhedæ pro vehendis iis qui puriore aëre indigent. Ibi sunt medici, chirurgi, sacerdotes, ut in Sancto Spiritu; & amplissimus reditus. Alia olim erant Xenodochia Sanctæ Mariæ in porticu sub invocatione gratiarum, & sanctæ Mariæ Consolationis; quæ omnia ad unum scilicet Consolationis reducta sunt : ibi vulnerati & febricantes recipiuntur, ut in aliis, suosq; habet medicos, chirugos, & sacerdotes. Accedunt ad optimum ejus reditum piorum aliquorum eleëmosynæ. In Regione Trans-Tiberinâ est aliud hospitale B. Virginis, ubi præcipuè mechanici, nautæ, molitores, caduarii, sutores, lignarii, bubulci vinarii habent etiam suos medicos tam spirituales quàm corporales. Aliud est institutum à Sodalitate sancti Rochi, & auctum liberalitate Cardinalis Salviati, in quo similiter excipiuntur utriusque sexus infirmi, ut supra : præcipuè nautæ, cauponarii, lignarii, sartores, tibicines, cupedinarii, salsamentarii, quorum eleëmosynis non mediocriter etiam

Digitized by Google

excrevit illud hoſpitium. Juxta forum Traïani magnificum Templum eſt Virginis Lauretanæ cum adjuncto hoſpitali pro recipiendis præcipuè piſtoribus, (quorum ope illud ædificium auctũ eſt) qui vulnerati ſunt, vel febre laborant. In Inſulâ Tiberinâ eſt Xenodochium Religioſorum Venerabilis Colanitæ, ſeu de Deo, qui erga infirmos indefeſſam ſollicitudinem exercent, pharmacis melioribus undique comparatis, cum adjuncto Templo Salvatoris, quotidie creſcit piorum eleëmoſynis. Aliud eſt ad Portam Angelicam in urbe Leoninâ in quo non tantùm peregrini hoſpites recipiuntur, ſed etiam infirmi.

XVIII. Hoſpitale Sancti Jacobi in Auguſtâ ab Hortis Auguſti, fundatum à Petro Cardinali de Columnâ, ſuſcipit vulneratos, attractos, hernioſos, ſimilibusq; vulneribus incurabilibus laborantes: undè vulgò hoſpitium incurabilium vocatur; Fratris Clementis de Aracœli hæreditate univerſali locupletatum. In Eſquiliis eſt alterum ſancti Antonii pro laborantibus epidimiâ: alio verò tempore, pro mancis, mutilatis. Illi verò qui & corpore, & animo laborant, in propriis domibus curandi cõmittuntur uxoribus, prolibus, & domeſticis, opibus ſeu auxilio Romanę pietatis, maximè Sodalitatis in Templo duodecim Apoſtolorũ erectæ: Quæ viſâ Parochi atteſtatione, pecuniã, & pharmaca ſuppeditat. Habet hæc Sodalitas ſui protectorem aliquem Eminentiſſimum Cardinalem, qui etiam abundè ex propriis illam auget. Non omittenda hic liberalitas Borgheſii & Ludoviſii: ille pharmacopolium à ſe extructum, omni genere pharmacorum, ſuis expenſis, copioſè replevit, tantùm ad uſum illius Parochiæ in quâ habitat: hic verò pro pauperibus totius urbis & ſuburbiorum, quocumque morbo laborẽt, quæ gratis illis ſubminiſtrantur: cui pharmacopolio addixit 2400. aureos. Accedunt duo alia ſancto Lazaro dedicata, pro elephantiacis ſeu leproſis, quorum unum eſt extra muros urbis Leoninæ ad radices Montis Amari, alterum viâ Oſtienſi ad radices Collis Aventini. Præter enumerata Xenodochia in quibus omnibus pluſquã 1500. lecti reperiuntur, multæ nationes ſua peculiaria habent; Florentini prope Templum ſancti Joannis Baptiſtæ ad ripam Tiberis. Senenſes prope Templum ſanctæ Catharinæ Senenſis viâ Juliâ. Genuenſes in hoſpitio Baptiſtæ. Inſubres in hoſpitio ſanctorum Ambroſii & & Caroli. Illyrici & Dalmatæ in hoſpitio ſancti Hieronymi. Quod ſi in propriis domibus curari malunt, illis ſubminiſtrantur & pecuniæ, & pharmaca, & medici. Galli in hoſpitio ſancti Ludovici. Britones in hoſpitio ſancti Ivonis. Flandri in hoſpitio ſancti Juliani. Arragonenſes in hoſpitio B. Virginis de Monte-Serrato. Caſtellani in hoſpitio ſancti Jacobi. Luſitani in hoſpitio ſancti Antonii. Pergamenſes prope fotum Antonini habent Xenodochium pro recipiendis ægrotis nationalibus, ſive divitibus, ſive pauperibus. Armeni in hoſpitio S. Mariæ Ægyptiacæ recipiuntur. Multæ etiam artes habent ſua Xenodochia ſpecialia. Pharmacopolæ ad Baſilicam S. Laurentii in foro Romano nunc Boario, auctore Cardinali Aſtorgio Aginenſe Beneventano. Piſtores Teutonici juxta Campũ Floræ ad Templum ſanctæ Elizabethæ, famulis aulicorum ſacri Palatii retrò Sancti Petri Baſilicam erectum eſt, cum annexo templo S. Marthæ.

XIX. Quia verò præcipuum opus miſericordiæ tam corporale, quàm ſpirituale, quod exerceri poteſt, eſt viſitatio, & exhortatio ad benè moriendum, quæ exhibetur infirmis agonizantibus: non tantùm Paſtores id munus obeunt, ſed etiam Religioſi mendicantes, Patres Societatis, PP. Oratorii, qui non tantùm publica Xenodochia adinſtar Eliæ, & Eliſei, Chriſti, & Apoſtolorum, Sancti Dominici, S. Franciſci, S. Ignatii, Sancti Xaverii, & Patriarcharum aliorum Ordinum, ſed etiam privatas domos viſitant, ut ſuâ præſentiâ, & obſequiis ſpiritualibus foveant, Sacramentisque Eccleſiæ ritè muniri curent. Ut hoc charitatis obſequium ritè ac magis ſtudiosè perſolvatur, quædam Congregatio ex profeſſo inſtituta eſt à Camillo, cui primariò incumbit infirmis adeſſe, & ab eis non recedere, niſi vel convaluerint, vel obierint. Et cum aliquam corporis refectionem ſumere debent, alii ſuccedunt. Quod Charitatis officium

officium non tantùm spirituale est, ut patet, sed etiam corporale: Nam experientiâ quotidianâ (quæ in medicina præstat Theoriæ) ipsi aliquandò melius norunt, quàm medici, quo tempore qualis & qualiter cibus, & potus infirmis sit præbendus. Eos etiam hortantur, ut ex æquo & bono de bonis temporalibus ultimâ voluntate disponant, cum eâ tamen religionis cautelâ, ut sibi nè minimùm quidē relinqui persuadeant, vel postulent. Hujus instituti professi gerunt in dextro pectore crucem prægrandem, lignei, seu fulvi coloris. Hujus Crucis causâ dicitur esse Mater Camilli, quæ prægnans visa est sibi parere filium tali Cruce insignitum. Horum Religiosorum Cœnobium est propè Basilicam Agrippæ, seu Panthеon ad S. Mariam Magdalenam.

XX. Omissis variis locis sepulchralibus, unum tantùm cæmiterium referam ad radicem Vaticani propè Basilicam S. Petri Principis Apostolorum, quia (ut multi existimant) & experientiâ exemploque probatum est, illa terra incolas recipere non potest. Fertur enim Peregrinos è Palæstinâ Romam convolantes sive devotionis gratiâ, sivè causâ persecutionis fugiendæ, ex sacris Hierosolymorum locis corbes terrarum transportasse. Undè illud Cæmiterium Campus Sanctus nuncupatur.

XXI. Quod si Romani Pontifices, Clerus, & Populus, tanta charitatis officia in vivos exercent, non minoribus mortuos prosequūtur. Undè Sodalitas pietatis instituta est, cujus Confratres sunt primariæ Nobilitatis Romanæ. Quos in urbe defunctos invenit, tumulo mandari curat; quos in Tiberim submersos scit, extrahi studet, & Christiano more inhumari. Nè Christianis pauperibus ritus sepulturæ deficiat, ut decenti pompâ efferantur, etiamsi suburbani vel rustici sint, decenti pompâ Sacerdotum, Confratrum, & cōpetenti numero cereorum, eorū cadavera ad locum sepulturæ jubet efferri. Itaut nec ab imbribus, nec caloribus æstivis possint ab ejusmodi pietatis exercitio etiā ipsa efferendi, cōmoditas vel minimum retardari. Pro reis capite damnatis instituta est Sodalitas (quam vocāt) Florentinorum seu Etruscorū. Ex his pridie quàm reus ultimo supplicio afficiatur, aliqui hujus Sodalitatis etiam ex primariâ Nobilitate, ad damnatorum carceres mittuntur: quibus non nisi præsentibus ultima mortis sententia indicitur: ut consolentur rēos tali nuncio consternatos, eorumque ejulatus cohibeant, ac animum in varias cogitationes distractū ad meliorem mentem reducant, verbis humanissimis, amplexibus, suisque exhortationibus ad patientiam excitent, variis ad hoc argumentum productis exemplis Christi & Sanctorum. Quod reliquum est usque ad mortem, tempus impendunt sacris illis colloquiis & exhortationibus, usque adhoram supplicii, quâ instante sacrum celebratur, in in quo reus communicat, deindè ducitur ad locum supplicii, per illos Sodales binos & binos, saccis seu nigris ad pedem talaribus indutos, capiteque coopertos; nigrā crucem prę se ferētes, preces aliquas recitando. Qui apud reum nocturnas excubias egerunt, eumque ad mortem disposuerunt, illi adsunt, ducuntque per urbem, eum humeris, brachiisque sustinentes, & usque ad supplicium, ad constantiam exhortantes, nec ab eo recedunt, donec expirarit. Quo defuncto, silenter bini recedunt. Sub vesperum eodem ordine ad locū supplicii se conferunt, laqueum suspensi præscindunt, cadaver nigro imponunt feretro, & pompâ funebri deferunt ad ædes Divo Joanni decollato sacras.

Ex his facile concludi potest non im- XXII
meritò Romanum Pontificē omnium mortalium Patrem sanctum, Romam verò, omnium totius orbis Ecclesiarum sanctam Matrem; & utrumque omnium quotquot sunt in orbe Prælatorum, Principum, populorum, Ecclesiarum typum appellari: quod utinam imitarentur, & facerent secundùm illud exemplar, quod illis monstratum est. Scio in Orbe plurimas Civitates magis abundare, & populo, & opibus, & commerciis, ac mercimoniis, & esse multas Romanâ Civitate longè præstantiores, Reges Dominiis Romanum Pontificem, & sacrum Purpuratorum Senatū superare: sed sanctitatis, & charitatis operibus Rom. Pontifex, Romana Civitas & Ecclesia longè illos excedit,

dit, ubi terrarum ſunt tot Canonicorũ Collegia cum ſuis Eccleſiæ miniſtris, tot ſunt Parochiæ, tot Monaſteria utriuſque ſexus, tot Templa ampliſſima ac pulcherrima, tot Hoſpitalia, tot Xenodochia, tot Sodalitates inſtitutæ ad quaſcumque neceſſitates ſublevandas? nullibi nullæ æquiparari ei poſſunt. Quæ charitatis opera in aliis mundi partibus ſparſim exercentur, ea in hâc ſolâ Romanâ Civitate fiunt. Eſto alibi quædam Sodalitia, &c. originem accipiant: tamen Romam quaſi in mare confluunt, & ibi magis vigent, quàm in propriâ (ex quâ ſcaturiunt) origine. Quod ſi proles plus attendunt parentũ facta quàm verba, Prælati, Principes, populi, Eccleſiæ particulares mirentur & imitentur opera charitatis, quæ ergà incolas, peregrinos (cujuſcumque ſtatus, conditionis, ſexus, ætatis, regionis ſint ad quamcumque miſeriam redacti ſint) exercentur.

XXIII. *Chryſoſt* Divus Chryſoſtomus homil. 3. operis imperfecti. *Verè talis dicitur eſſe Princeps in populo, ut totus populus ſemper aliquid novi inveniat, quod imitetur.* Oculos Eccleſiæ particulares Prælati, Principes & populi Chriſtiani in Pontificem Romanum, in Collegium Principum Purpuratorum, aliosque Ordinum inferiorum Prælatos, imò in Populum Romanum conjiciant aliquod opus miſericordiæ ſemper invenient, quod imitentur. lib 1. Regum cap. 10. fertur quod Saul electus *Stetit & altior fuit univerſo populo ab humero & ſurſum*, v. 23 Ita ut ab omnibus facile conſpiceretur. Quid per illam altitudinem, ſeu eminentiam intelligit? non corporis proceritatem, ſed virtutum excellentiam D. Greg. lib. 4. in l. 1. Reg. cap. 4. *Ab humero & ſurſum. Hâc ſpecie corporis in perſonâ ordinandi Antiſtitis præſignantur acta virtutis, collo & capite altitudinem omnium ſuperabat, & qui altior erat in populo ad humerum Regis pertingebat.* Romana Eccleſia & Civitas ſuo Romano Capite & Pontifice omnes quotquot ſunt in orbe Prælaturas altitudine non tantùm poteſtatis, & authoritatis, ſed etiam charitatis ſuperat nec immeritò. *Quia* (inquit D. Gregorius citatus) *qui ad regendum quæritur, tantæ debet eſſe perfectionis, ut quidquid populus de bono opere ſibi proponit, in ſuâ converſatione demonſtret.* Quid per Saulẽ electum, & unctum intelligis? Prælatum vocatum à Domino; præſertim Romanum Pontificem, qui altior aliis eſſe debet non; mole corporis, ſed virtute charitatis, & aliarum virtutum, debet illis præeminere: quia exemplar eſſe debet bonorum operum quæ ab inferioribus debent exerceri. Tantæ oportet eſſe perfectionis, ut quidquid populus de bono opere ſibi proponit, in ſuâ converſatione demonſtret. Demonſtrat Pontifex, demonſtrat Purpuratorum Senatus, demonſtrant Prælati, demonſtrat Populus quæ virtutis exercitia, & erga quos unuſquiſque fidelium operari debeat. Eodem lib. 1. Regum cap. 9. v. 22. De Samuele habetur. *Aſſumens Samuel Saulem & puerum ejus introduxit eos in triclinium, & dedit ei locum in capite eorum qui erant invitati.* Cur Samuel aſſumit Saulem? Cur aſſumptum introducit in triclinium? Cur dat ei locum in capite eorum, qui erant invitati? Quid Samuel ſignificat? Samuel idem eſt ac *Poſitus à Deo.* Saul Summum Pontificem figurat, qui in aſſumptione ſuâ ad Pontificatum introducitur in triclinium: ad charitatẽ uberiùs exercendam inducitur. Dicitur *in capite eorum qui fuerant invitati.* Quaſi diceret, licet à Cœtu Cardinalium nominetur Pontifex Romanus, non tamẽ ab ipſis poteſtatem accipit. Bellarminus lib. 2. de Rom. Pontifice cap. 17. *Petrum* (inquit) *non Cardinales, ſed Chriſtus creavit Pontificem, & Clementem non Cardinales ſed Petrus elegit. Præterea ſi Cardinales conferrent Pontifici poteſtatẽ, iidem poſſent auferre.* Quaſi diceret ſicut Samuel unxit & conſtituit Saulem in medio eorũ, qui fuerãt invitati: ita Chriſtus in medio Cardinalitũ Congregatorũ conſtituit Alexandrum VII. caput Eccleſiæ. *Sicut* (in theſauro apud D. Thomam in opuſculo contra Græcos) *Chriſtus accepit à Patre ſceptrum Eccleſiæ gentium &c. Super omnem principatum & poteſtatem, ſuper omne quodcumque eſt, ut ei cuncta curventur: ſic & Petro & ejus ſucceſſoribus pleniſſimè commiſit.* Pondera illa verba: *Petro & ejus ſucceſſoribus &c.* Hugo Cui aſtipulatur Hugo Etherianus ſivè Eberianus Eretrianus lib. 3. cap. 17. *Ex ipſâ rei*

Lib. 1. Reg c. 10. v. 32.

D. Greg.

Bellar.

Hugo Eber.

evidentiâ

evidentiâ liquidè apparet, quod Petrum ejusque successorem Christus Principem, & Caput, non modò Latinorum & Græcorum, Occidentis, Septemtrionis universi: verùm etiam Armenorum, Arabum, Iudæorum, Medianitarum, totius Orientis, ut Meridiani & Climatis in perpetuo consistit. Expende illa verba: *Petrum ejusque Successorem Christus Principem & Caput constituit.* D. Athanasius epist. ad Fœlicem Papam hujus eminentiæ à Christo collatæ rationem affert. *Vt nobis* (inquit) *succuratis.* Quasi diceret quemadmodum caput in totum corpus influit, ita Pontifices ad hoc constituti sunt à Christo, ut toti Ecclesiæ corpori succurrant. Sanctus Gregorius supra citatus addit. *Saul electus Rex in triclinium fuit à Samuele introductus, ideſt in latitudinem charitatis, & dedit ei locum in capite eorum, qui fuerant invitati, quia rector per vim magni amoris supernæ vitæ propositum accipit, & præ cæteris sublimem virtutem: & dedit illi armum pectoris scilicet fortitudinem actionis: debet enim infirmis compati.* Expende illa verba: *Latitudinem charitatis.* Quasi diceret qui constitutus est aliorum caput, debet charitatem, quæ est virtus sublimis, & omnium virtutum regina, non ad unum extendere, sed ad omnes: debet latitudo charitatis illius coęquari latitudini suæ potestatis: debet ad Orientales, Occidentales Meridionales, Septemtrionales, Latinos, Græcos, Barbaros, Juvenes, Senes, quocumque morbo laborent. *Debet* (inquit) *infirmis cõpati.* Et sicut caput in totũ corpus influit, & singula membra pro modulo suo toti corpori inserviunt ad imitationem capitis: ita sanè ad imitationem Ecclesiæ Romanæ Capitis, debent Ecclesiæ inferiores, debent Civitates, Respublicæ, Prælati, Principes, peregrinis infirmis compati. Ita ut ad eos de Romano Pontifice dicere liceat quod olim Sanctus Isidorus Peluſiota epist. 466. scribebat Zenoni, de Hermogene Episcopo. *Itaque si tu illius insistere vestigiis statuisti, in illum, velut in Archetypum quoddam exemplar intuendo virtutem tuam, modestâ quâdam & humili de te ipso opinione confirma & sigilla. Sic namq; egregiam custodiam ac præsidium, & tutissimum signaculum rectè factorum tuorũ thesauro appones.* Sic fideles videant & imitentur quanta à Romanis Pontificibus, Prælatis, à Senatu, Populoque Romano in solâ Urbe Romanâ erga omnis generis & nationis homines misericordiæ opera, tam spiritualia quàm corporalia, veræ sanctitatis indicia exerceantur.

Athan.

Isidorus Peluſiot.

CAPUT NONUM

Ejusdem argumenti prosecutio.

QUOD Sanctus Hieronymus olim scribens Paulino de institutione Monachi docebat, id sanè omnibus Ecclesiis, omnibus Prælatis, omnibus Principibus, Magistratibus, populis, & Subditis dicere licet. *Habet unumquodque propositum Principes suos. Romani Duces imitentur Camillos, Fabricios, Regulos, Scipiones. Philosophi proponant sibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Aristotelem. Poetæ æmulentur Homerum, Vrgilium, Menandrum, Terentium. Historici Thucydidem, Salustium, Herodotum, Livium. Oratores Lysiam, Gracchos, Demonstenem, Tullium. Et ut ad nostra veniamus; Episcopi, & Presbyteri habeant in exemplum Apostolos, & Apostolicos Viros, quorum honorem possidentes, habere nitantur & meritum. Nos autem habeamus propositi nostri Principes, Paulos & Antonios, Iulianos, Hilariones, Macarios. Et ut ad scripturarum autheritatem redeam noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces filii Prophetarum, qui habitant in agris & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula prope fluenta Iordanis.* Elias & Eliseus non tantùm solitariorum Duces sunt, sed Prælatorum, Principum, Subditorum &c. Eorum enim dicta & facta non tantùm admiranda sed & imitanda sunt. Eorum vita non tantùm typus est vitæ Monasticæ, sed Ecclesiasticæ; non tantùm popularis, sed etiam aulicæ, ut patet ex eorum historiâ. Si enim de operibus misericordiæ corporalis sermo sit, in illis excelluit: ac primò in pascendis pauperibus Elias; ut patet ex Muliere Sareptanâ, cujus domus toto tempore famis orante Eliâ victu necessario luculenter abundavit. Eucherius. *In verbo Prophetæ*

I. Hieron.

l. 3. Reg. c. 17. v. 16.

Eucher.

Prophetæ tota domus viduæ piorum cellarium facta est. Non ibi ros, non pluvia, non veris aura, non calidi soles, non agricola, non colonus; sed omnia in omnibus, sermo Prophetæ affatim subministrabat. In illo etiam pastu corporali sanctus Eliseus singulariter enituit. Non enim solùm pavit viduam pauperem & ejus domum, Lib. 4 Reg. cap. 4. multiplicatione olei, quod secundùm sanctum Augustinum serm. 206. de tempore, est misericordiæ symbolum. *In oleo* (inquit) *misericordia intelligitur.* sed totum Collegium Prophetarum. l. 4. Reg. c. 4. v. 41. Lib. 4. Reg. c. 4. v. 41. *Afferte* (inquit sanctus ille Propheta) *farinam. Cùmque tulissent misit in ollam, & ait infunde turbæ, ut comedant, & non fuit amplius quidquam amaritudinis in olla.* Toti exercitui Regis Israel siti laboranti aquam abundè subministravit. Lib. 4. Reg. c. 3. l. 4. Reg. c. 3. v. 17. v. 17. *Hæc dicit Dominus: Non videbitis ventum, neque pluviam, & alveus iste replebitur aquis, & bibetis vos, & familiæ vestræ, & jumenta vestra.* Non tantùm aquam præbet exercitui, sed populum pane miraculoso reficit. Lib. 4. l. 4. Reg. cap. 4. v. 43. cap. 4. v. 43. *Da populo ut comedat: hæc enim dicit Dominus, comedent, & supererit. Posuit itaque coram eis; qui comederunt, & superfuit juxta verbum Domini.* Imò milites Syros missos ad se capiendum prohibens occidi, benè pastos dimittit. l. 4. Reg. c. 6. v. 22. lib. 4. Reg. cap. 6. v. 22. *Non percuties* (inquit Regi Israel) *neque enim cæpisti eos gladio & arcu tuo, ut percutias; sed pone panem & aquam coram eis, ut comedant & bibant, & vadant in domum suam. Appositaq; est eis magna ciborum præparatio, & comederunt & biberunt, & dimisit eos, abieruntque in domum suam; & ultra non venerunt latrones Syriæ in terram Israel.* Chrysost. S. Chrysostomus tom. 1. hom. de Eliseo, de Syris tam insigniter ab Eliseo exceptis. *Postquàm* (inquit) *apponi mensas aspiciunt, & dapibus se invitari cognoscunt, mirantur & stupent sibi pro morte victum, pro interitu cibum, convivium pro pœnâ offerri. Aut istic* (inquiunt) *aliquæ latent insidiæ: aut si simplicia ista & vera sint, quales se exhibent suis, cùm tales se exhibeant alienis: aut quomodo cives diligunt, qui hostes taliter tractant? aut quemadmodum accepta referunt beneficia, apud quos humanitate expungitur pœna.* Quando illis mensas sternit Eliseus, eosque reficit? postquàm visum recuperarunt, Eliseo orante v. 20. l. 4. Reg. c. 6. v. 20. *Domine aperi oculos istorum ut videant; aperuitque Dominus oculos eorum & viderunt se esse in medio Samariæ.* Sic omnibus Cathecumenis (qualescumque sint) sivè Græci, sive Turcæ &c. qui arma moverunt contra Ecclesiam, ejusque caput, scilicet Pontificem Romanum, & Thiarâ & vitâ privare studuerũt, Xenodochia, domosque amplissimas ædificavit in quibus abundè universa ad victum necessaria suppeditantur: itaut meritò inferre queant. *Quales se exhibent suis, qui &c.* Si defunctorum sepultura inter opera Misericordiæ recenseatur, sanè eorum ad vitam suscitatio, locum & nomen Misericordiæ debet comparere. Sic lib. 3. Reg. c. 17. l. 3. Reg. v. 19. *Da mihi* (inquit Elias mulieri Sareptanæ) *filium tuum. Tulitque eum de sinu ejus, & portavit in cœnaculum, ubi ipse manebat, & posuit super lectum suum &c. v. 21. Et expandit se, atque mensus est super puerum tribus vicibus, & clamavit ad Dominum, & dixit: Domine Deus meus; revertatur obsecro anima pueri in viscera ejus. Et exaudivit Dominus vocem Eliæ & reversa est anima pueri intra eum, & revixit.* Idem lib. 4. Reg. cap. 4. de Sancto Eliseo legimus v. 32. *Ingressus* l. 4. Reg. *est Eliseus domum, & ecce puer mortuus, jacebat in lectulo ejus. Ingressusque clausit ostium super se, & super puerum, & oravit ad Dominum: & ascendit, & incubuit super puerum &c, & oscitavit puer septies, aperuitque oculos &c.* Nolo huc referre quot sanctorum Pontificum ac virorum Apostolicorum precibus ad vitam revocati sunt: hoc in præsentiarum sufficiat innumeros parvulos infantes è faucibus mortis corporalis quotidie eripi, quos Xenodochium celeberrimũ sancti Spiritus, expositos benignè recipit, & non baptizatos sacro Baptismatis lavacro regenerat.

II. In operibus Misericordiæ spiritualibus utrumque Prophetam excellüisse, patet ex totâ historiâ sanctorum Eliæ & Eliseï. Præcipuè ex ipsius Eliæ verbis lib. 3. Reg. cap. 19. v. 10. *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum.* Cornelius: *Cruciorcùm videam Synagogam, quæ sponsa est Dei ab eo deficere, & ad Baal quasi* l. 3. Reg. c. 19. v. 10.

quasi ad adulterum transire. Quem zelum manifestaturus est sub finem mundi, de quo per Malachiam c. 4. v. 5. hæc vaticinatur. *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam antequã veniat dies Domini magnus & horribilis, & convertet cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres eorum.*

Cornel. Cornelius: *Veniet, ut suos Iudæos per tot sæcula aberrantes à Deo, ad eum & Christũ reducat.* Idem infra: *Elias cor, id est mentẽ patrum transferet in filios, excitandõ scilicet in filiis idem cor, id est eundẽ animum, fidem, desiderium, & devotionem erga Christum, quod habuerunt eorum patres, ut eos filii amulentur, & imitentur quasi diceret: Elias suâ prædicatione restituet, & revocabit fidem, & devotionem Patrum, Patriarcharum antiquorum erga venturũ Messiam, in filiis, id est posteris: ut & ipsi vivâ fide, & ardenti studio Christum quasi Messiam jam præsentem amplectantur, itaque ignitum Patrum erga Christum desiderium, jam multis sæculis per infidelitatẽ & scelera extinctum accendet in filiis.* Idem prænuntiat Siracides Ecclesiastici c. 48. v. 11. *Veniet Elias conciliare cor Patris ad filium, & restituere Tribus Iacob.* Et Christus Matth. cap. 17. v. 10. *Elias*

Hieron. *quidem venturus est, & restituet omnia.* Undè Sanctus Hieronymus notat, quod Elias dicitur *Thesbites* à *Thesbi*, quod significat conversionem, quia convertet Judæorum corda per pœnitentiam ad Deum suum. Quibus

Chrysostomus. arridens Sanctus Chrysostomus homiliâ 58. in Matth. *Elias* (inquit) *restituet omnia, incredulitatem videlicet Iudæorum, qui tunc erunt residui ad fidem convertet.* Cornelius citatus notat Christum per illa verba: *Elias restituet omnia, significari ingentem tunc fore conversionem: Eliam facturum pacem inter Iudæos & Gentes tanto tempore discordes, ut uno fœdere in Christi fidem & Ecclesiam coëant. Insuper Eliam collapsos Cleri, & populi mores reformaturum, suoque Zelo Apostolico omnia ad avitum nitorem, & primigenium splendorem, quem habuit Ecclesia tempore Apostolorum reparaturum, ut Christiana Religio & Sanctitas ubique mirificè splendeat & corruscet.* Ex quo loco Julianus Archiepiscopus Toletanus lib. 1. contra Judæos probat eos, jam aversos esse à Christo, & consequenter Christum jam venisse, quia ad eum convertentur in fine mundi, nec enim converti poterunt nisi aversi. Judæi autem ab alio Christo non sunt aversi, quàm à nostro Jesu Christo, igitur hic verus est Christus & Messias. Quod Ecclesia Romana hunc Eliæ zelum in cõversione infidelium & peccatorum imitata fuerit, & imitatura usque ad finem mundi, patet ex dictis, & confirmatur ex more Ecclesiæ, quæ (ut notant Scholastici in 4. distin. 40. & in 3. p. D. Thomæ) ad valorem Indulgentiarum præter causam intrinsecam, quæ est spiritualis egestatis sublevatio, requirit causam extrinsecam finalem, quæ moveat Pontificem ad Indulgentias fideliter, prudenterq; dispensandas, quæ præter intrinsecam utilitatẽ, quam affert personæ, cui conceduntur, redundet in aliquam Ecclesiæ utilitatem, bonum cõmune, & Dei, Sanctorumque gloriam: quam causam motivã Pontifices apponere solent in concessione Indulgentiæ, scilicet reformationem Ecclesiæ, publicam pacem, Christianorum Principum concordiam, Fidei, seu Catholicæ Religionis propagationem, Ecclesiæ Romanæ exaltationem, Sedis Apostolicæ conservationem, Hæreticorum & Infidelium conversionem, & similia. Cujus causæ seu motivi necessitatem expressè declarant Pontifices, Clemens VI. in extravagante. *Vnigenitus de pœnitentiis & remissionibus.* Dicens potestatem dispensandi hunc thesaurum commissum esse. *Per suos in terris Vicarios fidelibus salubriter, & propriis & rationalibus causis dispensandum.* Martinus V. in fine Concili Constant. post damnatos articulos Wicleffi & Joannis Hus in interrogatorio articulorum, Leo X. in epistolâ ad Cajetanum Legatum suum in Germaniâ idem asserunt.

III. Quod Ecclesiæ particulares, imò Ordines Religiosi hunc finẽ, hoc motivum habere debeant, patet ex Xenodochiis, Collegiis, &c. quæ in illis omnibus extructa sunt, seu ex varietate religionum, quarum aliæ institutæ sunt ad opera vitæ activæ, quia ex D. Thomâ 2. 2. q. 188. a. 2. in corpore. *Religionis status ordinatur ad perfectionẽ charitatis, quæ se extendit ad dilectionem Dei & proximi, &c. ad dilectionem proximi directè pertinet*

vita activa, quæ deservit necessitatibus proximorum. Quam Religiosorum exercitationem laudat Sanctus Jacobus cap. 1. v. 27. *Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione illorum.* Et Apostolus ad Hebræos cap. 1. v. 13. & seq. *Charitas fraternitatis maneat in vobis: Et hospitalitatem nolite oblivisci: per hanc enim latuerunt quidam Angelis hospitio receptis. Mementote vinctorum tanquam vincti, & laborantium, tanquam & ipsi in corpore morantes.* v. 16. *Beneficentiæ autem & communionis nolite oblivisci, talibus enim hostiis promeretur Deus.* Cùm autem Religiosi status sit sacrificium offerre Deo, sequitur convenientes Religiones institui ad hujusmodi opera vitæ activæ, cujusmodi sunt, quæ pro mercede & redemptione captivorum, pro infirmorum curâ & custodiâ. Imò quæ ad militandum institutæ sunt. Hujus ultimæ partis ratio Divi Thomæ quæst. citatâ, artic. 3. in corpore est. *Religio institui potest, non solùm ad opera vitæ contemplativæ, sed etiam ad opera vitæ activæ, in quantum pertinent ad subventionem proximorum, & obsequium Dei, non autem in quantum pertinet ad aliquid mundanum tuendum. Potest tamen officium militare ordinari ad subventionem proximorum, non solùm quantùm ad privatas personas: sed etiam quantùm ad totius Reipublicæ defensionem. Undè de Judâ Machabæo lib. 1. Machab. cap. 3. dicitur, Quod prælibabatur prælium Israel cum lætitiâ, & dilatavit populo suo gloriam. Ordinari autem potest ad conservationem divini cultus. Undè ibidem subditur Judam dixisse. Non pugnabimus pro animabus nostris & legibus nostris. Et infra cap. 13. Simon, Vos scitis quanta ego & fratres mei, & domus Patris mei fecimus pro legibus, & pro sanctis prælia. Undè convenienter potest institui aliqua Religio ad militandum, non quidem propter aliquid mundanum, sed propter defensionem divini cultus, & publicæ salutis, vel etiam pauperum & oppressorum, secundùm illud Psalmi 81. Eripite pauperem & egenum, de manu peccatoris liberate.* Idem ad primum ex Sancto Ambrosio libr. 1. de officiis cap. 13. *Fortitudo quæ in bello tuetur à Barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus socios, plena est justitiæ, sicut etiam ibidem Dominus dicit: Quæ tua sunt nè repetas, & tamen si aliquis non repeteret ea, quæ sunt aliorum, si ad eum pertineat, peccaret. Homo enim laudabiliter donat sua, non aliena. Et multò minus quæ sunt Dei, non sunt negligenda, quia (ut dicit Sanctus Chrysostomus super Matthæum homiliâ in imperfecto.) qua sunt Dei dissimulare nimis est impium.* Idem in responsione ad 2. *Militare propter aliquid mundanum, est omni Religioni contrarium, non autem militare propter obsequium Dei.* Ad 4. *Religio non sic institutur ad militandum, quod Religiosis propriâ auctoritate liceat bellare, sed solùm auctoritate Principum vel Ecclesiæ.*

Jacobus c. 1. v. 27

IV. Ejusmodi Religiosos Ordines militares institutos approbavit Ecclesia Romana, variisque Privilegiis exornavit. Præcipuorum institutiones attingamus. Guilelmus Tyrius refert, quod cùm Mahometani Jerosolymam & Syriam universam occuparent ante illam celeberrimam expeditionem in Concilio Claromontano indictam, Mercatores Amalphyrani sæpè ex Italiâ in Orientem navigabant, ac merces, gerentes obtinuerunt ab illarum regionum Rege, locum aliquem propè Sepulchrum Domini, in quo Xenodochium possent extruere, peregrinis excipiendis aptum: quam ædem, seu Monasterium Sancto Joanni dedicavère, ibi plurimi (religionis causâ) vitam suam advenis ibi excipiendis & adjuvandis consecrarunt. Post captam à Christianis Jerosolymam more illorum Cruce vestes signarunt, ac peregrinos excipiendi officio, militare adjunxerunt, paulatimque altioribus animum adjicientes, Ordinem Religiosum instituerunt, legesque condiderunt, se subjicientes Superiori à se creato, (quem vulgò magnum Magistrum vocant) quas Constitutiones ab Ecclesiâ & Apostolicâ Sede curarunt

curarunt confirmari, variisque privilegiis roborari. Genebardus in Gelasio 2. Onuphrius in Chronico anno 1119. Dupleix in Philippo I tom. 2. Galli tunc temporis illa loca peragrantes Italos imitati, Religiosum Ordinẽ fundarunt, tum ad Templi defensionẽ, tum ad vias tutandas, ut peregrini liberius ad loca sancta pergerent, quod institutũ etiam ab Ecclesiâ approbatum est, & hi Templarii dicti sunt. Genebrardus in Gelasio II. Honorio II. Eugenio III. Onuphrius anno 1119. Dupleix in Philippo I. tomo 2. Baronius anno 1118. Guilelmus Tyrius libr. 12. cap. 2. Hi more Canonicorum Regularium in castitate & obedientiâ, & sine proprio velle perpetuo vivere professi sunt, inter quos primi & præcipui fuêre Hugo de Paganis, & Gaufredus de Sancto Ademaro: cùm autem nec Ecclesiam haberent, nec certum domicilium, Balduinus III. Rex Jerusalem habitationem eis assignavit in suo palatio, quod propè Templum Domini erat: undè & Milites templi nominati sunt. Iis Rex & Patriarcha pro victu & vestitu certa beneficia contulerunt, habitum sęcularẽ novem annis gestarunt, qualem fideles illis largiebantur. Anno 9. seu 1129. in Concilio Trecensi in Galliâ sub Matthæo Cardinale Episcopo Albanensi Sedis Apostolicæ Legato, de Mandato Honorii Papæ, & Stephani Patriarchæ Jerosolymitani, præscripta est eis regula, habitusque albus assignatus. Addit Tyrius, quod per illos novem annos, cùm totidem ipsi milites essent, non en numero, non potuisse multiplicari: sed post approbationem Sedis Apostolicæ aucti plurimùm fuerunt & numero & possessionibus. Hos Sanctus Bernardus in sermone exhortatorio cap. 1. ita monet. *Securi procedite Milites, & intrepido animo inimicos crucis propellite, certi, quia neque mors, neque vita poterit vos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu: illud sanè vobiscum in omni periculo replicantes, sive vivimus, sive morimur Domini sumus. Quàm glorioſi revertuntur victores de prælio, quàm beati moriuntur Martyres in prælio! Gaude fortis Athleta, si vivis, & vincis in Domino: sed magis exulta, & gloriare si more-*

Bernar.

ris, & jungeris Domino. Vita quidem fructuosa, & victoria gloriosa, sed utrique mors sacra jure præponitur. Nam etsi beati, qui in Domino moriuntur, num multò magis, qui pro Domino moriuntur? Postquam cap. 2. pericula & damna militiæ sæcularis ostendit, c. 3. hujus militiæ commoda recenset. *At verò Christi Milites securi prœliantur prœlia Domini sui, nequaquam metuentes, aut de hostium cæde peccatum, aut de suâ nece periculum. Quandoquidem mors pro Christo vel ferenda, vel inferenda nihil habeat criminis, & plurimùm gloriæ mereatur. Hinc quippè Christo, indè Christus acquiritur, qui nimirùm & libenter accipit hostis mortem pro ultione, libentius præbet seipsum militi pro consolatione. Miles (inquam) Christi securus interimit, interit securior, sibi præstat cùm interit, Christo cùm interimit. Non enim sine causâ gladium portat, Dei etenim minister est ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Sanè cum occidit malefactorem, non homicida, sed (ut ita dixerim) malecida, & planè Christi vindex in his, qui malè agunt, & defensor Christianorum reputatur. Cùm autem occiditur ipse, non periisse, sed pervenisse cognoscitur. Mors ergò quam irrogat, Christi est lucrum, quam excipit suum. in morte Pagani, Christianus gloriatur, quia Christus glorificatur in morte, Christiani Regis liberalitas aperitur, cùm miles remunerandus educitur. Porrò insuper illo lætabitur justus, cùm viderit vindictam. De isto dicet homo, si utique est fructus justo, utique est Deus judicans eos in terrâ. Non enim vel Pagani necandi essent, si quomodò aliter possent à nimiâ infestatione, seu oppressione fidelium cohiberi. Nunc autem melius est ut occidantur, quàm certè relinquatur virga peccatorum super sortem justorum, nè fortè extendant justi ad iniquitatem manus suas.* Paulò post. *Securè providè dissipentur gentes, quæ bella volunt, & abscindantur, qui nos conturbant, & disperdantur de Civitate Domini omnes operantes iniquitatem, qui repositas in Ierosolymis Christiani populi inæstimabiles divitias*

tollere gestiunt, sancta polluere, & hæreditate polluere sanctuarium Dei. Exerat gladium uterque fidelium in cervices inimicorum ad destruendam omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, quæ est Christianorum fides: Nè quando dicant gentes, ubi est Deus eorum? quibus expulsis in Evangelio. Ecce (inquit) *relinquetur vobis domus vestra deserta.* Matth. cap. 23. &c. hæc luculenter & melliflue S. Bernardus.

V. Circa annum 1191. quidam Cives Bremenses, & Lubecenses (quos multi existimant ex Danico sanguine procedere) apud Acam construxerunt ædes hospitales pro excipiendis & curandis ægrotis, vocaverunt que ordinē sanctæ Mariæ Teutonicorum, quem (teste Polydoro Virgilio lib. 7. de inventoribus rerum) Cœlestinus III. confirmavit. Primus hujus Ordinis Magister fuit Walpotus. Hi è Syriâ translati sunt authoritate Gregorii IX. in Prussiam, qui Livionensibus sibi adjunctis latissimè rem Christianam promovit usque ad annum 1525. quo tempore per hæresim Lutheranam maximam jacturam passus est. In Hispaniâ Ordinem sancti Jacobi excitavit Petrus Ferdinandus, quem Alexander III. approbavit, ut notat Genebrardus anno 1200. & Onuphrius anno 1170. Sub Clemente V. anno 1305. Cùm milites Templarii mirū in modùm ditescerent, & templum sanctum Mahometani jugo eorum incuriâ subactum fuisset, ac satis inhonestè viverent, (ut alibi videbitur) Clemens Pontifex illum Ordinem omninò extinxit, ut notant Papyrius Massonus & alii, ejusque bona maximá ex parte militibus hospitalis adjudicata fuerunt, & reliqua Ordini S. Jacobi. Sic extinctione Ordinis Templariorum maximè crevit Ordo Hierosolymitanorum, sive Hospitaliorum S. Joannis. quia in Galliâ, aliisque locis adjacentibus maximos fundos possidebant. Equites Hierosolymitani an. 1309. abolito Templariorum nomine Rhodum bello navali cœperunt, 15. die Augusti, cunctisque in Asiâ, in Africâ, & Europâ infidelibus bellum perpetuum indixerunt. Ita Palmerius an. 1309. Genebrardus ibidem, Dupleix in Carolo IV. Quam Insulam Rhodiensem recuperavit Turca post octo mensium obsidionem. His ejectis Carolus V. ut Rex Neapolitanus Melitā concessit: ita Onuphrius in chronico, Dupleix in Carolo IV. & IX. Nota discrimen inter Ordines Teutonicorum, sancti Jacobi, & Hierosolymitanorum; quod Teutonici & Hispani vix admittant ullos nationis exteræ, maximè ad Commendas: at Hierosolymitani (qui ex omnibus gentibus ferè cōflati sunt) ad omnia Ordinis munera promiscuè admittuntur. Typus Ordinum Militarium expressus videtur lib. 3. Reg. cap. 18. ubi v. 40. *Dixit Elias apprehendite Prophetas Baal, & nè unus quidem effugiat ex eis. Quos cùm apprehendissent, duxit eos ad Torrentem Cison, & interfecit eos ibi.* Aliqui contendunt Eliam propriâ manu interfecisse, alii manu Filiorum Prophetarū, alii manu populi, Quomodò Elias vir Religiosissimus, imò Religiosorum omnium coryphæus & norma, Prophetas Baal propriá manu delevit, vel per filios Prophetarum Deo specialiter mancipatos per vota Religionis, ut probatissimi Authores contendunt? quia Elias non tantùm preco, sed *Dei Minister est ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: sanè cum occidit malefactorem, non homicida, sed (ut ita dixerim) malecida, & planè Christi vindex in his, qui malè agunt,* (inquit Bernardus citatus, & infra. *Non enim vel Pagani necandi essent, si quomodo aliter possent à nimiâ infestatione seu oppressione fidelium cohiberi. Nunc autem melius est, ut occidantur, quàm reliquatur virga peccatorum super sortem justorum, nè fortè extendant justi ad iniquitatem manus suas.* Ut contigit omni populo Israëlitico, qui à Jezabele & Baalitis seductus, & visis altaribus destructis, ad idola deflexit, utiliis improperat S. Elias lib. 3. Reg. cap. 18. v. 21. *Accedens Elias ad omnem populum, ait, Usquequo claudicatis in duas partes, &c.* Sic libro Regum c. 15. Samuel Sacerdos, (qui secundùm nonnullos aliquod Religiosæ vitæ exemplar posteris reliquit,) Agag Regem Amalec vers. 33. *In frusta concidit coram Domino in Galgalis.* Cornelius: *Quasi sceleratum in victimam anathematis justitiæ, divinæ sacrificans, idque non ex sævitiâ, sed ex zelo justæ vindictæ.*

l. 3. Reg. 18. v. 40

Bernar.

l. 3. Reg. 18. v. 2.

l. 1. Reg. 15. v. 33

Concludo

Concludo cum eodem Mellifluo Doctore. *Videsnè quàm crebrâ veterum attestatione nova, approbatur militia, & quod, sicut audivimus, sic vidimus in Civitate Domini virtutum &c.*

VI. Supereſt ut aliquid de Prædicatione Verbi Dei, ac Confeſſionibus audiendis dicamus: Certùm eſt illis muneribus vitæ activæ animarum ſalutem, ac inſtructionem plurimùm promoveſi, ad quam faciliùs exequendam, Eccleſia Romana quoſdam Ordines Religioſos inſtituit, qui Prædicationibus, & Confeſſionibus audiendis ſpecialiter incumbent. Ita D. Thomas 2. 2. q. 188. art. 4. in corpore. *Convenienter Religio inſtitui poteſt ad opera vitæ activæ ſecundum quod ordinatur ad utilitatem proximorum, & ad obſequium Dei, & conſervationem Divini cultus, magis autem procuratur utilitas proximorum per ea, quæ pertinent ad animæ ſalutem, quàm per ea, quæ pertinent ad ſubveniendum corporali neceſsitati, quantò ſpiritualia corporalibus ſunt potiora.* Prædicatio autem & Confeſſionum exceptio, maximæ ſunt inter opera vitæ activæ & miſericordiæ. Quam praxim obſervatam fuiſſe non tantùm à Filiis Prophetarum & eorum ſucceſſoribus, ſed etiam à Monachis antiquis, patet ex collationibus Patrum, ubi Abbas Neſteros collatione 24. cap. 4. in fine loquens de diverſitate Religionum, ait: *Quidam eligentes agrotantium curam, alii interceſsionem, quæ pro miſeris atque oppreſsis impendunt exequentes, aut doctrinæ inſiſtentes, aut eleemoſynas paupèribus largientes, inter magnos, atque ſummos viros pro affectu ſuo ac pietate viguerunt.* Ex quibus concludo cum D. Thomâ. *Sicut ad ægrotantium curam aliqua Religio inſtitui poteſt, ita etiam ad docendum populum per Prædicationem, & alia ejuſmodi opera.* Hujuſmodi Religiones ſunt Ordines Mendicantium, Societas Jesu, & qui eorum privilegiis participant.

VII. Nec refert quod Religioſi non habeant Parochias vel Diœceſes ſpecialiter determinatas. Nam (ut docet Divus Thomas 2.2. q. 188. a. 4. ad 5. Septuaginta duo diſcipuli, loca determinata etiam nō habuerunt. Accipe ejus verba: *Dicendum, quod formam ſeptuaginta duorum diſcipulorum non ſolùm tenent Presbyteri curati, ſed quicumque alii minoris Ordinis, qui Epiſcopis in eorum officio ſubſerviunt. Non autem legitur, quod ſeptuaginta duobus diſcipulis Dominus aliquas determinatas Parochias aſsignaret: ſed quod mittebat eos binos ante faciem ſuam in omnem civitatem & locum, quo erat ipſe venturus. Oportunum autem fuit, ut præter ordinarios Prælatos alii aſsumerentur ad hujuſmodi officia propter multitudinem fidelis populi, & difficultatem inveniendi ſufficientes perſonas diſtribuendas ſingulis plebibus, ſicut etiam religiones ad militandum, neceſse fuit inſtitui propter defectum ſæcularium Principū ad reſiſtendum infidelibus in aliquibus terris.* Addo oportunum fuiſſe inſtitui Religiones, non tantùm ob defectum operariorum in vineâ Domini (his enim copioſiſſimè abundat Eccleſia Dei) ſed ut Evangelica prædicatio majorem percipiat fructum. Hic autem major expectandus eſt, ab iis qui ſæcularibus negotiis minùs implicantur; propriūq; lucrum non quærunt. Audi S. Petrum Damianum lib. 1. epiſt. 18. *Illi dumtaxat idonei ſunt ad prædicationis officium, qui nullum terrenæ facultatis poſsident lucrum, & dum aliquid ſingulare non habent, communiter omnia poſsident, nihil ſcilicet habentes, & omnia poſsidentes, iisnimirum, dum nullis terrenarum rerum præpediuntur obſtaculis, expediti ſtant pro dominicis caſtris in campo certaminis, & qui rebus exuti ſolis virtutum armis accincti, gladio ſpiritus adverſus vitiorum dimicant acies, idonei bellatores ſunt obluctantium hoſtium obtruncare cervices.* Sanctus Bernardus lib. 3. de Conſideratione, conqueritur ſuo ævo Eccleſiæ miniſtros in Hiſpanias tranſiiſſe; ſed parvo aut nullo profectu: & rationem reddit, quia potius inhiant lucro rerum temporalium, quàm animarum; plus temporis impendunt propriis, quàm Eccleſiæ commodis cap. 3. *Veſtri, qui terram Auſtri tam ſæpe viſitant, ecce hi ſciunt, & poſsunt dicere tibi, eunt & redeunt per medium illorum, & tranſeunt ſecus, ſed quid boni adhuc cum illis egerint necdum audivimus, & forſitan audiviſſemus, niſi præ auro Hiſpaniæ ſalus populi valuiſſet.* Hunc defectum in præconibus animadvertit ſanctus Chryſoſtomus homil. 71. in Joannem, docens

mundanos magis converti operibus quàm verbis, bonâ vitâ Prædicatoris, quàm eloquentiâ. *Nihil adeò Gentiles arguit, ut virtus: nihil adeò offendit, ut malitia; quare cùm cupidum, cùm raptorem, misericordiam & liberalitatem prædicantem, cùm contribules suos tanquam bestias tractantem viderit Gentilis, eum, qui etiam inimicos esse diligendos, illius dicta pro nugis habebit. Cùm mortem formidantem viderit, quomodò immortalitatis rationem accipiet? Cùm ambitiosos, cùm aliis affectibus addictos, magis in sui confirmabitur opinione, nihil de nobis magnum autumans. Nos, jumus causa, nos (inquam) ut illi in errore permaneant; jam pridem doctrinam, quam damnassent, & nostram approbassent, nisi vitâ nostrâ retraherentur. Verbis philosophari perfacile, sed inquirunt operum probationem.*

IX. Hanc operum sanctimoniam Eliseus in Patre suo Eliâ deprehendit, undè tam efficaciter, & tenaciter ejus inhæsit vestigiis. lib. 4. Reg. c. 2. v. 21. *Pater mi, Pater mi, currus Israel & auriga ejus.* Illum currum & aurigam appellat, quia muneri docendi officium operationis adjungit: sanctus Gregorius hom. 21. in Ezechielem. *Quid est quod Elias currus Israel & auriga dicitur? nisi quia auriga agitat, currus portat? Doctor ergò, qui mores populi, & per patientiam sustinet, & sacri eloquii verbis docet, currus dicitur & auriga: Currus, quia tolerando portat; Auriga, quia exhortando agitat: Currus, quia mala sustinet; Auriga, quia populum bonis admonitionibus exercet,* ideſt quia patiens impatientes cõvertit.

l. 4. Reg. c. 2. v. 21

S. Greg.

X. Illam operum viam sibi præmonstrari cupiebat Sponsa, potiùs quàm verborum eloquentiam Cantic. cap. 8. v. 14. *Fuge dilecte mihi, & assimilare caprea, hinnuloque cervorum super montes Aromatum.* Cur sponsi amantissimi fugam optas, cujus aspectum, vocem, consortium tam avidè cupiebas? Sponsa aspirat ad Cœlum; sed quia via illa difficilis est, ignota est, rogat sponsum, ut exemplo suo, ac virtutum exercitio præeat, ipsum sursum avolando videns, fatetur se facile à terrenis cupiditatibus avellendam. Sanctus Ambrosius lib. de bono mortis cap. 5. *Hortatur ut fugiat Sponsus, quia jam sequi potest etiam ipsa terrena fugientem.* Quasi diceret: persuades mihi mundi & rerum terrenarum contemptum, ipse priùs contemne. Hortaris me ut tam mente quàm corpore infirmos visitem, ipsis compatiar, ipsos priùs visita. Lucæ cap. 1. v. 78. *Illuminare his, qui in tenebris & in umbrâ mortis sedent ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.* Quæ est illa sponsa Ecclesia universalis, quæ sponsum postulat, ut suarum viarum dux existat, ut præeat. Vel sunt Ecclesiæ particulares, & animæ suæ salutis cupidæ, quæ optant, ut Sponsus & Sponsa præeant in exercitio bonorum operum. Sanctus Ambrosius lib. 2. de Virginibus. *Ibi* (inquit) *filiæ Christum quæramus, ubi quærit Ecclesia, in montibus boni odoris, qui excelsorum sublimitate factorum suavem vitæ odorem pro meritorum verticibus exhalant. Fugit enim plateas, fugit conventus & strepitus fori, juxta quod scriptum est. Fuge fraternus meus, & similis esto cervo aut hinnulo cervi. Serpentinus enim invisus colubris, & effugitans canũ latratus, atque humi reptantibus infestus serpentibus nescit cõmorari, nisi in talibus Ecclesiæ filiabus, quæ possunt dicere 2. Corinth. cap. 2. v. 15. Christi bonus odor sumus Deo.* Hanc prædicationis normam tum verbo, tum exemplo asserit Sapientia se docuisse servos suos & ancillas. Proverb. cap. 9. v. 3. *Misit ancillas suas ut vocarent ad arcem & mœnia Civitatis.* Hæbreus. *Misit puellas, juvenculas, adolescentulas.* Syrus: *Misit servos suos ad vocandum super excelsa.* Septuaginta *Misit servos suos convocans cum excelsâ prædicatione.* Postquàm v. 1. *Sapientia ædificavit sibi domum.* Ideſt Ecclesiam juxta illud S. Augustini quæst. veteris & novi Testamenti q. 5. *Domus Christi est Ecclesia, quam ædificavit sibi Sanguine suo.* Cui subscribens Dionysius. *Domus hæc potest dici Ecclesia, de quâ ad Hebr. ait Apostolus: Christus tanquam filius in domo suâ; atque ad Timotheum; scias quomodo oporteat te conversari in domo Dei, quæ est Ecclesia Dei vivi, quam ædificavit Salvator, legem Evangelicam cum suis Sacramentis instituendo, & homines ad fidem Catholicam convertendo: Vnde dixit ad Beatissimum Petrum Matth. cap. 16. Tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo Ecclesiam meam.* Quomodo ædificavit

Cant. c. 8. v. 14.

S. Amb.

Prover. c. 9. v. 3

S. Aug.

Dionys.

ædificavit? Quibus lapidibus? Quibus lignis &c? Idem Dionysius. *Ædificavit verbo institutionis, & conversatione exemplari ac sanctâ, quemadmodum scriptum est Act. cap. 1. cœpit Iesus facere & docere.* In Ecclesiâ sic extructâ. *Excidit columnas septem:* Sanctus Chrysostomus, & auctor operis imperfecti in Matthęum, per illas septem columnas accipiunt septem dona Spiritus sancti, quibus suffulsit Ecclesiam, de quibus Isaias cap. 11. v. 2. vaticinatus est. *Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini.* His donis roborata Ecclesia, omnium suorum hostium sive infidelium, sivè Atheorum, sive hæreticorum, sive politicorum, sive quorumlibet flagitiosorum, imò inferorum rabiem ac potentiam superavit. v. 2. *Immolavit victimas suas.* Vel ut Hæbreus: *Victimam miscuit vinum.* Auctor Catenæ Græcæ. *Miscuit in cratere vinum. Nam primò Christus Dominus seipsum Deo Patri in hostiam & sacrificium pro omnibus obtulit. Alox Apostolos, aliosque mortis suæ imitatores facit. Per craterem autem Ecclesiam accipere licet. Hæc enim sanguinem, qui pro eâ effusus est, in usum suscepit, sanctèque custodit, atque distribuit.* Addit textus sacer: *Proponit mensam.* Scilicet altare in quo Corpus & Sanguis Christi sumitur. Sanctus Isidorus de vocat. gentium cap. 26. *Dei sapientia constituit sibi domum sanctam Ecclesiam, in quâ mactavit sui Corporis hostias, in quâ miscuit vinum sui Sanguinis in calice Sacramenti divini, & præparavit mensam, ideſt Altare Domini.* Isidorus

XII. Christus tot charismatibus perfusus, Ecclesia tot virtutibus ac donis spiritualibus ornata. *Misit ancillas suas.* Seu eum Hæbr. Theodot. Aquilâ, & Symmacho. *Puellas, juvenculas, adolescentulas.* (Vel ut Syrus Arabicus, & Septuaginta.) *Misit servos.* Quæ sunt illæ ancillæ, puellæ, juvenculæ, adolescentulæ, vel servi? Illæ puellæ, juvenculæ, adolescentulæ, sunt Ecclesiæ particulares juxta illud Cant. cap. 1. v. 3. *Ideò adolescentulæ dilexerunt te nimis.* Dionysius: *Ideſt particulares Ecclesiæ.* Et c. 6. v. 7. *Adolescentularum non est numerus, una est columba mea, perfecta mea.* Ideſt Ecclesiæ particulares, sunt innumeræ. *Una tamen* (inquit Dionysius) *est sponsa mea, jugiter sancta à columbinâ simplicitate nunquam deficiens, & sanctitatem in se, ac perfectionem, inviolabiliter continens, quæ errare non valet, nec tota deficere, quia à spiritu sancto gubernatur, ac conservatur, ut potè universalis Ecclesia militans, quæ est una unitate fidei, spei & charitatis, unione veræ concordiæ, & per eadem media adrundem finem salvificum tendens, de quâ Apostolus Ephes. cap. 6. Elegit sibi gloriosissimam Ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam.* Qui sunt illi servi? sunt Apostoli, qui post Christum missi sunt, ut vocaret omnes ad Ecclesiam & Christianismum. Sanctus Isidorus citatus. *Mittens servos suos Apostolos atque Doctores ad insipientes, ideſt ad omnes gentes verum Deum ignorantes &c.* Ecclesiæ particulares seu Apostoli vocantur ancillæ, sicut Pontifex Romanus, dicitur servus servorum Dei., seu etiam Apostoli & Prælati, nominantur ancillæ, quia sapientia (à quâ mittuntur) quasi matrona & domina ad sui obsequium poscit ancillas, potiùs quàm servos: seu fœminas potiùs quàm viros: ut vult Hugo ob vilitatem & humilitatem; quia (inquit molles erant & tractabiles ad infirmitatem proximi sublevandam; sic enim ancillæ ad infima & durissima quæque sese demittunt, ut heræ suæ obsequantur. Quocirca sicut oculi ancillarum semper in heram respiciunt, sic oculi Apostolorũ & Doctorum in Christum, ut ejus nutus, observent, ab eoque gratiam postulent, illi se totos mancipent, juxta illud Psalm. 122. v. 2. *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.* Vel omnes Ecclesiæ particulares, earumque Prælati, & Rectores oculos habent intentos ad Ecclesiam Romanam, quæ est domina & magistra illarum; ut ejus decreta in materiâ fidei & morum excipiant, & iis obtemperent. Cur septuaginta addunt *Misit servos suos convocans cum excelsâ prædicatione.* Quid intelligit per excelsam prædicationem? bonum Prælatorum exemplum. Quasi diceret: Quemadmodum Christus verbo operis quàm

Cant. 1. v. 3.

Dionys.

quàm oris, ad fidem & amorem ſuum Eccleſiam univerſalem attraxit; ſic Eccleſia univerſalis ſeu Romana bonorum operum exercitio; quæ adhuc paſſim exercet, Eccleſias particulares ad ſui imitationem movere debet, & conſequenter ſingularum Eccleſiarum Prælati, ſuos ſubditos ad virtutem amplectendam, potiùs opere quàm ore, excitare debent. Accipe Sancti Gregorii 2. p. paſt. cap. 3. mentem. *Vt qui cæleſti prædicatione utitur, ima jàm terrenorum deſerens, in rerum culmine ſtare videatur, tantòque facilius ſubditos ad meliora pertrahat, quanto per meritum de ſuperniis clamat.*

XI. Ut igitur Eccleſiæ particulares, ſeu Prælati zelum propagandæ fidei, & curam ſubveniendi proximo tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus percipiant, ac ſuam Rempublicam benè regant, Romanam Eccleſiam Matrem ſuam intueantur. Nam ſecundùm Plutarchum in præceptis gerendæ Reipublicæ. *Nonnullis peccantibus parentum prælatorum eſt objicienda mentio ſic apud Homerum.* (*dediſti:*

Haud ſimilem natum tibi Tideu magne
Et Appius in comitiis cum Africano ſcipione contendens: quam (inquit) ingemiſceres Paule apud Manes, ſi ſentires filium tuum cenſuræ petendæ gratiâ in eum deſcendentem è Philonico Publicano ſtipari. Utinam filiæ Eccleſiæ Romanæ materna opera miſericordiæ ſpiritualis & corporalis ſibi proponerent, majora indubiè incrementa virtutum producerent. Sanctus Gregorius parte 2. paſtoralis cap. 2. quærit cur pectori ſummi Sacerdotis affixum eſſet rationale, in quo duodecim Patriarcharum nomina deſcripta erant: imò (ut ait Ribera de templo lib. 3. cap 11.) duodecim Patriarcharum virtutes & præclara facinora duodecim gemmis inſculpta erant, & animadvertiſſe videtur ſanctus Hieronymus. *Sub horum nominibus, & ſpecie virtutum, vel ordo, vel diverſitas indicatur.* Quorſum iſta nominum & factorum inſcriptio? Ut illos Patriarchas, eorumque facta imitemur. Sanctus Gregorius citatus. *Aſcriptos Patres ſemper in pectore ferre, eſt antiquorum vitam ſine intermiſſione cogitare. Nam tunc Sacerdos irreprehenſibiliter graditur, cùm exemplum Patrum præcedentium indeſinenter intuetur, cùm ſanctorum veſtigia ſine ceſſatione conſiderat; & cogitationes illas deprimit, nè extra ordinis limitem operis pedem tendat.* Eandem habet lib. 1. epiſt. cap. 24. quibus ſubjicit. *Cùm me ad conſideranda debita paſtoris opera confero, perpendo quantâ intentione curandum eſt, ut ſit operatione præcipuus, quatenus vita viam ſubditis vivendo denunciet, & grex, qui paſtoris vocem moreſque ſequitur, per exempla meliùs, quàm per verba gradiatur.* Plura locis citatis luculentiſſimè ac efficaciſſimè ad intentum noſtrum. Utinam quælibet Eccleſiæ particulares, ſinguli Prælati, hæc Sponſæ verba pronunciêt. Cant. cap. 3. v. 2. *Surgam & circuibo civitatem, & per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea.* Quæ eſt illa ſponſa, quæ ſponſum dilectum ſuum tam ſollicitè ac ſtudiosè quærit per vicos & plateas? Eſt Eccleſia particularis, ſeu mens juſti, quæ ut Deum ſuum per fidem & dilectionem inveniat, majorum ſuorum ac Eccleſiæ Romanæ opera, quæ circa Cathecumenos omnes, ſive Turcas, ſive Græcos, ſivè Judæos, ſive Germanos &c, ſive malènuptos, ſive à peccato carnis reſipiſcentes, ſive parvulos, ſive ſenes, ſive amantes &c, exercet. *Surgit ſponſa, & civitatem circuit; quia perfecta anima quæ viſibilia faſtidit omnes ſanctos, qui ſunt, vel fuerunt in Eccleſiâ mente conſpicit: ſi quid fortè in eorum actibus reperire poterit, quod imitando ad ſponſi inventionem aliquando pervenire poſſit. Per vicos autem & plateas quærit; quia dum per bonorum imitationem ad dilecti familiares amplexus pervenire ſatagit, non ſolùm in ſpiritualibus, ſed & in ipſis etiam carnalibus aliquandò invenit, quod imitari dignè poſſit.* Quod ſi Romanæ Eccleſiæ Xenodochia & alia loca operibus Miſericordiæ exercendis apta luſtrent, fideles & Eccleſiæ particulares, invenient modos, quibus ſuas opes fructuosè applicent, & iis meritoriè fruantur. Id inſinuare videtur Sanctus Bruno lib. de laudibus Eccleſiæ, ubi Eccleſiam comparat Paradiſo, ac Prælatos Eccleſiæ arboribus ibi fructificantibus. *Bonæ arbores Paradiſi, quæ & pulchræ ſunt viſu, & ad veſcendum ſuaves; tales arbores gignit Eccleſia,*

Cant. c. 3. v. 2.

D. Greg.

S. Bruno

eleſiæ, quarum pulchritudinem & religionem nos legere & audire delectat, quarum verbis & doctrinâ noſtræ mentes nutriuntur, & reficiuntur. Talis arbor Beatus Paulus, qui viſu tam pulcher eſt, ut nihil ſibi conſcius ſit. Ejuſmodi ſunt Romæ ædes ſacræ, non tantùm ob ſanctorum reliquias, ſed etiam ob præclara Miſericordiæ opera quæ ibi peraguntur. Veræ arbores ſunt, non tantùm pulchræ & aſpectũ delectantes, verùm etiam ſuaves ob commodum, quod omnis ſexus & conditionis homines percipiunt. Non dubito in aliquibus hæreticorum ac infidelium civitatibus aliquas ædes operibus Miſericordiæ exercendis deſtinatas eſſe, ſed raræ ſunt, nec illa opera virtutis nomen merentur, quandoquidem exerceantur potiùs ad ſeducendas animas, vel ad eas fovendas in hæreſi, & obſtinatione ſuâ, quàm ad converſionem, ut ingeniosè animadvertit Sanctus Bruno lib. citato c. 12. explicans illa verba Vatis Regii Pſalmo 44 v. 10. *Aſtitit Regina à dexteris tuis in veſtitu deaurato.* Quibus ſubdit: *Pulchrè in veſtitu deaurato Eccleſia deſcribitur, ut tota ſapiens, tota munda, & incorrupta intelligatur. Nullum ornamentum illius eſt, etſi pretioſum & pulchrum videtur, niſi aureum fuerit. Videntur Hæretici, Pagani, & Iudæi, eadẽ ornamenta habere, quibus ſponſa utitur: ſed in hoc differunt, quod aurea non ſint, quamvis aurea eſſe videantur. Quæcumque fides, quæcumque charitas, quæcumque humilitas, quæcumque miſericordia, pax, patientia, obedientia fuerit, ſi Apoſtolicæ doctrinæ auro non ſplenduerit, falſa eſt, corrupta eſt, immunda eſt. Meritò ergò in veſtitu deaurato Eccleſia pingitur, cujus omnia ornamenta tam puriſſimo auro intexta ſunt.* Eccleſiæ igitur particulares qui Apoſtolicam doctrinam Eccleſiæ Romanæ Matris ſuæ ſectantur, ejus exemplaria opera imitentur, & cùm Chriſti bonus odor ſit, in odorem unguentorum ſeu veſtimentorum ejus currant, dicentes Cantic. cap. 4. v. 11. *Odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.* Nam Pontifices, Prælati, Prædicatores, qui non tantùm prædicationis dulcedine auditores ad rectam & fidei, & vitæ rationem alliciunt. *Sed multò magis* (inquit Ghiſlerius) *idipſum efficiunt odore, atque exemplo bonorum operum ſuorum, quibus eximiam redolent ſanctitatem, quæ bona opera extrinſecus exhibita congruenter admodum veſtimenta nuncupantur: quia veſtimenta extrinſecus repreſentantur in corpore humano, & quiâ inſtar veſtimentorũ corpus exornantium, circumdantium, & calefacientium ab iiſdem bonis operibus exornatur, & undique in ſingulis actionibus, omnivè tempore quodammodò circumdantur, ac demùm calor charitatis internus in eis nè dum conſervatur: ſed & augetur.* Expende illa verba: *Multò magis idipſum efficunt odore, atque exemplo bonorum operum ſuorum &c.*

Pſal 44 v. 10.

S. Bruno

Cant. c. 4. v. 11.

Ghiſler.

CAPUT DECIMUM.

Summus Pontifex Romanus & Eccleſia Romana, Fidelium Parentes ſancti ſunt, quia veram fidem docent.

OLIM Dii, quos veteres ſingulariter colebant, Patres vocabantur. Sic Virgilius lib. 3. Æneidos Apollinem affatur. 1.

Virgilius

(bere noſtris.
Da Pater augurium, atque animis illabere noſtris.

Vocatur Pater, licet credatur Deorum numero adſcriptus: Sic idem lib. 8. de Vulcano canit.

Tũ Pater æterno fatur devinctus amore.

Lib. 10. Jovem ita alloquitur.

O Pater, ô hominum divumque æterna poteſtas.

Lib. 2. Georgicon Bacchum etiam Patrem appellat.

Huc Pater, ô Lenæe veni &c. ——

Cybelem honorat nomine Matris lib. 7. Æneidos.

Idæumque Iovem Phrygiamque ex ordine Matrem.

Lib. 3. Æneidos Venerem eodem titulo Matris inſignit.

Sacra Dioneæ Matri, diviſq; ferebam.

Lib. 4. Georgicon Nereidum Regina per nomen Matris exprimitur.

Mater Cyrene, Materq; gurgitis hujus ima tenes.

Elias Pater nuncupatur, non quod in eo divinitatem filii Prophetarũm agnoſcant; maximè Eliſeus, qui eum diſce-

dentem nomine Patris compellat, vultque ejus pallio dividere aquas Jordanis, ſed fruſtra: undè ſtupens ait lib 4. Reg. c. 2. v. 14. *Vbi eſt Deus Eliæ.* Quibus verbis non vocat Eliam Deum, ſed Dei Miniſtrum. Sic lib. 3. Reg. cap. 18. licet Elias obtinuiſſet ignem è Cœlo, populus, non ideò eum Deũ vocat, ſed potius ipſum, cujus virtute ignis cœlitùs emiſſus fuerat. v. 39. *Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus.* Quomodò ergò Elias vocatur Pater ab Eliſeo, & Eliſeus à Filiis Prophetarum, & ab ipſomet Rege Joas? quia ejus fidem ſingulariter colebant & ſequebantur: ſeu quia eos ad fidem convertit, & bonis moribus imbuit, Populus clamat. *Dominus ipſe eſt Deus, &c.* Quaſi diceret abjuramus cultum prophanum Baal, & Deum Iſrael unicè & latriâ adorandum profitemur, & adoramus. Toſtatus quæſt. 33. *Quia per adventum ignis ſignificabatur præſentia Dei, ſic humiliati ſunt tanquam coram Deo humiliarentur. Sic enim quando primâ die, quâ miniſtravit Aaron, Deus miſit ignem de Cœlo, totus populus corruit in terram ex reverentiâ. Levitici cap 9. Scilicet, quod cum vidiſſent turbæ Laudaverunt Dominum, ruentes in facies ſuas, & ait, Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus: illud duplicatur ad ſignificandum magnum deſiderium, quia ex toto corde dixerunt illud, ſcilicet Dominus ipſe eſt Deus: ideſt ille eſt qui vocatur à nobis Dominus, ſcilicet Deus Iſrael. Ipſe eſt verè Deus, & nullus alius præter ipſum.* Quę ultima verba *Ipſe eſt & nullus alius*, Manifeſtam Dei confeſſionem includunt. Sic populus his verbis. *Dominus eſt Deus.* Patenter declarat ſe abjurare cultum Baal, & Deum Iſrael colere velle; ſeu ſe credere non Baali, ſed Deo Iſrael: credere non in Baalem, ſed in Deum. Quæ, ut explicatiùs intelligantur, audiamus Divum Auguſtinum Serm. 81. de tempore. *Credere* (inquit) *Deo, eſt credere vera eſſe quæ loquitur. Credere Deum, eſt credere quia eſt Deus. Credere in Deum, eſt diligere illum.* Antehac populus non credebat Deo, ſeu vera eſſe, quæ per Eliam Prophetam dicebantur: verbis ejus non firmam fidem adhibebat, ſed vacillabat, modò annuens Baalitarum mendaciis, modò ſermonibus Eliæ. Undè Elias meritò illum arguit lib. 3. Regum cap. 18. v. 21. *Vſquequo claudicatis in duas partes, ſi Dominus eſt Deus, ſequimini eum, ſi autem Baal ſequimini illum.* At viſo igne Cœleſti abſumente victimam Eliæ; populus credit Deo. Idem populus non credebat Deum eſſe; quandoquidem Baali altaria erigeret, eique victimas immolaret. Sed viſo miraculo unanimiter clamavit; *Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus*, ideſt credimus eum ſolum eſſe verum Deum. Item ante non credebat in Deum, ideſt non diligebat illum. Ut patet ex fame & ſiccitate triennali, quæ immiſſa eſt à Deo ob idololatriam, & alia flagitia: ut fusè deducit Divus Chryſoſtomus tomo 1. homiliâ de Aſcenſu Eliæ & alibi. Et maximè propter flagitia Achabi, & domus paternæ ejus. Ut ipſe Elias ei improperavit libr. 3. Regum cap. 18. verſ. 18. *Non ego turbavi Iſrael, ſed tu & domus Patris tui, qui deliquiſtis mandata Domini & ſecuti eſtis Baalim.* Quod autem populus credat in Deum: ideſt diligat illum, patet ex citatis verbis Toſtati. *Sic humiliati ſunt tanquam coram Deo humiliarentur* Et explicans quare plebs duplicet hæc verba *Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus.* Subdit. *Duplicatur ad ſignandum magnum deſiderium, quia ex toto corde dixerunt illud Dominus, &c.* Quæ verba denotant amorem & affectum quo populus erga Deum afficiebatur: Et cujus reſpectu colebat Eliam, ut primarium ejus miniſtrum.

l.4.Reg. c.2.v.14 — l.3 Reg. 18.v.39 — Toſtatus. — Auguſt. — l.3.Reg. 18.v.21 — l.3.Reg. 18.v.18

Sic in fine mundi fideles colent Eliam non ut Deum, ſed ut Chriſti Judicis præcurſorem, ſeu virum Apoſtolicum, qui ipſos ad fidem reduxerit, ac in eâ foverit: ut innuit Malachias cap. 4. verſ. 5. *Ecce ego mittam Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini magnus & horribilis, & convertet cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres eorum.* Michael de Palacio ibi. *Patres ſeu Majores Iudæorum Patriarchæ* II.

Malac. c.4.v.5. — Mich. de Pal.

Patriarchæ scilicet & Prophetæ in Christũ crediderunt venturum, & Apostoli crèdiderunt jam venisse. Hanc igitur fidem, quæ erat in mentibus majorum Elias restituet in Judæis, quos ipse habebit præsentes, & efficiet prædicatio Eliæ, ut majores Judæorum, qui antecesserunt priorem Christi adventum, & posteriores eorum, qui erunt sub Christi secundum adventum sint in fide Jesu Christi unicordes. Id ipse Christus prædixit Matthæi cap. 17. v. 11. *Elias venturus est & restituet omnia.* Idē Palatio loco citato. *Restituet Judæos in fidem Jesu Christi, & alios fideles quos avertet Anti-Christi violentia.* Tostatus in cap. 17. Matthæi q. 136. duplicem affert hujus loci explicationem ad propositum. Primam: *Veniet Elias ad Prædicandum ante finem sæculi, & omnes Judæos, quos tunc invenerit, convertet ad Christum: & usque ad illud tempus multi Judæorum manebunt in errore suo: & hoc consonat dicto Apostoli Rom. cap. 11. Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec intraret multitudo gentium, & sic universus Israel salvus fieret, & istud erit convertere corda filiorum ad patres, vel patrum ad filios, ideſt Judæorum ad doctrinam Apostolorum, quæ doctrina manebit in Ecclesiâ Christi usque ad finem sæculi. Apostoli tamen sunt filii Judæorum, sicut dicit Chrisostomus. Cùm enim dixit quod Elias venturus est, & restituet omnia. De ipso Eliâ in personâ loquitur, qui quidem restaurabit omnia, dum corriget infidelitatem Judæorum, qui tunc invenientur: quod est convertere corda Patrum ad filios, ideſt Judæorum ad Apostolos.* Secundam explicationem sic refert. *Intelligitur de restitutione eorum, qui in tribulatione Anti-Christi defecerint. Multos enim Anti-Christi doctrina & tribulatio turbabit, ut à fide Christi recedant. Elias autem veniens prædicabit eis, & convertentur plurimi ad veritatem.*

Matth. c. 17. v. 11.

Tostatus

III. Tali reductione factâ per Eliam, tam temporibus Achab quàm Anti-Christi, nonne meritò nomen Patris attribui potest Eliæ? Nonnè ipse Elias in hæc verba Apostoli ad Galatas cap. 4. v. 19. prorumpere potest. *Filioli mei, quos iterùm parturio donec formetur Christus in vobis.* D. Ambrosius hunc locũ Apostoli explicans, ait Galatas per Apostolum fuisse primò generatos in Baptismo sed postea defeciſſe & seductos fuisse. Idem Judæis contigit tempore Achab. Primò enim ad verum Deum per Circumcisionem conversi fuerant; sed per Baalitas seducti. Ita in fine mundi plurimos fideles & baptizatos prava Anti-Christi dogmata & sævissimæ persecutiones seducent, qui per Eliam postea reducentur. De Apostolo igitur & Eliâ illud Divi Ambrosii dicamus. *Primùm per fidem illos genuerat in Baptismo, sed quia velut per abortivum nati, deformati, & infirmi inventi sunt; nunc cum dolore consilii reformat eos in Christum. Concipientes enim fidem, & sensum fidei minimè advertentes formatum Christum in animis suis negantur habere.* Accedit ad hanc explicationē Theophilactus. *Matrem imitatur, quæ puerorum suorum nomine contremiscit. Corrupistis enim formam Christi quam habebatis in vobis ipsis ex Baptismate, estque vobis opus aliâ regeneratione, reformationeque: ut rursus forma Christi, in vobis nascatur: ut ex ipso figuremus vos. Denuò enim vos parturio per institutionem, iterùm regenero: non enim desspero: propterea & vos filiolos appello, nè & vos desspondeatis animũ.* Quod si filioli appellantur qui per institutionem seu per eruditionem iterùm regenerantur ad fidem, sanè Elias ab iisdem Patris nomen meretur.

Galath. c. 4. v. 19.

S. Amb.

Theoph.

IV. Quod etiâ Eliseus non immeritò Pater Israel vocari debeat, patet ex verbis Regis Joas, qui descendens ex palatio vel ex arce, ut Eliseum ægrotantem inviseret, more filiorum intuentium Patrem malè habentē, in lachrymas effusus, lib. 4 Reg. c. 13. v. 14. *Flebat coram eo, dicebatque, Pater mi, Pater mi, &c.* Vocat Patrem ob sanctam eruditionem, quam cum populo suo ac constantiam in fide ab eo susceperat. Illud nomen Patris Pontifici Romano ac Ecclesiæ, (cujus est caput) nomen Matris, non incongruè competit, ut potè qui veram fidem semper professi sunt, nec ab eâ unquam defecerunt: imò alios deficere volentes, omni conatu & studio ad sanã doctrinam semper revocarunt: Ita ut nec possit Pontifex esse hæreticus, ut docet Albertus Pighius lib. 4. Hierarchiæ Ecclesiasticæ cap. 8. Nec quidquam hæreticum definire à totâ Ecclesiâ credendum, ut docent Divus

l. 4. Reg. c. 13. v. 14.

Thomas 2. 2. quæſt. 1. art. 10. Noſter Thomas Waldenſis lib. 2. Doctrinalis Fidei cap. 47. & 48. Joannes de Turrecremata lib. 2. Summæ cap. 109. Oviedo lib. 4. de Eccleſiaſticis Dogmatibus cap. 3. Cajetanus in opuſculo de poteſtate Papæ & Concilii cap. 9. Hoſius lib. 2. contra Brentium, qui eſt de legitimis Judicibus. Joannes Ekius libr. 1. de Primatu Petri cap. 18. Petrus à Soto in Apologiâ ſuâ part. 1. cap. 84. & 85. Melchior Canus lib. 6. cap. 7. de locis. Joannes à Lovanio lib. de perpetuâ Cathedræ Petri protectione & firmitate cap. 11. Bellarminus lib. de Pontifice cap. 3. Gregorius à Valentiâ 2. 2. diſp. 1. quæſt. 6. Et patet primò, ex eo quod hæc infallibilitas & authoritas ſit divinitùs conceſſa Petro & Romanis Pontificibus Petri ſucceſſoribus, ut ſcilicet Chriſti oves in verâ Chriſti fide contineant, ac illis ſalutarem doctrinæ fidei paſtum ſuppeditent: ita ut ſi quid illis in quæſtionibus fidei credendum tradiderint, id fideles amplectantur, nec contrario aſſentiantur De hâc infallibilitate loquitur Chriſtus Lucæ c. 22. v. 31. *Simon, Simon, Ecce Satanas expetivit vos ut cribaret ſicut triticum, ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos.* His verbis Divus Petrus & ſucceſſores ejus tria privilegia impetrant à Chriſto. Primum eſt, ut ipſi nequeant unquam fidem amittere, à fide deficere, quantumvis tententur. Secundum, ut Petrus & Succeſſores ſeu Pontifices non poſſint aliquid docere contra fidem. Tertium ut cunctos confirment in fide. De primo audi Divum Auguſtinum lib. de correptione & gratia cap. 8. *Quando rogavit, ut non deficeret fides ejus, rogavit, ut haberet in fide liberrimam, fortiſſimam, invictiſſimam, perſeverantiſſimam voluntatem.* Divus Chryſoſtomus hom. 83. in Matthæum. *Non dixit non negabis, ſed ut non deficiat fides tua, curâ enim ipſius, atque favore factum eſt, nè omninò Petri fides evaneſceret.* Expende hæc verba. *Curâ atque favore.* Ideſt ſingulari beneficio, ſpeciali privilegio. Id confirmat S. Leo ſerm. 2. de natali Apoſtolorum Petri & Pauli *Commune erat omnibus Apoſtolis periculum de tentatione formidinis, & divinæ protectionis auxilio pariter indigebant: quoniam diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat elidere: & tamen ſpecialis à Domino Petri curâ ſuſcipitur, & pro fide Petri propriè ſupplicatur, tanquam aliorum ſtatus certior ſit futurus, ſi mens Principis victa non fuerit. In Petro ergò omnium fortitudo munitur, & divinæ gratia ita ordinatur auxilium, ut firmitas quæ per Chriſtum Petro tribuitur, Per Petrum Apoſtolis conferatur.* Pondera illa verba. *Specialis à Domino Petri cura ſuſcipitur &c.* Quod autem iſta ſpecialis cura, non perſonam Petri ſed ejus primatum afficiant. Audi eundē ibi conſequenter. *Nam & poſt Reſurrectionē ſuam Dominus B. Petro Apoſtolo poſt Regni claves ad trinam æterni amoris profeſſionem myſticâ ſignificatione ter dixit Ioannis c. 21. v. 15. 16. 17. Paſce oves meas. Quod & nunc procul dubio facit, & mandatū Domini pius paſtor exequitur, confirmans nos exhortationibus ſuis & pro nobis orare non ceſſans, ut nullâ tentatione ſuperemur. Si autem hanc pietatis ſuæ curam omni populo Dei, (ſicut credendum eſt) ubique protendit; quantò magis alumnis ſuis opem ſuam dignatur impendere, apud quos in ſacro dormitionis thoro, quâ præſedit, carne requieſcit.* Expende illa verba. *Quod & nunc procul dubio facit, &c. Et pro nobis orare non ceſſans &c.* Scilicet Romanis Pontificibus ac Petri Succeſſoribus.

Ioann. c. 21. v. 15.

Lucæ c. 22. v. 31.

Auguſt.

Chryſoſt.

S. Leo.

De ſecundo etiam patet, ſcilicet quod nihil contra fidem pronunciare queat, ex eodem Sancto Leone citato. *Specialis cura Petri à Domino ſuſcipitur, &c.* Quibus duo privilegia Petro conceſſa inſinuantur primum: quod ipſe quantùmvis tentatus, fidē amittere nequeat, per illa verba. *Si mens Principis victa non fuerit.* Secundùm quod alios in fide cōfirmet. *Per Petrū cæteris tribuatur.* Quod nunquam contra fidē ſancta Sedes quidquam docuerit, ſed potiùs controverſias fidei diluerit, probat Eccleſiæ praxis à ſui exordio uſque nunc: imò eos pro hæreticis habitos fuiſſe, qui ejus definitioni repugnarunt. Nam quæſtionem ortam de obſervatione legalium Sanctus Petrus in Concilio Apoſtolico cap. 15. terminavit. Victor Papa hæreticos declaravit eos qui volebant Paſcha celebrari debere 14. Lunâ Martii, licet tunc non eſſet Dominicus dies; ut patet ex

V.

tet ex Euſebio lib. 5. cap. 23. & 24. ac illi hæretici quarta-decimani dicti ſunt, teſte S. Epiphanio hæreſi 50. S. Cornelius Papa in Concilio Romano damnavit hæreſim Novatianorum apud Euſebium lib. 6. cap. 33. Idem S. Cornelius apud eundem Euſebium lib. 7. cap. 2. & Stephanus Papa apud Divum Auguſtinum lib. 5. contra Donatiſtas cap. 23. declararunt hæreticos qui rebaptizabant. Cujus etiam meminit Divus Cyprianus epiſt. ad Pompeium. In Concilio Nicæno damnati ſunt Ariani à Vito, Vincentio, & Hoſio Legatis Papæ Sylveſtri, illic præſidentibus, quam ſententiam idem Sylveſter confirmavit. In Concilio primo Conſtantinopolitano juſſu Damaſi Papæ congregato, apud Theodoretum lib. 5. cap. 9. damnati ſunt Macedoniani. In Concilio Epheſino, cui (ſecundùm Evagrium lib. 1. c. 4.) præfuit Sanctus Cyrillus loco Cœleſtini Papæ, damnati ſunt Neſtoriani. In Concilio Chalcedonenſi, in quo præſidebant Paſchaſinus & Lucentius pro Leone Papâ, damnati ſunt Eutychiani, ut teſtantur acta illius Concilii. Innocentius & Zozimus damnarunt Pelagianos, ut videre eſt apud D. Auguſtinũ lib. 2. retractationum c. 50. In 6. Synodo Monothelitæ. In 7. Synodo Iconomachi præſidentibus Legatis Romani Põtificis, ut teſtantur acta illorum Conciliorum damnati ſunt. Errores Berengarii in Cõcilio Vercellenſi à Leone X. In Concilio Romano à Nicolao II. & aliis Pontificibus dogmata, Abaillardi ab Innocentio II. ut habet D. Bernardus epiſt. 195. Ab Eugenio III. in Concilio Remenſi Gilbertus Porretanus, ut ſcribit idem Bernardus ſermone 80. in Cantica. Ab eodem Innocentio errores Joachimi Abbatis in Concilio Lateranenſi. Beguardi & Beguinæ à Clemente V. ex Clementinâ ad noſtrum de hæreticis. A Martino V. errores Wicleſi & Joannis Hus in Concilio Conſtantienſi: Ab Eugenio III. errores Græcorum in Concilio Florentino. In Concilio Tridentino ſub variis Pontificibus, Lutherus, Calvinus & alii, quos hoc poſtremo ſæculo in variis Europæ Regionibus infernus produxit. Demùm hiſce temporibus damnati ſunt ab Innocentio X. & Alexandro VII. errores Janſenii Iprenſis.

Ex quibus & ſimilibus concludere licet cum Sancto Leone Papâ epiſt. 84. ad Eccleſiam Romanam & ejus Caput. VI. *S. Leo*

Non poſſe perfidiam habere acceſſum. Sancto Hieronymo adverſus Ruffinum. *Quæ ſemper immaculata permanſit, ac Beato Apoſtolo ferente opem in futuro manebit.* *Hieron.* Sancto Athanaſio epiſt. ad ſolitariam vitam agentes. *Romanus Epiſcopus Iulius Synodum juſſit fieri, ut tuto & crimina objicerent, & invicem ſibi oblata refutarent.* *Athan.* Quibus favere videtur Lucius I. epiſt. 1. ad Epiſcopos Galliæ & Hiſpaniæ, *Eccleſia Romana Apoſtolica eſt, & Mater omnium Eccleſiarum, quæ à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probatur.* Ideſt, nunquam docuiſſe prava ac hæretica dogmata. *Lucius I.* Fœlix I. epiſt. ad Belgium de Romanâ Eccleſiâ. *Vt in exordio normam fidei Chriſtianæ percepit ab authoribus ſuis Apoſtolorum Chriſti Principibus illibata manet.* Dicit *illibata*, ſcilicet non tantùm in ſe, ſed etiam, quia plebem Chriſtianam nullo errore labefactavit. *Fœlix I.* Quibus adſtipulatur illud Nicolai I. epiſt. ad Michaelem, *Privilegia iſtius Sedis perpetua ſunt divinitùs radicata, atque plantata, impingi poſſunt, transferri non poſſunt: trahi poſſunt, evelli non poſſunt: quæ ante Imperium veſtrum fuerunt, permanent, Deo gratias hactenus illibata: manebuntque poſt vos, & quouſque Chriſtianum nomen prædicatum fuerit illa ſubſiſtere non ceſſabunt.* Quæ verba docent Romanæ Sedi & Eccleſiæ fidem ſeu firmitatem ſpeciali Dei favore eſſe communicatam, & ita radicitus firmatam, ut nullis diaboli inſidiis, nullis perſecutorum armis & viribus eradicari poſſit, vel cogi, ut aliqua dogmata non orthodoxa pronunciet. Viſa ſunt aliàs Imperia potentiſſima, Monarchiæ florentiſſimæ Aſſyriorum, Medorum, Græcorum, quæ tandem penitùs corruerunt, & ad pravas leges condendas deflexerut, quaſi arbor illa procera, cujus meminit Daniel: de quibus dicere licet illud: *An ignoras magnas arbores diu creſcere, unâ horâ extirpari.* Vel cum Tragico Poetâ.

——Commoda cladibus
Magnis magna patent,
Quoque fortunâ altius
Evexit, ac levavit humanas opes,

Hoc ſe magis ſupprimere fælicem decet,
Variosq; caſus tremere metuentem Deos
Nimium faventes magna momento obrui
Vincendo didici Troia nos timidos facit.

Vel

Magnis fallax fortuna bonis,
In præcipitiq́ue, dubioq; nimis
Excelſa locas nunquam placidam
Sceptra quietem, certumq; ſui
Tenuêre diem.

Non tantùm Regna, Imperia, potentiſſimæ Civitates tandem corruerunt; ſed etiam ipſi Reges vix purpurâ induti ſtatim luctuoſo funere exuti ſunt. Omiſſis Neotericis exemplis quæ noſtris oculis quotidie obſervantur. Veterum exempla revolvamus. *De Pompei capite* (inquit Seneca) *Pupillus & Spado tulere ſententiam. De Craſſo crudelis & inſolens Parthus. Cæſar juſſit Lepidum Decio Tribuno præbere cervicem, ipſe Chereæ præſtitit.* Deinde ſubdit, *neminem, eò fortuna provexit, ut non tantùm illi minaretur, quantum promiſerat. Noli huic tranquillitati confidere: momento mare everritur; & ubi luſêre navigia ſorbentur.* De eorundem Craſſi & Pompei caſibus canit Poeta.

Seneca

Qui nimios optabat honores (bat
Et nimias poſcebat opes, numeroſa para-
Excelſæ turris tabulata, undè altior eſſet
Caſus, & impulſæ præceps immane ruinæ
Quid Craſſos, quid Pompeios evertit, & illum (rites?
Ad ſua, qui domitos deduxit flagra Quiri-
Summus nempè locus, nullâ non arte petitus (lignis.
Magnaq; numinibus vota exaudita ma-

Vel:

Craſſum Parthus habet, Lybico jacet æquore magnus. (mam,
Tertius ingratam perfudit ſanguine Ro-
Et quaſi nõ poſſet tot tellus ferre ſepulchra
Diviſit cineres hos gloria reddit honores.

Imperatorum brevem fortunam, ruinam ac interitum ſub alieno vel proprio ferro breviter producamus. Quintillo die 7. Baſiliſcus 20. Sylvanus 28. Piſo menſe 1. Maximus menſe 2. Otthо menſe 4. Michael menſe 5. Tacitus menſe 6. Galba 7. Balbinus 12. Theodoſius anno 3. non expleto perierunt. Prætereo Romulum, Remum, Tarquinium, Servium, Scipionẽ, Marium, Cæſarem, Caligulam, Domitianum, Neronem, Claudium &c, aliosque Imperatores Romanos uſque ad quinquaginta; qui vel propriâ, vel alienâ manu periêre. Meritò igitur Nicolaus I. dicebat. *Privilegia iſtius Sedis perpetua ſunt &c. Ante Imperium veſtrum fuerunt, permanent, Deo gratias, hactenus illibata, manebuntq; poſt vos, & quouſque Chriſtianum nomen prædicatum fuerit, illa ſubſiſtere non ceſſabunt.* Ita ſcilicet, ut nunquam in fide erret Eccleſia, nec in ſe, nec in decretis fidei & morum promulgandis. Nicol.

VII. Denique quod Pontifex Romanus quaſi alter Elias fratres ſuos, ſeu filios in fide confirmet, patet ex Divo Bernardo epiſt. 190 ad Innocentium. *Oportet ad veſtrum referri Apoſtolatum pericula quæque, & ſcandala Regni Dei, ea præſertim quæ de fide contingunt: dignum namq; arbitror ibi potiſſimum reſarciri damna fidei, ubi non poſſit fides ſentire defectum: cui enim alteri Sedi dictum eſt aliquando, ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua &c.* Theophilactus in cap. 21. Lucæ. *Quia te habeo Principem Diſcipulorum confirma cæteros. Hoc enim decet te, qui poſt me Eccleſiæ Petra es & fundamentum.* Quaſi diceret ſicut ego te confirmavi, tu fratres tuos confirma. Et patet ex particula. *Aliquandò converſus.* Seu ut alii. *Rurſus ſeu iterùm.* Ideſt ſicut ego te corroboravi in fide ita & illos corrobora. Hujus cõfirmationis ab Eccleſiâ ſeu capite Eccleſiæ faciendæ meminit Agatho in epiſt. ad Conſtantinum Imperatorem in 6. Synodo actione 4. & actione 8. à PP. Concilii. *Hæc eſt vera fidei regula, quam & in proſperis & in adverſis vivaciter tenuit, Apoſtolica Chriſti Eccleſia, quæ per Dei gratiam à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probatur, nec hæreticis novitatibus unquam depravata ſuccubuit: quia dictum eſt Petro, Simon, Simon, ecce Sathanas &c. Ego autem rogavi pro te &c. Hic Dominus fidem Petri non defecturam promiſit, & confirmare eum fratres ſuos admonuit, quod Apoſtolicos Pontifices meæ exiguitatis prædeceſſores confidenter feciſſe ſemper cunctis eſt agnitum.* Expende illud *ſemper*. Idem colligitur ex verbis ſupra citatis Nicolai I. quibus oportunè ſuf- Bernar. Theoph. Agatho.

fragatur

Beatus Petrus Chrysol. fragatur Beatus Petrus Chrysologus epist. quæ habetur tom. 1. Conciliorum ante Concilium Chalcedonense. *Hortamur Frater honorabilis, ut in his, quæ à Beatissimo Papâ Romanæ civitatis scripta sunt obedienter attendas: quia Beatus Petrus, qui in propriâ Sede vivit & præsidet, præstat quærentibus fidei veritatem.* Quid est præstare quærentibus veritatem, nisi confirmare in fide?

VIII. Hæc confirmatio in fide etiam colligi potest ex Joannis cap. 21. v. 17. ubi *Joan. c. 21. v. 17* Christus Petrum ita affatur. *Pasce oves* *S. Leo* *meas*, Divus Leo epist. 84. ad Episcopos Viennenses Provinciæ. *Cui (inquit) præ cæteris solvendi & ligandi potestas tradita sit pascendarum tamen ovium cura* *S. Max.* *specialiùs mandata est.* Cui Divus Maximus serm. de SS. Petro & Paulo subscribens. *Jam necessarium reor, ut proprias eorum specialesque virtutes prosequamur. Hic est Petrus cui Christus ascensurus ad Patrem pascendas oviculas suas, ovesque commendat.* Quod per oves & oviculas universa Ecclesia, omnes fideles, imò & Apostoli intelligantur, testantur Doctores & Interpretes. Inter eos Divus Ambrosius in caput ultimũ Lucæ notat Christum commendasse Divo Petro 1°. agnos, deindè oviculas. 3. oves: idest universam Ecclesiam, seu incipientes figuratos per agnos, proficientes per oviculas, perfectos seu sanctos & in omni perfectione consummatos per oves. Vel per agnos populos qui nullam curam pastoralem exercent: per oviculas Sacerdotes majores, seu Præsbyteros & Parochos, qui ita sunt parentes populorum, ut sint filii Episcoporum. Per oves Sacerdotes majores seu Episcopos qui agnis & oviculis præsunt, & tamen ipsi Petro seu Pontifici subjiciuntur. *S. Amb.* *Tertio (inquit D. Ambrosius) Dominus non jam diligis me; sed amas me, interrogavit & jam non agnos, ut primo quodam lacte vescendos, nec oviculas ut secundos, sed oves pascere jubetur perfectiores, ut* *S. Bern.* *perfectior gubernaret.* Cui subscribens Divus Bernardus lib. de Consideratione: *Cui non dico Episcoporum sed etiam Apostolorum sic absolutè, & indiscretè totæ commissæ sunt oves, si me amas Petre pasce oves meas? Quas? illius vel illius populos Civitatis, aut Regionis, aut certè Regni? Oves meas inquit.* Expende illud verbum *Meas*, quæ universalitatem ovium complectitur. Sic Joannis 10. *Joan. c. 10. v. 3.* v. 3. *cognosco oves meas, & oves meæ vocem meam audiunt &c.* Non aliquas intelligit sed omnes. Quid est pascere? est cibum & alimentum præbere ac subministrare, scilicet doctrinæ & veritatis. Solus autem Romanus Pontifex solidum cibum doctrinæ & veritatis subministrat, ut patet ex dictis.

Nec refert quod ab Apostolo Paulo IX. Petrus dicatur reprehensus. Nam ut optimè docet Tertullianus lib. de præscriptionibus c. 23. lib. 1. adversus Marcionem cap. 20. & lib. 4. cap. 3. Petrus non fuit reprehensus à Paulo ob prædicationis vel fidei vitium: quia in materiâ fidei junctas dexteras habebant; sed ob vitium conversationis. Vel secundùm Divum Chrysostomum Petrus fuit à Paulo reprehensus specie tenus, nè fortè offenderentur Discipuli, videntes Petrum aliud Antiochiæ, aliud Hierosolymis agentem. Vel (ut vult Origenes cum D. Hieronymo) reprehensus fuit ob dissimulationem, quæ capiti Ecclesiæ parum congruebat: vel (secundùm D. Gregorium hom. 18. in Ezechielem) non fuit reprehensus Petrus Apostolus, sed alius. Ex his patet Rom. Pontificem meritò Patrem, & Ecclesiam Romanam omnium Matrem appellari ob fidelium confirmationem in fide. Et à Divo Bernardo lib. 4. de Consideratione ad Eugenium vocari sanctitatis speculum, pietatis exemplar, assertorem veritatis, fidei defensorem, Doctorem Israëlis &c. Plura de hoc argumento alibi.

CAPUT UNDECIMUM.

Ecclesia Romana Mater sancta, & Pontifex Romanus vocatur Pater Sanctus, quia condunt leges sanctas.

IOANNES 44 cap. 9 10. 16. innuit E- I. liam Patrem optimum vocari, & ejus sequaces filios Prophetarum, quia docuit eos vivere secundùm formam sibi à Domino traditam, Pontifex Pater etiam Sanctus nuncupari potest ratione inventionis

inventionis ſeu quia multos in Eccleſiâ ritus inducit, ut ſanctorum feſta: aliorum etiã præceptorum Eccleſiæ Pater eſt ac inſtitutor, quæ obſervare tenemur. Horum tantùm aliqua expendamus. Ac primò occurrit jejunium decimi menſis ſeu Decembris, Pentecoſtes & aliorum temporum Chriſtianis ſemper ſacrum, ac toti Eccleſiæ commune, ab ipſo Divo Petro inſtitutum. Ut patet ex act. cap. 27. & paſſim aſſerunt Divus Leo, præcipuè ſerm. 1. 2. & 4. de jejunio Pentecoſtes, &c. Clemens Romanus conſtitutionum lib. 5. cap. ultimo: Callixtus ſcribens ad Benedictum, cùm tribus temporibus jejunaretur quartum addidit. Damaſus jejunium quatuor temporum ex Apoſtolicâ traditione acceptum, præcepit ab omnibus obſervari: quibus patet jejunium quatuor temporum ab Apoſtolis vel eorum ſucceſſoribus fuiſſe inſtitutum, & non ſine causâ. Prima enim hujus inſtitutionis quatuor temporum cauſa fuit, ut populus Chriſtianus toto anno quodammodò jejunaſſe videatur, dum trimeſtribus ſingulis ſeu temporibus tres dies quaſi

S. Leo. ſingulis menſibus uno die jejunare. Rectè Divus Leo ſermone 8. de jejunio decimi menſis. *Jejunium quatuor temporum ex doctrinâ Spiritus Sancti per totum annum eſt diſtributum.* Secunda cauſa; quia cùm peccata redimantur oratione, eleëmoſynâ, & jejunio, & ſingulis ſi non diebus ſaltem menſibus Deum offendamus ſtatuit Spiritus Sanctus per Eccleſiam ut menſtrua peccata menſtruo jejunio expiaremus. Idem S. Leo ſerm. 9. de jejunio 7. menſis. *Idcò ipſa continentiæ obſervantia quatuor eſt aſſignata temporibus: ut in idipſum totius anni redeunte decurſu cognoſceremus nos indeſinenter purificationibus indigere: ſemper eſſe nitendum, dum hujus vitæ vanitate jactamur; ut peccatum quod fragilitate carnis, & cupiditatum pollutione contrahitur, jejuniis atque eleëmoſynis deleatur.* Tertia cauſa ab eodem S. Leone aſſignatur ſerm. 7 ubi ait, jejunium quatuor temporum à Chriſtianis obſervari, nè viderentur Judæis remiſſiores. Nam apud Judæos fuit ſolemne jejunium quarto menſe, quinto, ſeptimo, & decimo, ſeu ſecundùm nos menſe Julio, Auguſto, Octobri, & Januario, ut explicat D. Hieronymus. In quarto jejunabant Judæi, quia tunc Moyſes fregerat tabulas, & muri Hieruſalem primò fuerant rupti; ut habetur lib. 4. Reg. c. 25. & Jeremiæ cap. 39. jejunabant quinto menſe ob ſeditionem exortam in populo, propter exploratores terræ ſanctæ Num. cap. 14. ſeu quia templum eo menſe everſum eſt. Jejunabant ſeptimo menſe, quia Godolias fuerat occiſus, & reliquiæ Judæ & Hieruſalem diſſipatæ. Jejunabant decimo, quia audierant ſubverſum fuiſſe templum. Ezech. cap. 33. *S. Leo.* Sic Divus Leo citatus de jeiunio noſtro. *Quod* (inquit) *dudum & traditio decrevit & conſuetudo firmavit, nec eruditio ignorat, nec pietas prætermittit.* Quarta cauſa eſt, quod cùm Chriſtiani conſueverint preces fundere pro aëris ſerenitate, pro fructibus terræ, pro annonæ copiâ, ac ex quatuor temporibus ſcilicet Verno, Æſtivo, Autumnali, & Hyberno, totus annus circumferatur, *Calliſtus* aerque mutetur, illis temporibus jeiunaretur. Calliſtus epiſt. ad Benedictum. *Sicut annus per quatuor tempora, ita nos quaternũ agimus ſolemne jejunium.* Quinta ex act. c. 13. cùm Apoſtoli aliquem *Act. c. 13.* ordinare debebant (quæ ordinatio primitùs in Decembri fiebat, ut patet ex actis Pontificũ maximè à Damaſo conſcriptis, nunc verò creſcente numero ordinandorum, eiuſmodi ordinationes ſæpiùs fiant, ſcilicet in quatuor temporibus, & non extra illa, Eccleſia ſtatuit *Jejunia 4. Temporum.* ut etiam illis diebus jejunaretur. Sexta: jejunium poſt Pentecoſten inſtitutum eſt) nè negligentiùs Chriſtianæ pietatis officia perſolveremus. Divus Leo ſerm. *S. Leo.* 4. de illo jejunio. *Nè fortè per occaſionem licentiæ blandioris in aliquàs negligentiæ culpas delectabilium incideremus.* Septima ex eodem S. Leone ſermone 1. & 2. Idem jejunium Pentecoſtes inſtitutum eſt, ut quaſi tyrones Militiæ Chriſtianæ armis contra concupiſcentiam (à quâ peccata originem trahunt) muniremur per jejunium, à quo virtutes initium ſumunt. Octava, Ideò 7. menſis jejunium celebratur, ut pro collectis fructibus terræ gratias Deo agamus, ut docet idem Sanctus Leo ſerm. 5. ſeptimi menſis, ſerm. 2. pro jejunio decimi menſis. Denique (ut alias cauſas omittam quas Patres

referunt

referunt) decimi menſis jeiunium ordinatum eſt, ut ſecundùm eundem S. Leonem ſerm. 7. vocemur ad myſticam agriculturam, per quam ſpiritualibus ſtudiis excolantur ſegetes, palmites, & arbores virtutum, quibus humana mens ſuſtentari debet.

II. *Jejunia Cæremonialia.*

Præter recenſita quatuor anni tempora, Judæi alia quoque habebant quædam cæremonialia, ut cùm pro mortuo jejunabant ſeptem diebus. Sic lib. 1. Regum cap 31. v 13. Viri Jabes Galaad jejunaverunt pro Saul. Alia pœnalia, ut lib. 2. Regum cap. 12. Cùm David jejunavit pro puero moribundo, lib. 3. Regum cap. 21. v. 27. Rex Achab auditis comminationibus Eliæ, *Scidit veſtimenta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam, jejunavitque & dormivit in ſacco, &c.* Sic etiam cum aliquod periculum imminebat, jejunium ordinabatur, ut lib. Judicum cap. 20. Jejunium indictũ eſt antequam filii Iſrael præliarentur contra Benjamin. lib. 1. Regum cap. 14. Saul contra Philiſtæos pugnaturus præmiſit jejunium. Alia erant jejunia religionis causâ, ut Judith cap. 8. Hæc enim Vidua jejunabat ſolo religionis mõtivo, ut patet ex v. 6. *Habens ſuper lumbos ſuos cilicium, jejunabat omnibus diebus vitæ ſuæ præter Sabbatha, & Neomenias, & feſta Domus Iſrael.* Jonæ cap. 3. Rex Ninivæ præcepit jejunium, & vetuit nè homines vel beſtiæ quidquam guſtarent. Quàm fuerint auſtera Hebræorum jejunia, refert Philo de vitâ Moyſis, dicens ante veſperum non ſolvi: ut Sanctus Hieronymus lib. 2. contra Jovianum. Tale jejunium religioſum obſervavit Moyſes in monte, Exodi cap. 24. & Elias lib. 3. Regum c. 19. qui per quadraginta dies quibus jejunarunt, ab omni cibo & potu omninò abſtinuerunt. Anna Prophetiſſa Lucæ cap. 2. etiam religiosè jeiunabat. Item Chriſtus Matthæi cap. 4. Inter Apoſtolos etiam jeiunium ſatis erat frequens, Actorum cap. 13. v. 2. *Miniſtrantibus autem illis & jejunantibus.* v. 3. Tunc jeiunantes & orantes dimiſerunt illos. cap. 14. v. 23. oraſſe cum jeiunationibus ait, c. 27. v. 21. *Cùm multa jejunatio fuiſſet.* Quæ verba de jeiunio Decembris videntur intelligenda, quo tempore celebratur jeiunium quatuor temporum: quia Apoſtolus meminit periculoſæ navigationis, quæ in hyeme difficilior erat. Præter quatuor anni tempora (ut dictum eſt) erant alia jeiunia ſcilicet feriâ quartâ & ſextâ, ut patet ex Canone 68. Apoſtolorum, Clemente Romano lib. 5. Conſtitutionum cap. 16. & 21. & lib. 7. cap. 24. Divo Auguſtino epiſt. 86. ad Caſulanum. Imò Clemens teſtatur fuiſſe à Chriſto præceptum. Hujus jejunii meminit Sanctus Ignatius ſcribens Philippenſibus. *Poſt Paſſionis Dominicæ hebdomadam jejunare quartis & ſextis feriis non negligatis, ciborum reliquias paupeperibus elargientes.* Origenes homil. 10. in Leviticum. *Habemus quartam & ſextam ſeptimanæ dies quibus ſolemniter jejunamus.* Tertullianus libr. de jejuniis adverſus Pſychicos c. 2. ſcribit ſtationes etiam ſuos dies habuiſſe quartę feriæ & ſextæ, quibus jejunabant. Idem lib. de Coronâ militis prohibet ſtationes fieri diebus Dominicis, & lib. 2. ad uxorem cap. 4. *Si* (inquit) *Iejunia obſervanda ſunt, maritus eadem die convivium exerceat.* Eadem habet lib. de fuga in perſecutione cap. 1. lib. adverſus Pſychicos cap. 13. lib. de oratione c. 14. ubi innuit jejunium in ſtationibus tam religiosè & rigorosè fuiſſe obſervatum, ut jejunium exiſtimaretur ſolvi per ſuſceptionem Euchariſtiæ. Divus Ambroſius ſermon. 25. vocat ſtationes, in quibus Chriſtiani vigilabant in jejuniis & orationibus, quaſi caſtra Chriſtianorum. *In quibuſdam quaſi caſtris nos debemus jejuniorum devotione munire. Caſtra enim nobis ſunt noſtra jejunia, quæ nos à diabolicâ oppugnatione defendunt.* Vocat jejunia modò ſtationes, modò caſtra: quia in illis pugnamus armis abſtinentiæ & jejunii. Quomodò abſtinentiâ & jejunio poſſumus præliari, cùm experientia contrarium doceat? nam ſi quis milites ad pugnam vegetiores reddere deſideret, debet illis potum & cibum abundè ſubminiſtrare? Eſto in corporali militiâ, non ſic in ſpirituali; in hoc enim ſtationes facimus, ideſt ſtamus, commoramur, conſtantes nos exhibemus, ut dæmonum inſidias detegamus, & tela retundamus. *Caſtra nobis ſunt noſtra jejunia, quæ nos à diabolicâ oppugnatione defendunt.*

l. 1. Reg. cap. 31. v. 13.

Jejunia Pœnalia. l. 3. Reg. 21. v. 27

Imminente periculo jejunabatur.

Jejunia Religionis cauſa

l. 3. Reg. cap. 19.

Act. 13. v. 2.

III. Non ſolùm illa duo jejunia Chriſtiani obſervabant, ſed etiam jejunium Sabbathi, ut notat Sanctus Epiphanius hæreſi 75. *In omnibus terræ regionibus decretum eſt jejunium quartæ, & pro Sabbatho ab Apoſtolis ordinatum.* Idem habet in epitome. Poſt aliquot centenos annos Eccleſia Romana mutavit jejunium feriæ quartæ in Sabbathum, retento jejunio feriæ ſextæ: quia illis duobus diebus Chriſtus mortuus eſt, & manſit in ſepulchro: ſeu ex Clemente, opifex manſit ſub terrâ. Ratio præcipua cur jejunium Sabbathi ſit præſcriptum, eſt; quia illo die ſolebant fideles vigilare ad Sanctum Petrum. Vigiliæ autem non erant ſine jejunio: ut colligere eſt ex Sancto Leone paſſim in ſuis ſermonibus: item ex Innocentio I. epiſtolâ 1. ad Decentium cap. 4. Ratio cur jejunium diei Mercurii ſublatum eſt, nè eſſet nimis grave populo tam ſæpè jejunare, & à carnibus abſtinere. Eccleſia Græca adhuc jejunium & abſtinentiam Feriæ quartæ & ſextæ obſervat. Tandem ſucceſſu temporis ex fidelium negligentiâ omiſſum eſt jejunium feriæ quartæ, & Sabbathi retentâ ſolâ abſtinentiâ hujus diei.

Epiph.

IV. Romana Eccleſia alia etiam jejunia indixit, ſcilicet in vigiliis Apoſtolorum, quaſi primorum Eccleſiæ parentum, & aliquorum Martyrum. Quo tempore ſolebant ſtare in templis vigilantes, orantes, pſallentes, vel aliquid ex Pſalmis interpretantes. Hic ritus adhuc vigebat tempore Divi Auguſtini, ut patet ex eodem, Concione 1. in pſalmum 32. & Divus Hieronymus Epiſt. increpatoria ad Sabianum Diaconum cap. 3. *Tota Eccleſia (inquit) nocturnis vigiliis Chriſtum Dominum perſonabat, & diverſarum gentium linguis unus in laudibus Dei ſpiritus concinebat.* Idem Divus Hieronymus in epiſt. ad Riparam, & libr. adverſus Vigilantium cap. 4. notat, quod in veteri lege Num. cap. 3. ex præcepto Dei Tribus Levi ſervabat excubias & vigilias ante tabernaculum teſtamenti, fuiſſe aitque confirmatas à Chriſto & Apoſtolis. Ideò verò Vigilia S. Joannis Evangeliſtæ caret jejunio, ob feſtum Nativitatis Domini, & Gloria in excelſis Deo, quod in diebus jejunii non cantatur. Non eſt etiam jejunium in Vigilia SS. Philippi & Jacobi, quia tempore Paſchali ſeu lætitiæ non eſt jejunium. Supradictis jejuniis additum eſt jejunium Aſſumptionis B. Mariæ Virginis, Nativitatis Sancti Joannis Baptiſtæ, & trium dierũ Rogationum ante Aſcenſionem Domini Jeſu-Chriſti, cujus meminit D. Auguſtinus ſerm. 172. & 173. de tempore: tamen diebus Rogationum paſſim in Eccleſia ſervatur tantùm abſtinentia. Quod ſi præfata feſta celebrentur die Lunæ, anticipatur jejunium die Sabbathi: quia ſicut traditur à R. Moyſe Ægyptio lib. 3. de templo cap. de Sabbatho & de jejunio, prohibitum fuit Judæis ſub pœnâ, jejunare Sabbatho, niſi civitas ab hoſtibus obſideretur. Sic Religio Chriſtiana vetuit die Dominicâ jejunare: ut patet ex Canone 65. Apoſtol. apud Clementem lib. 6 Conſtitut. cap. ultimo, & lib. 7. Conſtitut. cap. 24. Damaſceno lib. de jejunio: Sancto Ignatio epiſtolâ 5. ad Philippenſ. Tertulliano in apolog. c. 16. Sancto Baſilio de Spiritu Sancto. Sancto Epiphanio in Epitome fidei. Concilio Grang. c. 18. Concilio Carthag. 4. Can. 64. ubi: *Qui ſtudioſè jejunat die Dominico, non credatur Catholicus.* Vide etiam cap. (*Si quis*) 7. & cap. ult. D. 30. & cap. (*Sacerdos*) 26. quæſt. 7. & cap. (*Placuit*) cap. (*Jejunium.*) cap. *Ne quis.*) cap. (*Jejunia.*) de Conſecr. D. 3. Item Divum Thomam 2. 2. quæſt. 147. art. 5. ad 3. & in 4. D. 15. quæſt. 3. art. 3. Rationem cur Die Dominicâ non jejunetur, affert Baronius anno Chriſti 57. & 58. Bellarminus lib. 2. de bonis operibus cap. 18. & ſequentibus. Divus Hieronymus in cap. 15. Iſaiæ ſcribit quod Judæi diebus Sabbathi otiabantur & vacabant epulis.

Hieron.

V. Quoad Jejunium Quadrageſimale, Chriſtum habuit authorem & inſtitutorem, ut colligitur ex Canon. 68. Apoſtolorum, Origene homiliâ 10. in Leviticum, Clemente Romano, & Ignatio. Nam Clemens libr. 5. Conſtitutionum cap. 13. ait: *Quadrageſimale Jejunium obſervandum eſt memoriam continens conſervationis & legiſlationis Domini.* Particula *legiſlationis*, ſignificat

Clemens

significat illud jejunium fuisse à Christo institutum. Divus Ignatius ad Philippenses affert pro motivo hujus institutionis exemplum Christi. *Quadragesimale jejunium nè spernatis: continet enim exemplum conversionis Dominicæ.* Secunda ratio est exemplum Moysis & Eliæ: Nam Eucherius Lugdunensis in lib. formularū spiritualium, ait Eliæ & Moysis Jejunium fuisse figuras jeiunii Christi. *Augusti.* Tertiam rationem colligo ex Divo Augustino sermone 69. de tempore. *Deus nostrarum medicus animarum tempus instituit, quod & justis satis sit ad orandum, & peccatoribus sufficiat ad rogandum.* Quartam proponit Divus Chrysostomus hom. 5. imperfecti in Matthæum, scilicet Christum jejunasse quadraginta dies, ut ostenderet jejunium esse adversus tentationes telum validissimum. Quinta, petitur ex Sancto Dorotheo serm. 18. de sancto jejunio, dicente: Quadragesimæ jejunium ab Apostolis institutum, quasi totius anni decimam. *Hieron.* Sextam subministrat Divus Hieronymus in commentario ad caput 9. Matthæi. *Ecclesiæ consuetudo ad Passionem Domini & Resurrectionem per humilitatem venit, ut spirituali sagina, jejunio corporis præparemur.* Septima est ut fideles reliquo tempore negligentiores, quasi unanimiter conspirent agere pœnitentiam: ideò primo die Quadragesimæ imponebant manus, ut per totam Quadragesimam agerent pœnitentiam, ut scribitur in Concilio Meldensi cap. 76. Hinc Feria 4. ante primam Dominicā Quadragesimæ asperguntur capita cinere, more veterū pœnitentium. Octava, ut illâ pœnitentiâ seu jejunio, fideles præpararentur ad solemnem Eucharistiæ sumptionem in Paschate. Undè olim non communicabant in Quadragesimâ, ut magis famelici accederent in Paschate, teste Divo Chrysostomo homiliâ 1. in Genesim. Nona causa, ut in Quadragesimâ multas virtutum merces negotiemur, quibus ad diem Paschalem pertingere possimus. Decima, cùm in Paschate Cathecumeni solemniter baptizarentur, & totâ Quadragesimâ instruerentur, Christiani illo tempore orabant, & jejunabant, ut Deus illis cœlum aperiret: sicut Elias jejunio quadraginta dierum cœlos aperuit, ut docent passim Patres, maximè SS. Ambrosius & Augustinus. Sic eodem jejunii adminiculo ad Deum pergimus. Divus Ambrosius sermone 23. ubi de Jejuniis Quadragesimalibus. *S. Amb.* *Per quæ (inquit) iter spiritualiter facientes animæ, virtutibus ambulamus, & divino profectu repromissæ nobis terræ viciniores efficimur: ita ut citius perveniat, qui devotius jejunaverit. Pedes quidem animæ pernices sunt, fides atque jejunium, qui citò de humilibus ad altiora conscendunt, citò de terrenis ad Cœlestia gradiuntur.* Vocat jejunium & fidem pedes, non ut iis quomodocumque incedamus, sed citius: quasi diceret, quemadmodum ii qui aliquem montem conscendere volunt, non se onerant sarcinis: ita qui in viâ virtutis ambulare, & montem perfectionis conscendere desiderāt, non debent se multo cibo & potu onerare, sed jeiunio munire. Undecima ratio, illo Jeiunio Quadragesimali fideles qui Christo nomen dederunt, docentur non debere reverti ad mundum. Tertullianus libro de Baptismo cap. 20. *Dominus de figurâ Israelitis exprobationem in ipsum retorsit. Namque populus mare transgressus in similitudinem translatus cum divinis copiis aleretur, nam minus ventris & gulæ meminerat, quàm Dei. Deindè Dominus post aquam segregatus, in deserta quadraginta dierum jejunia emensus, ostendit tentationes plenitudini & immoderamini ventris appositas abstinentiâ elidi.* Quibus verbis Tertullianus innuit populum Ægypto egredientem, & per mare baptismi transeuntem, non debere se iterùm cupiditatibus Ægypti, seu mundi committere. Deinde sicut populus quadraginta annis tentationibus gulæ agitatus fuit, sic debet quadraginta dierum spatio, jeiunio & mortificatione expiare tale delictum. Duodecima ratio, quemadmodum tempore Noe Deus immisit diluvium 40. dierum, ut mundus à peccatis mundaretur, sic etiam 40. dierum jejunio debemus animam peccatis squallidam

squallidam purgare. S. Prosper de promissionibus p. 1. c. 7. *Quod 40. diebus & 40. noctibus diluvium factum est super terram, non tantùm præteriti in hoc numero, quantùmet iam præsentis temporis animarum diluvium ostendit, quæ in scopulis sæculi atque gurgite flagitiorum diversarumque voluptatum naufragis fluctibus submerguntur. Propter quod 40. diebus Elias, 40. diebus & ipse Salvator jejunia consecrasse monstratur.* Decima-tertia quia sicut ad fœtum formandum 40. dierum tempus impenditur: ita ad formandum hominem 40. dierum jejuniũ instituitur. *S. Cyrill.* Divus Cyrillus lib. de adoratione. *Ferunt fœtum in utero ad figuram nostri corporis tunc accedere, cùm ipse numerus 40. dierum expletus fuerit, ideòque aiunt Moysen illum virum optimum, cum Israelis populum ad vitam secundùm legẽ deducendam iterùm quodammodò parturiret ac reformaret, cibo & potu abstinuisse, panem (inquit) non comedit, & aquam non bibit 40. diebus.* Decima-quarta ratio ideò Quadragesima instituta est, quia numerus quadragenatius mysticus est, ut passim docent PP. Divus Augustinus lib. de Consensu Evangelistarum cap. 4. Divus Ambrosius in cap. 4. Lucæ. Divus Basilius hom. 40. Beda, Divus Thomas, *S. Bonaventura* Divus Bonaventura in cap. 4. Matthæi. *Lex decem præceptis continetur, quam quia caro ex quatuor elementis constans violat, ideò illam quadraginta dierum jejunio affligimus.* Decima-quinta ratio, Noë post quadraginta dierum diluvium fenestram aperuit Genes. cap. 8. v. 6. & Cœlum inspexit, sic per jejunium quadragesimale Cœlum faciliùs inspicimus, Dei autem misericordiam & voluntatẽ detegimus. Alcuinus in c. 8. Genes. *Post quadraginta dies Noe fenestram aperuit, significant jejunantibus Cælũ aperiri. Ideò Moyses & Elias & ipse Salvator quadragenario numero jejunia consecrarunt, tanquam tribus temporibus necessaria ante legem; sub lege, sub gratiâ.* Quasi diceret quemadmodum post ieiunium quadraginta dierum Moyses exodi cap. 24. v. 10. & Elias lib. 3. Reg. cap. 19. v. 13. *l. 3. Reg. cap 19. v. 13.* Deum viderunt, & innuit Tertullianus lib. adversus Psychicos cap. 7, *Tertull.* *Meritò in carne se Dominus ostendit collegæ jejuniorum suorum.* Et illi soli Christo in Thabor transfigurato astiterunt & eum viderunt, ut notat Divus Chrysologus sermone 166. Ita nemo potest Deum videre nisi ieiunus. Cùm essent in templo tot Sacerdotes, tot Levitæ &c. Sola Anna Prophetissa Christum vidit Lucæ cap. 2. v. 36. *Et erat Anna filia Aser, filia Phanuel, quæ nõ discedebat de templo.* An quia nõ discedebat de templo? Non. An quia Prophetissa erat? Non. An quia vidua? Non: sed quia ieiunabat. *Iejuniis & obsecrationibus serviens nocte ac die.* Pondera illa verba: *Iejuniis &c.* Tertullianus lib. de Baptismo c. 8. idẽ docet. *Ostendens à nullis magis intelligi Christum quàm à semel nuptis & semel jejunis.* Cui astipulatur Dionysius in cap. 2. Lucæ. *Dionys.* *Ad illuminationem omnisque gratiæ incrementum jejunium confert.* Sanctus *S. Leo* Leo de hoc ieiunio differens vocat sacratissimum. *Prædicaturus nobis dilectissimi sacratissimum, maximumq; jejunium.* Ex quibus patet jeiunii quadragesimalis legem esse sanctissimam. *Lucæ c. 2. v. 36.*

VI. Ab aliquibus non tantùm quadragesima; sed quinquagesima observata est. Primò quia ex Clemente lib. 5. constitut. cap. 13. & 19. Sancto Epiphanio in epitome. Primi Christiani excludebant à quadragesimâ sex dies hebdomadæ sanctæ: illis enim diebus vigilabant, & ieiunabant in gratiam Paschæ & Resurrectionis Domini. Alii ideo quinquagesimam ieiunabant, quia inter dies Quadragesimæ non numerabant sex dies Dominicos. Vide Divum Gregorium hom. 16. in Evangelia, & Epiphanium supra. Alii quia non existimabant esse die Sabbathi ieiunandum: illo tamen die ieiunandum esse in Quadragesimâ decrevit Concilium Agatense cap. 2. Alii quia feriâ quintâ non ieiunabant, quos corripit Gregorius II. in decreto quod legitur in ipsius vitâ, seu in Pontificali. Alii quia finiebant Quadragesimam feriâ quintâ hebdomadæ sanctæ, ieiunantes duos sequentes dies in gratiam Paschæ. Quos reprobant Synodi Græcæ à Martino Bracarensi collectæ cap. 50.

VII. Quid autem toto illo quadragesimali tempore præter jejunium & abstinentiam à nobis faciendum sit, ad illius sanctitatẽ augendam, suggerunt Christus, Moyses, Elias, Anna Prophetissa, primi Christiani, & alii justi jejunii observatores

servatores. Christus totis 40. diebus, quibus in deserto ab omni potu & cibo abstinuit, non otiosam vitam duxit, sed totus contemplationi rerum divinarū immersus fuit, ut testantur omnes Patres. Moyses suum ieiunium cum contemplatione coniunxit, ut patet Exodi c.29.30 31.ubi loquitur os ad os,quemadmodùm amicus suum amicum affatur. Elias in illo itinere usque ad montem Dei Oreb non rebus vanis excogitandis animum intendit,sed gloriæ Dei & animarum saluti promovendæ. Undè factum,est ut Dei colloquium familiare promeruerit. Quod animarum saluti illo tempore ieiunii mentem intenderet patet lib.3. Reg. cap. cap.19. ubi Deus sic illum interrogat v. 9. *Quid hic agis Elia?* Ideſt quid cogitas? Quibus rebus animum applicas, & applicasti totis illis quadraginta diebus, quibus peregrinatus es ieiunus. v.10. respondit. *Zelo Zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel &c.* Non ait zelo zelor, sed *Zelatus sum.* Licet Dominus interroget illum in præsenti,quid tunc ageret, ille respondit quid ante egerit,maximè toto illo itinere quadragenario,scilicet quomodo gloriam Dei per idololatriam non mediocriter obscuratam repararet, quomodo altaria sacra restauraret,quomodo reliquos Prophetas ab ulteriori & immani Jezabelis persecutione liberaret, pro quibus expeditiùs perficiendis Deum indefessè orabat. Licet enim orationi esset addictissimus, tamen illam magis urgebat cùm aliquid magni aggredi vellet, vel cùm aliquod vitæ discrimen sibi vel aliis, vel aliquam religionis iacturam verebatur: vel cùm tristi mœrore & tædio afficiebatur, ut patet ex cap. & loco citato: vel cùm aliquid à Deo impetrare volebat, ut patet ex libr. 3. Reg. cap. 18. ubi impetraturus ignem cœlitus in victimam suam, præmittit orationem v.36. *Domine Deus Abraham,& Isaac, & Israel, ostende hodie &c.* Impetraturus pluviam v. 42. *Ascendit Elias in verticem Carmeli, & pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua.* Scilicet ut oraret. Undè Divus Chrysostomus tomo 1. hom. de Ascensione Eliæ. *Clavis Cœli* (inquit) *facta est oratio Eliæ sanctissimi, orat & clauditur Cœlum &c.* Et D.Jacobus c.5.v.17. *Elias erat similis nobis, passibilis, & oratione oravit, ut non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex.* v.18. *Et rursum oravit, & Cœlum dedit pluviam, & terra dedit fructum suum.* Ad obtinendam pueri Sareptani resurrectionem oravit lib. 3. Reg. cap. 17. v.21. *Domine Deus revertatur obsecro anima pueri in viscera ejus.* v.22. *Et exaudivit Dominus vocem Eliæ, & reversa anima pueri inter eum,& revixit.* Et ita de Discipulo eius Eliseo philosophandum est. Quod etiam Anna Prophetissa orationem ieiunio coniungeret, patet ex cap 2. citato Lucæ v. 37. *Ieiuniis & obsecrationibus serviens.* Dionysius ponderans illam particulam *obsecrationibus* ait: *Obsecratio est ferventior, potior, magisque impetrativus spiritus orationis, ideòque obsecrationi instadū est juxta illud Psalmi 24. Secundùm magnam misericordiam tuam memento mei tu.* Quare non oportet aliquorum opinionem sequi, de quibus Tertullianus lib. de oratione cap. 14. *De stationum diebus non putant plerique sacrificiorum orationibus interveniendum.* Sed oration insistendum, ut Elias in suo itinere & ieiunio quadragenario, dum Jezabelis rabiem fugeret, de quo intelligi potest illud eiusdem Tertulliani lib.de fugâ in persecutione cap.1. *Fides in persecutione disciplinatior in jejuniis, & stationibus, in orationibus, & humilitate.* Divus Chrysostomus hom.30. in Genesim ostendit ieiunium sine oratione esse non debere, sed hanc esse illius quasi comitem & contubernalem. *Etenim jejunio preces semper conjunctas esse oportet.* Hanc veritatem confirmat Christus dicens Matthæi 17. & Marci cap.9. hoc genus dæmoniorum non egreditur nisi in precatione & ieiunio. Et iterùm de Apostolis dicitur act. cap.14.v.22. *Nam cùm orassent & jejunassent, commendaverunt eos Domino, in quem crediderunt.* Et iterùm inquit Apostolus 1. Corinth. c. 7. Nè fraudetis invicem, nisi in precatione & ieiunio Chrysostomus subdit: *Vidisti quomodo jejunium hoc subsidio indigebat? tunc enim potissimum preces sobriæ sunt cùm expeditior est mens nostra, neque gravata, neque malo deliciarum onere pressa fuerit, magna arma sunt preces,*

l.3.Reg. cap.19. v.9. *v.10.* *l.3.Reg. cap.18. v.36.* *v.42.* *Jacobus c.5.v.17* *v.18.* *l.3.Reg. cap.17. v.21. v.22.* *Luc. c. v.37.* *Dionys.* *Tertull.* *Chrysostomus.* *Act. c. 14.v.22.*

magna ſecuritas, magnus theſaurus, magnus portus, &c. Quibus verbis innuit jejunium & orationem eſſe quaſi contubernales, quia ab invicem nunquam ſeparantur. Idem Divus Chryſoſtomus tomo 1. homil. 1. de Pœnitentiâ. *Etenim ſi lunaticus fuerit quis jejunii, ei facem oſtende, atque lapidibus ipſis immobilior manet timore ſuffocatus, & veluti vinculo quodã detentus, id potiſſimum cùm viderit jejunio adjunctam ſociam, contubernalemque orationem. Propterea & Chriſtus dicit Matthæi cap. 17. Hoc genus dæmoniorum non ejicitur, niſi in jejunio & oratione.* Paulò poſt id probat exemplo Monachorum illius temporis, quos noſter P. Lezana tomo 2. Annalium noſtri Ordinis anno Chriſti 354. cum aliis ab eo ibidem citatis, probat non alios fuiſſe, quàm Eliæ alumnos, quibus etiam Chryſoſtomus convixit, ut oſtendit ad annum Chriſti 371. num. 7. & ſequentibus. *Vis* (inquit Chryſoſtomus) *diſcere quantus hominibus ornatus ſit jejunium, quævè ſtabilitas ac cuſtodia? conſidera beatum & admirabile Monachorum genus. Hi namq; qui in eremo ſunt, tumultus fugientes, atque ad ipſa montium cacumina currentes, in eremi ſilentio, veluti in tranquillo quodam portu fugientes, &c.* Ex quibus patet non immeritò Pontificem ſanctum vocari, ejuſque Eccleſiam Romanam dici Sanctam, quia ſanctas Jejunii, Abſtinentiæ & Orationis ſimul faciendæ leges præſcribunt. Aliis Legibus Eccleſiaſticis pleni ſunt Decretales, plenum Jus Canonicum, plena Concilia, & plena diplomata Apoſtolica.

CAPUT DUODECIMUM.

Eccleſia et Sedes Romana Parentis nomine gaudent, ratione juriſdictionis & imperii.

I. NOn immeritò Eliſeus Eliam affatur his verbis lib. 4. Regum c. 2. & Rex Joas Eliſeum lib 4 cap. 13. *Pater mi, Pater mi currus Iſrael & auriga ejus.* Quia ſicut patris eſt prolem non tantùm generare, ſed etiam inſtruere, & ex Divo Ambroſio lib. de Nabuthe cap. 10. & in Pſalmum 118. ſermon. 4. Auriga, ſeu agitator currus eſt, qui cum diſciplinâ & arte pro arbitrio ſuo equos agitat, & currentes incitat, vel reflectit indomitos, revocat fatigatos, vel manſuetos pro ſuâ voluntate convertit: aſcenſor autem equi eſt, qui ſine arte agitur potius quàm agit: ſic Elias dicitur auriga, quia regit, gubernat non arte, & diſciplinâ humanâ, ſed planè cœleſti & divinâ. Primò, quia ex Joanne 44. Patriarchâ Jeroſolymit. libr. de Inſtitutione Monach. cap. 10. *Elias in monaſticâ vitâ eremiticâ (quam primus hominum à propoſito inchoaverat) ſucceſſores poſt ſe relinquere diſpoſuit: qui (ut Pater primus Monachorum fieret) in ſuos diſcipulos elegit quoſdam, qui idcirco ad ipſum in ſolitudine torrentis Carith tunc latentem confugiebant, nè per Regẽ Achab & Reginam Iezabel cogerentur, ſicut & cæteri populares adorare Baal. Viri quippè iſti timore Dei repleti, cernentes Eliam, ita verbo Domini tunc continere cœlum, quod pluviam non dabat ſuper terram, ad eum tanquam ad Dei cultorem accedebant occultè in ſolitudine Carith, ut ſub ejus doctrinâ in cultu veri Dei perſiſtere poſſent. Hos itaque Deo devotos viros, Elias ſecundùm formam à Deo ei traditam habuit ſuæ monaſticæ primos diſcipulos, & imitatores veros, quos etiã docuit prophetare: ideſt ad laudes Dei Cantica, & Hymnos, & Pſalmos cum inſtrumentis muſicis cantare, &c.* Vocat eum Patrẽ, quia ſub ejus doctrinâ, non humanâ, ſed cœleſti, viam mandatorum Dei didicerunt; nõ humanâ, ſed divinâ arte comparatam, ut patet ex his verbis: *Secundùm formam à Deo traditam, &c.* Item illis. *Quos docuit prophetare &c.* Eandem regendi artem à Deo traditam fuiſſe, colligo ex eodem Joanne 44. cap. 3. 4. & 5. ubi explicans verba Domini ad Eliam libr. 3. Reg. cap 17. v. 3. *Recede hinc vade contra Orientem, &c.* Subdit, *Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tuâ avertere, eam prorſus relinquens, & ſuperioris recto arbitrio uſque ad mortem propter me humiliter te ſubmittens.* Quaſi diceret, quemadmodum auriga ad arbitrium ſuum currum & equos dirigit, ita & poſteri ſeu diſcipuli Eliæ ejus nutui & arbitrio ſe ſubjicere omninò debent, ab eoque dirigi. Appoſitè Boul-

l. 4. Reg. cap. 2. *l. 4. Reg. cap. 13.* *l. 3 Reg. 17. v. 3.*

ducus

Bouldu-cus. ducus in expoſitione epiſtolæ S. Judæ v. 10. ſic hæc verba *Pater mi, &c. Currus Iſrael & auriga ejus*, reddit, vocans *l.4.Reg. 2. v.12.* Eliam *Generalem Prophetam, archimandritam in quo velut curru, qui ſpiritu Dei ducebantur, erant aggregati, & ad nutum ejus moderati.* Quæ regimen & imperium quoddam denotant. Undè cœtum Prophetarum ſic affatur Joannes Geometra Author Græcus Latinitati redditus à Frederico Morello tom. 8. Biblioth. Patrum ſecundùm editionem Pariſienſem in hymno 1. de laudibus Deiparæ:

Gaude Thesbita vive & clariſſime currus
Virtutum rapidis concite quadri jugis.

II. Hoc Eliæ Imperium in diſcipulos & filios Prophetarum, ſatis probant de Eliſeo verba lib. 3. Reg. c. 19 v. 21. *Secutus* *l.3.Reg. cap.19. v. 2.* *eſt Eliam & miniſtrabat ei.* Quomodò miniſtrabat? ut filius Patri, ut ſubditus ſuperiori: & confimatur ex his verbis. v. 2. *Oſculer oro patrem eum & matrem meam, & ſic ſequar te.* Cur ait: *Oſculer* *Toſtatus.* *oro, &c.* Toſtatus quæſt. 24. ibi. *Petiit licentiam: quia putavit, quod non poterat jam aliquid agere contra præceptum Eliæ.* *Salianus* Illi ſubſcribens Salianus ſub anno 3127. num. 25. *Poſtulatio hæc ſignificat injectã à Deo novo Propheta neceſſitatem ſequendi Eliam: nam ſi id ſibi liberum putaret, non peteret ab Eliâ, quaſi à Magiſtro ac Domino ſuo veniam ſalutandi parentes.* Expende illa verba. *Neceſſitatem injectã.* Item. *Nam ſi id ſibi liberum putaret.* Quaſi diceret, ſicut quando lora circa equi jugalis aures religantur, illi equi non amplius ſui juris ſunt, ſed neceſſariò ſequi debent aurigam; ſic Eliſæus Eliæ nutui omninò obtemperare debebat.

III. Non tantùm Eliſæus ab Eliâ directus fuit, ſed etiam filii Prophetarũ: hi enim antea vocabantur Prophetę, ſed ex quo Eliæ & Eliſæi regimini ſe ſubjecerunt, vocati ſunt filii Prophetarũ, ut optimè animadvertit Joannes 44. lib. de inſtit. *Joannes 44.* Monach. c. 11. *Filii Prophetarũ hujus religionis erant diſcipuli, & in propheticâ diſciplinâ ſub regimine ipſorum, tanquam Patrum ipſorum.* Vocat Eliæ & Eliſei doctrinam regimẽ, item Eliam, & Eliſeum Patres eorum. Eidem ſubſcribunt Lyranus in lib. 4. Reg. c. 2. Toſtatus quæſt. *Toſtatus* 11. quæſt. 30. & 31. ait *Ipſe erat Princeps cæterorum tam in doctrinâ morali, quàm in eruditione legis, & exemplo vitæ, & gerebat curam de omnibus collegiis Prophetarum in terrâ Iſrael.* Idem patet ex piâ exhortatione, quam nomine Eliæ, Salianus habet ad Filios Prophetarum, paulò ante ejus raptum, anno 3139. num. 9. ubi inter alia, ait: *Nonnulli veſtrùm, qui ad me tunc metu illorum temporum confugiebatis, &c. qui uno jam tum ſpiritu & voluntate, regebantur & communem nobiſcum vitam in religioſo Dei famulatu ambiebant.* Et infra. *Primum ergò illud eſſe cupio ſive in mandatis, ſive in admonitionibus meis, ut omnem idolorum ſpurcitiam deteſtati, unius veri Dei cultum fideliter, conſtanterque amplectamini, illius legem, cæremonias, atque judicia ſanctè, integrè, inviolatèq; cuſtodiatis, &c.* Quæ verba paternum, ac ſpiritualem affectum, ſolicitudinem, & juriſdictionem denotant.

IV. Eliſeus ideò in Eliæ locum ſuffectus eſt, ut ipſos etiam filios Prophetarum quaſi pater & auriga dirigeret. Id colligo ex lib. 4. Reg. c. 2. v. 15. ubi de filiis *l.4.Reg. cap. 2. v. 15.* Prophetarum. *Adoraverunt eum proni in terram.* Lyranus ſubjungit. *Adoratione dulię tanquam ſuperiorem ſuum, eo* *Lyranus* *quod eſſet ſubſtitutus loco Eliæ, ſub cujus regimine vixerant.* Expende illa verba. *Tanquam ſuperiorem*, item. *Sub cujus regimine vixerant.* Quæ juriſdictionem & imperium denotant. Caietanus. *Hæc* *Cajetan.* *ſignum tanquam novo Patri loco Eliæ exhibuerunt.* Ideſt hoc ſignum ſubmiſſionis quaſi filii novo Patri, quaſi Religioſi novo Superiori præſtiterunt, quam ſubmiſſionem teſtantur hæc verba, quibus Eliſeus non tantùm Pater, ſed etiam auriga nuncupatur, etiam reſpectu populi Iſraelitici, ut animadvertit Toſta- *Toſtatus* tus ad illa verba Eliſei ad Eliam lib. 4. *l.4.Reg.* Regum cap. 2. *Currus Iſrael & Auriga* *cap. 2.* eius. *Vocatur Auriga, quia ad Aurigam* *v. 12.* *pertinet dirigere, ita & Elias dirigebat Iſrael, revocando eos ad cultum veri Dei; & hoc fuit in monte Carmeli, quando deſcendit ignis ſuper ſacrificium ſuum, & totus populus videns adoravit Dominum, dicens; Dominus ipſe eſt Deus, & occiderunt Prophetas Baal.* Cui favet Dionyſius. *Ipſum Eliam vocavit currum Iſ-* *Dionyſ.* *raeliticæ plebis, & aurigam ejuſdem plebis, quoniam inſtar currus populum ſuſtentavit, & ejus ſupportavit ac ſupplevit defectus*

defectus, direxitque eam ſicut auriga quadrigam. Juxta hunc ſenſum hæc eadem verba Joas Rex Iſrael infra cap. 13. profert de Eliſeo. *Pater mi &c.* Idem Dionyſius, *O Pater mi! prædilecte! etenim quod bis ait, Pater, & addit, mi, ſignum fuit præcipuæ ac ſpecialis dilectionis ſuæ ad ſanctum virum. Itaque Pater mi cùm ſis auriga & currus Iſrael, ideſt director, & ſuſtentator Iſraeliticæ plebis quid defuncto te faciemus?* Joſephus refert lib. 9. cap. 8. *Cæpit Ioas flere ac ingemiſcere, ac Patrem eum vocare & dicere Regnum ſuum ſub ipſo fuiſſe ſecurum, & propter ipſum ſe nunquam armis contra hoſtes indiguiſſe, ſed illos proſperè ſine dimicatione viciſſe: & quod ipſe Eliſeus decedendo relinqueret filios Iſrael Syris ac aliis hoſtibus captivandos, idcircò vitam ſuam ac populi de cætero non eſſe ſecuram, ſed gratum ſibi eſſe, ut ſimul cum ipſo à præſenti luce recederet.* Ecce quomodo tum Elias, tum Eliſeus populi & filiorum Prophetarum Patres vocantur ratione juriſdictionis ac directionis.

l.4.Reg. cap. 1. v.14.

V. Hoc imperium, directionem, ſeu curam ſpecialem etiam plebis pluries uterque oſtendit. Aliqua loca recenſebimus Lib.3.Reg.cap.18.v.18. & ſequentibus, Elias Regem Achabum ſic affatur. *Non ego turbavi Iſrael, ſed tu &c, verumtamen nunc mitte, & congrega ad me univerſum Iſrael in monte Carmeli &c.* Quibus verbis Elias Paſtoris ſupremi officio fungens, Regem Achab corripit, ipſique præcipit, ut convocet univerſum Iſrael in montem Carmeli. v.40. Poſtquàm Deus igne cœlitùs emiſſo ſuam divinitatem probavit. *Apprehendite* (inquit) *Elias Prophetas Baal, & ne unus quidem effugiat ex eis. Quos cùm apprehendiſſet, duxit eos Elias ad torrentem Ciſon, & interfecit eos ibi.* Illam cædem impetrat præſente & ſilente Rege. Non mirum ſi ita intrepidè ipſum Regem corripit, & Pſeudo-Prophetas mactari iubet: id enim non abſque poteſtate & juriſdictione præſtabat. Idem patet lib. 4. Reg. cap. 1. ubi Regem Ochoziam reprehendit ob recurſum habitum ad Beelzebud, proximamq; mortem in pœnam ſuæ idololatriæ denunciat: duos ejus quinquagenarios ob irreverentiam & ſui officii contemptum igne cœleſti abſumit. Cur ita ſævit? quia Paſtor, quia Pater, quia Auriga eſt. Paſtor, Pater, Auriga non ſemper benignè agere debent, ſed correctionis ſeveritatem nonnunquam adhibere. Divus Chryſoſtomus hom. 14. in 2. epiſt. ad Corinthios. *Etenim miſericordia eſt non ſemper gratificari ægrotis, neque adulari illicitis illorum concupiſcentiis &c. Etenim ſi equum videris efferri, frænum immittis, ac violenter reprimis, & multum flagellas: quamvis ſanè hæc punitio Mater ſalutis eſt. Ita fac & in peccantibus: liga eum qui deliquit donec placet Deum.* Non tantùm in ſacris codicibus, ſed etiam in prophanis nomen Patris imperium denotat. Virgilius lib. 2. Æneidos Æneam vocat Patrem.

l.3.Reg. c.18. v. 18.

Chryſoſ.

Virgilius

Inde thoro Pater Æneas ſic orſus ab alto.

Lib.8.

At Pater in ripâ, gelidoq; ſub ætheris arce.

Et infra.

Tum Pater Æneas puppi ſic fatur ab altâ.

Lib.7. de Rege Latino.

Quàm Pater inventam primas cùm conderet arces. Et paulò poſt.

Hic & tum pater ipſe ferens reſponſa latinis. Lib 12.

Et nos tela Pater ferrum aut ignobile dextera

Spargimus, Lib.8.de Evandro.

Tum Pater Evander dextram complexus euntis.

Ubi nomen Patris non generationem ſignificat, ſed dignitatem & imperium. Cur potiùs Patris quàm Domini nomine utuntur? Quia nomen Patris ſuperat nomen Domini. Divus Cyrillus. *Majus eſt Patrem eſſe quàm Dominum, cùm ſit plus in Deo filium generare quàm mundum creare.* Licet Eliæ Patris nomen paſſim tum à Prophetis, tum à Regibus attribueretur, tamen ab omni faſtu alienus erat. Ut patet lib.3. Reg. cap.18. ubi ſacrificio peracto mactatis Pſeudoprophetis Elias mandat Achabo ut protinus currum conſcendat. v.45. cap.18. lib.3. Reg. *Iunge currum tuum & deſcende.* Elias autem v. 46. *Accinctuſque lumbis currebat ante Achab.* Quaſi pediſſequus & gregarius miles. Lib. 4. Reg. cap. 1. v.15. Abſumptis duobus quinquagenariis, annuens humili precationi tertii quinquagenarii. *Deſcendit cum eo ad Regem.* Non pompaticè, ſed humiliter culmen ſuæ dignitatis prophetalis, profundâ animi demiſſione premens, in potentiâ

Cyrillus

l.3.Reg. cap. 18. verſ.45.

l.4.Reg. c.1.v.15

tentiâ quasi se potentem ignorans: ita ut de Eliâ & Discipulo ejus Eliseo aliisq; successoribus dici posſit illud Divi Au-
August. gustini lib. 13. de Civitate cap. 14. *In domo justi adhuc à civitate peregrinantis, & qui imperant serviunt eis, quibus videntur imperare: neque enim dominandi cupiditate imperant: sed officio consulendi: nec principandi superbiâ, sed providendi misericordiâ.* Sciebant dignitatem suam prophetalem servitute non carere, seq; esse in Synagoga sicut oculus est in corpore, ut lucendo serviat, & serviendo illuminet omnia corporis membra. Id D.
Chrysost. Chrysostomus hom. 35. operis imperfecti in Matthæum innuit. *Ipsi honores primâ quidem facie videntur honores; reverà autem non sunt honores, sed ministeria diversa. Honor oculi videtur, quia illuminat corpus, sed ipse honor illuminandi non est honor, sed ministerium ejus: & pedum humilitas esse videtur: quia bajulans corpus, sed ipsa humilitas bajulationis non est eorum contemptio, sed ministerium eorum: Propterea Dominus corporis nec oculum suum minùs honorat quàm pedem: nec pedem magis contemnit quàm oculum &c. Sic est in sanctis uniuscujusque sancti honor non est honor ejus, sed actus ipsius. Apostolatus putatur à nobis honor esse Apostoli. Verè autem non honor sed ministerium ejus est. Vndè Paulus de Apostolatu suo dicebat, si evangelizem non est mei gloria; necessitas enim mihi incumbit &c.* Quid in Eliâ prophetalis dignitas est nisi cura, nisi ministerium? Dum omnes alloquitur, omnes hortatur, ut relictâ prophanâ Baalitarum sectâ Deum verum colant: Dum è terrâ Israel pergit in Sareptam, stipem petit à viduâ: dum ex aulâ Achab fugit in torrentem Carith, in Carmelum, in Jezrael, in Desertum, in Montem Oreb &c. Quid aliud exer-
3. Reg. c. 18. v. 46. cet quàm officium ministri. *Accinctusq; lumbis currebat ante Achab.*

VI. Divus Petrus, Pontificesque Romani ejus Successores, cur Patres sancti seu sanctissimi vocantur & Ecclesia sancta Mater? quia filiis Ecclesiæ seu fidelibus imperant, eosque dirigunt jurisdictione
Pererius ac imperio saltem spirituali. Pererius lib. 10. in Danielem explicans illa verba.
Daniel cap. 9. vers. 24 *Vngatur sanctus sanctorum.* Postquàm dedit rationem cur Christus dicatur Sanctus Sanctorum, subdit. *Non modò ipse Christus Sanctus dicitur, sed omnia etiam quæ sunt ipsius, eumque quocumque modo attingunt, vocantur sancta. Nam sponsam ejus, quæ est Ecclesia sanctam nominat Paulus epist. ad Ephesios cap. 5. quin etiam omnes Christiani passim in epistolis Pauli vocantur sancti. Lex ejus & doctrina vasa & vestimenta & quidquid divini cultus ministerio dicatum sacratumque est, sanctitatis nomen induit. Quid plura, etiam Vicarius Christi Summus Pontifex Romanus, quia ipsum representat in terris omnes mortales dignitate, potestateque præcellens, non tantùm sanctus, sed etiam sanctissimus & sanctitas appellatur.* Quibus verbis ostendit vocari Patrem Sanctissimum quia reliquos fideles dignitate, potestateque præcellit, scilicet illis legem præscribens. Non loquor hic de Pontifice, ut est Princeps temporalis alicujus Provinciæ, sed ut est caput visibile corporis mystici, quo modo doctores omnes passim asserunt Ecclesiam Romanam, & Pontificem posse toti Ecclesiæ imperare, leges Ecclesiasticas condere, quæ obligent in conscientiâ, violatores plectere saltem censuris aliisque pœnis spiritualibus. Id patet 1. ex veteri testamento Deuteron. *Deuter.* cap. 17. v. 12. *Qui superbierit nolens o-* *c. 17. v.* *bedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore* *12.* *ministrat Domino Deo tuo, ex decreto Judicis morietur homo ille & auferes malum de Israel.* Dionysius: *Qui superbierit nolens obedire Pontificis judicio & jussioni* *Dionys.* *&c.* Et paulò post: *In veteri testamento ante tempora Regum quandoque idem fuit Judex seu Princeps & Pontifex, sicut Heli & posteà Machabæi: sed tempore Regum erant distinctæ personæ, & etiam tempore Judicum usque ad Heli. Dum itaque idem fuit Summus Sacerdos & Judex fiebat, ad eundem appellatio seu recursus in quâcumque arduâ causâ, in præinductis. Cùm autem officia illa erant distincta per personas, erat refugium ad Pontificem in spiritualibus causis, ad Judicem in temporalibus.* Hic textus Deuteronomii non tantùm intelligi debet de Pontificibus veteris legis, sed etiam novæ. Nã populus Christianus æquè est populus Dei, ac plebs Judaïca. Nec Princeps Ecclesiasticus in hâc lege debet esse minoris auctoritatis, quàm fuerit in veteri lege. Imò major illi auctoritas competit, at in veteri lege Pontifi-

ficum placita non erant meræ admonitiones, ſed decreta, judicia, leges, imperia, quæ conſcientiam obligabant: alioqui non tam ſeverè in delinquentes animadversũ fuiſſet. Quod tamen Deus fieri præcipiebat: ut patet ex verbis textus citati. *Ex decreto judicis moriatur homo ille.* Dionyſius ſic explicat. *Dionyſ.* *Nam propriâ inobedientiâ, ſeu rebellione ſe ipſum ſpiritualiter perimit, & morte infernalis miſeriæ perire meretur, atque ſecundùm legem fuerat occidendus.* Per illa verba. *Spiritualiter perimit.* Denotat obligationem in conſcientiâ. Per hęc *atque ſecundùm legem fuerat occidendus.* Significat punitionem temporalem. Idem Dionyſius deducit ex hoc loco jus in Eccleſiâ obſervatum obligandi in conſcientiâ, & pleſtendi eos qui per contemptum, & ſcandalosè obedientiam detrectant. *Illud jus* (inquit) *eſt ſervandum ſecundùm Gloſſam hincque conſuetudo exorta eſt, quod Eccleſiaſtici Iudices ac Prælati appellant ad Dominum Papam, à quo ſecundùm jura non appellatur, imò nec ſecundùm Sanctum Bernardum lib. de conſideratione, ubi etiam ait, quod quàm neceſſaria eſt hominibus illuſtratio ſolis, tam opportuna eſt Chriſtianis appellatio talis.*

VII. Ex novo teſtamento id ipſum patet Matth. Matth. c. 16. v. 19. *Quodcumque ligaveris* c. 16. v. *ſuper terram, erit ligatum & in cælis.* 19. Quæ verba ad vinculum legis extendi poſſunt, & vocabulum *Ligaveris*, eo modo explicandum eſt, quo apud Divum Matthæum cap. 23. v. 4. *Alligant enim onera gravia, & importabilia imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea movere.* Dionyſius. *Componunt, & collecta proponunt, ordinationes, juſſiones, & admonitiones difficiles vix impleri potentes, diligentiam, ſeu conatum modicum non apponunt, ut impleant talia. Vbi per alligant intelligit ordinant, jubẽt, admonitiones difficiles faciunt. Itaque Chriſtus dicens Petro; quacumque ligaveris, pollicitus eſt ſe ratam habiturum obligationem legis fidelibus impoſitam à Petro & ſucceſſoribus.* Rectè Dionyſius citata verba Matthæi cap. 16. ſic refert. *Quæcumque à regno excluſeris, excommunicaveris, inabſolutum dimiſeris ſervato recto proceſſu ſeu debito clavium uſu.* Quæ verba arguunt ſingularem in Petro auctoritatem & juriſdictionem.

Hæc poteſtas iterum colligitur ex VIII. verbis Chriſti Joannis 21 v. 17. *Paſce oves meas.* Maldonatus ait. *Paſcere eſſe regere, ac gubernare, ſed ita regere ac gubernare tanquam paſtorem gregem, ut alibi ſæpè docuimus in caput 2. Matthæi v. 6, Hebræorum idiomata eſſe, qui Regis Iſrael intende. Pſalm. 79. v. 1. Hebraicè rohheh qui paſcis, & Pſalm 77. v. 71. Elegit eum de gregibus ovium, de poſt fœtantes accepit eum, paſcere Iacob ſervum ſuum, & Iſrael hæreditatem ſuam.* Quibus verbis oſtendit verbũ paſcere idem eſſe ac regere, gubernare, & nomen paſtoris idem ac Regis. Si igitur Reges habent poteſtatem animadvertendi in ſubditos, & eos ad obſervantiam legum obligãdi, ita & ſummus Pontifex habęt in verborũ illorũ tenore. *Paſce oves meas, paſce agnos meos, &c.* Ideſt rege Epiſcopos, rege populos, rege gregem meum, rege Eccleſiam meam. Divus Bernardus lib. de Conſider. ad Eugenium cap. 8. id melliflue explicat. *Quis eſt Sacerdos Magnus? Summus Pontifex, tu Princeps Epiſcoporum, tu hæres Apoſtolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyſes, judicatu Samuel, poteſtate Petrus, unctione Chriſtus. Tu es, cui claves traditæ ſunt, cui oves creditæ ſunt. Sunt quidem & alii cæli janitores, & gregum paſtores: ſed tu tantò glorioſius, quantò & differentius. Vtrumque præ cæteris nomen hæreditaſti: habent illi ſibi aſſignatos reges ſinguli ſingulos tibi univerſi crediti, uni unius; nec modò ovium, ſed & paſtorum: tu unus omnium Paſtor. Vnde id probem quæris? ex verbo Domini. Cui enim non dico Epiſcoporum, ſed & etiam Apoſtolorum, ſic abſolutè & indiſcretè totæ commiſſæ ſunt oves. Si me amas Petre, paſce oves meas, quas? illius, aut illius populi, civitatis, aut regionis, aut certè regni? Oves meas* (inquit) *cui non planum, non deſignaſſe aliquas, ſed deſignaſſe omnes. Nihil excipitur, ubi diſtinguitur nihil.* Et paulò poſt. *Aliorum poteſtas certis arctatur limitibus, tua extenditur, & in ipſos quĩ poteſtatem ſuper alios acceperunt. Nonnè ſi cauſa extiterit, tu Epiſcopo cœlum claudere, tu ipſum ab Epiſcopatu deponere, etiam tradere Satanæ potes? Stat ergò inconcuſſum* Joan. c. 22. v. 17 Maldonatus Bernardus.

concuſſum privilegium tuum, tibi tam in datis clavibus, quàm in ovibus commendatis. Licet hæc melliflua imò aurea verba ſingulatim expendi debeant: tamen tantùm aliqua ad propoſitum noſtrum ſtudioſius enodemus. Poſtquam vocavit Sacerdotem magnum, ſummum Pontificem, gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, nuncupat illum hæredem Apoſtolorum. Quaſi diceret quemadmodum Apoſtoli, & præcipuè illorum Coryphæus, Petrus aliquas leges obligativas condiderunt, rebelles & ſcandaloſos anathemate percuſſerunt, ita & tu cùm hæres ſis, & vi illius hæreditatis eorum jus & poteſtatem acceperis eandem, uti potes: nam tu es *Poteſtate Moyſes.* Quaſi diceret, ſicut Moyſes leges ſtabilivit, & earum tranſgreſſores punivit, ita & tu nedum fideles, ſed etiam ipſosmet Epiſcopos tuis legibus rebelles cenſuris, officiorum privationibus aliisque pœnis plectere potes.

IX. Idem Chriſtus ad hanc auctoritatem
Joann.c. ſtabiliendam Joannis cap. 20. v. 21.
20.v 21 ait. *Sicut miſit me Pater & ego mitto vos.* Maldonatus ibi dicit his verbis duplicē auctoritatem denotari. Primam ſuggerit Rupertus lib. 14. his verbis. *Quomodo eum vel ad quid miſit filium Pater, niſi ut inter Deum & homines pacem faceret? quomodò itidem, vel ad quid ſuos in univerſum mundum filios mittit Prædicatores, niſi ad hoc ut inimicos Deo reconcilient homines. Hoc nempè ſciens Apoſtolus ait 1. Corinth. cap. 5. Omnia autem ex Deo qui reconciliavit nos ſibi, & dedit nobis miniſterium reconciliationis, &c.* Ibi notat quod particula *ſicut* non ſignificat æqualitatem, ſed proprietatem. Nam Chriſtus à Patre miſſus eſt tanquam ab æquali, Apoſtoli verò à Chriſto, ut homines à Deo miſſi ſunt: ut patet ex illo Apoſtoli 2. Corinth. cap. 5. v. 20. *Pro Chriſto legatione fungimur.* Scilicet quaſi Vicarii. Secunda. Authoritas expreſſa his verbis Chriſti: *Sicut miſit me, &c.* Reſpicit Chriſtum non Apoſtolos: ita ut ſenſus ſit; quâ poteſtate Pater miſit me, eadem ego mitto vos: ſeu non minorem poteſtatem habeo ut vos mittam, quàm habet Pater; ut me mitteret: & ad hunc ſenſum re-
Matth. ferri debent illa verba Chriſti, Matthæi
c.28.vi cap. 28. v. 18. & 19. *Data eſt mihi omnis*
1.19. *poteſtas in cælo & in terrâ: euntes ergò docete, &c.* Quid innuit per *ergò?* Sicut Pater habuit poteſtatem me mittendi ad vos, eâdem poteſtate vos mitto ad omnes gentes. Vel tertiò dici poteſt, quod ſicut Chriſtus authoritate & poteſtate quâ pollebat, leges novas condebat, humanum genus regebat, &c. Ita impendebat Petro facultatem leges condendi. Appoſitè Theophilactus ibidem. *Meum opus ſuſcipite, &c.* Quod opus intelligit? authoritatem leges condendi ad bonum Eccleſiæ, illis rebelles corrigendi, &c.

Idem Sanctus Joannes cap. 21. v. 7. X.
non leve argumentum hujus authorita- *Joan.c.*
tis Pontificiæ ſuggerit. *Simon Petrus cùm* *21.v.7.*
audiſſet quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe: erat enim nudus: & miſit ſe in mare: alii autem Diſcipuli navigio venerunt &c. Divus Chryſoſtomus, Theophilactus, Leontius & alii aſſerunt Petrum natando veniſſe ad Chriſtum; Alii pedibus: cur ſolus Petrus vel natatu vel pedibus venit ad Chriſtum? cur non venit cum aliis navigio, ſeu cur alii non ſic ad Chriſtum accedunt? Divus Bernardus ſupra- *Bernar.*
citatus. *Accipe* (inquit) *aliud quod nihilominùs prærogativam confirmat tibi: Diſcipuli navigabant, & Dominus apparebat in littore, quodque jucundius erat in corpore redivivo. Sciens Petrus quia Dominus eſt, in mare ſe miſit, & ſic venit ad ipſum, aliis navigio pervenientibus. Quid iſtud? nempe ſignum ſingularis Pontificii Petri, per quod non navem unam, ut cæteri quique ſuam, ſed ſæculum ipſum ſuſceperit gubernandum. Mare enim ſæculum eſt, naves Eccleſiæ. Indè eſt quod alterâ vice inſtar Domini gradiens ſuper aquas unicum ſe Chriſti Vicarium deſignavit, qui non uni populo, ſed cunctis præeſſe deberet. Siquidem aquæ multæ, populi multi. Ita cùm quiſque cæterorum habeat ſuam, tibi ipſa commiſſa eſt grandiſſima navis facta ex omnibus, ipſa univerſalis Eccleſia toto orbe diffuſa.* Plura hic ad inſtitutum noſtrum notanda ſunt. Primùm quod in illis verbis ſingulare Petri Pontificium denotetur. Secundùm quod non unam navem, ſed ſæculum ipſum Petro regendum committatur, & Petrus eo modo ſpiritualiter gubernet, quo Reges tempora- *Prover.*
liter. At Proverb. cap. 8. v. 16. *Per me* *c.8.v.*
Reges regnant & legum conditores juſta *16.*
decernunt:

decernunt: per me Principes imperant, &c. Igitur Pontifices & Romana Ecclesia spiritualiter regnantes leges condunt, justa decernunt, & secundùm illis concessam authoritatem à Christo toti Ecclesiæ imperant, rebelles coercent pœnis & censuris, &c. Nam quid est Vicarium esse Christi? quid est non uni populo, sed cunctis præesse? quid grandissimæ navis habere curam & administrationem? nisi ut eam quasi nauclerus & præfectus dirigat, & cuique nautarum sua munia præscribat, ac deficientes corripiat. Hæc potestas Pontificia imperandi & coercendi patet ex jejuniis Vigiliarum, &c. quæ secluso contemptu obligant fideles in conscientiâ: ita ut Canon. 68. Apostolorum ordinet Clericum deponi, & Laicum excommunicari, qui præfata jejunia non observaverint. Concilium Toletanum Can. 9. eos privet Sacrâ Synaxi in Paschate, etiam pœnas præscribat iis, qui à Carnibus non abstinuerint, & Jejunium Quadragesimale non servaverint ex intemperantiâ. Quibus favet Divus Ambrosius serm. 25. *Non leve peccatum est indictum fidelibus Quadragesimam violare, & jejunia consecrata ventris voracitate dissolvere.* Divus Augustinus serm. 2. de tempore. *Aliis diebus jejunare remedium est, in Quadragesimâ non jejunare, peccatum est.* Accedit Divus Basilius Orat. 2. de jejunio. *Vide nè propter parvam eduliorum voluptatem damnum incurras, & te ipsum criminis reum statuas.* Divus Chrysostomus hom. 6. ad populum Antioch. *Adveniente jejunio, etsi millies quis exhortetur, & infinita conscient, & cogant vinum libare, vel aliud quid jejunii lege non concessum gustare, omnia quis mallet pati, quam prohibitum tangere nutrimentum.* Illa Patrum placita paulò attentiùs expendamus. Divus Ambrosius ait, indictam fidelibus Quadragesimam violare, &c. non leve est peccatum. Igitur leges Ecclesiasticæ obligant in conscientiâ. Quod Divus Augustinus citatus confirmat. Et Divus Basilius, qui paulò ante præcepti meminerat, & postea ostendit ejus violatores damnum incurrere, & se reos criminis constituere. Item Divus Chrysostomus dicens prohibitum nutrimentum ita tenaciter observari, ut malit quis innumeris suppliciis affici, quàm nutrimentis prohibitis vesci.

Ambrosius. *Augustus.* *Basilius.* *Chrysostomus.*

XI. Quod autem Romana Ecclesia & summus Pontifex possit aliquas leges condere, quæ in conscientiâ obligent, violatores justis pœnis afficiant, hâc ratione ostenditur. Ut Ecclesia benè & ritè regatur, præter leges divinas & civiles, etiam aliis indiget, quæ habeant vim coactivam, & in conscientiâ obligent. Nam cùm homo constet animâ, & corpore, sensu & ratione, indiget legibus, quæ inducant rationem ad illas servandas, quatenus ratio, gratiæ, fidei ac legi Evangelicæ subjecta est. At Leges Ecclesiasticæ Pontificum & Conciliorum, sunt tantùm conclusiones, vel determinationes deductæ ex principiis Evangelii. Nam ex illo loco Joan. 12 v. 26. *Qui mihi ministrat me sequatur.* Deducitur hæc conclusio. Igitur utile est sancire legem, nè admittantur ad sacrum ministerium, qui noluerint esse continentes, &c. Quod autem hæ leges sint coactivæ, patet ex Aristotele lib. 2. Ethicorum cap. 9. *Lex est sermo ab aliquâ prudentiâ ac mente profectus, vim habens cognoscendi.* Undè Gregorius à Valentiâ 1. 2. disp. 7. quæst. 5. part. 6. §. 1. notat aberrasse Gersonem asserentem quod Confessio annua, Jejunium Quadragesimale & similia, sint necessariò facienda, non quia lex humana præcipit, sed solùm quia declarat legem divinam. Vide plura ibi de his. Consule etiam Bellarminum de Pontifice cap. 15. Sotum de Justitiâ q. 6. art. 4. Nostrum Lezanam tom. 4. qq. regularium. v. leges regularium & alios.

Ioannis 12. v. 26 *Aristot.* *Gregor. à Valen.*

XII. Licet hæc potestas Pontificia & Ecclesiastica condendi leges, dirigendi Ecclesiam, subditos coercendi, & plectendi sit magna: imò omnes mundi potestates superet (Juxta illud Bernardi epist. 283. ad Conrardum Imperatorem. *Legi omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; quam scientiam cupio vos custodire in exhibendo reverentiâ Petri Vicario, sicut ipsam nobis vultis ab universo servari imperio.*) Et omnes populi, Principes, Reges, Imperatores, sint oves Pontificis, ab eoque possint judicari, non vicissim Pontifex ab illis. Sic Fabianus Philippum, Ambrosius Theodosium, Innocentius Arcadium, & alii

Bernardus.

& alii; tamen nunquam Pontifices pios Imperatores judicarunt, vel illis imperarunt, ut fusè probat Nicolaus epiſt. ad Michaelem.

XIII. Quod ſi Pontifices ex neceſſitate vel humilitate illis ſe ſubjecerint; non tamen ſupremam illorum dignitatem Eccleſiæ ejuſmodi factum minuit. Sic S. Gregorius lib. 3. epiſt. 61. appellat Imperatorem Dominum ſuum ſereniſſimum, ſe verò indignum ejus ſervum, & ei ſe obedientiam debere aſſerit. Item lib. 4. epiſt. 31. & 34. eadem ferè habet: ſed ut ſcribit Joannes Diaconus lib. 4. cap. 58. vitæ ejus, omnes Sacerdotes vocabat fratres, omnes clericos filios, omnes laicos dominos: Imperatorumque laicorum petitiones ex humilitate mandata & imperia nuncupabat, juxta communem noſtrum loquendi uſum, quo alteri aliquid cupienti, vel à nobis poſtulanti reſpondere ſolemus, nos obtemperaturos, licet non præceperit, nec præcipere potuerit. Deindè Sanctus Pontifex vocat ſe Imperatoris ſervum, quia tunc Imperator erat Dominus temporalis Urbis Romanæ; & Divus Gregorius plurimùm indigebat ejus ope & amicitiâ, ut ſervaret à Longobardorum gladio & furore, tam ſua, quàm Eccleſiæ & populi Romani bona. Denique eo modo ſe vocat ſervum, quo paſſim alii Pontifices ſe ſervos ſervorum Dei appellant. Quomodò taliter ſe nominant? Non ſe nominat Pontifex ſervum, ſeu ſervum ſervorum à ſervitute propriè ſumptâ; nam Pontifex non poteſt eſſe ſervus: Imò ſi ſervus eveheretur ad Sedē Apoſtolicam ſtatim efficeretur liber, cap. *ſi ſervus*, 54. diſt. Bald. in l. *quiſquis*, c. de epiſ. & cler. Philippus Franc. in proëmio 6. decretn. 8. hoc ergò nomine (Servus ſeu Servus Servorum) uſus eſt Divus Gregorius ex humilitate ut notat Nauclerus in ſuâ Monarchiâ Eccleſiaſticâ & ſæculari Chriſtianâ lib. 1. 2. p. cap. 9. ita tamen ut in ſummâ hâc humilitate ſupremam Pontificis authoritatem retineret, exemplo Sancti Petri, qui ſe in omnibus humiliter demittens, tamen ſuam ſupremam auctoritatem ſuſtinebat pro ratione temporis, officii, & negotiorum. Sic dum ſummi Pontifices in ſupremâ Eccleſiç Cathedrâ poſiti hęc verba proferunt Alexander VII. Servus Servorum Dei & c. tacitè canunt cum Pſalmiſtâ pſalm. 130. v. 1. *Domine non eſt elatũ cor meum, neque elati ſunt oculi mei, neque ambulavi in malignis, neque in mirabilibus ſuper me, ſi non humiliter ſentiebam, &c.* Hujus humilitatis meminit Apoſtolus 1. ad Theſ. ſalonicenſes c. 2. v. 7. *Facti ſumus parvuli in medio veſtrûm.* 2. Corinth. c. 4, v. 5. *Nos autẽ ſervos veſtros per Ieſum Chriſtũ,* Quæ Apoſtoli verba ejus humilitatem non ſolùm denotant, ſed etiam miniſterium & laborem indefeſſum pro Eccleſiâ exhibitum.

S. Greg. *Theſſal.* *c. 2. v. 7.* *2. Corin.* *c. 4. v. 5.*

Hujus ſervitutis meminit Sanctus Gregorius Nazianzenus in ſuâ Apologiâ pro fugâ in Pontum pro renunciato Epiſcopatu labores, Divi Pauli exponens, ait. *Hic ſpiritualis omnis præfectura finis eſt, privatâ utilitate contemptâ, commodis aliorum inſervire.* Divus Hieronymus in cap. 33. Ezechielis idem ſentit. *Non putemus honores nos accepiſſe, ſed miniſterium.* Divus Chryſoſtomus homil. 35. operis imperfecti in Matthæum. *Apoſtolatus putatur eſſe honor Apoſtoli, verè autem non honor, ſed miniſterium eſt.* Origenes hom. 6. in Iſaiam loquens de Epiſcopo. *Non ad principatum Eccleſiæ venit, qui ſalvari vult, etſi præeſt, ſed ad ſervitutem Eccleſiæ. Principes gentium dominantur eorum, vos autem non ſic, &c.* Qui vocatur ergò ad Epiſcopatum, non ad principatum vocatur, ſed ad ſervitutem totius Eccleſiæ. Et tractatu 31. in Matthæum. *Peccat in Deum quicumque Epiſcopus, qui non quaſi conſervus ſervis miniſtrat, ſed quaſi Dominus: Frequenter autem & quaſi amarus Dominus dominans per vim ſimilis conſtitutus Ægyptiis, qui affligebant vitam filiorum Iſrael. Quod ſi quando arbitrantur ſe eſſe in magno faſtigio, quia conſtituit eos Dominus ſuper familiam ſuam, cognoſcant, quia non hoc eos ſalvat, ſed illud ut dent illis in tempore cibos.* Eadem eſt mens Sancti Baſilii in regulis fuſioribus 30. *Antiſtes dignitate illâ extolli non debet, ſed illud habere ſibi perſuaſum, ut quo pluribus præſit, hoc neceſſe ſit pluribus ut miniſtret. Vt igitur qui ſauciis multis miniſtrat & ſaniem de ſingulorum vulneribus abſtergit & remedia adhibet accommodata, munere illo non ad animi elationem, uti conſuevit, ſed ad demiſſionem potius & ſollicitudinem, &c.* Ita Divus Chryſoſtomus homil. 1. in

XIV.

Gregor. Nazian. *Hieron.* *Chryſoſ.* *Origen.* *Baſilius* *Chryſoſ.*

Quare Summus Pontifex Roman. dicatur Servus Servorũ Dei.

in epiſtolam ad Titum. *Non ad Principatum* (inquit) *promovetur; ſed ad ſerviendum innumeris dominis: qui contraria capiunt ſemper, & dicunt. Nam quod laudabit ille, culpabit alius, rurſumque quod iſte vituperabit, alius admirabitur.* Hieron. Iterùm audiamus Divum Hieronymum in cap. 3. Sophoniæ ſic ſcribentem. *Non dignitas, & nomina dignitatum, ſed opus dignitatis ſalvare conſuevit. Opus autem eſt miniſterium. Ideò qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat: opus dixit, non dignitatem.* Idem explicans illa verba Apoſtoli ad Epheſ. c. 5. v. 21. *Subjecti invicem in timore Chriſti.* Rectè ſubdit loquens de Epiſcopis. *Hoc intereſt inter gentium Principes & Chriſtianorum: quod illi dominantur ſubditis, nos ſervimus; & in eo majores ſumus, ſi minimi omnium fuerimus.* Qui omnes Patres uno ore prædicant prælaturas in Eccleſiâ eſſe onera, eſſe ſervitutes, eſſe miniſteria: prælatos eſſe operarios, eſſe œconomos, & diſpenſatores: eſſe miniſtros & ſervos, non aliam de ſe, ſuisque coapoſtolis, & 1 Cor. c. 4. v. 1. Epiſcopis vult à Corinthiis, & ab unoquoque homine opinionem concipi. 1. epiſt. cap. 4. v. 1. *Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros & diſpenſatores myſteriorũ Dei.* Quaſi diceret errãt homines quicumque ſint, qui putant nos eſſe Principes ſæculi, & dominos mundi, qui aliis præſunt, ut illis dominentur, ut illis labores injungant, & ſubditi laborent, ipſi verò quieſcunt, dormiunt, epulantur &c. Turpiter (inquã) fallũtur: ſcire debent illi, nos eſſe Apoſtolos miſſos à Deo, & Epiſcopos animarum, ut illis miniſtremus ſacramenta, & alia, quæ à Chriſto pro eorum ſalute ordinata ſunt, ut diſpenſemus myſteria Dei. Sumus diſpenſatores Dionyſ. & œconomi, non principes. Dionyſius. *Sic nos Apoſtolos, & Prædicatores, ac Chriſti Vicarios exiſtimet quicũque fidelis, ut miniſtros Chriſti non ut principales, aut gratiæ collatores, & ut exhibitores ſeu diſtributores divinorũ ſacramentorum.* Hugo Card. Hugo Cardinalis. *Sic nos exiſtimet ut miniſtros 1. Petri.* cap. 5. Judicum cap. 8. *Non dominabor veſtri ſed Dominus (miniſtros inſimul ſerviẽdo aliis, quibus prædicamus) quos baptizamus, qui ſunt in domo Dei, ideſt in Eccleſiâ, Lucæ cap. 22. qui præceſſor eſt in vobis, ſit miniſtrator.* Si Apoſtolus aliique Prælati non dominationem ſed ſervitutem, non imperium ſed miniſterium ſe exercere aſſerunt: à fortiori ſummus Pontifex Servus, imò Servus Servorum nuncupari debet. D. Bernardus referens Chriſti verba Luc. c. 22. ait. *Qui major eſt veſtrûm ſit ſicut minor, & qui præceſſor ſicut qui miniſtrat.* Subdit. *Forma Apoſtolica hæc eſt, dominatio interdicitur, indicitur miniſtratio, quæ & commendatur ipſius exemplo Legiſlatoris, qui ſecutus adjungit, Ego autem in medio veſtrûm tanquàm qui miniſtrat. Quis ſe jam titulo hoc inglorium putet, quo ſe prior Dominus gloriæ præſignavit.* Chriſtus ſe miniſtrum prædicat, non unius, ſed omnium: ſic Pontifex non unius Regionis, ſed totius orbis miniſter eſt. Idem Divus Bernardus paulòpoſt. *Exi in mundum: ager eſt enim mundus, isque creditus tibi exi in illum, non tanquam Dominus, ſed tanquã villicus videre & præparare, undè exigendus es rationem &c.* Idem lib. 3. in initio. *Præſis, ut proſis: præſis tu fidelis ſervus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ad quid? ut des illis eſcam in tempore: hoc eſt ut diſpenſes, non imperes.* Et infra. *Curandum ſummoperè tibi & tota vigilantia conſiderandum, quomodò, qui non ſapiunt, ſapiant, & qui ſapiunt non deſipiant, & qui deſipuêre reſipiſcant.* Et paucis interjectis ait. *Intereſt proindè tua dare operam quam poſſis, ut increduli convertantur ad fidem, converſi non avertantur, averſi revertantur, porrò perverſi ordinentur ad rectitudinem, ſubverſi ad veritatem revocentur.* Non dicit increduli, perverſi, averſi, hujus vel illius Regionis: ſed univerſim perverſi, averſi ubicumque ſint. Ad hanc ſollicitudinem & miniſterium deſignandum Pontifex Romanus ſemper utitur pallio: alii verò Prælati magni, qui à Pontifice Romano uſum hujus pallii acceperunt, tantùm certis locis & temporibus gerunt. Extra. *De uſu pallii* cap. *Ad honorem.* Meritò Adrianus IV. hoc miniſterium & ſollicitudinem Eccleſiarum, laboresque ac curas totius mundi ſalvandi eſſe graviſſimas declaravit Joanni Anglo, ut hic refert. *Dominum Adrianum cujus tempora fælicia faciat Deus hujus rei teſtem invoco; quia Romano nemo miſerabilior eſt, conditione ejus nulla miſerior: & licet nihil aliud lædat, neceſſe eſt citiſſimè vel ſolo labore deficiat: fatetur enim in eâ Sede tantas miſerias*

Bernar. Luc. c. 22. v. 26

Quare Pontifex ſemper utatur pallio

miserias inveniſſe, ut factâ collatione præſentium, tota præcedens amaritudo jucunditas & vita fæliciſſima fuerit. Quaſi diceret ſervitutis quidem miſeria magna eſt, juxta illud Senecæ Troad. Act. 4.

Seneca

Durum, inviſum, & grave eſt
Servitia ferre.

Cælius Rhod.

Et Cæl. Rhod. l. 4. lect. antiquarũ c. 31. *Servitutẽ eſſe omniũ malorũ poſtremũ, non modò bello, ſed etiam morte fugiendum ab celeberrimis authoribus pronunciatum eſt. Spinoſa vita eſt & multis obicibus præpedita: quoniã ut (inquit Imperator) libertas incomparabile pretium eſt, contemptibilis quoque: nam & jure civili ſervi pro nullo habentur, nec caput habent: imò verò etiam miſerrima. Etenim quid miſeriùs aut infæliciùs, quàm addici alicui, qui & vitæ, & necis in te habeat poteſtatem: & ſi quid acquiras, Domino acquiras.* Tamen Pontificis miſeria infœlicior eſt. Idem; qui fuit à ſecretis S. Thomæ Cantuarienſi infra. *Hoc etiam mihi ſæpè adjecit, de gradu in gradum, à clauſtrali Clerico per omnia officia in Pontificem Summum aſcenderit, nihil unquam fœlicitatis aut tranquillæ quietis vitæ priori adjectum ab aſcenſu: & ut verbis ejus utar injucundè, & malleo ſemper dilatavit me Dominus.* Quomodo ait quod conditione ejus nulla ſit miſerior? etſi enim ſervitus ſit, tamen eſt ſplendida, Auguſta, dives ab omnibus honorata: ſervitus verò eſt viliſſima, pauperrima, deſpectiſſima? Nihil refert Pontificatus eſt miniſterium & ſervitus aliarum ſervitutum, miſeriam excedens. Nam ſervi aliquandò otiantur, nec ullis rebus gravioribus implicantur: At Pontifex *Fatetur in eâ Sede tantas miſerias inveniſſe, ut factâ collatione præſentium tota præcedens amaritudo, jucunditas & vita fæliciſſima fuerit.* Quis his auditis non fateatur Pontificiam dignitatem verè eſſe non ſervitutem tantùm, ſed ſervitutem ſervitutum? omnium quippè curam habens omniũ ſervituti ſubiicitur, omnia onera fert. Divus Gregorius lib. 9. Moral. cap 10. *Tantorum pondera unuſquiſque ſuſtinere compellitur, quantis in hoc mundo principatus.* Cùm itaque Pontifex Romanus non uni populo, ſed omnibus populis, omnibus Magiſtratibus, omnibus Regibus, uno verbo, toti mundo principetur, eorum onera portat. Undè Sanctus Bernardus epiſt. 42. ad Henricum Senonenſem Archi-Epiſcopum. *Si tentatio eſt vita cujuſque hominis ſuper terram, quantis periculis patet vita Pontificis, cui omnium neceſſe eſt ferre tentationes.* Aurea ſanè verba, quæ maturè perpendi debent. Eccleſiam & Sedem Romanam aliis titulis nomen Parentis mereri oſtendemus agendo de Pontifice Romano. Plura etiam proferemus ſparſim reliquis tomis, ſi Deus (ſine quo nihil eſt validum, nihil ſanctum) eos in lucem produci concedat ad Eccleſiæ Romanæ Sponſæ ſuæ (cujus cenſuræ me humillimè ſubjicio) commendationem: Ejuſdemque Dei Optimi Maximi, Virginis Deiparæ, & Sanctorũ Prophetarum Eliæ & Eliſei gloriam.

S. Greg.

FINIS.

INDEX

LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ EX VTROQVE TESTAMENTO,

Quæ in hoc Volumine ſpecialiter elucidantur.

P. Paginam indicat. N. Numerum marginalem denotat.

EX VETERI TESTAMENTO.

Ex Geneſi.

Cap. 2. *v.* 1. IMMISIT ergò Dominus Deus ſoporem in Adam: cùmque obdormiſſet, tulit unam è coſtis ejus; & replevit carnem pro eâ &c. p. 29. n. 4.

V. 23. Dixitque Adam hoc nunc os ex oſſibus meis, & carò de carne meâ. p. 29. n. 4.

Cap. 11. *v.* 1. Erat autem terra Labii unius, & ſermonum eorundem. p. 54. n. 25.

Cap. 17. *v.* 10. Hoc eſt pactum meum, quod obſervabitis inter me & vos. p. 15. n. 4.

Cap. 27. *v.* 27. Acceſſit, & oſculatus eſt eum, ſtatimque ſenſit veſtimentorum illius fragrantiam, benedicens ait illi: Ecce odor filii mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. p. 195. n. 9.

V. 37. Frumento & vino ſtabilivi eum; & tibi poſt hæc Fili mi ultra quid faciam. p. 153. n. 4.

Cap. 28. *v.* 11. Tulit de lapidibus qui jacebant, & ſupponens capiti ſuo dormivit in eodem loco. p. 274. n. 10.

Cap. 31. *v.* 24. Nunc quidem valet manus mea reddere tibi malum: ſed Deus Patris veſtri heri dixit mihi: cave nè loquaris contra Jacob quidquam durius. p. 114. n. 2.

Cap. 48. *v.* 22. Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. p. 192. n. 5.

Cap. 49. *v.* 10. Non auferetur ſceptrum de Judâ, & Dux de fœmore ejus, donec veniat, qui mittendus eſt; & ipſe erit expectatio gentium. p. 165. n. 6.

V. 24. Indè Paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael. p. 156. n. 8.

Ex Exodo.

Cap. 3. *V.* 2. APparuit Dominus in flammâ ignis. p. 523. n. 10.

V. 5. Locus, in quo ſtas terra ſancta eſt. p. 130. n. 1.

V. 14. Ego ſum qui ſum. p. 211. n. 12.

Cap. 4. *v.* 1. Non credent mihi, neque audient vocem meam. p. 93. n. 1. p. 205. n. 8.

V. 2. Dixit ergò ad eum: Quid eſt, quod tenes in manu tuâ? reſpondit virga &c. p. 93. n. 1.

V. 5. Ut credant (inquit) quod apparuerit tibi Dominus Patrum ſuorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob. p. 206. n. 8.

V. 8. Non ſum eloquens ab heri & nudius tertius; & ex quo locutus eſt ad ſervum tuum, impeditioris linguæ ego ſum. p. 205. n. 8.

V. 19. Digitus Dei hic eſt. p. 115. n. 2. p. 206. n. 9.

Idid. Induratumque eſt cor Pharaonis. p. 206. n. 9.

V. 30. Ortus eſt clamor magnus in Ægypto: neque enim erat domus, in quâ non jaceret mortuus. p. 207. n. 9.

V. 46. In unâ domo comedetur,

nec efferetis de carnibus ejus foras, nec os illius confringetis. p.347. n.4.

*Cap.*17. *v.*11. Cùmque levaret Moyses manus vincebat Israel : sin autem paululùm remisisset, superabat Amalec. p.191. n.4.

Cap. 28. *v.* 2. Faciesque vestem sanctam. p.131. n.2.

V. 15. Rationale quoque judicii facies in opere Polymito &c. p. 330. n.3.

*Cap.*29. *v.*31. Arietem consecraturus tolles, & coques carnes ejus in loco sancto. p.130. n.1.

*Cap.*30. *v.*31. Hoc oleum unctionis sanctum erit mihi in generationes vestras. p.131. n.2.

*V.*32. Caro hominis non vngetur ex eo, & juxta compositionem ejus non facietis aliud ; quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis. p.131. n.2.

Ex Levitico.

*Cap.*12. *vers.*4. OMNE sanctum non tanget. p.131. n.2.

Cap 23. *v.*24. Mense septimo, primo die mensis erit vobis sabbatum, memoriale, clangentibus tubis, & vocabitur sanctum. p 131. n.2.

*Cap.*27 *v.*28. Omne quod Domino consecratur, sivè homo fuerit, sivè animal, sivè ager, non vendetur, nec redimi poterit quidquid semel consecratum est sanctum sanctorum erit Domino. p.131. n.2.

Ex Numeris.

*Cap.*11. *vers.*12. PORTA eos in sinu tuo. p. 318. n.2.

Ex Deuteronomio.

*Cap.*18. *vers.*18. PROPHETAM suscitabo te de medio fratrum suorum, similem tui, & ponam verba mea in ore ejus, loqueturque ad eos omnia, quæ præcepero illi. p. 119 n.1.

V. 21. Quomodo possum intelligere verbum, quod Dominus non est locutus p.19. n.1.

V. 22. Hoc habebis signum ; quod in nomine Domini Propheta ille prædixerit, & non evenerit : hoc Dominus non est locutus ; sed per rumorem animi sui Propheta confinxit ; & idcircò non timebis eum. p.19. n.1.

*Cap.*32. *v.*31. Non enim est Deus noster, ut Dii eorum, & inimici nostri sunt judices. p.114. n.1.

Ex Lib. Josue.

*Cap.*5. *v.* 16. SOLVE calceamentum tuum de pedibus tuis : locus enim in quo stas sanctus est. p.130. n.1.

Vers. 10. Cùmque venissent ad tumulos Jordanis in terram Chanaan, ædificaverunt juxta Jordanem altare infinitæ magnitudinis. p.34.

Ex Lib. Judicum.

Cap. 3. *vers.*7. FECERUNTQUE malum in conspectu Domini, & obliti sunt Dei sui, servientes Baalim & Astaroth. p.255. n.5.

Ex Lib 1. Regum.

Cap. 10. *vers.*23. STETITQUE in medio populi, & altior fuit universo populo, ab humero, & sursum. p. 544. n.23.

*Cap.*15. *v.*33. Et in frustra concidit eum Samuel coram Domino in Galgalis p.550. n.5.

*Cap.*18. *v.*27. Dedit itaque Saul ei Michol filiam suam uxorem. p.28. n.4.

Ex Lib. 2. Regum.

Cap. 6. *vers.*3. IMPOSUERUNT Arcam Dei super plaustrum novum, tuleruntque eam de domo Abinadab, quæ erat in Gabaâ : Oza autem & Ahio minabant plaustrum novum. p.169. n.7.

*Vers.*6. Extendit Oza manum ad Arcam Dei, & tenuit eam, quoniam calcitrabant boves & declinaverunt eam p.169. n.7.

Ex Lib 3 Regum.

Cap. 5. *vers.*17. PRÆCEPITQUE Rex ut tollerent lapides grandes, lapides pretiosos in fundamentum Templi, & quadrarent eos. p.523. n.6.

*Cap.*16. *v.*31.

Cap. 16. *v.* 31. Et abiit, & ſervivit Baal, & adoravit eum. Et poſuit Aram Baal in templo Baal, quod ædificaverat in Samariâ. p. 98. n. 1. p. 255. n. 5.

Cap. 17. *v.* 2. Vivit Dominus in cujus conſpectu ſto. p. 4. n. 5. p. 87. n. 1. p. 524. n. 10.

Verſ. 3. Recede hinc & vade contra Orientem. p. 127. n. 10. p. 521. n. 3. p. 568. n. 1.

Verſ. 4. Corviſque præcepi, ut paſcant te. p. 357. n. 2.

Verſ. 9. Factus eſt ſermo Domini ad Eliam, dicens: ſurge, & vade in Sarepta Sidoniorum, & manebis ibi. Præcepi enim mulieri viduæ, ut paſcat te. p. 55. n. 25.

Verſ. 10. Surrexit, & abiit in Sarepta: cùmque veniſſet ad portam Civitatis apparuit ei mulier vidua. p. 55. n. 25. p. 334. n. 1.

Verſ. 13. En colligo duo ligna, ut faciam illum mihi & filio meo, ut comedamus & moriamur. p. 342. n. 1.

Verſ. 14. Hæc autem dicit Dominus Deus Iſrael: hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur. p. 151. n. 1. p. 326. n. 3.

V. 15. Quæ abiit & fecit juxta verbum Eliæ. p. 514. n. 1.

V. 16. Ex illâ die hydria farinæ non defecit, & lecythus non eſt imminutus juxta verbum Domini. p. 545. n. 1.

V. 18. Dixit ergò ad Eliam. p. 354. n. 1.

Ibid. Quid mihi, & tibi vir Dei? ingreſſus es ad me, ut rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum. p. 353. n. 11.

V. 19. Et ait ad eam Elias, da mihi filium tuum. *V.* 19. Tulitque eum de ſinu ejus, & portavit in cœnaculum, ubi ipſe manebat. *V.* 20. Et poſuit ſuper lectum ſuum, & clamavit ad Dominum, & dixit, Domine Deus etiamnè viduam apud quam utcumque ſuſtentor afflixiſti, ut interficeres filium ejus. p. 567. n. 7.

V. 21. Domine Deus meus, obſecro revertatur anima pueri hujus in viſcera ejus. *v.* 22. Et exaudivit Dominus vocem Eliæ, & reverſa eſt anima pueri intra eum & revixit. p. 546. n. 1.

V. 24. Dixitque mulier ad Eliam: Nunc in iſto cognovi, quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum eſt. p. 114. n. 2.

Cap. 18. *v.* 4. Cùm interficeret Jezabel Prophetas Domini, tulit ille centum Prophetas, & abſcondit eos quinquagenos, & quinquagenos in ſpeluncis, & pavit eos in pane & aquâ. p. 176. n. 2.

V. 13. Numquid indicatum eſt tibi Domino meo quid fecerim cùm interficeret Jezabel Prophetas, quod abſconderim de Prophetis Domini centum viros quinquagenos, & quinquagenos in ſpeluncis, & paverim illos pane & aquâ. p. 98. n. 1.

V. 18. Non ego turbavi Iſrael, ſed tu & domus Patris tui, qui dereliquiſtis mandata Domini, & ſecuti eſtis Baalim. p. 88. n. 1. p. 570. n. 5. p. 556. n. 1.

V. 19. Verumtamen congrega ad me univerſum Iſrael in monte Carmeli. p. 570. n. 5. p. 7. n. 1. p. 358. n. 2.

Ibid. Et Prophetas Baal 450. Prophetasque Lucorum 400. qui comedunt de mensâ Jezabel. p. 98. n. 1.

V. 21. Uſquequo claudicatis in duas partes, ſi Dominus eſt Deus, ſequimini eum: ſi autem Baal ſequimini eum. p. 114. n. 1. p. 556. n. 1. p. 550. n. 1.

Ibid. Et non reſpondit ei populus verbum. p. 114. n. 1.

V. 24. Et Deus qui exaudierit per ignem ipſe ſit Deus. p. 58. in prolog. p. 194. n. 5.

V. 30. Dixit Elias omni populo, venite ad me, & accedite ad me: & accedente ad ſe populo curavit altare Domini, quod deſtructum fuerat. p. 21. n. 1. p. 23. n. 4.

V. 31. Et tulit lapides juxta numerum Tribuum filiorum Jacob, ad quem factus eſt ſermo Domini, dicens, Iſrael erat nomen tuum. p. 323. n. 6.

V. 32. Et ædificavit altare in nomine Domini. p. 325. n. 6.

Ibid. Fecitque aquæ ductum p. 310. n. 4.

V. 36. Cumque jam tempus eſſet, ut offerretur holocauſtum, accedens Elias Propheta p. 423. n. 17.

Ibid. Ait Domine Deus Abraham, & Iſaac, & Iſrael, oſtende hodie quia tu es Deus Iſrael, & ego ſervus tuus, & juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc. p. 567. n. 7.

V. 39. Quod cùm vidiſſet omnis populus, cecidit in faciem ſuam, & ait Dominus ipſe eſt Deus. p.58.prol. p.114 n. 1. p 299 n 14. p. 325. n. 6. p 556. n.1.

V. 40. Dixitque Elias ad eos, apprehendite Prophetas Baal, & nè unus quidem effugiat ex eis p. 422. n. 17. p 570. n. 5.

Ibid. Quos cùm apprehendiſſet, duxit eos Elias ad torrentem Ciſon, & interfecit eos ibi. p. 550. n. 5.

V. 42 Elias autem aſcendit in verticem Carmeli, & pronus in terram, poſuit faciem ſuam inter genua ſua p. 293. n. 1. p 567. n. 7.

V. 44. In ſeptimâ autèm vice: Ecce nubecula parva quaſi veſtigium hominis. p. 18. n. 12.

Ibi. Junge currum tuum & deſcende. p. 570. n. 5.

V. 45. Cùmque ſe verteret huc atque illuc, ecce Cœli contenebrati ſunt, & nubes; & ventus, & facta eſt pluvia grandis. p. 297. n. 10.

V 46 Accinctisque lumbis currebat ante Achab. p. 570 n. 5 p. 571. n. 5.

Cap. 19. *v* 2. Miſit Jezabel nuntium ad Eliam dicens: hæc mihi faciant Dii, & hæc addant, niſi hâc horâ cras poſuero animam tuam, ſicut animam ex illis, p. 98. n. 1.

V. 5 Projecit ſe, & obdormivit in umbrâ juniperi. p. 5. n. 7.

V 8. Comedit & bibit, & ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus uſque ad montẽ Dei Oreb. p. 152. n. 2. p 566. n. 5.

V. 9. Ecce ſermo Domini ad eum, dixitque illi: Quid agis Elia? p 567. n. 6.

V. 10. Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Iſrael, altaria tua deſtruxerunt, Prophetas tuos occiderunt gladio. p. 567. n 6. p 306. n. 4. p. 307. n. 1. p 546 n 2.

V. 12. Poſt ignem ſibilus auræ tenuis. p. 316. n. 2.

V. 13. Quid hîc agis Elia? p. 567. n. 6.

V. 14. Derelictus ego ſolus, & quærunt animam meam, ut auferant eam. p 21. n. 1.

V. 15. Et ait Dominus ad eum: Vade et revertere in viam tuam per deſertum Damaſci. p 319. n. 2.

V. 16, Eliſeum filium Saphat unges Prophetam pro te, p. 340. n. 3.

V. 18. Derelinquam mihi in Iſrael ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt incurvata ante Baal, & omne os quod non adoravit eum oſculans manus. p. 340 n. 3.

V. 19. Profectus ergò indè Elias, reperit indè Eliſeum, filium Saphat arantem in duodecim jugis boum &c. miſit pallium ſuum ſuper illum. p. 315. n 1.

V. 20. Oſculer oro patrem meum, & matrem meam, & ſic ſequar te. p. 84. n. 1. p. 569. n. 2.

Ibid. Vade & revertere, quod enim meum erat feci. p. 84, n. 1. p. 569. n. 2.

V. 21. Conſurgensque abiit, & ſecutus eſt Eliam & miniſtrabat ei. p 84. n. 1. p. 569. n. 2.

Cap 2, *v.* 1. Vinea erat Naboth Jezraëlitæ, qui erat in Jezrael juxta Palatium Achab Regis Samariæ. p. 132. n. 6. p. 240. n. 32. n 33

V. 2 Locutus eſt ergò Achab ad Naboth, dicens: da mihi vineam tuam ut faciam mihi &c. p 240. n 32. n. 33.

V. 3. Cui reſpondit Naboth: Propitius ſit mihi Dominus, nè dem hæreditatem Patrum meorum tibi. p. 133. n. 6.

V. 13. Quamobrem eduxerunt eum extra Civitatem, & lapidibus interfecerunt p. 133. n. 7.

V. 15. Factum eſt cùm audiviſſet Jezabel lapidatum Naboth, & mortuum, locuta eſt ad Achab: Surge, poſſidè vineam Naboth Jezraëlitæ: non enim vivit Naboth, ſed mortuus eſt. p. 149. n. 7.

V. 19. Hæc dicit Dominus in loco hoc, in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoque ſanguinem tuum. p. 264. n. 2.

V. 21. Ecce ego inducam ſuper te malum, & demetam poſteriora tua, & interficiam de Achab mingentem ad parietem. p 265, n. 2.

V. 37. Cùm audiſſet Achab ſermones iſtos, ſcidit veſtimenta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam, jejunavitque & dormivit in ſacco & ambulauit demiſſo capite. p. 563. n. 2.

Cap. 22. *v.* 6. Reſponderunt: aſcende, & dabit eam Dominus in manu regis p. 119. n. 2. p. 247. n. 6.

V. 34. Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum ſagittam dirigens, & caſu

& caſu percuſſit regem Iſrael inter pulmonem & ſtomachum, at ille dixit auri-gæ ſuo, verte manum tuam, & ejice me de exercitu, quia graviter vulneratus ſum. p. 98. n. 1.

V. 35. Commiſſum eſt ergò prælium in die illâ, & Rex Iſrael ſtabat in curru ſuo contra Syros, & mortuus eſt veſperè: fluebat autem ſanguis plagæ in ſinum currus. ibidem.

V. 36. Et præco inſonuit in univerſo exercitu antequam occumberet, dicens: unuſquiſque revertatur in Civitatem, & in terram ſuam. ibid.

V. 37. Mortuus eſt autem Rex, & perlatus eſt in Samariam, ſepelieruntq; regem in Samariâ. ibid.

V. 38. Et laverunt currum ejus in piſcinâ Samariæ, & linxerunt canes ſanguinem ejus, & habenas laverunt juxta verbum Domini, quod locutus fuerat. ibidem.

V. 43. Et ambulavit in omni viâ Aſa Patris ſui, & non declinavit ab eâ, fecitque quod rectum erat in conſpectu Domini. p. 191. n. 4.

Lib. 4. Regum.

Cap. 1. VIr piloſus, & zonâ pelliceâ *v.* 8. accinctis renibus. p. 127. n. 10. p. 174. n 10.

V. 9. Qui aſcendit ad eum, ſedentiq; in vertice montis, &c. p. 7. n. 1.

V. 15. Deſcende cum eo, nè timeas: ſurrexit igitur, & deſcendit cum eo ad regem. p. 570. n, 5

Cap. 2. *v.* 3. Egreſſi ſunt filii Prophetarum, qui erant in Bethel ad Eliſeum, &c. p. 358. n. 3.

V. 8. Tulitque Elias pallium ſuum, & involvit illud, & percuſſit aquas, quę diviſæ ſunt in utramque partem, & tranſierunt ambo per ſiccum. p. 153, n. 5.

V 9. Obſecro ut fiat in me duplex ſpiritus tuus. p. 208. n. 2. p. 328. n. 1. p. 451. n. 6.

V. 11. Ecce currus igneus, & equi ignei diviſerunt utrumque. p. 315. n. 1.

Ibid Et aſcendit Elias per turbinem in cœlum. p. 189 n, 1.

V. 12 Eliſeus autem videbat & clamabat: Pater mi, Pater mi currus Iſrael & auriga ejus, p. 3. n, 3. p. 150. n. 8. p, 180. n. 3. p. 114. n. 6. p. 317. n. 1, p. 325. n. 6. p 386. n. 7. p. 552, n. 9. p. 568. n. 1. p. 569. n. 4.

V. 14. Percuſſitque aquas et diviſæ ſunt huc atque illuc p. 157. n. 8. p. 316. n. 2

Ibid. Ubi eſt Deus Eliæ, etiam nunc. p. 556. n. 1.

V. 15, Adoraverunt eum proni in terram. p. 84. n. 2. p. 567 n. 4. p. 526. n. 1.

V. 21. Sanavi aquas has, et non erit ultra in eis mors, neque ſterilitas. p 281. n. 3.

Cap. 3. *v.* 17. Hæc dicit Dominus, non videbitis ventum neque pluviam, alveus iſte replebitur aquis, &c. p. 546. n. 1.

Cap. 4. *v* 1. Mulier quędam de uxoribus Prophetarum clamabat ad Eliſeum. p. 25. n. 1 p. 336. n. 1.

V. 3. Vade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua non pauca. p. 255. n. 4.

V. 33. Ingreſſus clauſit oſtium ſuper ſe, et ſuper puerum, et oravit ad Dominum, et aſcendit, et incubuit ſuper puerum, poſuitque os ſuum ſuper os ejus, et oculos ſuos ſuper oculos ejus, etc. p. 546. n. 1.

V. 41. Afferte farinam, cùmque tuliſſent, miſit in ollam, et ait, infunde turbæ, ut comedant, et non fuit amplius quidquam amaritudinis in olla. p. 546. n. 1.

V. 43, Da populo, ut comedat, hæc enim dicit Dominus, comedent, et ſupererit: poſuit itaque coram eis, qui comederunt, et ſuperfuit juxta verbum Domini. p. 546, n. 1.

Cap. 5. *v.* 14. Deſcendit, & lavit in Jordane ſepties juxta ſermonem viri Dei, & reſtituta eſt caro ejus, ſicut caro pueri parvuli, & mundatus eſt p. 338.

V. 16. Obſecro, ut accipias benedictionem à ſervo tuo. At ille reſpondit; vivit Dominus, ante quem ſto, quia non accipiam. p. 528. n. 4.

V. 17. Non faciam ultra ſervus tuus holocauſtum, aut victimam Diis alienis niſi Domino. p. 528. n. 4.

Cap. 6. *v.* 5. Accidit, ut cùm unus materiam ſuccidiſſet, caderet ferrum ſecuris in aquam &c. p. 148. n. 6.

V. 6. Præcidit ergò lignum, & miſit illuc, natavitque ferrum. p. 148. n. 6.

V. 17. Aperuit Dominus oculos pueri, & vidit; & ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu

Eliſei. p.274. n.10. p.39. n.2.

V. 20. Domine aperi oculos iſtorum; ut videant, aperuitque Dominus oculos eorum; & viderunt ſe eſſe in medio Samariæ. p 546. n.1.

V 22. Non percuties: neque enim cœpiſti eos gladio & arcu tuo, ut percutias: ſed pone panem & aquam coram eis, ut comedant, & bibant, & vadant ad Dominum ſuum. p.546. n.1.

V. 23. Appoſitaque eſt eis ciborum magna præparatio, & biberunt, & dimiſit eos, abierúntque ad Dominum ſuum, & ultra non venerunt latrones Syriæ in terram Iſrael. p. 546. n.1.

Cap. 7. *v.* 6. Dominus ſonitum audiri fecerat in caſtris Syriæ curruum & equorum, & exercitus plurimi; dixerúntque ad invicem: Ecce mercede conduxit adverſum nos Rex Iſrael Regem Hethæorum & Ægyptiorum, & venerunt ſuper nos. Surrexerunt ergò & fugerunt in tenebris, & dereliquerunt tentoria ſua, & equos, & aſinos, fugerúntque, animas tantùm ſuas ſalvare cupientes. p.518. n.4.

Cap. 8. *v.* 1. Eliſeus autem locutus eſt ad mulierem, cujus vivere fecerat filium, dicens, ſurge, & vade tu et domus tua, et peregrinare ubicumque fueris etc. p. 6, n.7.

Cap. 9. v. 1. Eliſeus autem Prophetes vocavit unum de filiis Prophetarum, et ait illi, accinge lumbos tuos. p. 526. n. 1.

V. 25. Tolle projice eũ in agro Naboth Jezraëlitæ: memini enim quando ego et tu ſedentes in curru ſequebamur Achab patrem huius, quod Dominus onus hoc levaverit ſuper eum, dicens: *v.* 26. Si non pro ſanguine Naboth, et pro ſanguine filiorum ejus, quem vidi heri ait Dominus, reddam tibi in agro iſto, dicit Dominus: Nunc ergò tolle, et projice eum in agrum juxta verbum Domini. p. 150. n.7,

V. 30. Porrò Jezabel introitu ejus audito depinxit oculos ſuo ſtibio, & ornavit caput ſuum, et reſpexit per feneſtram. p.263, n.1.

V 33. Præcipitate eam deorſum, et præcipitaverunt eam, aſperſúsque eſt ſanguine paries, et equorum ungulæ conculcaverunt eam, p. 98. n.1, p.263. n.1.

V. 34, Cùmque introgreſſus eſſet, ut comederet, biberetque: ait, ite, & videte maledictam illam, & ſepelite eam, quia filia Regis eſt. p.251. n.1 p.264. n.1.

V. 35, Cùmque iſſent, ut ſepelirent eam, non invenerunt niſi Calvariam, et pedes, et ſummas manus. p. 98. n.1. p.264. n.1.

V. 37. Erunt carnes Jezabel ſicut ſtercus ſuper faciem terræ in agro Jezrael; itaut prætereuntes dicant: Hæccinè eſt illa Jezabel? p. 264. n.1.

Cap. 10. *v.* 1. Erant autem Achab ſeptuaginta filii in Samariâ. *V.* 2. Scripſit ergò Jehu litteras &c. Statim ut acceperitis litteras &c. *V.* 7. Cùmque veniſſent litteræ ad eos, tulerunt filios Regis, & occiderunt ſeptuaginta viros, & poſuerunt capita eorum in cophinis, & miſerunt ad eum in Iezrael. p. 264. n.2. p.265. n.3.

Cap. 13. *v.* 14. Deſcenditque ad eum Joas Rex Iſrael, & flebat coram eo, dicebatque: Pater mi, Pater mi, Currus & Auriga ejus. p. 557. n.4.

V. 21. Quidam autem ſepelientes hominem, viderunt latrunculos, & projecerunt cadaver in ſepulchro Eliſei; quod cum tetigiſſet oſſa Eliſei, revixit homo, & ſtetit ſuper pedes ejus. p.101, n.1.

Ex Lib. 2. Paralip.

Cap. 11. *v.* 5. ÆDIFICAVIT Civitates muratas in Iudâ. p.274.

Cap. 16. *v.* 7. Quia habuiſti fiduciam in Rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo, idcircò evaſit Syriæ exercitus de manu tuâ. p.275.

Cap. 20. *v.* 20. Cùmque mane ſurrexiſſent, egreſſi ſunt per Deſertum Thecue, profectisque eis ſtatim Joſaphat in medio eorum dixit &c, deditque conſilium populo, & ſtatuit cantores Domini, ut laudarent eum in turmis ſuis, & antecederent exercitum, ac voce conſonâ dicerent: Confitemini Domino, quoniam in æternum miſericordia ejus. p.191. n.4.

V. 22. Cùmque cœpiſſent laudes canere, vertit Dominus inſidias eorum in ſemetipſos filiorum ſcilicet Ammon & Moab, & Montis Seïr, qui egreſſi fuerant, ut pugnarent contra Judam, & percuſſi ſunt &c. *V.* 23. Etiam in ſemet-

Digitized by Google

ipſos verſi mutuis concidere vulneribus p.191. n.4.

Cap. 22. *v.* 3. Ochozias ingreſſus eſt per vias domus Achab, mater enim ejus impulit eum, ut impiè ageret. p. 526. n. 1.

V. 8. In Jeruſalem quoque conſtituit Ioſaphat Levitas & Sacerdotes &c. *V.* 11. Amarias autem & Pontifex veſter in his quæ ad Deum pertinent, præſidebit. p.222. n.2.

Ex Lib. Iudith.

Cap. 8. *v.* 6. HABENS ſuper lumbos ſuos cilicium jejunabat omnibus diebus vitæ ſuæ præter Sabbatha & Neomenias, & Feſta domus Iſrael. p. 563. n.2.

Ex Lib. Iob.

Cap. 3. *v.* 11. QUARE non in vulvâ mortuus ſum. p.17. n 7.

Cap. 5. *v.* 19. In ſeptimâ tanget te malum. *V.* 20. In fame eruet de morte, & in bello de manu gladii. *V.* 21. A flagello linguæ abſconderis, & non timebis calamitatem cùm venerit. *V.* 22. In vaſtitate & fame ridebis, & beſtias terræ non formidabis. p.99 n.2.

Cap. 6 *v.* 30. Non invenietis in linguâ iniquitatem, nec in faucibus meis ſtultitia perſonabit, p. 91. n.2.

Cap. 38. *v* 35. Nunquid mittes fulgura & ibunt, & revertentia dicent tibi, adſumus. p.201. n.5.

Ex Lib. Pſalmorum.

Pſal. 2. *V.* 5. POSTULA à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. p.69. n.2. p.148. n. 5.

V. 6. Ego autem conſtitutus Rex ab eo ſuper Sion ſanctum ejus. p.22. n.4. p 120. n.1.

Pſal. 5. *v.* 5. Neque habitabit juxta te malignus neque permanebunt injuſti ante oculos tuos. *V.* 6. Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium. p.98. n. 1.

V. 7. Decidant à cogitationibus ſuis. p. 55. n. 25.

Pſal 7. *v.* 19. Ab increpatione tuâ fugient, à voce tonitrui tui formidabunt. p.200. n.4.

Pſal. 8. *v* 6. Minuiſti eum paulò minùs ab Angelis gloriâ & honore coronaſti eum &c p.173. n. 10.

Pſal. 9. *v.* 7. Pſallite Domino, qui habitat in Sion, annuntiate inter gentes ſtudia ejus. p.279. n.4.

Pſal. 11. *v.* 7. Eloquia Domini, eloquia caſta. p.91. v.2.

Pſal. 17. *v.* 17. Miſit ſagittas ſuas. & diſſipavit eos, fulgura multiplicavit, & conturbavit eos. p. 200. n. 4.

V. 18. Et apparuerunt fontes aquarum & revelata ſunt fundamenta orbis terrarum. p.200. n.4.

V. 20. Miſit de ſummo et accepit me, aſſumpſit me de aquis multis. p. 200. n.4.

Pſal. 18. *v.* 1. Cœli enarrant gloriam Dei p.24. n.5.

V. 6. In Sole poſuit tabernaculum ſuum. p.22. n.3. p.24. n.5.

V. 8. Lex Domini immaculata convertens animas, teſtimonium Domini fidele ſapientiam præſtans parvulis. p. 92. n.2. p.132. n.4.

Pſal 19. *v.* 8. Hi in curribus, et in equis; nos autem in nomine Domini magnificabimus. p. 516. n.3. p.525 n.8.

Pſal. 21. *v.* 7. Eloquia Domini, eloquia caſta p 255. n.4.

Pſal. 22. *v.* 4. Nam etſi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. p. 151. n. 2.

V. 16. Paraſti in conſpectu meo menſam adverſus eos, qui tribulant me. p. 151. n.2.

Pſal. 32. *v.* 22. Mors peccatorum peſſima. p.198. n.1.

Pſal. 42. *v.* 2 Manus tua gentes diſperdidit, et plantaſti eos etc. p. 149. n.6. p. 215. n.14.

Pſal. 44. *v.* 10. Aſtitit Regina à dexteris tuis. p.124. n 3. p.125. n.8. p.555 n.11.

V. 11. Audi filia et vide. p 336. n.2.

Pſal. 45. *v* 4. Fluminis impetus lætificat Civitatem Dei, ſanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus. *V.* 5. Deus in medio eorum non commovebitur adjuvabit eam Deus manè diluculo. p. 47. n.7

47. n,17.p.165. n.7. p.280. n.1.
V. 6. & 7. Conturbatæ ſunt gentes &c. p.67. n.3.
V. 9. Venite, & videte prodigia, quæ poſuit ſuper terram &c.p 49.n.16.
V. 19. & 20. Memores erunt nominis tui &c. p. 68. n.3.
*Pſal.*46.*v.*9.Principes populorum cõgregati ſunt cum Deo Abraham. Quoniam Dii fortes terræ vehementer elevati ſunt &c. p 321. n.2.p.221. n.2.
Pſal. 47. *v.*7. Magnus Dominus, & laudabilis nimis,in Civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus. p.22. n.4.
V. 9. Sicut audivimus in Civitate Domini virtutum, in Civitate Dei noſtri, Deus fundavit eam in æternum. p. 68.n.3. p.9. n.4 p 166. n.5.
V. 10. Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio Templi tui. p. 20. n. 2.
Pſal. 54. Alienati ſunt à vulvâ, erraverunt ab utero, locuti ſunt falſa. p. 344. v.1.
*V.*9.Redimet in pace animam meam; quoniam inter multos erant mecum. p. 350.n.3.
*V.*10. Præcipita Domine, divide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in Civitate. p.55. n. 26.
*Pſal.*64. *v.*4. & *v.* 5. Beatus, quem elegiſti, & aſſumpſiſti, inhabitabit in atriis tuis, replebimur in bonis domus tuæ, ſanctum eſt Templum mirabile in æquitate. p.121. n.3. p, 124. n 9.
*Pſal.*67. *v.*16. Mons Dei, mons pinguis. p. 525. n.8. p. 166. n 5.
*Pſal.*68. v.26. Suſtinui,qui ſimul contriſtaretur. p. 525. n.10. p. 21. n 2.
*Pſal.*71. *v.*8. Et dominabitur à mari uſque ad mare, & à flumine uſque ad terminos orbis terrarum. p.69. n 2.
Pſal. 71. *v.* 17. Et erit firmamentum in terrâ in ſummis montium. p. 154. n. 6.
*Pſal.*72. *v.*27. Perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te. p.154. n.6.
*Pſal.*73. *v.*2. Memor eſto congregationis tuæ, quam poſſediſti ab initio. p. 20. n.4.
*V.*3. Redemiſti virgam hæreditatis tuæ, mons Sion in quo habitaſti in eo. p.23.n.4.
*Pſal.*77.*v.*39. Et induxit illos in montem ſanctificationis ſuæ, montem, quem acquiſivit dextera ejus. p.23. n 4.
*Pſal.*75.*v.*5. Narrantes laudes Domini &c. p.206. n. 10.
*V.*78. Sed elegit tribum Juda, montem Sion, quem dilexit. p.23. n 4.
*Pſal.*78.*v*4 Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris &c. p.355.n.12.
*Pſal.*79. *v.*15. Viſita vineam iſtam : & perfice eam,quam plantauit dextera tua. p. 150. v.7.
*Pſal.*80. *v. ult.* Cibavit eos ex adipe frumenti, & de petrâ melle ſaturavit eos. p.158. n.8.
*Pſal.*84 *v.*1. Benedixiſti Domine terram tuam. p.280. n.2.
*Pſal.*86 *v.*1. Fundamenta ejus in montibus ſanctis. p.322. n.4.
V. 5. Memor eſto Raab &c. p: 347. n 2.
*Pſal.*88. *v.*29. Ponàm in ſæculum ſæculi ſemen ejus & thronum ejus ſicut dies Cœli. p.22. n.3.
V. 36, Et thronus ejus ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum, & teſtis in Cœlo fidelis. p.22, n 3.
*Pſal.*91. Quia delectaſti me Domine in facturâ tuâ & in operibus manuum tuarum exultabo. p. 198. n.2.
V. 6. Quàm magnificata ſunt opera tua &c. Ibid.
V. 7. Vir inſipiens non cognoſcet &c. p.199. n.2.
*Pſal.*92. *v.*1. Dominus regnavit, decorem indutus eſt, indutus eſt fortitudinem & præcinxit ſe. p.142. n.1. p.170. n.8.
V. 2. Etenim firmavit orbem terræ, qui non commovebitur. p. 145. n.1. p. 170. n.8.
V. 4, Elevaverunt flumina Domine, Elevaverunt vocem ſuam. p. 145. n.1. 170. n.8.
*V.*5, Elevaverunt flumina fluctus ſuos Ibid.
V. 6. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus. p.171. n.9.
V. 7. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. p.171. n.9.
Ibid. Domum tuam decet ſanctitudo in longitudinem dierum. p.171. n.1. p.279. n.3.
*Pſal.*96. v. 3. Illuxerunt tuæ orbis terræ vidit,& cõmota eſt terra.p.201.n.5.

V. 6. 7. Annunciaverunt Cœli juſtitiam ejus; viderunt omnes populi gloriam ejus: confundantur omnes qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulachris ſuis. p.201. n.5.

*Pſal.*101. *v.*14. Tu exurgens miſereberis Sion: quia venit tempus. 279. n.2.

*V.*17. Quia ædificavit Dominus Sion: videbitur in gloriâ ſuâ. p. 121. n.3. p.322. n. 3.

Pſal. 102. *v.* 19. Qui coronat te in miſericordiâ & miſerationibus. p. 125. n.9.

Pſal. 103. *v.*6. Qui fundaſti terram ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſæculum ſæculi. p.166. n.5.

*Pſal.*109 *v.*3. In ſplendoribus ſanctorum ex utero ante Luciferum genui te. p.173. n 10.

Pſal. 111. *v* 2, Potens in terrâ erit ſemen ejus, generatio rectorum benedicetur. p.195. n.9.

Pſal. 115 *v.*4, Laudate pueri Dominum &c. p.359. n.1.

*V.*3. A Solis ortu &c. p.359.

*Pſal.*115. *v.*4. Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus. p 99.n.1.

*Pſal.*117. *v.*2. Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. p 284. n 8.

*Pſal.*118. *v.*139. Tabeſcere me fecit zelus meus p.171. n.9.

Pſal. 123. *v.*1. Niſi quia Dominus erat in nobis dicat nunc Iſrael, niſi quia Dominus erat in nobis, cùm exurgerent homines in nos, fortè vivos deglutiſſent nos. p.136. n.1.

Pſal 124. *v.* 1. Qui confidunt in Domino ſicut mons Sion, non commovebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem. p 139. n.2

V. 2, Montes in circuitu ejus, & Dominus in circuitu populi ſui &c. *Ibid.*

*Pſal.*127. *v.*6. Et videas filios filiorum tuorum, pacem ſuper Iſrael. p.190.n.2.

*Pſal.*128. *v.*1. Sæpè expugnaverunt me à juventute meâ dicat nunc Iſrael, etenim non potuerunt mihi. p.137. n.2. p.190. n.2. p. 345. n.2.

*V.*4 Dominus concidit cervices peccatorum confundantur, & convertantur omnes qui oderunt Sion. *Ibid.*

*V.*5. Fiant ſicut fœnum tectorum, quod priuſquàm evellatur exaruit. p. 190. n.2.

Pſal. 131. *v.*6. Ecce audivimus eam in Ephrata &c. p 282. n.5.

Pſal. 131, *v.* 8, Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ. p.280. n.2.

V 11, 12, 13, Juravit Dominus, & non pœnitebit eum &c de fructu ventris ponam ſuper ſedem tuam. p. 188, n. 1.

V. 14, Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem ſibi, p.189. n 1.

*V.*15. Hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. p.189, n.1, p. 190. n. 1.

Pſal, 137, *v* 1. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, &c. In conſpectu Angelorum pſallam tibi, adorabo ad Templum ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo. p.120, n.3.

*Pſal.*138, *v.*17, Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum. p. 320. n. 1.

Pſal. 140. *v.* 2, Elevatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. p.19. n. 4.

Ex Lib. Proverb.

*Cap.*1. *v.* 1. DEglutiamus ſicut infernus viventem, & integrum. p.266, n 3.

V 16, Ut eruatis à muliere alienâ & extraneâ, quæ mollit ſermones ſuos. p.254. n.4.

Cap, 8. v.16, Per me Reges regnant, & legum conditores juſta decernunt. p.573, n.10.

V. 35. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino. p 308, n.3.

Cap. 3. *v.*3. Miſit ancillas ſuas, ut vocarent ad arcem; & ad mœnia Civitatis. p.552. n.10. p.553, n.12.

*Cap.*18, *v.*10. Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſum currit juſtus, & exaltatur. p.139, n.2.

Cap. 20, *v.* 25, Ruina eſt homini devorare ſanctos. p.269, n.2.

Lib. Eccleſiaſt.

Cap. 1, *verſ.*5, SOl girat per meridiem flectitur ad Aquilonem. p. 523, n.8.

Digitized by Google

Ex Lib. Cant.

Cap. 1, *v.* 1, OSculetur me oſculo oris ſui. p. 307, n. 2.

V. 2, Ideò adoleſcentulæ dilexerunt te. p. 553, n. 12.

V. 3, Trahe me poſt te, curremus in odorem unguentorum tuorũ p. 527, n. 2.

Ibid. Introduxit me in cellaria ſua : exultavimus &c. p. 527. n. 2.

V. 4, Nigra ſum ſed formoſa, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis. p. 147, n. 6.

V. 5, Poſuerunt me cuſtodem in vineis. p. 10, n. 7.

V. 8, Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilavi te, amica mea. p. 516, n. 3.

V. 13, Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi. p. 360.

Cap. 2, *v.* 1, Ego flos campi, & lilium convallium. p. 263.

V. 3, Sub umbrâ illius quem deſideraveram ſedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo. p. 154, n. 5, p. 215, n. 14.

V. 5. Poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodivi. p. 360, n. 1.

V. 12, Vox turturis audita eſt in terrâ noſtrâ. p. 528, n. 3.

V. 13, Ficus protulit groſſos ſuos, vineæ florentes dederunt odorem ſuum. p. 361, n. 2.

V. 15, Capite vulpeculas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea noſtra floruit. p. 361, n. 2.

Cap. 3, *v.* 2, Surgam & circuibo Civitatem &c. p. 554, n. 11.

V. 4. Tenui, nec dimittam. p. 10. n. 6, p. 337, n. 1, p. 361, n. 2.

V. 11, Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem, in diademate, quo coronavit eum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis ejus. p. 294.

Cap. 4. *v.* 4. Sicut turris David collum tuum &c. p. 242, n. 35.

Cap. 4, *v.* 5. Duo ubera tua ſicut duo hinnuli. p. 314.

V. 7, Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. p. 123, n. 4, p. 139, n. 2.

V. 9. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa; vulneraſti cor meum in uno oculorum tuorum, in uno crine colli tui. p. 25, n. 1.

V. 11. Odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris. p. 555.

V. 12. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus. p. 139. n. 3.

V. 13, Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus, cypri cum nardo. Nardus & crocus, fiſtula & cinnamomum cum univerſis lignis libani. p. 362. n. 3.

V. 15, Fons hortorum, puteus aquarum viventium. p. 310, p. 313, p. 337, p. 360.

Cap. 6, *verſ.* 3. Pulchra es amica mea, ſuavis & decora ſicut Hieruſalem p. 85, n. 2, p. 124, n. 5.

Ibid. Terribilis ut caſtrorum acies ordinata. p. 86, n. 5, p. 278.

V. 7; Sexaginta ſunt Reginæ, & octoginta Concubinæ & Adoleſcentularum infinitus eſt numerus. *V.* 8, Una eſt columba mea p. 362, p. 26, n. 2, p. 87, n. 6, p. 124, n. 7, 308, p. 356.

V. 9, Adoleſcentularum non eſt numerus. p. 553.

Ibid. Viderunt eam filiæ Sion & beatiſſimam prædicaverunt. p. 129. n. 11.

V. 11, Neſcivi, anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab. p. 181. n. 4.

Cap. 7, *v.* 2, Venter tuus ſicut acervus tritici. p. 312.

V. 4, Collum tuum ſicut turris eburnea. p. 316.

V. 5, Caput tuum ut Carmelus. p. 7, n. 1, n. 2, p. 19, n. 13, p. 292, n. 1, p. 294, p. 296.

Cap. 8, *v.* 1, Quis mihi det te fratrem meum ſugentem ubera Matris meæ, ut inveniam te foris &c. p. 307.

V. 5, Sub arbore malo ſuſcitavi te, ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua p. 47, n. 5.

V. 6, Fortis ut mors dilectio tua, dura &c. p. 167, n. 5.

V. 6, Lampades ejus, lampades ignis atque flammarum. p. 203, n. 6.

V. 7, Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. p. 203. n. 6.

V. 8, Fuge dilecte mi. p. 552, n. 9.

Ex Lib.

Digitized by Google

Ex Lib. Sapientiæ.

Cap. 2, *v.* 3. COronemus nos roſis. p. 162.

Cap. 4, *v.* 1. O quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate. p. 214. n. 14.

Cap. 7. *v.* 22. Spiritus intelligentiæ Sanctus unicus eſt. p. 451.

Cap. 9. *v.* 1. Sapientia ædificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. p. 151. n. 2.

Ex Lib. Eccleſiaſtici.

Cap. 24. *v.* 25. IN me omnis gratia viæ & veritatis, in me omnis ſpes vitæ & virtutis. p. 311.

V. 44. Doctrinam quaſi antelucanum illumino omnibus, & enarrabo illam uſque ad longitudinem, penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino, &c. Videte quoniam non ſoli mihi laboravi, ſed & omnibus exquirentibus veritatem. p. 176.

Cap. 26. *v.* 22. Lucerna ſplendens ſuper candelabrum ſanctum. p. 32. n. 4.

Cap. 48. *v.* 1. Surrexit Elias quaſi ignis. p. 4. n. 5. p. 88. n. 1. p. 209. n. 1. p. 210. n. 12. p. 241. p. 306. p. 524. n. 10.

V. 4. Sic amplificatus Elias in mirabilibus ſuis. p. 181. n. 3.

V. 8. Prophetas facis ſucceſſores poſte. p. 77. n. 1.

V. 10. Conciliare cor Patris ad filium, & reſtituere tribus Jacob. Beati ſunt, qui te viderunt &c. p. 547. n. 2.

V. 14. In morte mirabilia operatus eſt p. 101. n. 1.

V. 15. Et mortuum prophetavit corpus ejus. p. 101. n. 1.

Cap. 50. *v.* 5. Qui prævaluit amplificare Civitatem, qui adeptus gloriam in converſatione gentis, & ingreſſus domus & atrii amplificavit. p. 183. n. 5.

V. 12. In aſcenſu altaris ſancti dedit ſanctitatis amictum. p. 132. n. 4.

Ex Iſaiâ.

Cap. 2. *v.* 2. ET erit in noviſſimis diebus præparatus mons Domini in vertice montium, & elevabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes, &c. docebimus vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis ejus, quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Jeruſalem, p. 90. n. 1.

Cap. 6. *v.* 3. Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus exercituum. p. 528. n. 9.

Cap. 8. *v.* 17. Et ea, quæ ſub ipſo erant, replerant templum. p. 278. n. 1.

Cap. 9. *v.* 6. Et factus eſt principatus ſuper humerum ejus, p. 285. n. 9.

V. 7. Super ſolium David, & ſuper regnum ejus ſedebit, ut confirmet illud, & corroboret in juſtitiâ & judicio, à modo, & uſque in ſempiternum. p. 68. n. 2.

Cap. 16. *v.* 10. Auferetur lætitia, & exultatio de Carmelo. p. 9. n. 5.

Cap. 19. *v.* 2. Et concurrere faciam Ægyptios adverſus Ægyptios, & pugnabit vir contra fratrem ſuum, & vir contra amicum ſuum. p. 54. n. 24.

Cap. 21. *v.* 7. Vidit currum duorum equorum. p. 516. n. 3.

Cap 26. *v.* 2. Urbs fortitudinis noſtræ Sion, Salvator ponetur in eâ murus, & ante murale. p. 138. n. 2.

Cap. 30. *v.* 32. In tympanis & citharis, & in bellis præcipuis expugnabis eos p. 191. n. 4.

Cap. 32. *v.* 16. Juſtitia in Carmel ſedebit, p. 42, n. 11.

V. 18. Et erit opus juſtitiæ pax, et cultus juſtitiæ ſilentium, et ſecuritas uſque in ſempiternum, et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, et in tabernaculis fiduciæ, et requie opulentâ, p. 43, n. 12.

Cap. 33. *v.* 9. Concuſſa eſt Baſan & Carmelus. p. 9. n. 5.

Cap. 35. *v.* 1. Lætabitur deſerta, et invia, et exultabit ſolitudo, et florebit quaſi lilium, p. 514.

V. 2. Gloria Libani data eſt ei decor Carmeli, p. 8, n. 70.

Cap. 38. *v.* 35. Ablata eſt lætitia et exultatio de Carmelo, p. 9, n. 5.

Cap. 40. *v.* 6. Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus tanquam flos agri; exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos. p. 161. n. 1.

Cap. 41. *v.* 22. Accedant, et nuntient nobis quæcumque ventura ſunt: priora quæ fuerunt nuntiate, et ponemus cor noſtrum, et ſciemus noviſſima eorum

rum quæ ventura ſunt indicate nobis: annuntiate quæ ventura ſunt in futurum, et ſcietis, quia Dii eſtis vos, p 119. n. 1,

Cap. 43. *v.* 5. Noli timere, ego tecum ſum: ab Oriente adducam ſemen tuum, et ab Occidente congregabo te: dictum Aquiloni da, et Auſtro noli prohiberi, affer filios meos de longinquo, et filias meas ab extremis terræ, p. 70. n. 2

Cap. 49 *v* 10. Miſerator eorum reget eos, et ad fontes aquarum portabit eos, ponam omnes montes meos in viam, et ſemitæ exaltabuntur, et ecce de longè venient, et ecce illi ab aquilone, et mari, et iſti de terrâ auſtrali, p. 70. n. 3,

Cap. 21. *v.* 11. Pro eo, quod laboravit anima ejus videbit ſemen longævum, p. 203.

Cap. 53. *v.* 7. Oblatus eſt, quia ipſe voluit, et non aperuit os ſuum: ſicut ovis ad occiſionem ducetur, et quaſi agnus coram tondente ſe mutus, ſic non aperuit os ſuum. p 13. n. 2.

Cap. 54. *v.* 4. Noli timere, quia non confunderis, neque erubeſces. p. 164. n. 8.

V. 10. Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, et fundabo te in ſapphiris, et ponam jaſpidem propugnacula tua, et portas in lapides ſculptos p. 164. n. 6.

Cap. 58. *v.* 13. Si averteris à ſabbatho pedem tuum, facere voluntatem tuam in die ſancto meo, et vocaveris ſabbathum delicatum, et ſanctum Domini glorioſum. p. 131. n. 2

Cap. 60 *v.* 8. Qui ſunt iſti, qui ut nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas, p. 327.

V. 5. Ponam te in ſuperbiam ſæculorum. p. 522. n. 8.

Cap. 61. *v.* 9. Et ſcient in gentibus ſemen eorum, et germen eorum; omnes, qui viderint eos, cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemen, cui benedixit Dominus, p. 519 n. 6.

Cap. 63. *v.* 5. Circumſpexi et non erat auxiliator. p. 21. n. 2,

Ex Ieremiâ.

Cap 1. *v.* 28. EGo dedi te in Civitatem munitam, et in columnam ferream, et in murum æneum ſuper omnem terram regibus Juda, etc, ut liberem te, p. 139. p. 194. n. 4

Cap. 2. *v.* 7. Induxi vos in terram Carmeli, ut comederetis fructus ejus. p. 59.

Cap. 4. *v.* 16. Aſpexi & ecce Carmelus deſertus, p. 9. n. 5.

Cap. 17. *v.* 12. Sedes gloriæ exaltata eſt ſanctificatio noſtra p. 24 n 4.

Cap. 31. *v* 40. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ædificabitur Civitas Domino, & uſque ad angulum portæ equorum, ſanctum Domini. p. 520. n. 6.

Cap. 38. *v.* 35. Ablata eſt lætitia, & exultatio de Carmelo. p. 9. n. 5.

Ex Threnis Jeremiæ.

Cap. 2, *v.* 13. MIſit ignem in oſſibus meis, & erudivit me. p. 202. n. 6.

Cap. 4. *v.* 20. In umbrâ tuâ vivemus in gentibus. p. 154. n. 5. p. 319.

Ex Ezechiele.

Cap. 3. *V.* 17. FIli hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, & audies de ore meo verbum; & annuntiabis eis ex me. p. 241. n. 34.

C. 34. *v.* 3. Væ paſtoribus Iſrael. qui paſcunt ſemetipſos. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis, p. 169.

Cap. 48. *v.* 35. Nomen Civitatis ex illâ die Dominus ibidem. p. 138. n. 1.

Ex Daniele.

Cap. 2. *v.* 44. IN diebus autem regnorum illorum ſuſcitabit Deus Cœli regnum, quod in æternum non diſſipabitur. p. 40. n. 8. p. 67. n. 3.

Cap. 3, *v.* 14. Verè nè Sidrach, Miſach, & Abdenago Deos meos nõ colitis, &c. Et quis eſt Deus, qui eripiet vos de manu mea? p. 116. n. 4.

V. 95. Benedictus Dominus Deus eorum, Sidrach videlicet, Miſach, & Abdenago, qui miſit Angelum ſuum & eruit ſervos ſuos, qui crediunt in eum, p. 116. n. 4.

Cap. 5.

Cap.5. v.12. Rex posuit nomen Balthasar, etc. p. 214. n. 14.

Cap.6. v.20. Daniel serve Dei viventis, Deus tuus, cui tu servis semper, putasnè voluit te liberare à leonibus? p.116. n. 4.

V.22. Deus meus misit Angelum suum et concluſit, etc. p. 213. n. 11.

V.26. Pax vobis multiplicetur; à me constitutum est decretum &c, ipse Liberator, atque Salvator faciens signa & mirabilia in Cœlo & in terrâ, qui liberavit Daniel de lacu leonum. p. 116, n. 4.

Cap.7. v.7. Ecce bestia quarta terribilis, atque invincibilis, et fortis nimis dentes ferreos habebat magnos, comedens, atque comminuens, et reliqua pedibus suis conculcans, p.525. n.8.

Cap.9. v.24. Ungatur Sanctus sanctorum. p.571. n.6.

Ex Oseâ.

Cap.2, v.19, SPonsabo te mihi in sempiternum, p.125, n. , & 9.

V,20, Sponsabo te mihi in justitiâ, & judicio, & misericordiâ, & miserationibus, & sponsabo te mihi in fide, & scies, quia ego Dominus, p.125, n,9.

Cap.8, v.5, Projectus est vitulus tuus, Samaria, p.269.

Ex Nahum.

Cap.1, v.4, INfirmatus est Basan & Carmelus, p, 9, n.5.

Cap.3, v.2, Vox flagelli, & vox impetus rotæ &c. p, 516, n.3.

Ex Amos.

Cap.1, v.2, EXsiccatus est vertex Carmeli. p.10, n.5.

Cap.7. v.8, Et dixit Dominus: Ecce ego ponam trullam in medio populi mei. p.246, n.3.

Ex Aggæo.

Cap.2, v.10. MAagna erit gloria domus istius novissimæ plusquã primæ. p.10. n.7.

Ex Zachariâ.

Cap.1, v.10, REspondit vir, qui stabat inter myrteta, & dixit: isti sunt, quos misit Dominus, ut perambulent terram. p.459.

Cap.6. v.1, Conversus sum, & levavi oculos meos, & vidi, & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorũ montium, & montes mõtes Ærei p.512.

Cap. 12, v.12, Ecce ponam Hierusalem super liminare crapulæ. p.266, n.3.

Ex Michæâ.

Cap.4, v.1, ET erit in novissimis diebus mons Domini in vertice montium &c, p.90, n 1.

Ex Malachiâ.

Cap.4, v.1, LOquitur Dominus, ab ortu Solis, usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus. p.71, n.2.

Cap.4, v.5, Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam antequàm veniet dies Domini, & convertet cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres eorum. p.88, n.1, p.547, n.2.

Ex Lib.1. Machabæorum.

Cap.2. v.54, ELias dum zelat zelum Dei receptus est in Cœlum. p. 306, n. 1.

Ex Lib.2. Machabæorum.

Cap.13, v.8, CUjus ignis & cujus est Sanctus. p.132, n.4.

EX NOVO TESTAMENTO.

Ex Matthæo.

Cap.1, v.20, QUod in eâ natum est, de Spiritu Sancto est. p.291, n. 1.

Cap.2, v.2, Ubi est, qui natus est Rex Judæorum, p.116, n. 5.

V.13, Surge & accipe Puerum & fuge in Ægyptum. p.525, n.11.

Cap. 4, v.18, Vidit duos fratres Simonem,

monem, qui vocatur Petrus & Andræam fratrem ejus mittentes rete in mare (erant enim piſcatores) & ait illis: Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum. p.458.

V. 23, Circuibat Jeſus totam Galilæam, docens in Synagogis eorum, & prædicans Evangelium Regni, & ſanans omnem languorem & omnem infirmitatem in populo. p.216.

Cap 7, *v.*15, Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium; intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. p.52, n. 21.

V. 24, Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificavit domum ſuam ſuper petram. p.196. n 10.

Cap 10, *v.*16, Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. p.326.

V. 34. Non veni pacem mittere, ſed gladium. Veni enim ſeparare hominem à Patre ſuo. p.241.

Cap. 11, *v.*4, Euntes renunciate Joanni, quæ audiſtis & vidiſtis, cæci vident, ſurdi audiunt &c. p. 58. p.217.

*V.*11. Inter natos mulierum non ſurrexit major Joanne Baptiſtâ. p. 208. n. 11.

*V.*13. Ipſe eſt Elias. p. 208. n. 11. p. 209. n. 11.

*Cap.*12, *v.*50, Ecce Mater tua &c, & ſoror, & Mater eſt. p.526, n 1.

Cap. 14, *v.*5, Volens eum occidere timuit populum. p. 199. n.3.

*Cap.*15, *v.*22, Egreſſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis. p.354.

Cap 16, *v.* 5. Alii Eliam. p.211.

*V.*18, Et ego dico tibi: quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. p.2. n.3, p.9, n.4, p. 37, n.3 p.244, p.518, n.4.

Ibid. Et portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. p.150. n.10.

*Cap.*17, *v.*3, Apparuerunt illis Moyſes & Elias cum eo loquentes. p. 171.

V. 10, Elias venturus eſt & reſtituet omnia. p.547. n.2. p.523, n.8. p.557. n.2.

V. 12. Dico vobis, quia Elias jam venit. p.208. n.11. p.210. n.12.

Ibid. Tunc intellexerunt; quia de Joanne Baptiſtâ dixiſſet eis. p.208. n.11.

V. 28, Aperto ore ejus invenies ſtaterem, illum ſumens da eis pro me, & te. p.456.

*Cap.*18. *v.*20. Ubi erunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. p.221, p.245. n. 1.

*Cap.*24, *v.*64. Verè filius Dei erat iſte. p.117. n.6.

Cap. 25, *v.*1. Simile eſt Regnum Cœlorum decem Virginibus. p. 83. n. 2, p. 526, n. 10.

*Cap.*26. *v.*64. Amodò videbitis filium hominis ſedentem à dexteris virtutis Dei. p.103. n.3.

*Cap.*27, *v.*54, Centurio, & qui cum eo erant cuſtodientes Jeſum, viſo terræ motu, & his, quæ fiebant, timuerunt valdè, dicentes: Verè Filius Dei erat iſte p.142. n.7.

V. 60. Poſuit in monumento ſuo novo, quod exciderat de petrâ. p 157. n. 9.

Cap. 28. *v.* 18. Data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo & in terrâ; euntes ergò docete &c. p.573. n.9.

V. 20. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi. p.46. n.16. p.48. n.17. p.136. n.1. p.251.

Ex Marco.

*Cap.*1. *v.* 24, QUid nobis, & tibi Jeſu Nazarene veniſti perdere nos: ſcio quod ſis ſanctus Dei. p. 113, n. 6,

*Cap.*6, *v.*20, Herodes enim metuebat Joannem, ſciens eum virum juſtum, & ſanctum, & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. p.199, n.3.

V. 47, Cùm ſerò eſſet erat navis in medio mari, & ipſe ſolus in terrâ. p.515. n. 2.

*Cap.*14, *v.*62, Tu es Chriſtus &c, ego ſum & videbitis &c. p.103, n.3.

Cap. 16. *v.* 16. Signa autem eos, qui crediderint hæc ſequentur, in nomine meo dæmonia ejicient p 65. n.6.

*V.*20, Illi autem profecti prædicaverunt ubique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis p.95. p.202. n.6.

Ex Lucâ.

Cap. 1. *v.* 27. Missus est Angelus Gabriel ad Virginem. p. 128, n. 11.

V. 78, Illuminare his, qui in tenebris & in umbrâ mortis sedent &c. p. 552, n. 10.

Cap. 2, *v.* 11, Factum est in diebus illis, exiit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis. p. 39, n. 5.

V. 2, Hæc descriptio prima facta est à Prælide Syriæ Cyrino. p. 50, n. 20.

V. 25, Homo iste justus, & timoratus, expectans consolationem Israel. p. 172.

V. 36, Et erat Anna filia Aser, filia Phanuel, quæ non discedebat de templo. p. 566.

Ibid. Jejuniis & obsecrationibus serviens nocte ac die. p. 567.

Cap. 3, *v.* 7, Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à venturâ irâ. p. 266, n. 4.

Cap. 4, *v.* 23, Quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hîc in patriâ tuâ. p. 199, n. 3.

V. 24, Multæ viduæ erant in Israel, quandò &c. p. 55, n. 25. p. 524, n. 10.

Cap. 5, *v* 3, Ascendens autem in unam navim, quæ erat Simonis. p. 456.

V 4, Ut cessavit autem loqui, dixit ad Simonem: duc in altum &c. p. 457.

Cap. 9. *v.* 30. *v.* 31. Ecce duo viri loquebantur cum eo: erant autem Moyses & Elias visi in majestate, & dicebant excessum ejus, quem completurus erat in Hierusalem. p. 172.

V. 33, Nesciens quid diceret. p. 174, n. 10.

Cap. 11, *v.* 16, Voluimus à te signum videre. p. 58.

Cap. 12, *v.* 42, Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. p. 85, n. 2.

Cap. 15, *v.* 8, Quæ mulier habens drachmas &c, donec inveniat eam. p. 349, n. 7.

Cap. 19, *v.* 41, Ut appropinquavit, videns civitatem flevit super illam &c. tempus visitationis tuæ. p. 99, n. 2.

Cap. 22, *v.* 16, Qui major est vestrûm &c. p. 576.

Cap. 22, *v.* 31, Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos ut cribraret sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua &c. p. 458, n. 16, p. 33, n. 13, p. 202, n. 6, p. 245.

V. 33: Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. p. 558, n. 4.

Cap. 23, *v.* 18, Viso Jesu gavisus est valdè: erat enim cupiens ex multo tempore videre eum &c. p. 200.

V. 12, Sprevit illum, & illusit indutum veste albâ. p. 200.

V. 28, Filiæ Hierusalem nolite flere super me; sed &c. p. 103, n. 3.

V. 42, Domine memento mei, cùm veneris in regnum tuum. p. 116, n. 5.

Cap. 24, *v.* 34, Quod surrexit verè, & apparuit Simoni. p. 459, n. 16.

Ex Joanne.

Cap. 1, *v* 16, De plenitudine ejus omnes nos accepimus. p. 305, n. 4.

V. 31, Elias es tu? Et dixit: non sum. p. 208, n. 11, p. 210, p. 211.

V. 39, Venite & videte: Venerunt & viderunt ubi maneret, & apud eum manserunt die illo. p. 348, n. 5.

Cap. 2, *v.* 17, Zelus domus tuæ comedit me &c. p. 182.

V. 18, Responderunt Judæi, & dixerunt: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? p. 58.

Cap. 3, *v.* 16, Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, p. 182.

V. 34, Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. p. 295.

Cap. 4, *v.* 11, Puteus altus est. p. 457.

V. 19, Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. p. 197, n. 2,

V. 28, Venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcumque feci. p. 281, n. 9.

Cap. 5, *v.* 4. Angelus autem Domini descendebat secundùm tempus in piscinam. p. 349. n 6.

V. 36, Ego habeo testimonium majus Joanne: opera enim quæ dedit Pater ut perficiam &c, ipsa opera, quæ ego facio testimonium perhibent de me, quia Pater misit me. p. 216.

Cap. 6, *v.* 20, Ego sum noli timere. p. 457.

Cap. 6. *v.* 30. Quod ergò signum facis, ut videamus, ut credamus. p. 197, n. 2, p. 200.

& p. 200.

V. 37, Omne quod dat mihi Pater ad me veniet, & eum, qui venit ad me, non ejiciam foras. p.156, n.7.

V. 52, Ego ſum panis vivus &c, vivet in æternum. p.154, n.5.

V. 55, Qui manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, habet vitam æternam. p.45, n.15.

V. 59, Qui manducat hunc Panem vivet in æternum. Ibid.

Cap. 9, *v.* 31, Scimus, quia Deus peccatores non exaudit. p.218,

Cap. 10, *v.* 3, Cognoſco oves meas, & oves meæ vocem meam audiunt. p. 561.

V. 16, Fiet unum ovile, & unus Paſtor. p.85, n.2. p.453.

Cap. 10, *v.* 25, Loquor, & non creditis: opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hoc teſtimonium perhibent de me. p.217, n.14.

V. 28, Et non rapiet eas quiſquam &c. p.148, n.5.

V. 41, Joannes quidem ſignum fecit nullum. p.199, n.3.

Cap. 12, *v.* 32, Ego ſi exaltatus fuero à terrâ, omnia traham ad me ipſum. p. 132, n.8.

Cap. 15, *v.* 1, Ego ſum vitis vera. p. 287.

V. 4, Manete in me, & ego in vobis. p 290.

V 5, Sine me nihil poteſtis facere. Ibid.

V. 6, Si quis in me non manſerit mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent & ardet. p.288.

Cap. 16, *v.* 19, Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in Cœlis. p.572, n.7.

Cap. 17, *v.* 1, Sublevatis oculis in Cœlum, dixit: Pater clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te. p 324.

V. 14, De mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum de mundo, p.103, n.3.

Cap. 18, *v* 36, Regnum meum non eſt de hoc mundo &c. p.103, n 2.

Cap. 19, *v.* 16, Mulier ecce Filius tuus: Ecce Mater tua, p.146, n.2, & n.3.

V. 28, Sitio, p.289.

Cap. 21, *v.* 3, Dicit eis Simon Petrus, vado piſcari. p.457.

V. 7, Petrus cùm audiſſet, quia Dominus eſt, tunicâ ſuccinxit ſe &c, & miſit ſe in mare: alii autem Diſcipuli navigio venerunt, p.573, n.8.

V. 11, Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram &c. p.453.

V. 15, Simon Joannis diligis me plus his &c. p.325.

V. 16, *v.* 17, Paſce agnos meos &c, paſce oves meas. p.459. p.561, n.8, p.572, n.7, p.4.

Ex Actis Apoſtolorum.

Cap. 2, *v.* 2, FActus eſt repente de Cœlo ſonus, tanquam advenientis ſpiritus vehementis. p.317.

V. 42. Erant autem perſeverantes in doctrinâ Apoſtolorum, & communione fractionis panis, p.66, n.1,

Cap. 3, *v.* 23, Vos eſtis filii Prophetarum. p.72, n.1.

Cap. 5, *v.* 3, Anania, cur tentavit Satanas &c? p.459, n.16.

Cap. 4, *v.* 14, Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo, p. 447.

V. 15, Ut ſaltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus ſuis. p.154, n.5.

Cap 9, *v.* 31. Eccleſia quidem per totam Judæam & Galilæam & Samariam habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & conſolatione Spiritus ſancti replebatur. p.448.

Cap. 11, *v.* 8, Et ſurgens unus ex eis nomine Agabus. p73, n.1.

Cap. 13, *v.* 2, Miniſtrantibus autem & jejunantibus dixit illis Spiritus ſanctus, ſegregate &c. p.563, n.2.

V. 46, Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis vitæ æternæ, ecce convertimur ad gentes: ſic enim præcepit Dominus, poſui te in lucem gentium, ut ſis ſalus uſque ad extremum terræ, p.55, n.26.

Cap 14, *v.* 22, Cùm oraſſent cum jejuniis commendaverunt eos Domino, p.567.

Cap. 15, *v.* 6, Convenerunt Apoſtoli, & Seniores videre de verbo hoc; Cùm autem magna conquiſitio fieret, ſurgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos ſcitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire gentes

gentes verbum Evangelii & credere &c, p.223.

*Cap.*20, *v.*17, A Mileto mittens Epheſum vocavit majores natu Eccleſiæ. qui cùm veniſſent ad eum, & ſimul eſſent, dixit eis. Vos ſcitis &c, teſtificans Judæis, atque gentibus in Deum pœnitentiam & fidem in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. p.452.

V. 28, Attendite vos, & univerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquirunt Sanguine ſuo. p.145, n. 6, p.242, n 35.

Ex Epiſtolâ Sancti Pauli ad Romanos.

Cap 1, *v.* 8, FIdes veſtra annuntiatur in univerſo mundo. p. 449.

*Cap.*2, *v.*14, Gentes, quæ legem non habent naturaliter ea, quæ legis ſunt faciunt. p.290.

*Cap.*4 *v.*11, Signum accepit Circumciſionis, ſignaculum juſtitiæ fidei. p. 13, n.1, p.15, n,4.

Cap. 5. *v.*5, Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. p.126, n.9.

Cap. 8, *v.*15, Non enim accepiſtis ſpiritum ſervitutis iterùm in timore; ſed accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba Pater. p.336.

Cap 9, *v* 3, Triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo. Optabam ego ipſe anathema eſſe pro fratribus meis. p.355.

Cap. 11, *v.* 16, Quod ſi delibatio ſancta eſt, & maſſa. p.131, n.2.

Cap. 12, *v.*5, Multi unum corpus ſumus; ſinguli autem alter alterius membrum. p.53, n.22, p. 175, n, 1.

*Cap.*15, *v.* 19, itaut ab Hieruſalem per circuitum uſque ad Illyricum repleverim Evangelium Chriſti. p 126, n.9.

*Cap.*16, *v.*17, Rogo vos Fratres, ut obſervetis eos, qui diſſenſiones & offendicula, præter doctrinam, quam vos didiciſtis faciunt, & declinant ab illis. P.79, n.2.

Ex Epiſt. 1. ad Corinthios.

Cap 1, *v.* 2, ECcleſia Dei, quæ eſt Corinthi. p.29, n.3.

*Cap.*3, *v.*2, Tanquam parvulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis p 342,

V 11, Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus. p.120, n. 7.

*Cap.*4, *v.*1, Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores, myſteriorum Dei. p. 576.

*Cap.*7. *v* 31, Qui utuntur hoc modo, tanquam non utantur: præterit enim figura hujus mundi. p. 163, n. 1.

V. 34, Et mulier innupta, & virgo cogitat quæ Domini ſunt, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. p. 126, n.10.

Cap. 10, *v* 3, Omnes eandem eſcam manducaverant p 1. n.1.

V. 4, Et omnes eundem potum ſpiritualem biberunt: bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petrâ. p. 1, num.1.

V. 11, Omnia in figurâ contingebant illis: p1, n. 1.

*Cap.*12, *v.*10, Cùm infirmor, tunc fortior ſum. p.519, n. 1. p. 215.

V. 21, Non poteſt oculus dicere manui, operâ tuâ non indigeo: aut iterùm caput pedibus, non eſtis mihi neceſſarii: ſed multò magis quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſaria ſunt: & quæ putamus ignobiliora membra, his abundantiorem honorem circumdamus. p.175.

*Cap.*15, *v.*3, Sic nos exiſtimet homo: tradidi enim vobis in primis, quod & accepi: quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundùm Scripturas, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertiâ die ſecundùm Scripturas, & quia viſus eſt, & poſt hoc undecim. p. 415. n.16.

Ex Epiſt. 2. ad Corinthios.

Cap. 4, *v.* 5, NOs autem ſervos veſtros per Jesum Chriſtum. p. 575, n.13.

Cap. 5, *v.*20, Pro Chriſto legatione

fungimur tanquàm Deo exhortante, p. 573, n.9.

Cap. 11, *v.*2, Deſpondi enim vos uni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto, p 25. n 1, p.26, n. 3, p. 124, n.7, p. 126, n. 10.

Cap. 12 *v.* 12, Signa Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in omni patientiâ, in ſignis & prodigiis, & virtutibus. p. 219, n. 17.

Ad Galatas

Cap. 1, *v.* 13. SUpra modum perſequebar Eccleſiam Dei, & æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum. p. 203, n.7.

Cap. 2, *v.*20, Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo filii Dei, qui dilexit me, & tradidit ſei ipſum pro me. p 341, n. 5.

*Cap.*4, *v.*19. Filioli mei, quos iterùm parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. p.557, n.3.

V. 26, Illa autem, quæ ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt. p 123, n. 3, p. 333.

V. 37, Lætare ſterilis, quæ non paris. p.333.

Ex Epiſtolâ ad Philippenſes.

*Cap.*2, *v.* 2, IMplete gaudium meum, ut idem ſapiatis. p. 451.

Ex Epiſtolâ ad Epheſios.

*Cap.*1, *v.* 22, ET ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam. p. 133, n.7, p.286, n.10, p.300, p.301, n.16.

Cap. 2, *v.* 19, Jam non eſtis hoſpites, & advenæ, ſed eſtis cives ſanctorum. p.284.

V. 20, Super ædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu. p.320.

*V.*22, Et ipſum dedit Caput ſuper omnem Eccleſiam. p.133, n.7, p. 286, n. 10, p.300, p 301, n.16.

Cap. 4, *v.* 1, Obſecro itaque vos ego vinctus in Domino. p. 450,

V. 3. Unus Dominus, una fides &c. p.460.

V. 9, Quod autem aſcendit quid eſt niſi quia & deſcendit primùm in inferiores partes terræ, ut repleret omnia. p.286, n.10.

V. 11, Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas. p.120, n.2.

*V.*32, Sacramentum hoc eſt magnum: ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſiâ. p.44, n.14.

Cap. 5, *v.* 29, Nemo unquam carnem ſuam odio habuit: ſed nutrit & fovet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam. p.289.

*V.*30, Membra ſumus corporis ejus, & de carne ejus, & de oſſibus ejus. p. 29, n.4.

Ex Epiſtolâ ad Coloſſenſes.

Cap. 1, *v.* 19, IN ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare. p.124, n.6.

V. 18, Ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ. p. 287,

V. 23, Si tamen permanetis in fide fundati & ſtabiles, & immobiles à fide & ſpe Evangelii, quod audiſtis, quod prædicatum eſt in universâ creaturâ, quæ ſub Cœlo eſt, cujus factus ſum ego Paulus miniſter. p. 79, n. 2.

*Cap.*2, *v.*7, Quemadmodùm accepiſtis Chriſtum Jeſum Dominum, ita in ipſo ambulate radicati, & ſuperſtructi in iſto, fideque confirmati ſicut edocti eſtis. p. 79, n.2.

Ex Epiſtolâ 1. ad Theſſalonicenſes.

Ibid. FActi ſumus parvuli in medio veſtrûm. p.575.

Cap. 3, *v.* 6, Alii ambulant inordinatè, alii ſecundùm traditionem. p. 25, n. 1.

Ex Epiſtolâ 2.

*Cap.*2, *v.* 9, CUjus eſt adventus ſecundùm operationem Satanæ in omni virtute, & ſignis & prodigiis mendacibus. p.286, n.26.

Ex Epiſtolâ 1. ad Timotheum.

*Cap.*2, *v.* 8, VOlo vos orare in omni loco. p.191, n.4.

Cap. 3, *v.* 7, Oportet autem & illum teſtimonium

teſtimonium habere ab illis, qui foris ſunt. p. 118, n.7.

Cap.6, v.20, Depoſitum tuum cuſtodi, devitans prophanas vocum novitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ; quam quidam promittentes circa fidem naufragaverunt. p.79, n.2.

Ex Epiſt. 2. ad Timotheum.

Cap.3, v.8. QVemadmodùm & Joannes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem; ſed ultra non proficiunt. p. 46, n. 16.

Cap 4, v. 3, Eritenim tempus, cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros prurientes auribus &c. p. 344, n. 1.

Ex Epiſt. ad Titum.

Cap. 3, v. 5. NOn ex operibus juſtitiæ, quæ fecimus nos: ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſalvos nos fecit per lavacrum regenerationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundè per Jeſum Chriſtum. p.126, n.9.

Ex Epiſt. ad Hebræos.

Cap.5, v. 4. NEc quiſquam ſumit ſibi honorem: ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. p.300.

V. 12, Etenim cùm deberetis magiſtri eſſe propter tempus, rurſum indigetis ut vos doceamini, quæ ſunt elementa exordii ſermonum Dei, & facti eſtis quibus, lacte opus ſit. p. 343. n. 2.

Cap. 11, *v.* 38, Egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. p.124, n.3.

Ex Epiſt. Sancti Jacobi.

Cap.3, v. 4, ECce & naves cùm magnæ ſint & ventis validis minentur, circumferuntur à modico gubernaculo, ubi impetus dirigentis voluerit. p.257.

Cap. 3, v. 7, Elias erat homo ſimilis nobis paſſibilis, & oratione oravit, ut non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres & menſes ſex, &c. p.367.

Ex Epiſt. 1. Sancti Petri.

Cap. 2, v. 2, Sicut modò geniti infantes rationabile ſine dolo lac concupiſcite, ut in eo creſcatis in ſalutem, p.254.

Ex Lib. Apocalypſis.

Cap.1, v. 1. IOannes ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſiâ. p.453.

Cap. 2, v. 20, Habeo adverſum te pauca, quia permittis mulierem Jezabel, quæ ſe dicit Prophetam docere. p. 251. n.1.

Cap.4. v. 4. & 5. In circuitu ſedis ſedilia 24. & ſuper thronos 24. ſeniores ſedentes circumamicti veſtimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ; & de throno procedebant fulgura, & voces & tonitrua, p. 201, num. 6.

Cap.7. v. 9, Stantes ante thronum. p 524. n.10.

Cap. 11, v. 4. Hi ſunt duæ olivæ, & duo candelabra in conſpectu Domini terræ aſtantes. Ibid.

V. 15. Si quis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore ipſorum, & devorabit inimicos eorum: & ſi quis voluerit eos lædere, ſic oportet eum occidi. p.88. n.1,

Cap 12, v.1, Signum magnum apparuit in Cœlo, Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus ejus. p 523. n.8. p.524. n. 10.

Cap. 14, v. 1, Centum quadraginta quatuor millia. p.214. n.14.

V. 4, Hi ſequuntur agnum, quocumque ierit. p. 213

Cap.21, v.2, Ego vidi ſanctam Civitatem Hieruſalem novam deſcendenteem de Cœlo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. p.26. n.3. p. 123. n.4. p.143. n. 6. p. 156. n. 8. p.279. num. 5.

V. 14, Et murus Civitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina duodecim Apoſtolorum agni. p.143. n.5.

INDEX
VERBORUM ET RERUM,
Quæ in hoc Volumine continentur.

P. Paginam indicat. N. Numerum marginalem denotat.

A

Abſtinentia.

CUR abſtineatur à carnibus diebus jejunii, Pag. 566. Num. 7.

Achab

Achab figurat Populum Judaicum, pag. 133. n. 6.

Adrianus Papa.

Adrianus Parentes ſuos difficulter ad beneficia promovebat. p. 392. Procuravit unionem inter Latinos, & Græcos. p. 473.

Ægroti.

Ægrotorum cura Romæ. p. 541. n. 16. p. 542. num. 19.

Africa.

Africa Eccleſiæ Romanæ primatum aſſerit. p. 439.

Alexandria.

Alexandria Eccleſiæ Romanæ primatum agnoſcit. p. 460. n. 17. Alexandrinus Patriarcha quomodo vocatur Sanctiſſimus, Pater Patrum, Lumen luminum. p. 466.

Alexius Imperator Orientis.

Alexius Imperator Orientis Eccleſiæ Roman. conjunctus fuit. p. 471. n. 29.

America.

Deſcriptio Americæ Meridionalis. p. 498. n. 8. Ejus Religio. p. 495. Eccleſiam Romanam agnoſcit. p. 501. n. 11.

Anglia.

Anglia varios habuit Miſſionarios. pag 429. Ejus avita obedientia erga Eccleſiam Romanam. p. 421. Cenſum annuum pendit Eccleſiæ Rom. p. 429. Ceſſans ſolvere cenſum annuum Eccleſiæ Rom. perdidit fidem. p. 430. Reges olim confirmati à Romano Pontifice. p. 430.

Antiochia.

Petrus Antiochenus Patriarcha miſit Romã. p. 470. n. 28. Antiochia quæ. p. 447. Quomodo fundata à S. Petro p. 447.

Antonius de Dominis.

Ejus dogmata de capite Eccleſiæ p. 304. n. 4.

Apoſtolus, Apoſtolicus.

Apoſtoli ſunt ſagittæ. p. 200. n. 4. Sunt nubes. p. 201. n. 5. 6. &c. Sunt propagatores Eccleſiæ, p. 320. Apoſtolica prædicatio. p. 284. n. 9. Ab Apoſtolicis Viris dependet firmitas Eccleſiæ. pag. 170.

Aqua.

Aqua petræ in deſerto dicitur ſpiritualis, p. 1. num. 1.

Aragonia.

Aragonia tributaria Eccleſiæ Romanç. p. 437. Petrus Rex Aragoniæ excommunicatur, & cur. p. 437.

Arelate.

Arelatenſis Epiſcopus pallium accipit à Romanâ Eccleſiâ. p. 410.

Ariſtulphus.

Ariſtulphus fœdifragus infœliciter moritur. p. 411.

Aroldus.

Aroldus Rex Daniæ baptizatur. p. 405.

Artulphus.

Artulphus Rex Angliæ Romam veniens Inſulam ſuam tributariam fecit Romanç Eccleſiæ, eique moriturus multa legavit. p. 530.

Aſia.

Aſiæ deſcriptio. p. 445. Eam luſtravit S. Petrus, p. 447. In eâ prædicavit S. Paulus. p. 450. etiam S. Joannes Evangeliſta. p. 453. Eccleſiæ Romanæ Maternitatem agnovit. p. 446. & 448. Ab Apoſtolis luſtrata, p. 455. & ab Evangeliſtâ Lucâ, p. 456. Eccleſiæ Romanæ obedientiam detrectans, plectitur. p. 470. n. 30. Prælati appellant ad Eccleſiam Romanam. p. 464. n. 23.

B.

Banda.

BANDÆ Inſulæ Religio. p. 487. n. 16.

Baptiſmus.

Baptiſmus per mare rubrum figuratus. p. 1. n. 1. p. 303. & per Jordanem. p. 303. Delet peccatum Originale. p. 17. n. 8. Nunc dat jus ad Cœlum. p. 17. n. 8.

Barda.

Barda ob ſpretam ſedem Apoſtolicam lætha-liter plectitur. p. 468.

Barcelona.

Barçelonenſis arx. p. 490. n. 5.

Bengala.

Bengalæ ſitus & religio. p. 492.

Benefacere inimicis.

Benefacere inimicis, motivum ad converſionem eorum. p. 546. n. 7.

Bohemia.

Bohemiæ regnum pendit cenſum annuum Eccleſiæ Romanæ. p. 405.

S. Bonifacius.

Eccleſia à S. Bonifacio benedicta comburi non poteſt, p. 391. n. 3.

Britannia.

Lucius Rex Britonum petit ab Eleutherio Papâ Miſſionarios. p. 429.

C.

Calabria.

CALABRIA reſtituitur Eccleſiæ Romanæ per Henricum V. Imperatorem. p. 510.

Calanum regnum.

Ejus religio. p. 483. n. 1.

Calamina

Calaminæ deſcriptio, & religio. p. 491.

Calecutanum regni.

Ejus religio. p. 482. n. 9. & 483. n. 12.

Cambainum regnum.

Ejus religio. p. 487 n. 1.

Canada.

Canadæ, ſeu Novæ Franciæ religio. p. 496. num. 4.

Cantus.

Cantus ſit ab unoquoque in plurali numero; & cur? p. 31. n. 9.

Caput Eccleſiæ.

Duo Capita Eccleſiæ admittentes ſunt blaſphemi. p. 37. n. 3.

Carmelus.

Carmelum Elias elegit, p. 94. n. 2. Eſt figura Eccleſiæ p. 3. n. 3. p. 9. n. 4. p. 13. n. 1. p. 16. n. 1. Significat ſcientiam Circumciſionis, p. 13. n. 1. & ſeq. etiam Agnum circumciſum, p. 13. n. 2. Idem eſt ac cocus, p. 14. n. 3. Adhuc extat. p. 9. num. 4. Carmeli Ordo crevit perſecutionibus, p. 10. n. 7. perſecutionibus agitatus non periit, p. 9. n. 4. Fuit orbis Academia p. 513. Ejus religio in fine mundi æquè florebit ac olim. p. 514. Ejus ordinis antiquitas in Occidente. p. 59, & 463. n. 20. Carmelitæ filii Eccleſiæ Romanæ, p. 463. n. 20. Fidem in Oriente prædicant, p. 462. Fugiunt in Europam. p. 463. Martyres, p. 462. n. 20. Erant uniti & collegiati. p. 83. n. 1. Carmelitarum priſcorum vis in dicendo, p. 88. n. 2. Eliæ doctrinam, & mores aſſequuntur, p. 76. n. 1. Ejus Ordinis diuturnitas, p. 66. n. 1. Ejus amplitudo, p. 68. n. 1. ejus antiquitas, p. 369. Carmeliticus Ordo ſanctus, p. 90. n. 1. Carmelus multiplex, p. 59. Carmelitæ non dicti Carithæ, cur? p. 60. n. 2. &. 63. n. 1. Carmeli Ordo alios Ordines perficit & fœcundat, p. 176. Eccleſiam firmat, p. 180. ejus utilitas, p. 185. & ſeq.

Carolus Magnus.

Carolus Magnus præcipit filiis ut partes Eccleſiæ Romanæ tueantur, p. 413. Coronâ Imperiali donatur à Joanne VIII. Papâ. p. 415. Suum teſtamentum miſit ad Romanum Pontificem. p. 413. Romanum Pontificem reverebatur, p. 411. Se jactat filium & defenſorem Roman. Eccleſiæ. p. 409. & 411. Ejus erga Romanam Eccleſiam zelus. p. 408. Confirmat donationem Italiæ à Pipino Patre factam p. 503. n. 2.

Carolus Martellus.

Carolus Martellus Romanam Eccleſiam juvat armis. p. 411. n. 4.

Carthago.

Carthaginenſis Eccleſia appellat ad Roman. Eccleſiam, p. 441 Poſt Concilium Carthaginenſe non fuit ſchiſmatica p. 443.

Caſimirus.

Caſimirus Rex Poloniæ habitum S. Benedicti ſuſcipit, & illo demiſſo juſſu Romani Pontificis, ad thronum regium redit. p. 402.

Caſtitas.

Caſtitas ſeu victoria carnis inter miracula cenſeri debet p. 212.

Ceilam.

Ceilam deſcriptio & religio, p. 491. n. 4.

Centurio.

Centurio Deum confitetur. p. 117. n. 6.

Childebertus.

Childeberti obedientia & zelus in Romanam Eccleſiam, p. 409. n. 4. infenſus Rom. Eccleſiæ reconciliatur p. 410. n. 4.

Chinenſes.

Chinenſes ad fidem converſi, p. 456. n. 16.

Chriſtus.

Chriſtus eſt petra, p. 1. n. 1. & 285. eſt agnus, p. 13. n. 2. eſt vita, p. 287. figuratus per Moyſem, p. 1, n. 2. ejus imperium majus quàm Auguſti, p. 50, n. 20. ejus deſcriptio non nummorum, ſed mentium, p. 51. n. 20. Eſt caput Eccleſiæ p. 133. n. 7. & 287. 292. 295. Fundamentum Eccleſiæ 133. n. 7 Tuetur Eccleſiam, p. 136. n. 1 p. 142. n. 1. & 190 Fundat Eccleſiam, p. 280. n. 1. Fideles ſanat, 281. n. 1. Glorioſior apparet in Cruce, quàm in ſinu Matris, p. 173. Zelo vectus aſcendit, & deſcendit, p. 182. n. 4. Ejus præſentia quàm efficax, p. 282. n. 4. Eſt fons gratiæ, p. 294 n. 4 eſt caput reſpectu viatorum, p. 296 eſt caput Beatorum, p. 297. n. 9. Conſtituitur formaliter caput Eccleſiæ per dignitatem illi collatam, p. 299. & 300. n. 15. eſt caput Eccleſiæ quia homo eſt, p. 305. Ejus religio plus exemplo, quàm miraculo ſuadetur. p. 528. n. 4.

Choram Inſula.

Ejus religio, p 489. n. 3.

Clemens IV.

Clemens IV. Romæ reſtituitur per Regem Galliæ. p. 425.

Cocinum.

Ejus religio, p. 490 n. 6.

Collegium.

Collegia Romæ pro omnibus nationibus, p. 532. De propagandâ fide, p. 522. n. 7. Colvanenſium Religio. p. 490. n. 5.

Concilium.

Romanam Eccleſiam firmat p. 220. n. 4. Conſtantinopolitanum, p. 228. n. 8. Epheſinum, p. 227 n. 9. Chalcedonenſe, p. 229. n. 1. & 371. Conſtantinonolitanum ſecundum, p. 230. & 371. Nicænum ſecundum, p. 231. n. 14. Francofordienſe

cofordienſe, p. 222. n.16. Hoc Concilium erravit in quæſtione facti non moris p.233. n.18. Conſtantinopolitanum, ſeu octava Synodus, p. 232 n.20. Lateranenſe primum, p.236. n.22. & 327. 234 Beneventanum, p. 372. In Galliâ celebrata ſunt cum aſſenſu Romani Pontificis, p.409. Primum generale Lugdunenſe, p 237. n. 26. Secundum Lugdunenſe, p. 238. n.27. Viennenſe, p.238. n.28 & 373. Florentinum, p.238. n.21. Lateranenſe quintum, p.238 Tridentinum, p.239, n.31. Cur Generalia celebrentur, p.223.n.3. Generalia celebrantur Præſide Pontifice, vel ejus Legato, p.223. n.1. Non confirmata à Pontifice, vix ullam habent firmitudinem, p. 244.

Conciones.

Conciones Romæ frequentes, p.526. n.6.

Conclave.

Conclave Cardinalium pro electione Pontificis ordinatur, p. 426.

Confeſſiones.

Confeſſiones frequentes Romæ, p.532. n. 6.

Conradus.

Conradi filii Frederici Imperatoris infœlix interitus, p. 518.

Conſtantinus.

Conſtantini humilitas erga Melchiadem Papam, p 377. Devotio erga Roman. Eccleſiam, p.378 Liberalitas erga Rom. Eccleſiam, p.378. Non eſt auſus cauſas Eccleſiaſticorum judicare, p.379. Conſtantinus IV. Imperator ſe ſubmittit Eccleſiæ Romanæ, p.385. Conſtantinus Auguſtus filius Irenes Rom. Eccleſiæ obedit. p. 386. n. 7. Conſtantinus Copronymus repudiatâ legitimâ uxore Theodotem cubiculariam ducit, p.464.

Conſtans Imperator.

Ejus ingratitudo, p. 531.

Conſtantinopolis.

Conſtantinopolitani Epiſcopi depoſiti per Sedem, ſeu Eccleſiam Rom. p.387.

Crux.

Crux per ligna Viduæ Sareptanæ figurata, p. 57. n.28. & 335. Item per virgam Moyſis, p. 206. n. 9. Partem notabiliorem S. Crucis Stephanus Papa dedit Eccleſiæ Leodienſi. p.392. Regi Ungarorum præfertur, p. 401.

S. Cunegundis.

S. Cunegundis perpetuam virginitatem cum S. Henrico Auguſto ſervavit, p. 379.

S. Cyrillus.

S. Cyrillus Concilio Epheſino præeſt, p 227. num. 9.

D.

Dæmon.

Dæmon Chriſtum confitetur p. 117. n. 6. Ambigua & falſa prænunciat, p. 119. n. 1.

Dalmatia.

Ejus deſcriptio, p.438. Tributaria eſt Eccleſiæ Romanæ, p.430.

Damnati ad ſupplicium.

Eorum cura Romæ, p. 543. n.21.

Dania.

Dania cenſum annuum ſolvit Romanæ Eccleſiæ, p. 405.

Deus.

Deus eſt auctor Eccleſiæ, p. 278. n.1 Dei potentia patuit in unione omnium nationum ſub uno Pontifice Romano p. 48. n. 18. Patres olim Dii vocabantur, p. 556. n.1.

Dinar Inſula.

Ejus religio, p.489. n. 3.

S. Dionyſius.

S. Dionyſius viſitat S. Joannem, p 454.

Dominium.

Dominia Eccleſiæ Romanæ à Pipino, Carolo & Ludovico Pio conceſſa, cur non ſtatim poſſeſſa, p. 413.

Doctor.

Doctores non diſſentiunt in rebus fidei, p.54. n. 24.

Doctrina.

Doctrina ſacra vocatur Prophetia, pag. 176. Hæreticorum & Infidelium plena iniquitate, p. 91. n.3.

S. Dominicus.

S. Dominicus vincit Albigenſes, p.422.

S. Dunſtanus.

S. Dunſtanus Cantuarienſis Archiepiſcopus Auctoritate Apoſtolicâ indicit Concilium generale contra Clericorum incontinentiam, p. 431.

E.

Eadmundus.

Eadmundus filius Henrici regis Anglorum inveſtituram regni Siculi cum conditionibus accipit, p. 518 n. 2.

Eccleſia.

Eccleſia exiſtit, p.8, n.2. Eſt mons p.22, p.90, n.1. & 525 n.8 eſt Sol, p.29. & 523.n.8. Acies ordinata, p.278. eſt Grex, p. 346. eſt Domus Raab, p 347. eſt hortus, p.157. n 9 &c. Figurata per Eliſeum, p.156. n,7. eſt Lapis, p. 156. n.8. Per Timotheum ſignificatur, p.80. n.3. eſt Jeruſalem, p.85. n.2. eſt Sion, p. 348. eſt Templum, p.278. eſt Arca Noe, p.545. n.2. eſt Tunica Chriſti inconſutilis, p. 346. eſt Piſcina probatica, p 349.n,6, eſt Æthiopiſſa, p.1.n.2. eſt Ovile, p.85. eſt Arbor, Fons, p.29, n.3.& 512. eſt Eva, p.29. n 4. eſt Coſta Adæ, p. 30.n. 7. eſt Caſeus, p.30. n.7. eſt Michol, p.28. n.4. eſt Arca Noe, p.283. n.5. eſt Reſpublica & Familia, p.283, n.3. eſt Caput, p.513. eſt Domina, p.51. & 515. n.2. eſt Regnum, p.525. n.10. Vocatur Concilium, p.512. Exaltatur, p.522 n.7. Ejus claritas, p 523. n.8. cur Clara, p.525. n.11. eſt univerſalis & perpetua, p.514. n.10. Per Eccleſiã ſimpliciter ſumptam intelligitur Romana, p.441 Romana eſt omnium fidelium mater, p.334. Parit fideles, p. 335. eſt omnium Eccleſiarum mater, p.65. n.3. & 356 514 eſt omnium fidelium Mater

Mater ob legitimam Sacramentorum administrationem & fidem, p. 338. Fideles lactat, p 342 Ideò est fidelium mater, quia soli salvantur, qui in ejus sinu foventur, p 344. Dicitur cœtus fidelium, p. 284 Quando orta, p. 276. Hujus Ecclesiæ alius status, quàm veteris, p. 278. Est hæreditas Christi, p. 133, n. 6. Est una, p. 25, n. 1. & 57. n. 28. Ejus unitas per unitatem imperii, dum Christus nasceretur figurata, p. 39. n. 5. & per unam mulierem, p. 25. n. 1. per Viduam Sareptanam, p. 55. n. 25. & 354. Romana per 17. sæcula stat speciali Dei adjutorio, p. 46. 47. & 49. n. 16. Deus eam non deserit, p. 49. n. 16. Ex Gentibus collecta, p. 55. n. 26. Est una licet toto orbe diffusa, p. 29. n. 5. & 31. n. 8. Ejus antiquitas, p. 60. Universalis cur Romana dicta, p. 63. & 64. n. 1. Ejus amplitudo, p. 69. n. 2. Alumni conveniunt in doctrinâ Apostolicâ, p. 79. n. 2. Non habet doctrinæ novitatem, p. 80. n. 3. In bonam & malam partem sumitur, p. 12. n. 1. Ecclesia Militans sancta, p. 129, cur sancta, p. 130. Habet fidem & legem sanctam, p. 190. Firmatur miraculis, p. 197. n. 1. & Conciliis, p. 220. Ejus firmitas, p. 9. n. 4. Ejus regimen Monarchicum & stabile, p. 2. n. 3. Ejus perpetuitas, p. 3. n. 4. Durabit usque in diem judicii, p. 165. n. 7. Persecutionibus agitata subsistit, p 19. n 6. 135. n. 9. 140. n. 4. 196. n. 8. & 515. n. 2. Persecutionibus crevit, p. 10. n. 7. illis firmatur, p. 142. n. 1. & 517. n. 4. Distinguit fideles ab infidelibus, p. 15. n. 5. Est scientia non docens arte, & disputatione, sed testimonio. p. 19. n. 14. Est visibilis & cognita nobis, p. 20. n. 1. Ejus visibilitas per solem expressa, p. 22. n. 3. est Altare ædificatum ab Israelitis, p. 34. n. 14. Una Virgo, p. 27. n. 3. & 38. n. 3. Est sponsa Christo nupta, p 38. n. 4. & 291. est Columba una, p. 27. n. 2. & 87. n 6. Ejus unitas exprimitur in Missa, p. 32 n. 11. & 34. etiam in Cantu Ecclesiæ, p. 31. n. 9. Unitas quàm necessaria, p. 44. Est unum regnum, p. 83. n. 2. Cur orando dicit, Ora pro nobis, p. 355. Unum habet corpus & spiritum, p. 32. n. 10. & 353. quomodò n. 11. p. 36. n 1. & 285. n. 10. Quilibet fidelis verbis Ecclesiæ utens, unitatem ejus denotant, p. 33. n. 13. Una Ecclesia non admittit fornicarios ad altare, p. 34. n 14. à Christi latere orta, p. 29. n. 4. p. 36. n. 1. est congregatio fidelium, p. 15. n. 5. est scientia Circumcisionis, p. 15. Nunquam deficit, p. 21 170. & 248. Ejus unitas est unio membrorum cum capite, p. 53. n. 22. p. 63. n. 2. & 85. n. 1. in eâ est unio doctrinæ, p. 54. n. 25. est Apostolica, p 72 n. 1. Habet Divinæ doctrinę efficaciam, p. 87. n. 1. item doctrinam sanctam, p. 91. n. 2. Romana reliquas superat sanctitate, p. 124 n. 5. & 126. n. 10. Firmitas ejus à Christo prænuntiata, p. 136. n. 1. à Davide, p. 137. n 2. ab Ezechiele, p. 138. n. 1. Cur per Evam orta de Adam dormiente figuratur, p. 30 n. 7. Fœcunditas duratura usque in finē mundi, & moderna, p 514 Ecclesiæ particulares habent zelum, p. 547. n. 2. Romanæ primatus à Christo, p. 413. ejus sollicitudo, p. 530. n. 6. est exemplaris, p. 530. n. 6. Externa exercitia pietatis, p. 535. n. 10.

S. Elias.

S. Elias Pontifex Maximus, p. 3. n. 3. Jure divino ordinatus, p. 4. n. 5. Eccle iam firmat, p. 180 Castitatem professus est p. 18. n. 11. Licet pauper tamen fortis, p. 157. n. 8. Joanni Baptistæ assimilatur, p. 208. n. 11. Purus, p. 212. Potens, p. 299. n. 16. Zelotes pro conversione infidelium, p. 547. in zelo perseverat, p. 524. n. 10. est typus Christi, p. 354. Condit leges sanctas, pag. 561. n. 1. Eliæ nomen quid significet, p. 299. Elias & Enoch quomodo, & ubi sunt, p. 189 ejus jurisdictio. p. 568 n. 1. non tantùm in filios Prophetarum, sed etiam in plebem, p. 576. n. 5. Pater dicitur, quia Christi fidem singulariter propugnat, p. 556. n. 1. Suo exemplo plurimos convertit, p. 552, n 7. Elias & Eliseus etiam Principum sunt exemplaria, p. 545. n. 1.

Eliseus.

Ejus jurisdictio in filios Prophetarum, & populum, p. 570. n. 5.

Enkevort.

Cardinalis Enkevort curat corpus Adriani VI. transferri in Hospitium Rom. de animâ, p. 537.

Episcopus.

Episcopus est inspector p. 271. n. 34. Vigilare debet, p. 242. n. 35.

Eucharistia.

Eucharistia figurata per Manna, p. 1. n. 1. Per pallium Eliæ, p. 155. n. 7. per Petram, p. 156. n. 8. & 157. n. 9. Non sumitur dignè nisi in Ecclesiâ, p. 45. n. 15. Roborat Ecclesiam, p. 151. n 2. Festum ejus primò celebratum Leodii, p. 392. n. 5. Christus in eâ apparet sub formâ pueruli, p. 409.

F.

Fides.

Fides operibus jungi debet, p. 56 n. 28. Fides Ecclesiæ nequit marcescere, p. 159. n. 9. Non plantatur eloquentiâ, &c. p. 105. n. 8. Ecclesiam & fideles generat, p. 342.

Fidelis.

Quilibet fidelis utitur verbis Ecclesiæ, ut significet ejus unitatem, p. 34. n. 14.

Florida Provincia.

Ejus situs & religio, p 496. n. 6.

S. Franciscus.

Ejus Alumni, Missionarii, tract. de Maternitate Ecclesiæ c. 6. § 24. & seq.

Fredericus Imperator.

Ejus finis infœlix, p. 272. n. 10. & 518.

Fulcherius.

Fulcherius Patriarcha Jerosolymitanus conqueritur Adriano IV. de Templariis, p. 473. n. 22.

G.

Gallia.

Gallia Ecclesiam Rom. ut Matrem veneratur, p. 406. Singulæ domus Galliæ

Indicto Caroli Magni ſolvere debebant denariũ unum Rom. Eccleſiæ, ibidem. Armis Roman. Eccleſiam defendit, p. 406. Præſules ejus Gelaſium II. exulem muneribus excipiunt, pag. 418. Iidem excipiunt Innocentium rejectâ Petri Leonis factione, p. 418. Clerus Pontificem Roman. veneratur, p. 426. Ejus primi Apoſtoli à Sede Rom. deſtinati, pag. 427 Gregorius X. creatus Lugduni, & ibi Concilium gñale celebrat, 425. Reges non conferunt Epiſcopatus, niſi ex privilegio Apoſtolico, p. 416 Rex Galliæ Chriſtianiſſimus denominatur, p 411. Regis moderni zelus pro Eccleſiâ Rom. p. 512, Turonis Alexander III. celebrat Concilium Generale, p. 420.

Genſericus.

Genſericus Africam, & Mauritaniam devaſtat, p. 444.

Gentiles.

Gentiles ad fidem converſi, per Samaritanam figurati, p. 282,

Goa.

Ejus ſitus & religio, p 488, n. 2,

Græci.

Græci admittuntur ad ſinum Eccleſiæ Rom. cum conditionibus, p 415,

Grangaronen, e Regnum.

Ejus Religio, p 483, n. 11,

Gratia.

Gratia capitis in Chriſto importat gratiam habitualem & unionis, & quomodo, p. 298.

H.

Hæreſis. Hæretici.

HÆRESIS figurata per Merob, p. 28, n 4. in principio ſerpet, poſtea deficit, p 46 n. 16, Hæretici blaſphemi, & ſacrilegi, p. 432 Sunt lupi p 52 In rebus fidei diſſentiunt inter ſe, p. 54, n. 24. & 250 n. 6. Nulla faciunt miracula, p 99 n. 8. Carent dono Prophetiæ, p 119. n. 2, Eccleſia Rom. veram confitentur, p 118. n 7, Sectæ eorum nõ ſunt firmæ. p. 251. n 4. Fatentur ſuas ſectas non eſſe firmas, p. 252. n. 3. &c. Doctrina eorum ſimilis navi in mediis fluctibus, p. 257. Sibi ipſismet contradicunt, p. 258, Hæreſiarcharũ mors miſera, p. 270. n 7.

Henricus.

Henricus II. rex Angliæ, leges iniquas condit p. 420. Henrici VIII, regis Angliæ in Eccleſiam Rom. tyrannis, p 512 Henricus V. Imperator pœnitens jubet jura Rom. Eccleſiæ reſtitui, p 510 n. 4. S. Henrici Imperatoris obſervantia & liberalitas erga Eccleſiam Rom. p. 378 Epiſcopatum Bambergenſem fundat, p. 379, Coram Willegiſo Epiſcopo ſe proſtravit, p 379. Privilegia, & dona à prædeceſſoribus collata confirmat, p. 379. Henricus I. Dux Brabantiæ Eccleſiæ Leodienſis bona invadens excommunicatur, ac graviter cum ſuis plectitur, p. 399. n. 9. Henrico IV. regi Gallorum Eccleſia Gallicana denegat regios honores, niſi prius Calviniſmum abjuret, p. 420.

Hibernia.

Regnum Hiberniæ obedit Rom Pontifici, p. 432, Rex confirmatur à Rom. Pontifice, ibid. Hiberni & Scoti tempore Conſtantini Eccleſiæ Rom. nomen dederunt, p. 429.

Hiſpania.

Hiſpaniæ reges coronandi pollicentur ſe non permiſſuros in regno ſuo niſi Catholicos, p 435. Quæ mala paſſa ſit ex quo defecit ab obedientiâ Eccleſiæ Rom. p. 436. Tributaria Eccleſiæ Rom. ibid. Reges unde Catholici nominantur, p. 435. Concilia coacta Apoſtolicâ auctoritate, p. 434. Primi Apoſtoli, p. 432. Reges jus nominandi Epiſcopos habent ab Eccleſiâ Rom. p. 433. Epiſcopi ſubſcribunt definitioni fidei, ut confirment populos in fide, p 434.

Hiſpaniola Inſula.

Ejus ſitus, & religio, 417.

Hoſpitale S. Spiritus Rom.

Ejus deſcriptio, p. 541. n. 16.

I.

Iapones.

Japones fidem amplexi, p. 486. n. 16. Jeſuitæ Martyres, p. 489, n 7.

Iezabel.

Jezabel dicitur impia, pag. 251, n 1. figurat Synagogam, p. 133. n. 7.

Iejunium.

Ejus præceptum, p. 561, n 1 Quadrageſimale quare inſtituũ, p. 564. Varia jejunia, p. 561, n. 1, à quibus inſtituta, p 564. n. 4.

Imperator.

Imperatores & Reges ſunt luminare minus Eccleſiæ, p. 43 n 13, Defenſores Eccleſiæ, p. 43. n. 14. Primatum Papæ non conceſſerunt p. 6. Quomodo dicuntur Dñi Pontificum Rom. p. 575. n. 13

Inas.

Inas rex Anglorũ, Angliam feudatariam Eccleſiæ Rom. facit, p. 429.

Incarnatio.

Incarnatio Spiritui ſancto attribuitur, p. 281. num. 3.

India.

Indi Orientales ad Chriſti fidem inclinati, p 480. n 6. Quot Monaſteria, Ordines Religioſos ibi, p. 480. n. 19.

Infideles.

Infideles verũ Deum agnoſcunt, p. 114. n. 1. &c.

Incarcerati.

Liberalitas Rom. erga incarceratos, p. 540. n. 14.

Innocentius.

Innocentius II. dedit Lothario allodium Comitiſſæ Mathildis, p. 115. n. 7. à Petro Leone pulſus, ab Eccleſiâ Leod. honorificè recipitur, p. 397 n 8 Innocentius IV. in Galliam pergit Fredericum Imperatorem fugiens, p. 424.

Indulgentiæ.

Indulgentiæ Romæ quotidie, quot conceſſæ, p. 535, n. 10.

Italia.

Italia à Pipino data Eccleſiæ Rom. p. 503. à Carolo confirmatur, ibid à Ludovico confirmata

& amplificata, p.504, n.3, Quæ dominia à Mathilde dantur ſeu potius reſtituuntur, p.115. n.7.

Iudæi.

Eorum pœna temporalis, p.265. &c.

Iuſtinus.

Juſtinus Thrax Catholicorum patronus Eccleſiæ Rom. Tribunal agnovit, p.383, n.4.

L.

Latro.

LATRO in Cruce officium Prædicatoris exercet, p.117. n.5.

Lazorum Populi.

Lazorũ populi Eccleſiam Rom. agnoſcunt, 461.

Leodium.

Eccleſia Leodienſis perpetuam exhibuit obedientiam Eccleſiæ Rom. p.391, ex eâ ad Pontificatum aſſumpti, p.391, n.4. ad Purpuram evecti, p.393, n.6, ad Epiſcopatum promoti, p.395. quot Diœceſes prodierunt, p 397. Innocentium Româ pulſum honorificè excipit. p.397, n.8. Quot nobiles Canonicos eodem tempore habuit p. 397, à Pontificibus, & Cæſaribus opibus, honoribus, dominiis, & privilegiis ornata, p. 398. Schiſmatica non fuit. p 400. Conſtans in fide, licet cincta hæreſibus, p. 517. n.4.

Lex.

Legis divinæ & humanæ diſcrimen, p.92.n.4

Liberum arbitrium.

Liberũ arbitrium non tollitur per gratiã, p.291

Longobardi.

Eorum erga Rom. Eccleſiã liberalitas, p.512.

Liguria.

Liguria data Rom Eccleſiæ à Mathilde, p.511.

Lotharius.

Lotharius aſſentiente Rom. Pontifice corrigit res Rom. p.415. Non confirmat electionem Sergii Papæ, p.415.

Lotio pedum.

Rom. Pontifex lavat pedes, p. 536. n. 11.

S. Lucas.

S. Lucas Rom. Eccleſiam agnovit, p.456.

Ludouicus.

Ludovicus Auguſtus confirmat & auget donationem Pipini & Caroli, p.504.n 3. Pollicetur ſe protecturũ S.R. Eccleſiam & ejus bona, p.504 n.3, Venienti Romam fores clauduntur, p.415. Ludovicus Groſſus regni inſignia legitimè recipit Aureliæ, licet reclamet Eccleſia Remenſis, p.46. Ludovicus VII. Alexandro III ſemper adhæſit, p.420. S. Ludovici zelus & obedientia erga Rom. Eccleſiam. p.421.

Luitprandus.

Ejus Epitaphium, p.512.

Luſitania.

Luſitania titulum regium à Rom. Pontifice accipit, p.437. eſt tributaria Rom. Eccleſiæ, ibid. Luſitanorũ ſtudium pro fide propagandâ, 498.

Lutherus.

Lutherus Principes induxit ad hæreſim invaſione bonorum Eccleſiaſticorum, p.512.

M.

Macao.

MACAO deſcriptio, & religio p.493.

Magi.

Verum Deum confitentur, p 115. n. 2. & 4.

S. Malachias.

S. Malachias alter Elias, p.532. pravos mores Hiberniæ tollit, p. 432.

Malaca.

Ejus deſcriptio & religio, p.493. n.8.

Mahometus.

Mahometus puer futurum ſuum in Eccleſiam odium prognoſticavit, p.464.

Manna.

Manna eſt eſca ſpiritualis, p. 1. n. 1.

S. Marcus.

S. Marcus Eccleſiam & Sedẽ Roman. agnovit, p.460. n.7.

Marcion.

Ejus patria. p.447.

Marginenſis regio.

Ejus religio, p, 48, n. 5. & 90.

B V. Maria.

B. Virgo à rege Mogor colitur, p 480. & 481. Vovet virginitatem exemplo S. Eliæ, p. 18 n.12. Cõcurrit ad productionem Eccleſiæ, p. 306. Lactat Eccleſiã, p.313. dat Eccleſiæ ſpiramen p.315. in ſuo ſinu tutatur Eccleſia, p.317.n.1. Concurrit ad Eccleſiæ propagationẽ, p.327, Eccleſiæ illuminatrix, p.331.n.4. eſt aquæductus gratiæ 294.

Martianus.

Martianus auguſtus Synodũ Chalcedonenſem indixit de conſenſu Sedis Apoſtolicæ, p.382, n.2.

Martinus.

Martini I. Papæ vigilantia, p. 531.

Martyr.

Martyres Chinenſes p. 486, n. 16.

Maronitæ.

Maronitæ Rom. Eccleſiam agnoſcunt, 475, n.1.

S. Maternus.

S. Maternus revocatur ad vitam baculo S. Petri ſibi impoſito, p.389

Mathildis.

Mathildis dat Tuſciam & Liguriam Eccleſiæ Rom. p 511. n. 7.

Mauritania.

Ejus deſcriptio, & converſio, p. 443. & 444.

Mediomalum.

Ejus Epiſcopus non habet eandem authoritatem ac Papa, p.434.

Melia-pora.

Ejus deſcriptio & religio, p.491.

Michael Imperator.

Michael Imp. pacem inter quoſdã Prælatos factam petit cõfirmari à Rom. Pontifice, p 436 n.23. mittit Romã contra Ignatiũ intruſo Photio, 467.

Militaris Ordo.

Teutonicorum ordo inſtituitur & cur, 550. n.3. S. Jacobi, Templariorum, Melitenſium, ibid.

Miracula,

Miracula.

Miracula conferunt ad aliquid aſtruendum divino inſtinctu conditum, p. 93. n. 1. ad firmandam fidem & reprobandam hæreſim conferunt, p. 95. n. 3. aſtruunt Eccleſiam, deſtruũt hæreſim, p. 198. & 217. ſunt fulgura p. 200. n. 1. eis S. Joannes confirmatur, p. 216. ab Hæreticis fieri nequeunt, p. 218. n. 15. ea facientes ſunt manus Eccleſiæ. p. 215.

Mornæus.

Ejus ignorantia, p. 406.

Mors.

Mors funeſta perſequentium Eccleſiam Dei, p. 98. n. 1. Achab, ibid. Jezabelis, Simonis Magi, p. 99. cujuſdam Manichæi, Montani, Theodoti, & aliorum, ibid. Piæ fidelium. p. 99. n. 1.

Monaſteria.

Monaſteria Romæ pro malè nuptis, pœnitentibus, meretricibus, Catechumenis, Hebræis, Saracenis, Atheiſtis, puellarum educatione, ſenibus, cœcis. claudis, impotentibus, amentibus, p. 538.

Mundus.

Mundana omnia ſunt mutationi obnoxia ut flores, p. 161, & 162.

N.

Naich.

EJus Religio, p. 482. n. 9.

Negapatan.

Ejus deſcriptio & religio, p. 491.

Nobilitas Nobilis.

Vera Nobilitas, p. 526. n. 2. Puellæ Nobiles aluntur Romæ, p. 535. n. 10.

Nomen.

Nomen quid ſignificet, p. 305.

O.

Offa.

OFFA Rex Merciorum regnum ſuum reddidit Rom. Eccleſiæ tributarium. p. 436.

Oratio.

Orationis & jejunii vis, p. 368. ſunt arma, 192. n. 5. orandum intensè p. 567.

Onor.

Ejus religio, p. 190. n. 5.

Orlinenſes.

Eorum religio, p. 485. n. 5.

P.

Palæologus.

PALÆOLOGUS Imperator Orientis Græcos ſæpè deficientes R. Eccleſiæ ſubjecit, p. 392.

Pallium

Cur Pallio utatur Rom. Pontifex, p. 576. eſt inſigne Archiepiſcopatus, p. 411.

Parentes.

Parentes ſint ſuę familiæ exemplares, p. 526. n. 1.

Paſſio Chriſti.

Paſſio Chriſti & noſtra ſacrificia per veteris legis ſacrificia figurata, p. 2 n. 2.

Pater.

Pater eſt nomen Imperii, p. 570. n. 5. Ejus acceptationes, p. 526. uſque ad 572.

S. Paulus.

S. Paulus in Hiſpaniam proficiſcitur, p. 433.

Pauperes.

Eorum cauſæ expenduntur Romæ, 540. n. 16.

Pax.

Pax per Chriſtum ſignificata, in Chriſto orta, cur, p. 42. n. 11.

Paſchalis.

Paſchalis Pontifex ad Ludovicum Groſſum Galliæ regem recurrit, p. 517.

Peguanus Rex.

Ejus potentia, p. 433. n. 12.

Pelagius.

Pelagius Papa Childeberto Regi Franciæ non reddit rationem ſuæ fidei, ſed removet ſuſpicionis ſcandalum, p. 410.

Peru.

Peruanorum divitiæ p. 498. n. 9. mores antiqui ibid. n. 10. mores moderni & religio, p. 500.

Perſæ.

Eorum religio, p. 478. n. 6.

Petrus.

S. Petrus Aſiam luſtravit, 447. fuit Romę, 448. Primatus eſt Romæ, p. 381. n. 1. Petrus rex Aragonię excõmunicatur, quare, p. 437. Petrus Leonis Antipapa ſpoliat Eccleſiam ſuis bonis p. 507. S. Petrus Thomas Carmelita legatus Apoſt. 474.

Philippus.

Philippus I. rex Galliæ mavult favere Pontifici, quàm Imperatori, p. 413. Philippi Mornæi fallacia, p. 373. 388. n. 8. & Paſſim.

Photius.

Illius errores 25. p 232, n. 20.

Pipinus.

Pipinus quaſi ſtator Stephanum III. Pontificẽ excipit, 408. regnũ Gallię occupat, quomodò, ibid. dat Italiã R. Eccleſ 503. Ariſtulphũ reprimit, 411.

Polonia.

Rex accipit regiam coronam à Rom. Pontifice, p. 491. illi cenſum annuum ſolvit, ibid.

Pontifex.

Ejus virtutes figuratæ in veſte Pontificis, 531. plures Martyres quàm aliarum Eccleſiarũ Prælules, 531. aliorum Præſulum exemplar eſt, p. 531. demere vel addere poteſt privilegia, p. 435, extra concilium poteſt res fidei definire, p. 426. Vnus, p. 2. n. 3. p. 37, n. 2, illius ſucceſſio neceſſaria ad regimen, & perpetuitatem Eccleſiæ, p. 4. n. 4. eſt jure divino, p 4, n. 6. illius jus & titulum Imperatores ſibi non arrogarunt p. 43. n. 13. illi omnes debent ſubjici, p. 41. eſt luminare majus, p. 43. n. 13. Turris, p. 34. & 241. illius deciſio eſt doctrina Eccleſiæ, 244. Cur in decretis fidei prærequirat Doctorum inquiſitionem, p. 245. non erravit cum Concilio, p 246. extra Concilium nõ erravit, p. 248. eligitur à Cardinalibus non tamẽ accipit ab eis juriſdictionẽ, p. 544, n 23. debet toti Eccleſiæ ſuccurrere, p. 545. n. 23. confirmat fideles in fide, p. 558. & 560. nequit fidẽ amittere, ibid. n. 8. nec docere aliquid contra fidem, ibid. condit leges ſanctas, p. 562 n. 1. omnium onera geſtat

geſtat, 577. Pater eſt ratione jurisdictionis. 572. n. 7. Poteſt leges condere, quæ obligent in conſcientia, p. 574. Quomodò ſervus regum dictus ſit, 575, n. 13, nunquam piis Imperatoribus imperavit, vel eos judicavit, licet poſſet, ibid. n. 12.

Præco.

Præco verbi Divini dicitur cantor, p. 192. n. 46 malè vivens ineptus, p. 324. n. 7.

Prælatus.

Prælatus magis moneat exemplo quàm verbo p. 529. n. 5, ſit zeloſus, p. 168. Carens zelo graviter peccat, p. 169.

Princeps.

Chriſtus Principibus non aufert bona, ſed benè utentibus favet, p. 43. n. 13. Eccleſiam juvantes fortunati, p. 188. & ſeq. Eorum exemplum efficax, p. 480. n. 8. hoſtium Eccleſiæ mors miſera, p. 98. & 270. n. 8.

Prophetæ.

Prophetæ acceptiones, p. 176. n. 2. Prophetiæ donum veræ Eccleſiæ teſtimonium, p. 119. n. 1.

Puer.

Puerorum educatio Romæ. p. 534. n. 8.

Pythagoras.

Pythagoras ſtuduit in Carmelo, p. 512.

Q.

Quadrageſima.

QUADRAGESIMA cur obſervata p. 565.

R.

Racholienſes.

EORUM religio, p. 490. n. 4.

Regna.

Regna corruerunt, p. 559. n. 5.

Religio. Religioſus.

Religiones ſunt S. Eliæ generationes, p. 177. Inſtitutæ quædam ſunt ad opera vitæ activæ, p. 548. n. 3. ad militiam, p. 548. ad Confeſſiones & Prædicationes. p. 551. n. 6. hæ aliis præferendæ, p. 175. Religioſi in Confeſſionibus excipiendis, & Prædicationibus faciendis majorem fructum faciunt quàm ſæculares, p. 551, n. 7.

Rogerius.

Rogerii regis Siciliæ mors infœlix, p. 518. invadit regnum, p. 507.

Roma & Romana Eccleſia.

Vide *Eccleſia.*

Eccleſia Rom. reliquas ſuperat charitate & aliis virtutibus, p. 544. n. 23. ejus fides inviolata, p. 449. tradit quidquid ab aliis credendum eſt, p. 558 eſt mater Eccleſiarum, p. 33. n. 13. p. 38. n. 4. & 279. n. 1. Eſt expreſſa per deſcriptionem factam Chriſto naſcente ſub Cæſare Auguſto, p. 39. n. 5. per Euchariſtiam roborata, p. 151. n. 2. ejus firmitas à Rom. Pontifice, p. 243. nunquam erravit, p. 98. & 362. ejus hoſtes perierunt, ibid. eſt mater fidelium, p. 406. aliena jura cuſtodiens ſua non minuat, p. 510. n. 5. ejus opera miſericordiæ p. 544. zelus in converſione fidelium, p. 547 n. 2. eſt aliarum typus p. 554. n. 11.

Rutheni.

Eorum religio deſcribitur, p. 402. eſt Eccleſiæ Rom. feudataria, p. 403. fidem profeſſa, p. 404.

S.

Sacerdos

SACERDOS cur utatur verbis Eccleſiæ, p. 33. n. 12

Salſetini.

Eorum religio, p. 489. n. 3.

Salus.

Extra Eccleſiam Rom. nulla ſalus, p. 44. n. 14. p. 49. n. 19. & 52. n. 22.

Samuel.

Samuel idem eſt ac poſitus à Deo. p. 544. n. 23

Sanctitas. Sanctus.

Sanctitas quid ſit, p. 129. n. 11. ejus acceptiones, ibid. quid ſanctum vocatur, p. 131. n. 2.

Sanguis Chriſti.

Figuratur per aquam deferri p. 1. n. 1. ejus acceptiones, p. 264. n. 1.

Saxonia.

Saxonia Rom. Eccleſiæ oblata à Carolo Magno p. 391. ab eodem victa cenſum annuum Eccleſiæ Rom. ſolvit p. 428.

Schiſmaticus.

Schiſmaticus confunditur per Chriſtum natũ quando cunctæ Provinciæ Rom. Imperio ſubactæ erant, p. 42. n. 10.

Scotia.

Scotia obedit Rom. Eccleſiæ. p. 431.

Scriptura.

S. Scriptura continet Sacramenta & mores hominum, p. 2. n. 1.

Sedes.

Sedes S. Petri Romæ aſſervatur, p. 499.

Sepulchrum.

Sepulchrum Chriſti ſervatur, p. 476. n. 7. loca ſepulchralia Romæ, p. 543.

Sermo.

Sermo ultimus S. Eliæ ante raptum, p. 101. Chriſti ante mortem peractâ cœnâ, p. 103. n. 2. coram Pilato, ibid. in domo Caiphæ n. 3. in Prætorio Pilati, n. 4. in itinere Calvariæ, ibid. in Cruce p. 104. ſeptem verba Chriſti in Cruce figurata, p. 103. n. 4. Sermo ultimus B. Virg. p. 104. n. 5 S. Petri, 505. n. 5. S. Pauli, ibid. & aliorũ conſeq.

Servitus.

Ejus miſeria, pag. 575.

Sicilia.

Ejus homagium Rom. Eccleſiæ, p. 507. ad jura Rom. Eccleſiæ rediit, p. 509. quamdiu à Sede Apoſt. inveſtituram accepit, p. 510. n. 1. inveſtituræ jura moderantur, p. 509, n. 5. reſtituitur Eccleſiæ Rom. per Henricum V. Imperatorem. p. 510, interdicta. p. 437.

Societas Ieſu.

Ejus progreſſus in Indiis, Tract. de Matern. Eccleſ. c. 6. §. 24.

Sodalitium.

Varia Sodalitia virorum Romæ, & cur? p. 536. n. 10.

Digitized by Google

INDEX VERBORUM ET RERUM.

Sorbona.

Sorbona non dubitavit de Sanctitate & Canonizatione S. Thomæ Cantuarienſis, p.427.

Spiritus Sanctus.

Spiritus Sancti aſſiſtentiâ gaudent, qui cum Pontifice & Eccleſiâ uniti ſunt, p.304.n.4. Aliter eſt in Eccleſiâ & in Rom. Pontifice ac Sanctis, p. 250. n.8. Non eſt Vicarius Chriſti in regimine Eccleſiæ. p.304 n.4.

S. Stephanus.

S. Stephanus Rex Hungariæ erga Eccleſiam liberalis, p.404. Apoſtolus Hungariæ ibid.

Syria in Pegu.

Ejus deſcriptio & religio, p. 492. n.7.

T.

Tamor.

TAMOR convertitur, p.483. n.1.

S. Tecla.

Ejus encomia, p. 213,

Teſtimonium.

Teſtimoniũ hoſtium multùm confert, p 116, n.1.

Teutonicorum Ordo.

Teutonicorum ordo inſtitutus & cõfirmatus, p.406.

S. Thomas Cantuarienſis.

Ludovicus Rex Galliæ viſitat ejus ſepulchrũ, p.427, Reſtitit Henrico II. p.420. Non deflectitur ab obedientiâ Rom Eccleſiæ parentũ precibus p.421. ejus martyrium, p.492. protegitur à rege Galliæ, p, 421.

Titulus.

Titulus quid ſignificet, p. 274.

Tranſilvania.

Tranſilvania debellata à S. Stephano Vngarorũ rege, & ad ſinum Rom. Eccleſ. perducta, p.405,

Tuſcia.

Tuſcia reſtituitur Rom. Eccleſiæ per Henricum V. Imperatorem, p, 510.

V.

Valentinianus Imperator.

VALENTINIANUS Imp. de fide & Sacerdotibus judicare prohibuit, p.380.

Verbum Divinum.

Illius efficacia, p 241. ejus puritas, p.254.

Verba ultima Vide *Sermo.*

Veritas.

Veritas ſignificat fidem in Deum, p.177.n.1.

Vidua.

Viduæ honeſtæ Romæ aluntur, p. 535.

Virginitas.

Virginitas cæteris ſtatibus ſuperior, p.127.n.10. Miracula S. Eliæ debent refundi in Virginitatẽ, p.213. n.13.

Vngaria.

Titulus regis illius à Pontifice collatus, p.401. & 404, Ungaria Rom. Eccleſiæ data, p. 401.

Vrbanus.

Urbanus IV petit auxilium à Carolo fratre regis Franciæ, p. 425.

Waldenſes.

Eorum errores p. 422.

Wandalia.

Ad fidem converſa, p. 405.

X.

SANCTUS Xaverius Apoſtolus Indiarum, p. 478. n.7. Apoſtolus Sinarum, 486. n.16.

Xenodochia.

Xenodochia Romana, p,536. n.11.

Z.

Zambri.

ZAMBRI regis breve regnum, p. 163. n.1.

Zelus.

Zelus multùm confert ad Eccleſiæ firmitatem, p.161. n.1. Reddit Chriſtum glorioſiorẽ, p.174. Eliam illuſtrem reddet, p.546. homines divinos efficit, p.174. à morte perſeverat, & perennem efficit, p, 168.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ ROMA VITTORIO EMANUELE

ERRATA.

Pag. 6. 26. *lege* 16. *pag.* 35. vivus *lege* unius *pag.* 48. qoud *lege* quod *pag.* 49. ſub *lege* non ſub *pag.* 54. cœperint *lege* cœperunt *pag* 67. cap. 9. *lege* cap. 2. *pag.* 68. memorero *lege* memores erunt *ibidem* C. 1. C. 11. *pag* 117. 52. *lege* 54. *pag.* 164. aſpidem *lege* jaſpidem *pag.* 166. Et enim *lege* Etenim *pag.* 190. habito *lege* habitabo. *pag.* 241. ſpecnlarem *lege* ſpeculatorem *pag.* 254. concupiſcente *lege* concupiſcite *pag.* 163. Iſrael *lege* Iezrael *ibid.* audit *lege* audito *pag.* 269. exaltatio *lege* exultatio *pag.* 287. quaſi fructus *lege* quaſi vitis *pag.* 288. in me manſerit *lege* in me non manſerit *pag.* 291. ſedulim *lege* ſedulium *ibid.* Act. *lege* Cant. *ibid.* magisque *lege* magis *pag.* 401. ſaltem conſpicuè *lege* ſaltem æquè conſpicuæ *ibid.* curvivit *lege* curavit *pag.* 404. floruit floruiſſe *pag.* 405 plarè *lege* planè *pag.* 408. dria *lege* duria *pag.* 409. antonomaſticè *lege* antonomaſticè *pag.* 417. cum per *ege* cum vexaretur per *pag.* 430. Ina *lege* Inas *pag.* 458. Romam *lege* Romani *pag.* 518. hatur *lege* habetur *pag.* 546. comparere *lege* comparare.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google